

186
1. Exp.

SCRIPTORES

ORDINIS S. BENEDICTI

QUI 1750—1880 FUERUNT

IN

IMPERIO AUSTRIACO-HUNGARICO

ALMA COLLEGE
013.282
LIBRARY
B434
Los Gatos, Calif.

VINDOBONAE 1881

SUMPTIBUS ORDINIS

IN AEDIBUS LEON. WOËRL

LIBRARII HERBIPOLENSIS ET VINDOBONENSIS.

49728

Digitized by the Internet Archive
in 2025

https://archive.org/details/scriptoresordini0000vari

PATRIARCHAE

MONACHORUM OCCIDENTALIUM

BENEDICTO

PATRI SANCTISSIMO

FILII AUSTRIACO-HUNGARICI.

PROOEMIUM.

Iam fere 1400 anni sunt, cum s. Benedictus occidentis monachorum pater et patriarcha, anno 480 Nursiae in Italia natus ordinem constituit, qui ab eo Benedictinorum nomen accepit. Qui ordo brevi tanta incrementa cepit, ut per totum fere terrarum orbem propagatus multa milia hominum utriusque sexus complecteretur, qui ad patris sui regulam et praecepta vitam dirigentes et suae et aliorum saluti humanae atque aeternae salubriter consuluerunt ac de republica christiana non minus quam de cultu humano optime meriti sunt. Is, quamvis temporum calamitatibus, discordiis, certaminibus non semel graviter concussus esset, tamen novas semper cepit vires laetosque fructus tulit, neque in eo unquam viri defuerunt ingenui, qui magnam pietatis et doctrinae famam longe lateque diffundebant. Et non parvus est numerus eorum, qui in huius ordinis monasteriis conformati dignique sunt effecti, modo qui summam s. Petri sedem conscenderent, modo qui cardinalium, archiepiscoporum, episcoporum dignitate ornati populo christiano praeessent.

Iam vero, quam laudabiliter a primis exordiis ad nostram usque memoriam in animis ad pietatem conformandis et optimis artibus colendis occupatus fuerit, ne ii quidem homines, qui naturam vitae monasticae non cognoverunt, vel male edocti ei adversantur, negant. Hos enim monachos non

solum silvas densissimas exstirpasse, regionesque incultas in agros fertilissimos immutasse, sed etiam doctrinarum artiumque lumine errorum tenebras discussisse atque homines feros atque immanes ad humanitatem et mansuetudinem revocasse et multos praeclara doctrinae et industriae vestigia et monumenta reliquisse, quis est qui nesciat?

Quid hic ordo in litterarum studiis, quid in variis artium liberalium generibus ab initio usque ad superioris saeculi dimidiam partem praestiterit monumentisque scriptis memoriae prodiderit, maximam partem expressum videmus in illo opere, quod inscribitur: „Historia rei litterariae ordinis s. Benedicti", a Benedictino P. Magnoaldo Ziegelbauer conscripto et post eius mortem a P. Oliverio Legipontio Augustae Vindelicorum 1754 edito, quo in opere in partes quattuor diviso res ita fere disposita est, ut disputatio de studiis litterarum in hoc ordine per tredecim saecula vigentibus et historia scholarum academiarumque, quae singulariter floruerunt, praemittatur, deinde vitae praecipuorum Maecenatum e numero abbatum et itinera doctissimorum monachorum ad celeberrimos bibliothecarum et tabulariorum thesauros adumbrentur, his denique litterarum historia, vitae monachorum eruditione praestantium, enumeratio operum ab iis exaratorum adiungantur.

Ab editione huius libri nunc plus unum saeculum praeteriit. Hoc interim spatio quae Benedictinorum ordo quamvis gravissimis interea adfectus iniuriis in litteris profecerit, ut aliquis Ziegelbaueri successor conligeret et perscriberet multorum saepe votis expetitum est, nec defuerunt, qui hanc rem arduam suscipere ausi sint. Quo in numero erat doctissimus P. Gallus Morelius Einsiedlensis, qui, ut refert P. Benno Kühne, qui vitam eius scripsit[1]), magnam litterarum ordinis s. Benedicti materiam congessit. Sed morte praematura labores eius interrupti sunt.

---

[1]) P. Gall. Morel. Ein Mönchsleben aus dem XIX. Jahrhundert. Einsiedeln, 1875.

Denuo consilium harum litterarum historiae conscribendae captum est, cum festa saecularia natalitiorum s. Patris, conditoris ordinis anno 1880 celebranda adpropinquarent.

Ad haec enim sollemnia digne agenda primus omnium Rev. D. Bonifacius Wimmer, congregationis Americano-Cassinensis praeses perpetuus litteris ad omnes huius ordinis abbates et praepositos datis invitaverat et cum alia ad sollemnium decus augendum apta tum hoc proposuerat, ut Benedictini litteris quoque laudes ss. Patris celebrare ordinisque historiam inlustrare adgrederentur. Quod consilium cum compluribus abbatibus, qui 1876 Salisburgum convenerant, ut Rev. D. Alberti Eder o. s. B. Salisburgensis electi archiepiscopi sollemni interessent consecrationi, probaretur, hoc quoque ab iisdem expetitum est, ut sodales huius ordinis ad Ziegelbaueri opus persequendum complendumque studia sua laboresque conferrent.

Verum tamen huius rei difficultates magno opere augebantur propterea, quod nostra memoria religiosorum ordinum sodales, cum praesertim monasteria fere omnia alumnorum penuria premantur, in cura animarum et adolescentum eruditione ita sunt occupati, ut raro quis inveniatur, cui ad maius aliquod opus suscipiendum vires et spatium subpetant. Nihilominus tamen, amore ordinis ac ss. Patris sui honoris, qui in gloriam Dei cedat, augendi studio ducti hoc quoque contexendae litterarum historiae consilium pro virili parte exsequendum fratres Benedictini susceperunt, et huius moliminis ratione in commentariis diurnis Vindobonensibus, quod „Das Vaterland“ inscribitur, mense Augusto 1878 proposita ad hanc rem deliberandam complures eorum mense Decembri eiusdem anni Vindobonam convenerunt. Quorum decreta cum omnibus abbatibus probata essent, multorum labore studioque hocce opus exaratum est, quo omnium sodalium fines Austriaco-Hungaricos incolentium, qui ab anno 1750 litterarum reliquerunt monumenta, vitarum descriptio operumque et impressorum et manuscriptorum enumeratio continetur. His praemissa est de ordinis in iisdem terris

exordiis, incrementis, fatisque, de laboribus in cura animarum susceptis, de litterarum studiis et scholis ludisque ab eo conditis brevis disputatio.

Hoc igitur libro atque aliis eiusdem argumenti operibus, quae ad s. Benedicti festa saecularia edita sunt, dabitur, quo quis litterarum historiam exsequi et Ziegelbaueri monumentum supplere possit.

Interim, ut opere hoc augeatur honor s. P. Benedicti eoque „glorificetur Deus“, sincerissimis votis exoptant, qui composuerunt.

ORDINIS

IMPERII AUSTRIACO-HUNGARICI

BREVIS HISTORIA.

DE ORDINIS EXORDIIS, INCREMENTIS, FATIS.

CAP. I.

Si latissimum campum historiae peragramus, vix tristius quidquam reperire possumus quam tempus illud, quo res Romanae quondam tanto opere florentes ad interitum vergere coeperunt. Roma, urbs superba, cuius sub iugo totus fere orbis terrarum gemuerat, fracta et prostrata iacebat. Barbarus pede duro conculcavit sedes veteres cultus atque humanitatis, manu forti occidit incolas inopes. Quod vates divino spiritu incitatus cecinerat: „Palatia deserta sunt, multitudo urbis relicta est, turres et munimenta facta sunt speluncae, gaudium bestiis“ (Isaias 32, 14) tum in imperio Romano eventum habere videbatur.

Quas res adeo turbatas religio Christiana modo componere poterat. Et eas in ordinem redegit adiutore eo, qui Apostolis dixerat: „Ecce vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi“. Viri Christiani soli Deo servire cupientes ad gentes barbaras pervaserunt contempto quovis periculo Christum crucifixum praedicaverunt, suarum manuum labore suoque exemplo homines agrestes ad humanitatem et virtutem finxerunt. Quo in numero imprimis filii illius viri sancti sunt, qui condens ordinem, cui illud patris sui „ora et labora“ semper ante oculos obversabatur, pro nomine suo benedictionem adtulit mundo.

Atque in monasterio Montis Cassinensis, ubi patriarcha monachorum occidentalium auream suam regulam scripsit, quae recte „monumentum non satis admirandum sapientiae Christianae“ nominatur, initium fuit operae salutaris, quae brevi ad orientem occidentem, septemtriones meridiem pertinebat.

Etiam in illis terris, quae hodie imperio clementi Habsburgensium parent[1]), ordo incrementa cepit et auxilio divino et protegente summo pontifice adolevit et

[1]) Hae sunt: Austria supra et infra Annesim, Salisburgum, Stiria, Carinthia, Carnia, Goritia, Gradisca, Istria, Tergestum, Tirolis, Vorarlbergium, Bohemia, Moravia, Silesia, Ungaria,

hodie quoque floret atque viget. Qui vero eum serebant et colebant, partim Latini nominis partim Franconiae et Angliae monachi erant. Illi Aquileia profecti, ubi monasteria s. Ioannis ad Timavum, s. Petri in insula s. Petri, s. Iuliani in insula eiusdem nominis, s. Hilarii, s. Michaelis in Cervignano saeculo septimo et octavo regulam s. Benedicti susceperant, alia ut Sexto[1]) in Foro Iulio et Beligna prope Aquileiam saeculo octavo et nono condita erant, Slavos australes sacris Christianis imbuerunt, hi gentibus Germanicis, ante omnes Baioariis et illis Slavis, qui valles Alpium Noricarum incolebant, lumen fidei accenderunt. Sed dum illi, quominus proficerent, variis turbis, quae litibus diuturnis patriarcharum Aquileiensium et Gradensium augebantur, impediuntur, his latus campus patuit, in quo eorum virtus et industria excurrere poterat. Quorum primus erat s. Rupertus, episcopus Wormatiensis, propinquitate domui regiae Merowingorum coniunctus[2]). Primum, ut doctrinam Christi propagaret, ad Avaros properaverat. Inde reversus toto animo se dedidit convertendis Baioariis, ubi complura monasteria condidit, quorum celeberrimum erat quod in ruinis veteris Iuvaviae exstructum principi apostolorum dedicaverat[3]). Huius praeclarum exemplum paulo post alii secuti sunt ut s. Emmeranus et s. Corbinianus, quorum alter Ratisbonae alter Fraxiniae ecclesias et monasteria aedificavit. Horum opera domus regia quoque Baioariorum Agilolfingi multique nobiles Christianam religionem amplexi sunt. Sed etiam tum messis quidem magna, operarii autem pauci. Ut eorum numerus augeretur, Odilo dux ad ripam Lunaelacus in Austria superiore filiis s. Benedicti novam coloniam constituit. Huc ex monasterio Cassinensi duodecim, ut antiquus ordinis mos erat, monachi duce s. Pirminio episcopo advenerunt, qui sub Opportuno

---

Transsylvania. Croatia et Slavonia, Gallizia et Bucovina, ubi parva est vis huius ordinis, hic neglecta sunt.

[1]) Sexto conditum circiter 762, Beligna 811—820. Czörnig, Görz I.

[2]) Quo tempore ille Apostolus Baioariorum in publicum prodierit, non satis constat, cum alii saeculo sexto exeunte, alii exeunte septimo eum in medium processisse contendant. Qua de re scripserunt Hansig, Filz, Blumberger, Mittermüller, Friedericus Wattenbach et alii. Cum illis facit Alois. Huber in opere eleganter scripto: „Die Einführung des Christenthums in Südwest-Deutschland.“ Ex parte horum stat Riezler in opere nuper edito: „Geschichte von Baiern I.“

[3]) Alia monasteria a s. Ruperto condita erant cella s. Maximiliani in Pongau prope Bischofshofen, quae usque ad saeculum undecimum exstabat, monasterium Seekirchense, Oettingense et Weltenburgense in Bavaria. Vide Niedermayer, „Das Mönchthum in Baiovarien“. Num monasteria a s. Ruperto constituta regulam s. Benedicti secuta sint, non omni ex parte constat. Quin etiam magnam habet probabilitatem sententia eorum, qui hanc regulam primum per s. Bonifacium et in monasterium s. Petri et in reliqua inductam esse adfirmant.

abbate novum monasterium patrocinio s. Michaelis archangeli commissum circa annum 748 possederunt[1]).

Cum vero monachi Salisburgenses, quorum numerus Benedictinis ex Brittania adscitis magno opere auctus erat, auctore s. Virgilio episcopo et abbate ad religionem Christianam in Slavis Carantaniae propagandam studia conferrent ibique per Modestum episcopum in Maria Saal, Villaci, Teurniae in urbe vetere, quae tempore imperii Romani sedes episcopi fuerat, signum salutis constituerent[2]), monachi Lunaelacenses vitam totam incolis Austriae superioris, quae nunc est, dediderunt. Sed etiam tum magna Baioariorum pars tenebris paganitatis obfusa iacebat. Quae ut pellerentur, Odilonis filius, infelix Thassilo, ultimus Baioariorum dux, filiis s. Benedicti novas sedes aperuit. Sic orta sunt India[3]) (Innichen) et Matseo[4]) et 777 monasterium quod Thassilo maxime in deliciis habebat, ad Kremisam situm[5]). Ut monachorum Indiae erat in Slavos, qui vallem, quae nunc Pusterthal dicitur, incolebant et Matseensium in vicos ad Iuvavum sitos vexillum crucis inferre, ita Cremifanensibus gentes supra Ánnesim et Slavi per Alpes Austriae superioris dispersi contigerant.

Verum de Tiroli praeter Indiam etiam Scarancia (Scharnitz), 763 circiter a duobus nobilibus Bavaris Reginberto et Irminfrido ad pedem montis horridi Karwendel, ubi Isar flumen per angustias, quae Scharnitzklause dicuntur, viam sibi aperit, exstructa paucis vero annis post Schlehdorf in Bavariam translata[6]) bene merita

---

[1]) Chronicon Lunaelacense et historia Lunaelacensis a Luitholdo monacho saeculo duodecimo conscripta et in Urkundenbuch des Landes ob der Enns. I. edita.

[2]) Quantum hi monachi in Carantania effecerint, ex libro, qui „Conversio Baioariorum et Carantanorum“ inscribitur, perspicitur.

[3]) India condita est ab Attone abbate Scaranciensi, qui a Thassilone anno 770 regionem circa Indiam sitam ita acceperat, ut monasterium aedificaret, cuius monachi Slavis ibi degentibus Christum praedicarent. Font. rer. Austriac. II. 31.

[4]) Quo anno conditum sit non satis constat. Nam cum vetustiores annum 760 ponant, Kaserer id eodem, quo Cremifanum, anno (777) constitutum esse contendit. Kaserer, Geschichte des Collegiatstiftes Mattsee.

[5]) De historia Cremifani scripserunt: Hagn, Urkundenbuch der Abtei Kremsmünster; Rettenbacher, Annales Cremifanenses; Hartenschneider; Dannerbauer, Geschichte von Kremsmünster; Loserth, Geschichtsquellen von Kremsmünster, und Hagn, Wirken der Benedictiner-Abtei Kremsmünster für Wissenschaft und Kunst. Primi incolae duodecim numero a Fatero abbate ducti ex monasterio Altahensi-Inferiore venerunt.

[6]) Vide Riezler, Geschichte von Baiern, I.; Egger, Geschichte von Tirol, I.

est. Iam antea vero Vorarlbergium per monasteria Tuberim [1]) et Augiam Maiorem [2]) ad vitam cultiorem conformatum erat.

Haec Benedictinorum studia etiam, cum Thassilo propter defectionem a rege Francorum Carolo Magno in monasterio Goariensi poenas daret, non modo repressa sed dilatata sunt. Cum enim Carolus bellis cum Avaris feliciter gestis non solum terras Alpinas sed etiam Austriam inferiorem et Ungariam superiorem ab iniquo et gravi imperio liberasset, latissime manare potuit industria ordinis, cum praesertim magnus imperator et qui ei successerunt, et in his Ludovicus Pius, qui instaurationem ordinis a s. Benedicto abbate Aniagnensi excogitatam et in synodo Aquisgranensi 817 comprobatam per omnia imperii monasteria ratam esse iussit, gratia et auctoritate eum sustentarent. Neque tamen silentio praetermittendum est, quanto opere episcopi Pataviensis, Ratisbonensis, Fraxinensis et ii monachi, qui Bavariam, quae nunc est, incolebant, fratres Austriacos in exequendo munere a Carolingis iniuncto adiuverint. Hi sunt Benedictini Altahae-Inferioris, s. Emmerani Ratisbonenses, Mettenses, Tegernseenses. Maxime autem egregia erat industria Tegernseensium, qui monasterio s. Hippolyti ad Traisim condendo coloniam in Austriam inferiorem deduxisse dicuntur [3]).

Ut vero operarii augerentur, saeculo nono ad Traunsee ortum est novum monasterium Trunkirchense [4]) et iam 785 monasterium Oettingense a Benedictinis Salisburgensibus conditum Buorn, qui locus hodie Michaelbeuern dicitur, translatum est [5]).

Sed tamen saeculo decimo ineunte ordo magnum cepit damnum. Hungari in vallibus Pannoniae consederant et regno Moraviensi deleto praedae avidi in occidentem progressi erant. Germania et Burgundia, etiam Italia et Gallia a praedatoribus vexata,

---

[1]) Tuberis, quae hodie Taufers vel Duvers dicitur, prope Feldkirch sita. Bergmann, Denkschriften d. k. Akad. d. Wissensch. phil. hist. Cl. V.

[2]) Vide Bergmanni l. c. eiusque commentationem in „Wiener Jahrbücher der Litt." f. 118. Augia maior a discipulis s. Galli condita esse dicitur.

[3]) Huius monasterii conditores duo nobiles Baioariorum Adalbertus et Ottocarus, qui Tegernsee ipsum constituerunt, fuisse dicuntur. Si monasterium s. Hippolyti unquam Benedictinorum erat, nonnisi tempore successorum Caroli Magni conditum esse potest. Conf. Mayr: Acta s. Quirini Martyris, et Diöcesangeschichte von St. Pölten, I.

[4]) Neque a quo, neque quo anno monasterium Trunkirchense aedificatum eodem loco, ubi nunc Altmünster oppidum est, conditum sit, satis constat. In litterarum monumentis primum anno 909 commemoratur. Urkundenbuch des Landes ob der Enns, II.

[5]) Filz, Geschichte von Michaelbeuern, hoc 785 factum esse dicit. Aliud Riezler l. c. I. statuit.

agri late devastati sunt. Gravissime vero hac acerbitate terrae Alpinae Austriae adflictae sunt. Multae ecclesiae et monasteria ut Sanhippolytanum, Cremifanense, Trunkirchense, Lunaelacense, Michaelburanum, Mattseense et monasteria patriarchae Aquileiensi subiecta, s. Ioannis ad Timavum, s. Michaelis in Cervignano, Sexto, Beligna multaque Bavariae deleta sunt; in aliis ut Salisburgi et Indiae numerus incolarum adeo inminutus est, ut muneri suo satisfacere non possent. Accessit eo, ut propter temporum atrocitatem licentia et inmodestia in monasteria irrepserint. Satis tristem imaginem huius temporis rerum scriptores nobis effinxerunt.

CAP. II.

Plus dimidium saeculi occidens in hac ruina et labe erat, dum rex Otto Magnus victoria praeclara ad Licum prope Augusta Vindelicorum reportata (a. d. IV. Id. August. 955) Hungaros finibus suis coercuit conatusque eorum repressit.

Nunc demum loca deserta denuo humanitate coepta sunt tingi. Qua de re episcopi Ratisbonensis, Fraxiniensis, Salisburgensis, Pataviensis optime meruerunt [1]). Etiam ordo ad opus pristinum paullatim rediit. Cum vero in regionibus Alpinis, quae ad occidentem spectant, propter incursiones, a quibus Hungari non desistebant, paulum proficeret, in regionibus australibus florere et vigere coepit. Nam postquam patriarchae Aquileiensis litibus compositis animos ad Carinthos et Slavos Istriae et Dalmatiae converterunt, non solum antiqua monasteria instaurata, sed etiam nova in Carinthia et Foro Iulio ut Ossiacum [2]), Mosacium [3]), Rossacium [4]) atque in continenti et insulis Dalmatiae, ut Arbae [5]), Iaderae [6]),

[1]) Plurimum in Austria effecerunt Wolfgangus episcopus Ratisbonensis (972—994) antea monachus Augiae-Divitis et Pilgrimus Pataviensis (971—991), cuius studia omnes viri docti, quantumvis ceteroqui de hoc episcopo dissentiant, summis laudibus efferunt.

[2]) Ossiacum ante annum 1026 a parentibus Poponis patriarchae Aquileiensis conditum primos incolas ex monasterio Inferiore-Altahensi accepit. Ankershofen, Geschichte von Kärnten, II. 2.

[3]) Mosacium vel Moggio in fine Carinthiae situm ab Udalrico I. patriarcha Aquileiensi (1085—1125) conditum est. Czörnig, Görz, I.

[4]) Rossacium (Rosach) ab eodem Udalrico anno circiter 1115 conditum. Czörnig l. c. I.

[5]) Hoc monasterium s. Petro dedicatum circiter 1062 conditum est. Eitelberger, Kunstdenkmale in Dalmatien. Alia monasteria hac in insula erant: S. Stephani, S. Maria Trefandena.

[6]) S. Chrysogono dedicatum. Eitelberger l. c. Alia claustra ordinis nostri erant in dioecesi Iadrensi: S. Michaelis de Monte; ss. Coronae et Damiani (rec. XI cond.); s. Mariae Iadrens.

Traviae [1]), Lissae [2]), Vegliae [3]), Cataro [4]), Ragusae [5]), Lacromae condita sunt. Hic praecipue Benedictini, cum ab episcopis adiuvarentur, opibus multum potuerunt [6]).

Salutaribus instaurationibus quae in monasterio Cluniacensi coeptae et per monasteria s. Blasii et Hirsaugiense etiam Germaniae monasteriis traditae erant, ordo etiam in terris Austriacis ad magnam perfectionem pervenit. Illa aetate certamen magnum inter ecclesiam, cui Cluniacensis ille Gregorius VII. praeerat et imperium Romanum, quod Henricus IV. obtinebat, concitatum, gravissime exarserat. Summa constantia monachi s. Blasii et Hirsaugienses multaeque eorum coloniae Suevicae Summo Pontifici fidem servarunt, et vitae continentia, contionibus scriptisque eosdem animos apud clerum populum, episcopos principes excitare studuerunt. Cum iis Gebhardus Salisburgensis, Altmannus Passaviensis, Adalbero Herbipolitanus et potentissimi principes Babenbergenses in Austria, Traungauenses in Styria, Guelfi in Carinthia fecerunt. Hac societate, quam episcopi et principes Austriaci cum Benedictinis Suevicis inibant, ordo exeunte undecimo et incipiente duodecimo saeculo ad summam perfectionem accessit.

(monial.); s. Thomae (monial.); s. Ioannis Evang. (circa 1059 cond.); s. Demetrii (monial.); s. Petri de Bubignano (monial. cond. circa 1200); s. Ambrosii (monial.); s. Georgii de Ceprisa (monial.).

[1]) Etiam hoc s. Domino dedicatum monasterium propter loci amoenitatem insigne nunc ruinis conlapsum saeculo undecimo conditum est. Primi incolae, qui tamen 1123 demum id possederunt, Monte Cassinensi venerunt. Eitelberger l. c. Alia monasteria in hac dioecesi erant: S. Petri (monial. cond. circa XIII. sec. med.); s. Petri de Chlobuck; s. Ioannis Evang. (cond. circa 1300).

[2]) Monasterium s. Nicolai apud Issenses (Lissa); s. Silvestri in insula Bussi.

[3]) Monasteria erant: S. Nicolai de castro Musola; s. Luciae de Kescha; s. Mariae de Castelione; s. Laurentii.

[4]) Georgii de Culfo.

[5]) S. Mariae de Melida; s. Michaelis de Peclina; s. Mariae de la croma; s. Iacobi de Visinza extra muros.

[6]) De Benedictinis in Dalmatia ille artium existimator Austriacus Eitelberger in Jahrbuch der k. k. Central-Commission zur Erforschung und Erhaltung der Baudenkmale in Oesterreich, vol. V, talia scribit: „Von grossem und nachhaltigem Einflusse scheint mir der Einfluss des Benedictiner-Ordens gewesen zu sein. Denn von der südlichen Grenze Dalmatiens aus, von Lacroma, Ragusa und Meleda bis hinauf nach Arbe, überall finden sich grosse und bedeutende Spuren dieses Ordens, der wie in England und im deutschen Reiche, so auch in Dalmatien der Führer der früheren Civilisation gewesen ist“.

Tum vero orta sunt monasteria Melicense [1]), Gottvicense [2]), Seitenstettense [3]), ad cellas Marianas [4]), Altenburgense [5]) in Austria inferiore, Lambacense [6]), Garstense [7]), Gluniacense [8]) in Austria superiore, Admontense [9]), s. Lamberti [10]), Oberburgum [11])

---

[1]) Melicium Apostolorum principibus Petro et Paulo dedicatum a primo Austriae marchione Leopoldo Babenbergensi 983 circiter conditum primum canonicatus erat, postea a Leopoldo Sancto 1089 filiis s. Benedicti ex monasterio Lambacensi adscitis traditum est. Keiblinger, Geschichte von Melk, I.

[2]) Monasterium Gottvicense Beatissimae Mariae Virgini consecratum ab Altmanno episcopo Pataviensi 1072 circiter conditum et ab eius successore Udalrico I. monachis s. Blasii in Silva Nigra traditum est, qui Hartmannum abbatem cum suis monachis 1004 eo miserunt. Carlin, Diplomatarium Gottvicense.

[3]) Seitenstadium Beatissimae Virgini Mariae dedicatum ab Udiscalco nobili de Stille et Heft 1109 conditum et canonicis saecularibus commissum est. Sed iam 1115 his demptum et San-Blasianis ex monasterio Gottvicensi duce Leopoldo priore traditum est. Tabularium Seitenstettense.

[4]) Cellae Marianae Austriae inferioris 1136 ab Henrico et Rapoto de Schwarzburg adprobante Leopoldo IV. marchione conditae monachis Altahensibus mandatae sunt. Vide: Kirchliche Topographie von Oesterreich, V. Cum in monasterio Infer.-Altahensi leges Hirsaugiae vigerent, etiam hi monachi eiusdem congregationis fuerunt.

[5]) Altenburgum s. Lamberto dedicatum ex monasterio s. Lamberti Stiriensi rogante Hildeburga comite de Buige 1144 frequentatum est. Burger, Geschichte von Altenburg. Cum monachi s. Lamberti per Hartmannum abbatem Gottvicensem leges congregationis Suevicae accepissent, etiam Altenburgenses ei adscripti erant.

[6]) Lambacum Beatissimae Virgini Mariae dedicatum ab Adalberone episcopo Herbipolitano comite de Wels et Lambach 1056 circiter conditum monachi Schwarzacenses possederunt. Ekkebertus primus abbas Lambacensis idemque abbas Schwarzacensis Guilielmo Beato Hirsaugiae familiariter usus est. Schmieder, Chronicon Lambacense.

[7]) Garstenium prope Styriam in Austria superiore situm patrocinio Beatae Mariae Virginis traditum ab Ottacherio IV. marchione Stiriae San-Blasianis Gottvicensibus commissum est, qui duodecim numero ducti a beato Wirntone priore 1107 id possederunt. Primus abbas, cum Wirnto Formbachium avocaretur, s. Bertholdus erat (1110—1142), qui antea prior Gottvicensis fuerat. Friess, Geschichte von Garsten.

[8]) Gluniacum prope Styriam in Austria superiore s. Apostolo Andreae dedicatum ab Arnhalmo nobili de Glunich 1120 circiter conditum est. Pritz, Geschichte von Gleink.

[9]) Ut monasterium Admontense conderetur, factum est per Hemmam comitem de Friesach, quae partem praediorum ad Annesim Balduino episcopo Pataviensi ita tradidit, ut ibi monasterium erigeret, id quod archiepiscopus Gebhardus Balduini successor duodecim monachis Salisburgo adscitis 1074 praestitit. Wichner, Geschichte von Admont, I.

[10]) Monasterium s. Lamberti ab Henrico duce Carinthiae 1103 conditum et potestati Hartmanni abbatis Gottvicensis, unde primi monachi venerant, commissum est. Pangerl, Studien zur Geschichte des Klosters St. Lamprecht in Steiermark.

[11]) Oberburgum in valle Saan Stiriae ab Deitpoldo nobili de Khaag 1140 circiter conditum est.

in Stiria, s. Pauli[1]), Milstatium[2]), Arnoldsteinium[3]) in Carinthia, Fiechtum[4]), Mariaemontanum[5]), Tridentum[6]) in Tiroli.

Ut nova ita etiam vetera monasteria munere sibi delato diligenter fungebantur. Velut monachi Salisburgenses Friderici archiepiscopi (958—990) beneficio florere coeperunt. Hic magnus vir, postquam in domum paene desertam novos incolas induxit, dignitate abbatiali ab episcopali, quae ex tempore s. Ruperti coniunctae erant, separata Titonem praepositum ecclesiae suae cathedralis fratribus praefecit. Atque ita antiqua haec stirps ordinis brevi tempore tanta incrementa cepit, ut cum Tito abbas e vita excederet (1005), monachi non minus quadraginta unus essent, in quibus mens et vis s. Benedicti spirabat. Hac mente imbuti fratres tempora turbulenta, quae in rixis inter ecclesiam et imperium concitatis propter fidem summo pontifici a Gebhardo et Thiemone archiepiscopis servatam — hic enim antea abbas ad s. Petrum fuerat, — Salisburgo ingruebant, fortiter et constanter pertulerunt. Thiemo abbas, cum Bertholdo, qui archiepiscopatum sibi arrogabat, fidem promittere detrectaret, et cum suis monachis constanter causam Gebhardi legitimi praesulis patria pulsi sequeretur, Hirsaugiam confugere coactus est, ubi societatem coniunctionemque, quae inter hoc et s. Petri monasterium erat, renovavit. Similiter, cum Gebhardo mortuo ipse archiepiscopus creatus esset, fideliter rebus ecclesiae studebat neque aut vinculis aut comminatione mortis a constantia sua deterrebatur. Eandem animi magnitudinem etiam monachi prae se ferebant[7]).

---

[1]) Monasterium Sanpaulense ab Engelberto II. comite de Spannheim conditum primos monachos ab Hirsaugia accepit per beatum Guilielmum abbatem, qui Wezilonem cum duodecim monachis 1091 eo misit.

[2]) Milstatium Salvatori mundi consecratum ab Arbone comite Palatino Bavariae 1100 circiter conditum est. Primos incolas ex monasterio Altahensi-Inferiore accepisse dicitur. Ankershofen, Geschichte von Kärnten, II. 2.

[3]) Arnoldsteinium s. Georgio dedicatum 1107 ab Ottone episcopo Bambergensi conditum est. Primi monachi ex monasterio s. Michaelis Bambergensi venisse dicuntur. Ankershofen l. c.

[4]) Fichtum aut mons s. Georgii conditum est a Reginberto episcopo Brixensi, qui eremitas per montem s. Georgii dispersos in unum corpus coniunxit eisque approbatione 1138 Roma secuta regulam s. Benedicti praescripsit. 1706 hoc monasterium quater igne deletum in vico Ficht aedificatum est. Staffler, Das deutsche Tirol und Vorarlberg, I.

[5]) Monasterium Mariaemontanum 1090 ab Eberhardo de Tarasp Schulsii in Unterengadin conditum est.

[6]) Hoc monasterium s. Laurentio dedicatum iam saeculo septimo (?) ortum esse dicitur.

[7]) Chronicon novissimum monast. s. Petri Salisburgensis.

Cremifanum quoque Henrici II. pii imperatoris cura per Godhardum abbatem Altahae-Inferioris ineunte saeculo undecimo excitatum est. Omnino vero hoc monasterium, postquam per Altmannum episcopum Passaviensem novis monachis frequentatum est, quos Theodoricus abbas ab Altmanno constitutus e monasterio Gorce vocaverat, itaque leges Hirsaugienses introductae sunt, vigorem pristinum recipere coepit [1]).

Atque etiam Lunaelacus et Michaelburum cum regula Beati Guilielmi abbatis inducta esset, revixerunt. Magnus hic reformator ordini susceptis monachis laicis, qui etiam fratres barbati vel inliterati nominantur, novum genus addiderat. Horum erat, muneribus inferioribus fungi et monasterii regiones silvestres in arvorum formam redigere. Monachi autem ipsi, fratres litterati, operi Dei, puerorum disciplinis litterisque vacabant [2]). Hoc instituto etiam a monasteriis Austriacis accepto ordo in exequendo munere magno opere adiuvabatur. Longum est singulos tractus enumerare, qui sudore et labore monachorum a feritate ad meliorem vitae cultum perducebantur; hoc dicimus, valles amoenas Alpium Austriacarum, Salisburgensium, Stiriensium, Carnicarum cultum atque humanitatem filiis s. Benedicti maximam partem accepta referre [3]).

His strenuis s. Benedicti filiis, quorum plurimi Germani erant genere, saeculo duodecimo alii se adiunxerunt, qui spumosam Brittaniam patriam vocant, monachi Scotici. Saeculo undecimo Ratisbonae monasterium s. Iacobo consecratum condiderant. Hinc 1158 parva manu egressi Sanctino abbate duce Vindobonam venerunt ibique monasterium et hospitium ab Henrico Iasomirgott primo Austriae duce concessum possederunt [4]).

---

[1]) Rettenbacher l. c.; Loserth l. c.

[2]) Ab initio incolae monasteriorum fere omnes laici erant. Neque cum plurimi monachorum ordinis sacerdotalis essent, laici exclusi erant. Ne a monasterio Cluniacensi quidem arcebantur. Hi enim potissimum erant, qui animum vulgi monasterio conciliarent. Praeterea neque vestitu, neque votis a reliquis differebant, et si scientias necessarias sibi comparaverant, ad dignitatem sacerdotalem ascendere poterant. Hirsaugiae vero propriam regulam acceperunt et magistro subditi etiam cultu (tonsura propria et barba) a clericis differebant cf. Mabillon, Acta ss. ordinis s. Benedicti, II. 1. saec. et VI. praef. praeterea Kerker, Wilhelm der Selige von Hirschau.

[3]) Quanta diligentia monachi agros coluerint, ex monasteriorum urbariis, quae dicuntur, elucet, quorum multa ad nostram venerunt memoriam. Plurima monasteria, cum conderentur, silvas acceperant, quas exstirpabant et in colonias divisas fratribus laicis vel hominibus saecularibus administrandas tradebant. Sic factum esse videmus Melicii, Gottwigii, Seitenstadii, Cremifani etc.

[4]) Hauswirt, Geschichte des Stiftes Schotten in Wien.

At vero non solum fortem virum s. Benedictus in vineam suam vocavit, etiam imbecillam feminam non recusavit. Propterea ubique apud domos monachorum etiam monasteria mox exorta sunt, ubi virgines et viduae cultui Crucifixi se sacrabant [1]). Praeterea etiam coenobia monacharum ipsa per se orta sunt, quorum celeberrima sunt: Nonnbergense prope Salisburgum [2]), ad s. Georgium prope lacum Laengsee [3]), Sonnenburgum [4]) in Tiroli, Monastero prope Aquileiam [5]), Gurcium [6]), Erlaha in Austria inferiore [7]), Trunkirchen in Austria superiore [8]), Gossia in Stiria [9]), Tergestinum [10]), Jaderae, in Arbe aliisque Dalmatiae insulis [11]).

Eodem vero tempore, quo ordo s. Benedicti in terris Germanicis Austriae florebat, etiam in finitimis terris Slavicis, Bohemia, Moravia, Silesia consistere coepit.

Religio Christiana, quamquam his gentibus iam saeculo nono a Germanis probata esset, tamen primum saeculo decimo exeunte altius radices agere atque latius propagari potuit. Et in his quoque terris Benedictinorum praecipue opera res gesta

---

[1]) In litterarum monumentis inveniuntur coenobia monacharum ad s. Petrum Salisburgi, Michaelburum, Admontes, ad s. Lambertum, s. Paulum, Ossiacum, Melicium, Gottwigium, inter quae Admontense ab abbate Wolfoldo, monacho s. Georgii in Silva Nigra 1116—1120 exstructum et nobili genere et pietate atque doctrina monialium brevi magna auctoritate floruit. Ibi, ut unum adferamus, Sophia filia Belae II. regis Hungariae, cum eius sponsus Henricus filius Conradi imperatoris Germanorum mortuus esset, Deo Omnipotenti se obtulit neque quantumvis Geusa II. frater reditum sororis optaret, a proposito descivit. Wichner, Admont, I.

[2]) Prima abbatissa erat s. Erentrudis consanquinitate cum s. Ruperto coniuncta cf. Esterl, Chronik des Frauenstiftes Nonnberg.

[3]) Conditum a Wichburga uxore comitis Ottivini in Pusterthal circa 1008. Ankershofen.

[4]) Conditum a Volkholdo fratre Hartwichi episcopi Brixinae 1018 circiter. Egger, Tirol.

[5]) Conditum a Popone patriarcha Aquileiensi 1041 circiter. Czörnig, Görz. Monastero vicus tum dioecesis Aquileiensis erat.

[6]) Conditum ab Hemma, vidua Guilielmi maioris comitis de Friesach 1042. Praedia tamen monasterii iam 1070 per Gebhardum archiepiscopum Salisburgensem episcopatui Gurcensi adtributa sunt. Ankershofen l. c.

[7]) Conditum 1050 circiter ab Ottone comite de Machland. Urkundenbuch von Oberösterreich, II.

[8]) Quo anno hoc coenobium, quod non confundendum est cum monasterio eiusdem nominis ab Hungaris 910 circiter deleto, conditum sit, enucleari non potest. Tamen per Otacharum IV. marchionem Stiriae vix ante 1110 aedificatum est. Pritz, Geschichte von Oberösterreich, I.

[9]) Gossia prope Leoben in Stiria ab Adula uxore Aribonis IV. comitis de Leoben 1020 circiter condit. Wichner l. c. I.

[10]) Monasterium Tergestinum a puella paupere 1278 conditum. Wendenthal, Oesterreichische Klerisei, V.

[11]) Antiquissimum Dalmatiae monasterium in Arbe insula erat, conditum saeculo duodecimo.

est. Wolfgangus pius episcopus Ratisbonensis, fidus ille s. Benedicti filius, Bohemiam potestati suae subiectam a dioecesi sua seiunxit et 973 Benedictinum Tietmarum Magdeburgensem primum suae potestatis episcopum Pragensem agnovit [1]). Huius igitur sub auspiciis ordo primum domicilium in Bohemia conlocavit. Wlada enim pia ducis filia cum compluribus sui similibus adiuta a fratre Boleslao II. post annum 970 primum s. Georgio dedicatum coenobium monacharum Pragae condidit [2]).

Viginti annis post monachi ipsi in ea terra, quo iam tot apostolos miserant, manens domicilium aedificato monasterio Břevnoviensi sibi constituerunt. Prima haec colonia a s. Adalberto, secundo episcopo Pragensi, deducta est, qui ipse olim veste simplici s. Benedicti Romae in monasterio s. Alexii et Bonifacii indutus anno 993 duodecim monachos ex eodem coenobio advocavit [3]). Ibi monachi paulo post officiis ordinis fungi coeperunt. Sedularum apium ritu hinc partim eremitae partim plures congregati in loca deserta intrepidi penetrarunt, silvas densissimas exciderunt, exiguis suis cellis et ecclesiis signum salutis imposuerunt. Hoc modo saeculo undecimo Raigradium [4]) et Monacogradecium [5]) monasteria orta sunt.

A monasterio Břevnoviensi s. Procopius profectus primum in solitudine ad Saczawam delituit, postea vero, cum sanctitate eius complures alii adlicerentur, ex stipe conlata sacellum et monasterium aedificavit, in quo sub regula s. Benedicti militabant [6]). Quod exemplum etiam Nicolaus Břevnoviensis secutus in loco deserto ad Opatovicum prope Reginogradecium cellam sibi exstruxit, ex qua postea monasterium prodiit [7]).

Haec igitur monasteria coloniae erant Břevnovii, quod ipsum, ut supra diximus, originem ex monasterio s. Alexii et Bonifacii Romano traxit. Verum etiam ex Germania ordo novas vires accepit. Boleslaus II. enim dux Bohemiae, quantum filii

---

[1]) Frind, Kirchengeschichte von Böhmen.

[2]) Hoc monasterium magnis fortunis exornatum erat. Non minus 129 vici vel omni ratione, vel ex parte ei subditi erant. Frind l. c.

[3]) De hoc monasterio exstruendo et exornando optime meruit Boleslaus II. Dux Bohemiae. Vide: Breve Chronicon Břevnoviense et Ziegelbauer, Geschichte von Břevnov.

[4]) Raigradium prope Brunam in Moravia situm 1048 in honorem principum Apostolorum a Bretislao I. duce Bohemiae conditum et Meinhardo abbati Břevnoviensi traditum est. Vide: Dudik, Geschichte von Raigern, I.

[5]) Monacogradecium 1054 circiter conditum esse dicitur; nonaginta annis post in possessionem Cisterciensium abiit. V. Schaller, Topographie von Böhmen.

[6]) Frind l. c. I.

[7]) Dobner, Monum. hist. Bohem.

s. Benedicti in terra sua profecerint, haud ignorans monasterio Ostrovicensi 999 circiter in insula Moldaviae constituto incolas ex Altaha-Inferiore accivit, qui Lamberto abbate duce hoc secundum ordinis domicilium anno 1000 circiter possederunt [1]).

Aliud quoque domicilium monachi Germanici Kladrubiae prope Mies oppidum montanum sibi fixerunt. Ibi Suatoplukius, dux Bohemiae, anno 1108 fundamenta iecerat monasterii s. Nicolao dedicati. Quamquam hoc primum monachis Břevnoviensibus destinatum erat, tamen a Wladislao I. Suatoplukii successore, qui aedificium incohatum perficiebat, monachis ex monasterio Zwiefaltensi vocatis traditum est, qui bis in patriam reversi 1130 demum, cum tertio advenissent, permanserunt [2]).

Iam vero tempora turbulenta ingruebant. Břetislaus I. (1037—1055) strenuus Bohemiae dux, civitatem suam ab imperio Germanorum vindicare conabatur. Quod facillime introducenda liturgia Slavica sese assequi posse arbitratus est. Ad hoc monasterium ad Saczavam deligitur. Postquam a s. Procopio impetravit, ut dignitatem abbatialem in monasterio a se ipso condito susciperet, ex Ruthenia 1039 Graecoslavicos monachos evocavit, qui sacra ritu Graecorum et lingua Slavica peragerent. Mox tamen monachis pristinis spes beatioris saeculi adfulsit. Cum enim Břetislaus ab Henrico III. Germanorum imperatore 1041 devictus esset, etiam nova colonia auctoritatem perdidit et Graeci monachi Břetislao mortuo a successore Spythinewio e monasterio excedere iussi sunt. 1056 monachi Latini sub Diethardo abbate, qui antea praepositus Břevnoviensis fuerat, redierunt [3]).

Paulo post liberalitate principum etiam nova monasteria aedificata sunt.

Ita Břetislaus I. 1040 circiter praeposituram s. Ioannis Baptistae sub rupe condidit et monachis Ostrovicensibus tradidit; postea ad abbatiam evecta est [4]). Similiter Otto Břetislai I. filius, cum Moravia expugnata princeps Olomucensis factus esset, Gradicii (Hradisch) in castello suo prope Olomucium 1078 monasterium constituit, cui ex abbatia Břevnoviensi incolas advocavit [5]). Etiam supra cellam Nicolai eremitae prope Opatovicum 1086 monasterium s. Laurentio dedicatum exstructum et monachis Cassinensibus traditum est [6]). Paucis annis post (1098) Leitomischlii novum

[1]) Frind l. c. I.

[2]) Köpl, Die herzogliche Benedictiner-Abtei Kladrau.

[3]) Vide Frind l. c. I.

[4]) Frind l. c.

[5]) Dudik, Raigern, I.

[6]) Schaller, Topographie von Böhmen.

monasterium ortum est [1]). Anno 1109 in densa silva prope Iglaviam abbatia Trebicum exstitit, cuius conditores Udalricus et Lutoldus principes Moraviae fuisse dicuntur [2]). Huius monasterii et Raigradii et Gradicii opera indefessa potissimum Moravia humanitate tincta est. His denique 1120 Willimovium prope Czaslaviam principibus Apostolorum consecratum accessit, conditum a Guilielmo (Vilém) comite de Sulzbach, qui una cum fratre Hermanno magnis fortunis id locupletavit [3]).

Hoc saeculo etiam Porta Apostolorum, Selavia, Podlažicum abbatiae constitutae sunt. Quo anno et a quibus Porta Apostolorum, quae nomen a patronis sanctis Apostolis accepit, condita sit, pro certo statui non potest. Tamen sententia eorum, qui Sobeslaum ducem conditorem statuunt, magnam habet probabilitatem [4]). Certe ab eodem abbatia Selaviensis 1139 condita est [5]). Neque, ad quos conditores Podlažicum s. Margarethae sacrum referendum sit, satis constat. Hoc tamen compertum habemus, eam priore duodecimi saeculi dimidio praeposituram Břevnoviensem fuisse et 1159 a Wladislao rege Bohemiae ad abbatiam monasterio Břevnoviensi subiectam productam esse [6]).

Etiam Silesia filiis s. Benedicti initio saeculi decimi tertii aperta est. Ibi Casimirus Miecislai ducis filius 1211 Teschenae monachis, quos ex coenobio Polonico Tiniz prope Krakoviam sito vocaverat, domicilium fixit. 1269 vero sedem Orlaviam transtulerunt [7]). His monasteriis denique 1146 novum coenobium monacharum, secundum Bohemiae, additum est, quod Iudit, uxor Wladislai regis, Teplicii condiderat magnisque fortunis exstruxerat [8]).

Itaque ex gemma, quam s. Adalbertus condito monasterio Břevnoviensi in terra Bohemica 993 severat, arbor patula excreverat, cuius ramis tres terrae, Bohemia, Moravia, Silesia obumbrabantur.

Impigri filii s. Benedicti ad munus suum accesserunt, et multae urbes Bohemiae et Moraviae nunc amplae et florentes sudori „nigrorum monachorum“ et originem et

---

[1]) Frind l. c. I.
[2]) Dudik l. c. I.
[3]) Ziegelbauer, Hist. monast. Břevnov.
[4]) Alii portam Apostolorum a familia de Wršowecen conditam esse arbitrantur. Frind l. c. I.
[5]) Frind l. c.
[6]) Chronicon breve Břevnov.
[7]) Heyne, Geschichte des Bisthums Breslau, II.
[8]) Schaller, Topographie.

incrementa accepta referunt [1]). Quam in rem ex multis adferre libet, quantum Iurik monachus Raigradensis effecerit. Cui cum per Henricum abbatem Břevnoviensem in solitudinem decedere liceret, eo loco, quo nunc urbs amoena, Weisskirch, sita est, 1167 circiter cellam aedificavit, silvas excidit, regionem in arvorum formam redegit. His arvis Fridericus dux Olomucensis 1169 monasterium Raigradense donavit. Eodem animo etiam multi alii ex monasteriis in loca deserta se abdiderunt. Omnibus vero praestitit Břevnovium, cuius abbas ab Ioanne XV. summo pontifice visitator generalis et perpetuus Benedictinorum Bohemico-Moraviensium designatus esse commemoratur [2]).

Verum etiam monachi Břevnovienses inter omnes diligenti observatione regulae, severa disciplina, timore Domini, dignos se praebuerunt, qui hac dignitate ornarentur. Plurimi episcopi Pragenses saeculi XI. ex hoc monasterio creati sunt, multi sancti ex eo prodierunt [3]).

Novus campus ordinis industriae saeculo decimo ad finem vergente in vastis imperii Hungarici terris apertus est. Hungari enim, cum proelio ad Licum 955 facto supra Leitham reiecti eorumque impetus in regnum Byzantinum 968 et 972 repulsi essent, ab incursionibus destiterunt et cum finitimis pacem et concordiam inierunt. Eorum vero princeps Geysa eiusque uxor Iarolta bene intellexerunt, Hungaros sui iuris esse non posse, nisi religione Christiana imbuerentur atque humanitate Occidentalium polirentur. Apostoli igitur, qui praecipue ex Germania adventabant, benigne excipiebantur.

Ut in Germania et Bohemia ita in Hungaria quoque filii s. Benedicti non defuerunt evangelio praedicando. Iam per s. Wolfgangum [4]) et alios, qui a Pilgrimo Pataviensi in Hungariam missi erant, multi Christi doctrinam amplexi erant [5]). Firmiter vero consistere et late fluere religio Christiana coepit, cum Geysa eiusque filius Vaikius (Stephanus) 994 sacrum baptisma susciperent. Perpetuam sui memoriam etiam

---

[1]) Longum est, quot oppida a Benedictinis condita sint, enumerare. Adferre liceat praeter oppida in circuitu monasteriorum sita, Schlan, Teschlin, Weletz, Weisskirch (in Moravia), Hohenelbe, Pfrauenberg, Klösterle etc.

[2]) Hanc bullam genuinam esse scriptores et veteres et recentes non sine causa negant, utcumque Ziegelbauerius magna doctrina eam defendere studet.

[3]) Frind l. c. II.

[4]) S. Wolfgangus 972 circiter in Hungaria Crucifixum praedicavit.

[5]) Pilgrimus in litteris ad Benedictum VII. P. M. datis, quae ad nostram pervenerunt memoriam, quinque milia Hungarorum per monachos et sacerdotes saeculares Christianae religioni se addixisse narrat. Num hae litterae genuinae sint, ex Dümleri: Pilgrim von Passau perspici potest.

s. Adalbertus Pragensis reliquit, qui ipse quoque nonnullos apostolos eo misit [1]. Quorum opera ut adiuvaretur, Geysa dux in latis imperii finibus ordini s. Benedicti domicilium aperire constituit et monasterium nunc celeberrimum montis Pannoniae aedificare coepit [2]. Quamquam ei non contigit, ut id confectum adspiceret, tamen eo vivo colonia ordinis ducta ab Adriano primo abbate Břevnoviensi, qui propter turbulenta tempora ex patria excesserat [3], in novum monasterium advenerat. Hoc Geysae filius et successor, Stephanus sanctus, exaedificavit. Victoria, quam hic magnus princeps a Kupa, principe factionis ethnicae, ad Vesprimium reportaverat etiam triumphus religionis Christianae et cultus atque humanitatis decretus erat. Stephanus igitur religionem Christianam propagandam curavit, regnum in dioeceses divisit, ordini Benedictinorum complura domicilia adsignavit. Quae sunt: abbatia Pecsvaradiensis [4], s. Adriani de Szala [5], s. Hippolyti de Zobor [6], s. Petri et Pauli de Tata [7]. Praeter has ad eum auctorem referuntur abbatiae s. Mariae de Bihar et s. Georgii de Iak [8]. Unde primi horum monasteriorum incolae advenerint, certo auctore compertum non habemus. Cum tamen exhibeatur, sanctum illum regem cum Odilone Cluniacensi commercium habuisse [9] et monasterium s. Petri auxisse [10] et cum Cassino Monte coniunctum fuisse indeque duos fratres ad erigendum in suo regno monasterium devocasse [11], a vero non aberrabimus, si statuimus, primos Hungariae Benedictinos instaurationi a monasterio Cluniacensi propagatae addictos fuisse. S. Stephanus, ut id, quod sibi proposuerat, perficeret, duos cuiusque monasterii fratres munere

---

[1]) De Adalberti cura vid. Büdinger: Oesterr. Gesch.

[2]) Hoc monasterium in monte aedificatum erat, cuius in radicibus urbs Panonia sita erat, a qua nomen accepit. cf. Czinar, Monasteriologia regni Hungariae I.

[3]) Anastasius (Radla) monasterium Břevnoviense reliquisse dicitur propter rixas, quae inter gentes potentissimas Bohemiae, Wrsowece et Libic, ex qua s. Adalbertus erat oriundus, intercedebant. Palacky, Geschichte von Böhmen.

[4]) 1017 ad memoriam partus filii Emerichii condita esse dicitur. Czinar l. c. I. 179.

[5]) Ibi iam sub Privina principe Slavorum ecclesia fuisse dicitur. Czinar l. c. I.

[6]) Nomen cepisse dicitur a Zoborio belli duce Zwendibaldi, qui a ducibus Arpadii in expugnatione Nitriae necatus erat. Quo anno condita sit, non constat. Czinar l. c. I.

[7]) Adprobante rege condita a Deodato de comitibus s. Severini de Apulia. Czinar l. c. I.

[8]) Czinar I.

[9]) Iotsaldi epitaphium Odilonis.

[10]) Propterea eius et uxoris Giselae Bavariensis nomina in libro confraternitatis s. Petri scripta videmus.

[11]) Leonis Chron. Mont. Cassin. II.

missionariorum fungi voluit [1]). Ad hos multi alii accesserunt, in quibus Guntherus eremita [2]) et s. Gerardus, sodalis monasterii s. Georgii Veneti, principem locum obtinent. Illo auctore rex extremis vitae diebus abbatiam s. Mauritii de Bakonybil aedificavit [3]). Hic magnus vir partim in monasterio suo, partim in itineribus singulari doctrina sibi comparata cum Hierosolyma peregrinaretur, Quinqueecclesias venerat, ibique precibus Anastasii abbatis cedens remanserat. In eius disciplinam rex filium Emerichium tradidit. Ex solitudine, in quam postea se abdiderat, 1030 a rege in sedem episcopalem Czanadensem est vocatus. Ibi verbis scriptis, eruditione exemplo pro regno Dei desudavit et plura monasteria a se erecta ordini s. Benedicti concessit [4]), dum corona martyrum decoratus ante diem octavum Calendas Novembres 1047 vitam finivit [5]).

Fere decem annis ante (1038) sanctus Stephanus, fidelis amicus et patronus ordinis, de vita migraverat. Etiam successores vestigia eius presserunt et pauci erant reges saeculi undecimi, qui ordini non domicilia aliqua adsignarent. Sic ortae sunt abbatiae: b. Mariae V. de Saár [6]), s. Andreae de Vissegrád, s. Demetrii, b. Mariae et s. Aniani de Tihan [7]), b. Mariae V. de Kolosmonostra, ss. Salvatoris de Sexárd [8]), s. Iacobi de Silisio [9]), de Zászty, s. Benedicti de Quinqueecclesiis [10]), s. Benedicti de iuxta Gron, b. Mariae de Pagrány [11]), s. Martini de Mogyoród, s. Aegidii de Simighio, s. Michaelis Archangeli de Bátha, b. Mariae de Szent Iobb [12]), b. Mariae de Curru [13]).

---

[1]) Mons Pannoniae vero quattuor monachos Leonardum, Concium, Philippum, Henricum dimisit. Horum uterque ad archidiaconatus dignitatem ascendebant. Czinar l. c.

[2]) De Gunthero, qui saepius ex cella sua s. Ioanni Baptistae consecrata in Hungariam veniebat, conferri potest Dudik, Raigern et vita Guntheri.

[3]) Czinar l. c. I.

[4]) A coenobiis a s. Gerardo conditis monasterium s. Gerardi vel Bernardi de Czanad originem duxisse dicitur. Czinar l. c. I.

[5]) Büdinger, Oesterr. Geschichte, I.

[6]) A rego Ovo vel Aba condita esse dicitur. Czinar l. c. I.

[7]) Haec monasteria condita sunt tempore Andreae I. regis (1046—1061). Eorum plurima a rege ipso instituta esse videntur. Czinar l. c. I.

[8]) A Bela I. (1061—1063) condita esse dicitur.

[9]) Originem duxit ab Ottone comite Siimegiensi 1065 circiter. Czinar l. c. I.

[10]) Sub Salomone rege Hungariae 1067 et 1070 ortae esse dicuntur. Czinar l. c. I.

[11]) A rege Geysa 1075 circiter conditae sunt. Czinar l. c. I.

[12]) Ortae sub Ladislao Sancto rege Hungariae. Czinar l. c. I.

[13]) Condita post mortem Ladislai Sancti 1095. Nominata esse dicitur ex eo, quod currus, quo corpus sancti regis Varadinum veheretur, sine vectore eo propere tenderet.

Saeculo duodecimo constitutae sunt abbatiae: b. Mariae et s. Petri de Csatár [1]), s. Helenae de Földvár, b. Mariae de Dömölk [2]), b. Mariae de Széplak [3]), s. Nicolai de Madocsa [4]), s. Stephani Protomartyris de Kaët [5]), b. Mariae de Güssing [6]), s. Margarethae de Meszes [7]).

Saeculo undecimo vel duodecimo exstiterunt abbatiae: b. Mariae de Babolcha, ss. Cosmae et Damiani de Ludány, ss. Salvatoris de Kapornak, ss. Apostolorum Petri et Pauli de Taplocza, natae Angelorum Reginae de Kompolt, s. Martini de Bulcs ad Solymos, s. Andreae Apostoli de Bistria, b. Mariae de Almád [8]).

Priore parte saeculi decimi tertii exortae sunt abbatiae: s. Iacobi de Lébeny [9]), s. Stephani de Telki [10]), s. Benedicti de Skalka seu de rupibus [11]), s. Gregorii de Colocza, ss. Apostolorum s. Petri et Pauli de Kács, abbatia de Aracsa [12]), s. Iacobi de Eremo [13]), s. Margarethae de Hahóth [14]), s. Georgii de Dombó [15]), ss. Trinitatis de Siklós [16]), praepositura s. Benedicti de Simigio alias Kaposfő [17]).

His addi possunt talia monasteria, quorum origines, quamquam historiae documenta desunt, tamen ad hanc aetatem referendae sunt: s. crucis iuxta Muram, s. crucis de Vértes, s. crucis de Telki [18]), s. spiritus de Monostra, s. Benedicti de Borchi,

---

[1]) Regnante Bela II. 1108 a Martino comite Saladinensi condita. Czinar l. c. I.

[2]) Condita a Bela II. Czinar l. c. I.

[3]) Sub Geysa II. 1143 circiter orta Czinar l. c. I.

[4]) Erecta per Magnum Bikach regalium tavernicorum magistrum. Czinar l. c. I.

[5]) Dux Belus Banus circa 1150 hoc monasterium fundavit in proprio fundo suo Caet unde et Ban-Monostra nominatum. Czinar l. c. I.

[6]) Erectum per Wolferum comitem de Gissing anno 1157 sub Geysa rege. Czinar l. c. I.

[7]) Almus dux Belae II. regis pater monasterium hoc fundavit. Czinar l. c. I.

[8]) Czinar l. c. I.

[9]) Monasterium hoc a Cheparo et Poth fratribus de gente Hedervarya oriundis ac Hungariae proregibus anno 1209 ordini s. Benedicti est conlatum. Czinar l. c. I.

[10]) Abbatia haec liberalitate comitis Micha initio saeculi XIII. surrexit. Czinar l. c. I.

[11]) Monasterium hoc conditum est a Iacobo Nitriensi episcopo anno 1224. Czinar l. c. I.

[12]) Tres hae abbatiae iam saeculo XIII floruerunt.

[13]) Ab Andrea II. rege 1230 pro eremitis Benedictinorum condita. Czinar l. c. I.

[14]) Regnante Andrea II. rege Hungariae a comite Hoholde eiusque filiis fundatum. Czinar l. c. I.

[15]) Ante annum 1247 monasterium hoc iam floruit. Czinar l. c. I.

[16]) Erectum ante annum 1249 a Iula Bano. Czinar l. c. I.

[17]) Praepositura haec est fundata anno 1252 ab Moys et Alexandro filiis Moys Magni. Czinar l. c. I.

[18]) Per Wladislaum II. regem Hungariae 1516 Monti Pannoniae adtributum. Czinar l. c. I.

b. Mariae de Pankota, abbatia de Magócs, s. Martini de Vaska, s. crucis iuxta Granum, b. Mariae in Campo, b. Mariae de Iván y, b. Mariae de Rakony, b. Mariae de Gagy, b. Mariae de Zebegény, b. Mariae de Tereske, s. spiritus de Hrabkó, s. Gabrielis de Mezőtelegd, s. Petri Apostoli de Petúr, s. Margarethae de Bela, b. Mariae de Poroscló, s. spiritus de Bath-Monostor, natae reginae Angelorum de Peczöly, b. Mariae de Monostor, b. Mariae de Ból, s. Ioannis Baptistae de Iánosi, abbatia de Graab, abbatia de Zek [1]).

Neque Benedictini Hungarici officio suo defuerunt. Silvas exstirpabant, loca deserta colebant, opera rustica exercebant. Recte igitur Hungarorum scriptor recens: Mindent a mit birunk, inquit, szellemben és iparban a pannonhalmi iskolától birjuk, mely mindkettőnek bölcsője volt [2]).

Propterea etiam reges exemplum s. Stephani eiusque patris Geysae secuti ordinem maximeque Montem Pannoniae incunabula quasi eius studio et gratia adiuvabant; cuius abbas iam per Stephanum Sanctum omnium privilegiorum et gratiarum a sede apostolica particeps factus est, quibus Cassinensis florebat. In quibus illud locum principem obtinet, quo abbati iuris dictio ordinaria spiritualis in possessionibus ad monasterium pertinentibus concessa est [3]).

CAP. III.

Vigor, quem ordo aetate, de qua supra disputatum est, in finibus imperii Austriaci ostenderat, ne hoc quidem tempore languerat; etiam tum in monasteriis religio Christiana et artes litteraeque colebantur atque aliis tradebantur. Qua in re magno opere adiuvabantur ab ordinibus novis, in quibus Cistercienses a filiis s. Benedicti oriundi et Praemonstratenses a s. Norberto instituti honestum certamen cum ordine antiquo inibant.

Male vero in terris Alpinis imperii Austriaci ordini accidit propterea, quod tum certamina inter Staufos et pontifices Romanos exorta erant et in Germania legitimo imperio carente omnia divina humanaque iura permiscebantur.

---

[1]) Czinar l. c. I.

[2]) Szöllőssy: Az osztrák-magyar Monarchia összes szerzetes-rendeinek történeti és statisztikai rajza, I.

[3]) Czinar l. c. I.

Omnia ordinis domicilia, maxime vero monasterium Mariae Cellense in Austria inferiore, Lambacense, Lunaelacense in Austria superiore, s. Petri et Michaelburanum in Salisburgo, monasterium Admontense in Stiria [1]), ex his turbis calamitatem acceperunt. Tristior vero morum perversitas erat exinde orta. Effrenata enim huius saeculi licentia etiam monasteriorum portas perfregerat, omnia miscuerat, morum integritatem pessum dederat. Quae calamitas ne longius extenderetur, tandem Summorum Pontificum providentia cautum est. Innocentius III., magnus Pontifex, constituit, ut comitia ordinis a Cisterciensibus primum habita a reliquis quoque congregationibus celebrarentur. Tertio quoque anno monasteriorum, qui sui iuris essent, abbatiarum, prioratuum praesides convenirent et de disciplina instituta ad omnes pertinentia proponerent. Hoc institutum ab Honorio III. et Gregorio IX. ita auctum est, ut comitia quotannis haberentur. Idem per synodum dioecesanam Vindobonensem anni 1267 Benedictinis archiducatus Austriaci inculcatum est; quamquam prima comitia ordinis 1274 demum Salisburgi habita sunt, cum Fridericus archiepiscopus Salisburgensis in concilio provinciali, anno praecedente habito, auctoritate concilii Lugdunensis commotus, ut instituta Innocentii III. tandem servarentur, imperasset [2]). Quo facilius instauratio ordinis fieret, Benedictus XII. bulla „Summi magistri dignatio“ data ante diem XII Calendas Iulias anni 1336 totum ordinem in provincias divisit aliaque ad disciplinam pertinentia decrevit [3]).

His igitur sedis apostolicae decretis, quae in pluribus conciliis provincialibus Salisburgi habitis pro temporum et locorum diversitate saepius commutabantur, effectum est, ut ordo novas caperet vires, et laetos uberesque fructus praecipue in terris Alpinis imperii Austriaci ferret. Magna praedia propter rerum confusionem vastata et deserta denuo coli coepta sunt. Ubique in fundis et possessionibus eius ecclesiae et oratoria aedificata sunt, ex quibus paullatim parochiae prodibant. Ita plus ducenta oppida et fora nunc opulenta a Benedictinis originem ducunt [4]).

Haec incrementa, quae ordo in terris Alpinis seculo decimo tertio ceperat, cum beneficiis et immunitatibus, quae a summis pontificibus, episcopis, regibus,

---

[1]) Plura in Friess Studien. Monachi Admontenses, cum praedia eorum ita devastata essent, ut fame et inopia premerentur, ex solo patrio Salisburgum demigrare coacti sunt, ubi a fratribus s. Petri, quamvis et ipsi perturbatione civili premerentur, benigne excipiebantur. Wichner, Admont II.

[2]) De instauratione ordinis confer opus spissum Schmiederii Lambacensis: Die Benedictiner Ordensreform im XIII. und XIV. Jahrhundert.

[3]) Cherubini, Bullarium magnum I. 179.

[4]) Friess l. c. et historias singulorum monasteriorum.

principibus large concedebantur, tum ea re augescebant, quod singulis monasteriis viri praeerant, qui animo sanctissimi patris perfusi et muneribus suis integerrime fungebantur et officia fratrum sapienter disponebant. Tales fuerunt Fridericus de Aich, qui monasterio s. Agapiti Cremifanensi plus octo lustra (1273—1325) praefuit subditosque disciplinae regulari assuefecit [1]). Eodem animo imbutus erat Fridericus II. qui ei successit. His similes sunt Rudolphus (1261—1290) et Gundacarus (1318—1324) Seitenstadienses, qui animos non solum ad legem sanctam rite observandam sed etiam ad agros colendos converterunt [2]). Melicii hoc tempore Udalricus II. (1306—1324) super ceteros excelluit. Hic, cum nobiles Austriaci rerum novarum cupidi seditionem excitarent, semper cum principe legitimo fecit et seditiosis, qui monasterium praediis eius vastatis obsidebant, fortiter restitit [3]). Neque Scotis Vindobonensibus abbates egregii defuerunt. In quibus praecipue nominandus est Guilielmus II. (1286—1309), qui propter pietatem et studium principum Habsburgensium, ad quos 1282 regnum Austriacum delatum erat, omnium voluntates sibi conciliavit. Eo deprecatore civibus Vindobonensibus, qui seditione parata ab Albrechtio I. oppressi erant, iusta et acerba poena condonata est [4]). Similiter clari erant Conradus Lambacensis (1286—1291) amator fratrum cognominatus [5]), Christianus Lunaelacensis, Fridericus Garstensis (1261—1282). Etiam monasterio s. Petri Salisburgensi egregios praefuisse abbates ex eo elucet, quod tunc praecipue bona fama utebatur. Magnam vero laudem sibi meruit Dietmarus II. (1270—1288) antea abbas Millstadtiensis, qui non solum statum monasterii in formam meliorem redegit, sed etiam comitiis ordinis 1275 habitis virtutem monachorum totius provinciae auxit et ornavit [6]). Inter abbates monasterii Admontensis Henricus II. (1275—1297) et Engelbertus (1297—1327), auctoritate non minus quam doctrina clarus, eminent [7]). Simili laude digni sunt Fridericus (1288—1306) et Ortolfus (1329—1341) abbates Lambertini [8]). In Carinthia imprimis monasterio Ossiacensi et Sanpaulensi insignes abbates praefuerunt. Ibi beatus Wernerus III. (1300) fratribus vitae sanctitate praeluxit [9]). Hic Gerhardus de Ennsthal (1258—1275) tanta

---

[1]) Rettenpacher, Annal. Cremif.

[2]) Tabularium Seitenstadiense.

[3]) Keiblinger, Geschichte von Melk, I.

[4]) Hauswirt, Geschichte der Schotten-Abtei in Wien.

[5]) Schmieder, Chronicon Lambacense.

[6]) Chronicon novissimum s. Petri.

[7]) Wichner, Admont, II.

[8]) Album Lambertinum.

[9]) Wallner, Annus millesimus Ossiacensis.

fuit vigilantia, ut (1275) dignus haberetur, qui episcopus Lavantinus consecraretur. Etiam, qui succedebant, imprimis Weriandus abbas vestigia eius premere studuerunt [1]). In Carinthia monachorum Salisburgensium opera etiam nova praepositura Wietingii constituta est [2]).

Ut in reliquis partibus provinciae Salisburgensis ita etiam in Tiroli Benedictini officio suo strenue fungebantur, quamvis vires eorum debilitarentur. India plus 450 annis post quam condita erat, 1142 in collegiatum transformata est [3]) et Benedictini s. Laurentii Tridentini 1235 circiter domum antiquam ordini s. Francisci nuper orto concesserunt [4]). Nihilo minus monachi opus suum persecuti sunt. Incolae montis s. Georgii amoenam vallem Achen, quam 1112 circiter dono acceperant, colere coeperunt et Fiecht, oppidum nunc opulentum in radicibus montis situm, eorum sudori originem debet [5]). Eosdem vero disciplinae regularis tenaces fuisse, multa beneficia ab episcopis Brixinensibus iis conlata documento sunt; atque Conradus episcopus Tridentinus 1205 sedem ibi conlocavit [6]). Neque his inferiores erant monachi Mariaemontani, quamvis a tutoribus graviter vexarentur adeo, ut Hermannus abbas intrepidam defensionem monasterii 1304 capite lueret [7]). Similiter incolae Augiae maioris in colendis iugis montium Brigantinorum defixi erant ibique complures parochias ut Alberschwende, Andelsbuche, Lingenau cett. condiderunt [8]).

Exeunte vero saeculo decimo quarto hoc studium elanquescere et menti malae ac pravae locum dare coepit. Schisma triste, quo viscera ecclesiae Dei dilacerabantur, et certamina crebra, quae ab 1379 propter partitiones terrarum inter principes Habsburgenses exarserant, etiam congregationibus regularibus fraudi fuerunt. Aliud quoque accessit. In plurimis monasteriis fortunas omnibus communes abbas et capitulum inter se partiti erant et haud pauci abbates non administratores sed dominos rerum se esse opinabantur. Comitia ordinis, in synodis provincialibus Salisburgensibus etiam atque etiam commendata, et visitationes monasteriorum in oblivionem erant adducta, votum ipsum paupertatis identidem oblitteratum. Inde

---

[1]) Beda Schroll, Das Benedictiner-Stift St. Paul.
[2]) Chronicon novissimum.
[3]) Egger, Geschichte von Tirol.
[4]) Egger l. c.
[5]) Wendenthal, Oesterr. Klerisei.
[6]) Staffler, Das deutsche Tirol.
[7]) Staffler l. c.
[8]) Bergmann, Necrologium Augiae maioris.

factum est, ut labente disciplina etiam studium honestum et agendi alacritas praeceps iret.

Huic calamitati denique a potestate ecclesiastica et civili obviam itum. Albrechtius V. dux Austriacus Nicolaum de Dünkelspühel clarum doctorem rationem ordinis instaurandi excogitare iussit et ad eam exequendam viros religiosos ex Italia arcessivit. Martinus V. P. M. et consilium Constantiense auctores fiunt. Viris, quibus instauratio demandata erat, Nicolaus Seiringer Matzen ex vico Austriae inferioris oriundus praefuit, qui in monasterio Sublacensi eruditus erat. Opus suum 1418 inceperunt in monasterio Mellicensi, ubi Ioannes III. abbas munere se abdicaverat et Nicolaus in eius locum successerat. Hinc Gottwigium, Altenburgum, Cellae Marianae, Seitenstadium, Gluniacum, Cremifanum reformabantur. Cum Scoti Vindobonenses praeter Hibernos et Scotos quemquam suscipere constanter recusarent et monasterium relinquere praeoptarent, dux hanc condicionem auctoritate apostolica accepit et Scoti 1418 Vindobona excesserunt. Monasterium orbatum Germani possederunt. Nec minus Eberhardo III. archiepiscopo Salisburgensi ordo erat cordi. Quo auctore instauratio ordinis, cum in concilio provinciali 1418 celebrato decreta esset, 1421 subpositis legibus Sublacensibus coepta et 1431 a Benedictinis ad s. Petrum accepta est. Eaedem leges paulatim monachis Admontensibus, Sanlambertinis, Arnoldsteinensibus, Ossiacensibus, Sanpaulensibus probatae sunt.

Atque etiam concilium Basileense monasteriorum recognitionem commendavit. Itaque per cardinalem Nicolaum Cusanum, episcopum Brixinensem 1451 nova ordinis instauratio instituta est. Postquam in concilio Salisburgensi novae leges propositae sunt, ad eas inducendas in Austriam, Stiriam, Carinthiam, Bavariam abbates Martinus Scotensis et Laurentius Mariae Cellensis et Stephanus prior Mellicensis missi sunt, Tirolim Nicolaus ipse sibi reservavit. Eorum vero nimiae severitati non monachi quidem, episcopi tamen Friderico metropolitae Salisburgensi subditi restiterunt. In Tiroli autem severa instituti operis exsecutio Sonnenburgi maxime in monialium coenobio molestissimarum indignitatum ansam dedit, quibus diutinae contentiones inter principem et cardinalem ipsum excitabantur [1]).

His instaurationibus brevi tempore toties repetitis ordini pristinus vigor redditus est, cum praesertim manuum operae antiquus honor restitutus esset. Domicilium vero ac sedes ordinis Mellicium erat, cuius leges Sublacenses ad tempora et loca adcommodata a magna monasteriorum corona accipiebantur, quae haud

---

[1]) Vide: Jaeger, Der Cardinal Nicolaus von Cusa, I. Egger, Geschichte von Tirol.

immerito prima congregatio Mellicensis nominatur, quamquam propria congregationis nota ac forma deest [1]). Industria ordinis iterum excitata aedificandis ecclesiis, exstruendis parochiis, studio litterarum colendo conspiciebatur, quamquam aliquid virium subductum erat, cum Oberburgum a Friderico IV. imperatore 1463 ad episcopatum Lubianum adiungeretur [2]) et Millstadtium ab eodem imperatore Summi Pontificis voluntate 1469 ordini equestri sancti Georgii recens instituto concederetur [3]).

Atque etiam in Hungaria bulla Honorii III. Papae capitula ordinis generalia 1223 inducta sunt primumque eodem anno in monasterio de Madocsa Colocensis dioecesis habitum est. Sed haud ita multo post studium hoc praeclarum aspere interruptum est. Manus barbarae Mongolorum 1241 duce Batu Hungariam ingressi exercitu Belae IV. regis ad Saio flumen victo agros omni clade belli pervastarunt. Multa monasteria eversa sunt, quorum nonnulla resurrexerunt, alia nunquam ex ruina se erexerunt [4]). Contra montem Pannoniae quoque barbari progressi erant; neque tamen monasterium ab Uria abbate et fratribus animo forti defensum capere potuerunt [5]).

Verum tamen superstitibus quoque monasteriis propter temporum atrocitatem vitia obrepserant repugnantia spiritui s. Benedicti. In hoc tempore mons sacer Pannoniae iterum incunabula quasi ordinis factus est. Favus enim eius abbas decreto Alexandri IV. Summi Pontificis 1256 potestatem accepit „tres abbates Benedictinos ordinis zelum habentes cum consilio et consensu capituli generalis eligendi et cum

---

[1]) Etiam ex remotis terris monachi Mellicium convenerunt, ut eius coetui adgregarentur aut vitam cognoscerent. Huic congregationi se adiunxerunt Gottwigium, Scoti Vindobonenses, Altenburgum, Cellae Marianae, Garstenium, Seitenstadium, Gluniacum, Cremifanum, Lambachium, Admontes, Sanlambertinum, Arnoldsteinium, Ossiachium, Sanpaulense, Michaelburanum, Lunaelacus, s. Georgii mons, Mariaemontanum, Constantium, Dekingense, Elhingense, Wiblingense, Ebersbergense, ad s. Emmeranum, Ennsdorfense, Ettalense ad s. Crucem, Hirsaugia, ad s. Magnum de Füssen, Mallersdorfense, Neresheimense, Altahium Inferius et Superius, Ochsenhusanum, Ottoburanum, Reichenbachium, Seon, Tegernsee, ad s. Udalricum et Afram Augustae Vindelicorum, ad s. Vitum, Weihenstephenense, Odenheim, Břevnovium, Trebiacum, Bela, Csanad, Mons Pannoniae, Tyniec. Keiblinger l. c. Cf. Schramb, Chronicon Mellicense.

[2]) Muchar, Geschichte der Steiermark.

[3]) Hohenauer, Kirchengeschichte von Kärnten.

[4]) Quamquam Mongoli multa monasteria populati sunt, tamen unam abbatiam b. Mariae de Curru certo scimus.

[5]) Czinar l. c. I.

iisdem abbatibus regulariter visitandi, corrigendi et reformandi auctoritate apostolica monasteria ordinis sui in capite et in membris, quae visitatione correctione et reformatione viderit indigere“ [1]). Haec mandata cum Favus diligenter persequeretur, non solum nonnulla ex ruina resurrexerunt sed etiam nova condita sunt. Ita saeculo decimo quarto orta sunt prioratus b. Mariae de Stohla [2]) abbatiae s. Georgii de Iásd [3]), b. Mariae de Buchan [4]), ss. Salvatoris de Lekér [5]), b. Mariae de Zebegény, b. Mariae de Bizere, b. Mariae de Kolos [6]), b. Mariae de Koppanmonostor [7]), ss. apostolorum Petri et Pauli de Szerencs [8]). Sed tamen ordo etiam quaedam monasteria amisit. Sic abbatia ss. Trinitatis de Siklós 1303 Cisterciensibus concessa est [9]), s. Demetrii iam 1332 interierat, b. Mariae de Güssing 1280 in castellum immutata, abbatia Aracsa 1378 ordini fratrum minorum tradita, s. Stephani de Kaët 1229 ad sedem episcopalem destinata erat [10]). Praeterea vires eius vehementibus factionum contentionibus, quae extincta gente potentium Arpadarum exarserant, deminuebantur. Ne labaret, iterum a sede apostolica provisum. Benedictus XII., summus pontifex, monasteria, quae in provincia Strigoniensi et Colocensi erant, in unam provinciam congregavit, et Clemens VI., qui aetati eius successit, ut ad recuperanda monasteria et possessiones omnes lati imperii Benedictini procuratores crearent, 1343 constituit. Quanto opere et haec decreta et capitula certo tempore habita ex usu ordinis acciderint, cognosci licet ex litteris, quas Sigismundus rex exeunte seculo XIV. scripsit: „Subditorum nostrorum commodis invigilare tenemur: praesertim abbatum et monachorum ordinis s. Benedicti, quorumlibet monasteriorum regni nostri, qui inter ceterorum ordinum monachos ac fratres in ipso regno augmentati, sicut iubar salutaris luminis vulgo ac populo seculari, ut in rectitudinis via et luce procedat, praeclara praebent exempla et regularissima devotione divina officia complendo peragunt: non enim gastrimargia aut illecebra ipsorum regulam inquinare videtur;

---

[1]) Czinar l. c. I.

[2]) Condita ab Eberlao de monte s. Georgii comite de villa Stuppan.

[3]) Iam ante 1332 exstitit.

[4]) Iam 1332 exstitit.

[5]) Iam ante 1340 ab hoc ordine possessa.

[6]) Has tres abbatias iam ante 1342 exstitisse, ex litterarum monumentis adparet.

[7]) Ante 1382 condita.

[8]) Iam 1392 exstitisse videtur.

[9]) Iam 1220 in possessionem abbatiae s. Stephani de Telki venerat.

[10]) Praeter haec monasteria multa alia partim interierunt, partim privatorum facta sunt ut ex bulla Clementis VI. 1342 adparet. Czinar l. c. I.

sed coelibatus et parsimonia prae et cum ceteris virtutum insigniis ordinem eorum adeo sollemniter decorare cernitur, quod nos ad eiusdem ordinis . . . prosecutionem favorabilem mente fervida anhelamus."

Verum tamen haec temporum felicitas non diuturna erat. Cum enim proelia in finibus regni ipsius renovata essent, et Osmani infestum exercitum magis magisque ad occidentem promoverent, cumque multis monasteriis non abbates sacra regula praescripti sed administratores et gubernatores praeessent, quorum magna pars vel laici erant, fieri non potuit, quin disciplina et ordo ipse pessum daretur; velut mons Pannoniae, prima abbatia, ut ex bulla Leonis X. anni 1514 adparet, plus septuaginta annos abbatum legitimorum indiguit et per sex annos (1477—1483) laicum, Benedictum e familia Pyher administratorem habuit. Inde evenit, ut multa ordinis domicilia veluti abbatia de Zekk et aliae aut subprimerentur, aut ut s. Crucis de Vértes, b. Mariae de Szent Iobb, s. Gerardi de Czanád aliis ordinibus concederentur. In reliquis vero numerus sodalium adeo imminutus erat, ut in monte Pannoniae, ut hoc adferamus, familia ante celeberrima 1480 non plus decem religiosos haberet [1]).

Atque etiam in provincia Aquileiensi ordo damna fecerat. Monasterium Rosazzo a Martino V. tanquam fundus patriarchae Aquileiensi attributum est, Moggio et Beligna aegre vitam toleraverant. Tristior erat condicio ordinis in Dalmatia, ubi partim aliis ordinibus imprimis s. Dominici et Francisci cedebat, partim Turcarum incursionibus opprimebatur. In insulis tantum Dalmatiae ut Arbe et Trau monialium coenobia perniciei superfuerunt [2]).

Prospera vero studia a saeculo decimo tertio in Bohemia erant. Ex monasterio Břevnoviensi ab Ottocaro II. rege 1213 rogatu Chunonis abbatis colonia eremitarum Politzium deducta est, quae parvum monasterium condidit, ex quo postea praepositura beatae virgini dedicata prodiit [3]). Ab eodem monasterio per Bavarum abbatem castellum Braunavia in praeposituram commutatum est [4]). Kladrubia, quae suscipiendis Germanis colonis magnam de Bohemorum humanitate laudem sibi merebatur, Presticae, quod praedium Rainerus abbas ab Agnete, filia Ottocari I. regis, 1245 sibi comparaverat, Frauenbergi (Přinda) 1306 sub Conrado abbate,

---

[1]) Czinar l. c. I.

[2]) Czörnig l. c. v. Eitelberger l. c.

[3]) Chronicon Břevnoviense.

[4]) A Břevnovio etiam Pragae ad s. Thomam per regem Přemyslium Ottocarum I. monasterium conditum esse dicitur, quod sub Wenzelio II. 1286 ordini Eremitarum Augustinorum concessum est. Chronic. Břevnov.

Tuschkaviae, quam 1384 a domino quodam de Schwihavia acceperat [1]), nova domicilia constituit. Opatrovicum maxime in Silesia colenda versabatur; ibi Grissaviam praeposituram creavit, a Silesiae duce Henrico, filio s. Hedwigis, 1240 conditam et Neumarckium a s. Hedwige 1244 circiter exstructum, atque Wahlstadium, ab eadem sancta principe eodem loco aedificatum, quo Henricus filius fortiter contra Mongolos dimicans ceciderat [2]). In Bohemia hoc impigrum et opulentum monasterium Albipolim (Hohenelbe) et Baszinum praeposituras condidit [3]). Wilemovium, quod 1278 non minus 180 monachi incoluisse dicuntur, qui monasterium a militibus Rudolphi Habsburgensis defendebant, Uhercicae in Moravia 1430 praeposituram condiderat [4]). Abbatiae Podlacicium ac s. Procopii ad Sazawam cum praepositura Zbejsovio s. Ioanni Baptistae dedicata, et Ostrovium quamquam ab iis, quae supra nominavimus, monasteriis obscurabantur, tamen officio suo non deerant. Etiam Porta Apostolorum colonias deduxit. Ab hoc monasterio, quod plus centum monachi sub egregiis abbatibus Zbinkone (1341—1356) et Buskone (1373) incolebant, conditum est Žatecum, s. Catharinae dedicatum (Saatz quod hodie dicunt), Claustrellum praepositura, quae iam 1277 ab Ottocaro II. dissoluta est, Cella ianuae vitae prope Montem Apostolorum, quae nunc Weberschau est [5]). Ex monasterio denique s. Ioannis Ostroviensi prodierunt Viličum, Schlanium, Zatou, Teschlinium praepositurae [6]).

Neque minus monasteria Moraviae cum Bohemia artissime coniuncta honori ordinis studebant. A Trebico Wolleinium, Kumrowitzium, Brisavia praepositurae conditae sunt et ad Kloesterle prope Schönberg nova ordinis sedes parata est [7]).

Prima vero parte saeculi decimi quarti non minus in Bohemia, Moravia, Silesia, quam in reliquis imperii Austriaci partibus cum ex turbulentis temporibus tum maxime ex neglecta lege paupertatis disciplinae severitas resoluta, et nervi ordinis incisi sunt. Verum eo quoque providente sede apostolica spiritus ss. Patris rediit. Iam Gregorius IX. 1235 abbati Břevnoviensi et Cladrubiensi imperaverat, ut omnes Bohemiae abbates ad capitulum ordinis convocarent. Idem Innocentius IV. 1246 imperavit [8]).

---

[1]) Frind l. c. II.
[2]) Dudik, Raigern, I.
[3]) Frind l. c. II.
[4]) Frind l. c. II.
[5]) Frind l. c. II.
[6]) Ziegelbauer, Historia monasterii Břevnov.
[7]) Dudik, Raigern l. c.
[8]) Chronicon Břevnoviense.

Maximam autem vim habuit bulla, quam supra commemoravimus, Benedicti XII., qui in Bohemiam duos priores ablegavit, ut cum abbate Břevnoviensi et Trebicensi hanc bullam persequerentur. Iam 1337 capitulum huius provinciae habitum est [1]). Hac igitur cura summorum pontificum, quae a Carolo IV., cuius memoria adhuc in animis Bohemorum viget, adiuvabatur, vires ordinis revocatae sunt. Ita Caroli IV. opera monasterium Emautinum conditum est, s. Hieronymo dedicatum, in quod liturgia Slavica, quae in Slavis australibus remanserat, auctoritate apostolica inducta est. 1357 Benedictinis Lombardicis novum monasterium ad s. Ambrosium Pragae aedificatum est, in quo cultus divinus ritu Mediolanensi celebrabatur [2]). Monialium quoque numerus auctus est. His enim Pustumerii prope Vischaviam in Moravia [3]) et Pragae ad dei misericordiam, quod vulgo monasterium s. Spiritus adpellatur, coenóbia parata sunt [4]). Utrumque incolas ab antiquo monialium monasterio s. Georgii acceperat.

Sed ineunte saeculo quinto decimo haec temporum felicitas proeliis atrocibus, quae haeresi magistri Ioannis Hussii eiusque assecularum conserebantur, conversa est.

Prima abbatia Břevnovium a Žižka de Tročnow, duce Hussitarum, 1420 ferro ignique deleta est. Multi monachi, qui domicilium defendere conabantur, gladio occisi, alii capti et propter fidei constantiam igni cremati. Abbas cum compluribus fratribus partim Raigradium partim Braunaviam effugerunt, quae tunc sedes patris abbatis facta est. Etiam Policium a Břevnovio conditum ab Hussitis obsessum est. Cladrubia, quae Carolo regnante tanto opere floruerat, sub Wenzeslao vero rege detrimenta ceperat, tunc expugnata et belli sedes delecta est. Peius coloniis eius Tuschcaviae, Pfraumbergio, Presticio accidit, quae funditus eversa sunt. Porta Apostolorum quoque, potens monasterium et praepositurae Weberschauvia et ad s. Iacobum 1420 eidem fortunae succubuerunt. Wilemovium, cuius abbas cum fratribus Uhercicium, in praeposituram Moraviae, fugerant, Sazawa, Ostrovium, Schlanium, Welitzium, Zatou eadem dura fortuna conflictata sunt. Etiam Podlačičium eiusque praepositurae Albipolis et Baczinium furori fanatico victimae ceciderunt. Pariter Emautinum et ad s. Ambrosium et monialium coenobia s. Georgii et s. Ioannis Teplitzii atque monasterium s. Spiritus a fanaticis devastata sunt [5]). Eandem vero

---

[1]) Dudik l. c. I.
[2]) Frind l. c. II.
[3]) Dudik l. c. I.
[4]) Frind l. c. II.
[5]) Secundum Frind l. c. II.

calamitatem propter pugnam inter Georgium Podebrad, regem Bohemiae, et Mathiam Corvinum, Hungariae regem, consertam Moraviae monasteria Raigradium et Trebicum acceperunt ita, ut hoc dissolutum sit [1]).

CAP. IV.

In eandem calamitatem, qua ordo antea adeo florens Bohemiae et Moraviae saeculo quinto decimo obpressus erat, saeculo sequente religiosi terrarum Alpinarum inciderunt. Magni animorum motus, quos monachus Augustinorum et theologiae professor universitatis Wittenbergensis, Dr. Martinus Lutherus, exciverat, in domos quoque ordinis s. Benedicti fluctus evolverant, qui in plurimis avide hauriebantur. Id fieri poterat propterea, quod disciplina et studium litterarum neglegebatur, rerum inanium amor inrepserat. Praeterea ordo sacerdotum regularium maximo erat contemptui, ut monachus cum veste ordinis incedens risui vel iniuriis expositus esset. Perpetua denique certamina cum nobilitate, quae ubique fere novam doctrinam amplexa erat et cupiditatem praediorum monasterialium male dissimulabat, eodem pertinebant.

In monasterium Garstense protestantismus iam anno 1527 invaserat. Paulo post eum in reliquis monasteriis, cum praesertim nonnulli abbates a veritate descivissent, reperimus. Inde fieri non potuit, quin numerus religiosorum in dies magis deminueretur. Gottwigium quidem et Cellae Marianae praeter abbatem nullum conventualem, Seitenstadium, Mellicium, Admontes, Gluniacum, Lambachium, Michaelburum vix plus tres sexve religiosos habebant. Quid, quod in Garstensi monasterio eo ventum erat, ut duo capitula essent, alterum maritorum, alterum trium sodalium caelebum? [2])

Deteriore statu coenobia monialium erant. Ad radices montis Gottvicensis conditum 1557 dissolutum est. Erlaense, Trunkirchense, Salisburgense, Admontense, cum ab incolis desertae essent, interierunt [3]).

Pari modo in Carinthia ac Tiroli et Vorarlbergio nova religio multos asseculas nacta erat, qui immemores voti sacri monasteriis excedebant, ut in monasterio Sanpaulensi mortuo Mathia abbate 1550 duo fratres essent [4]) et in Ossiachensi

[1]) Wolny, Topographie von Mähren, Iglauer Kreis.

[2]) Friess l. c.; Widemann, Reformation in Nieder-Oesterreich; Klein, Geschichte des Christenthums, alii.

[3]) Harum coenobia cum monachorum domibus coniuncta iam antea interierant.

[4]) Schroll, Das Stift St. Paul.

Zacharias abbas munere se abdicaret. Verum de hoc numero excipi possunt ad s. Lambertum, Goessense, Nonnbergense, s. Georgii ad Längsee, ad s. Petrum Salisburgi, quamquam hic Ioannes de Staupitz, fautor et amicus Lutheri, (1521—1522) dignitatem abbatialem obtinuerat [1]), Arnoldsteinense, ubi rustici evangelici abbatem et monachos studio religionis catholicae incensos vehementer vexabant. Scoti quoque Vindobonenses fidei verae paucis exceptis adhaerebant. Cremifanenses, quibus sub Marco Weinero abbate religio nova probata erat, mox ad veram fidem reverterunt [2]).

Tamen providentia divina cautum erat, ne arbor quondam fructuosa tot ramis privaretur. Atque eam ad novos fructus et ecclesiastici et civiles principes excitarunt, inprimis episcopi Urbanus Pataviensis et Martinus Seccoviensis et Rudolphus II. Romanorum imperator atque Ferdinandus archidux Austriae, qui postea Romanorum imperator creatus est. Optime vero Melchior Khlesl cardinalis et episcopus Wienerneustadtensis postea Vindobonensis de ordine meruit [3]).

Is enim adiutus potestate civili religionem catholicam reducere conatus per abbates studio fidei insignes nervos ordini addidit. Neque minus sedes apostolica ordini restituendo operam dedit. Carolus Caraffa, nuntius Vindobonensis, Casparum, abbatem Mellicensem, eo adduxit, ut abbates archiducatus Austriaci 1618 in consilium convocaret, in quo „constitutiones Austriacae“ ab Achazio, priore Garstensi, adumbratae in consultationem veniebant. Hae vero constitutiones reiectae sunt, cum abbates Augustinus Pittrichius Scotensis et Casparus Plautzius Seitenstettensis, eximius s. regulae interpres, iis refragarentur. Tamen Caraffa nuntius incepto non destitit, eiusque opera 1624 secunda congregatio Mellicensis convenit, quae plerumque congregatio Austriaca nominatur, in qua partem habebant Mellicium, Gottwigium, Scotorum Vindobonensium monasterium, Cellae Marianae, Altenburgum, Seitenstadium, Garstenium, Gluniacum, Cremifanum, Lambachium, Lunaelacus. Sed haec congregatio quamvis eam Urbanus VIII. S. P. 1625 ratam faceret, tamen non tantum auctoritate profecit, quantum prima Mellicensis, neque magna fuit eius diuturnitas [4]).

---

[1]) Series abbatum monast. s. Petri Salisburgi. Quam tenaces hi monachi disciplinae fuerint, adparet ex eo, quod Martinus abbas mandato Dietrichii Wolfii, qui 1593 praescripserat „salutis monachorum causa trina vice per hebdomadam esum carnalium et deambulationem nonnisi minis territus ac flentibus oculis acquievit, huncque in finem novum refectorium aedificavit, ne esu carnalium vetus contaminaretur“.

[2]) Hauswirt l. c.; Pachmayr l. c.

[3]) Hammer-Purgstall, Das Leben des Cardinals Khlesl, I.

[4]) Keiblinger, Melk, I.

Multo gravior et Mellicensi longe superstes erat congregatio per Paridem, archiepiscopum Salisburgensem, 1641 facta, quae academia Salisburgensi a Benedictinis gubernata continebatur. Iam pridem multi vires ordinis, si communi quodam vinculo coniungerentur, auctum iri sibi persuaserunt. Eandem sententiam secuti abbates Fuldensis et Cremifanensis id contenderunt, ut omnia Germaniae monasteria uni generali ordinis subessent et eadem disciplina usi viribus conlatis impetus adversariorum imprimis religioni evangelicae addictorum repellerent. Quod ut fieri posset, auctoritate apostolica et imperiali Ratisbonae 1630 consilium legatorum Sueviae, Bavariae, Salisburgi, Austriae monasteriorum habitum est, in quo capitulum generale adhibitis omnibus abbatibus decernebatur. Sed hi conatus, cum quidam episcopi, in his Constantiensis et Augustanus iis resisterent, inriti facti sunt. Propterea Paris, ut suae dioecesis monasteria societatem inirent, constituit, id quod abbates laeti acceperunt.

In primo capitulo ordinis, quod in monasterio ad s. Petrum 1641 habitum est, Albertus III., eiusdem monasterii abbas, visitator generalis electus est.

Huic congregationi praeter monasterium ad s. Petrum, Admontense, Lambertinum, Arnoldsteinense, Ossiachense, Sanpaulense, Michaelburanum, Fiechtum, Mariaemontanum et monialium coenobia, Gössium, ad s. Georgium ad Längsee, Nonnbergense se adiunxerunt. Ne Austriae quidem monasteria ab hac congregatione aliena erant, cum ipsa quoque studiis academiae in dies crescentis incensa essent [1]).

Ita ordo ex his quoque procellis, quibus maiores non saevierunt, quamquam nonnullae abbatiae obrutae erant, tamen ad incolumitatem pervenerat. Mox rem suam strenue gerere coepit. Neque defuerunt magni abbates, qui opus inceptum persequebantur. Ex quibus digni sunt, qui nominatim adferantur, Augustinus (1608 ad 1629) et qui ei successerunt, imprimis Ioannes XI. (1669—1683) ad Scotos Vindobonenses, Davidius Corner (1631—1648) et Godofredus Bessel, magnus historicus, (1714—1749) Gottvicenses, Valentinus (1637—1675), Gregorius (1679—1700), Bertoldus (1700—1739) Mellicenses, Casparus (1610—1627), Gabriel (1648—1674), qui alter fundator adpellatur, Benedictus (1687—1714) Seitenstettenses, Romanus (1681—1699) et Raimundus (1681—1715), qui Tyhan abbatiam Hungaricam a Leopoldo I. imperatore acceperat, Altenburgenses, Antonius (1615—1642) Garstensis, Rupertus I. (1678—1708) Gluniacensis, Alexander (1601—1612), Antonius (1613—1639) propter merita ad dignitatem episcopalem evectus Cremifanenses, Gotthardus (1725—1735) Lambacensis, Maurus (1683—1697) Lunaelacensis, Iosephus (1696—1713) Michaelburanus, Albertus III.

[1]) Chronicon novissimum s. Petri.

(1626—1657), Amandus (1657—1673), Edmundus (1673—1702) ad s. Petrum, Ioannes IV. (1581—1614), Urbanus (1614—1659), Godofredus III. (1696—1702), quem Leopoldus imperator religiosissimum abbatem nominavit, Franciscus (1662—1707) ad s. Lambertum, Alexius (1617—1621), Georgius (1621—1642), strenuus defensor fidei catholicae, Edmundus (1682—1725), alter fundator nuncupatus, Ossiachenses, Ioannes V. (1626—1641) et Aemilianus (1727—1744) Arnoldsteinenses, Philippus (1661—1677) et Albertus I. (1677—1727) Sanpaulenses.

Pro officio ordinis filii s. Benedicti cum protestantismo per valles Alpium Austriacarum divulgato in certamen descenderunt et multos fortitudine et constantia ad veram fidem reduxerunt. Quo in studio nonnullis beneficiis summorum pontificum et imperatorum adiuvabantur, et cum omnes fere cum Monte Cassino artius coniungerentur, huius quoque iura praecipua adepti sunt. Similiter cum Germaniae, praecipue Sueviae, Bavariae, Franconiae Benedictinis, unde multi agris bello triginta annorum vastatis in monasteria Austriaca confugerant et benigne excipiebantur, societatem artiorem inierunt [1]). Itaque ordo in terris Alpinis nova incrementa cepit. In Tiroli autem maiore quodam copia florere coepit, cum Saebenii 1685 novum monialium exsurgeret, quo colonia ex monasterio Nonnbergensi deducta est.

In terris vero regni Bohemici ordo s. Benedicti, postquam bella Hussitarum paullum quieverunt, tarde a calamitatibus ad se rediit. Nam bellis finitis tamen haeresis remanserat, quae, quamquam pro more cuiusque haeresis in plures sectas resolvebatur, tamen sibi constans veterem furorem et odium in ecclesiam catholicam effundebat. Abbatia Břevnoviensis, fecunda illa mater, humi prostrata iacebat. Eius naufragia Ioannes I. 1449 adeo conlegit, ut tandem Braunavia praepositura sedes abbatialis fieri posset. Tanta vero paucitas religiosorum Braunaviensium quoque erat, ut abbas in hanc novam praeposituram fratres Cladrubia deducere cogeretur [2]). In hoc monasterium mortuo Žižka, cuius praeda 1421 factum erat, incolae, qui ad fratres s. Emmerani Ratisbonenses confugerant, redierunt et Presticum et Tuschkaviam praeposituras restituerunt. Sed praepositura s. Catharinae Pfraumbergii vacua relicta est [3]). Ostrovium, antiqua praepositura, a Pragensibus 1422 solo aequata in praepositura s. Ioannis sub lapide revixit, quae tunc sedes abbatum Ostroviensium facta est [4]).

---

[1]) Czerny, Ein Tourist in Oesterreich während der Schwedenzeit.

[2]) Chronicon monasterii Břevnoviensis.

[3]) Ziegelbauer l. c.

[4]) Frind l. c. IV. Nonnullorum sententiam monachos sub regimine Ioannis V. (1518) translatos esse Frindius refellit.

Wilemovium vero, cuius monachi Uhercicium, in praeposituram suam, confugerant, a calamitate, cum iam usibus profanis destinatum esset, vindicari non potuit, utcumque praepositi Uhercicii, qui titulum abbatialem Wilemoviensem retinebant, id recuperare nitebantur [1]). Simili modo abbatia s. Procopii ad Sazowam ab Hussitis funditus eversa nunquam restituta est, quamquam etiam 1500 abbatem extorrem huius monasterii commemoratum videmus [2]). Opatovicum quoque, cuius dignitatem abbatialem praepositi Neumarktii prope Vratislaviam receperant, nunquam refectum est [3]). Communi ruina etiam Porta apostolorum et Podlacicium cum suis praeposituris atque monasterium s. Ambrosii oppressa sunt [4]). Emautinum vero, ubi eucharistia sub utraque specie dabatur, temporum iniuriam effugit. Ex monialium coenobiis unum s. Georgii Pragae revixit; monasteria s. Spiritus et Teplicense ruinis strata manserunt [5]).

Utcunque vero numerus filiorum s. Benedicti deminutus erat, superstites optimo studio accensi doctrinae falsae pro viribus restiterunt. In his praecipue Braunavia, ab eximiis abbatibus ut Hermanno (1426—1449) et Gregorio III. (1481—1483) recta, officio suo laudabiliter fungebatur. Quid, quod hic abbas ab haereticis, cum eos pro virili parte reprimeret, 1483 occisus est? [6]) Ostrovii quoque animum redintegratum esse ex eo elucet, quod Nicolaus abbas, ut concilio presbyterorum 1467 habito praeesset, vocatus est [7]).

Quo animo imbuti Benedictini Bohemiae, Moraviae, Silesiae etiam saeculo decimo sexto et ineunte decimo septimo ex tempestate, qua monasteria propter protestantismum his in terris divulgatum iactabantur, feliciter emerserunt. Quamquam hic quoque quaedam arma navis iam antea adflictae deiciebantur.

Ita Neumarktium, ne in possessionem Friderici, ducis de Liegnitz protestantismo addicti, abiret, episcopo Vratislaviensi ab abbate est concessum. Qua re omnis memoria Opatovici, monasterii quondam florentissimi, extincta est, cum altera eiusdem praepositura Wahlstadtium iam duobus annis ante laicorum facta esset [8]). Eadem

[1]) Schaller, Topographie von Böhmen l. c.
[2]) Frind l. c. IV.
[3]) Frind l. c. IV.
[4]) Frind l. c. IV.
[5]) Frind l. c. IV. et Chronicon Břevnov.
[6]) Frind l. c. IV. et Chronicon Břevnov.
[7]) Frind l. c. IV. et Chronicon Břevnov.
[8]) Heyne l. c. IV.

fortuna Uhercicium praepositura usa est. Petrus, ultimus abbas, Raigradium se contulit ibique 1541 mortuus est [1]). Presticium vero, quod virtute monachorum Cladrubiensium una cum oppido eiusdem nominis ex cinere resurrexerat, 1578 per Rudolphum II. imperatorem dissolutum est. Orlaviae denique, Silesiae potenti abbatiae, ira Wenzeslai Adami Teschenae ducis, quam Andreas Burczinski abbas excitaverat ea re, quod iniurias multitudinis fanaticae monasteria devastantis de suggestu sacro adcusaverat, 1560 exitio erat [2]). Frustra monachi Tiniczenses intercesserunt. Ipsius imperatoris auctoritas non tantum valuit, ut monasterium funditus eversum restauraretur [3]).

Ordinem vero non exstinctum esse, Braunavia documento est, cuius abbas Ioannes III. (1553—1557) Policium praepositurum recuperavit et Raigradium de Moravia adeo meritum, quod extremo saeculo decimo quinto praepositum sine subditis habuerat et 1572 flammis haustum erat, restituit. Aedes sacra monasterii ad Sazawam iam per Matthiam, Ioannis praecessorem, cultui divino reddita, simulque novum monasterium missis compluribus religiosis conditum est [4]).

Neque bello illo, quo per triginta annos Germaniae terrae devastabantur, vires huius monasterii fractae sunt. Iam 1611 Wolfgangus abbas (1602—1619) acer fidei defensor templum ab haereticis aedificatum clauserat. Capitula generalia certis temporibus tum habebantur, neque inrita erant eorum decreta; idem enim Wolfgangus bullam „Benedictina“ secutus 1604 abbatem Cladrubiensem et in proxima visitatione generali abbates s. Procopii ad Sazawam, Emausii, Ostrovii loco movit.

Atque etiam Raigradienses, quod unum domicilium ordinis in Moravia reliquum erat, eodem animo fuisse, seditione primis saeculi septimi decimi annis concitata comprobatum est, quamquam (1624 circiter) non plus tres incolas habebat.

Cum vero medio saeculo decimo septimo etiam Bohemiae et Moraviae pax diu desiderata adfulgeret, etiam ordo fines officiorum longius proferre et liberius in curam animarum incumbere potuit. Itaque disciplina, cum praeprimis ordinis capitula et visitationes haberentur, vigere coepit.

Othmarus abbas Braunaviensis (1700—1738) etiam Wahlstadtium, quae praepositura Opatovicii fuerat, emit et novum monasterium exstruxit 1738 fratribus traditum [5]).

[1]) Dudik l. c. II.
[2]) Frind l. c. IV.
[3]) Heyne l. c.
[4]) Chronicon Břevnoviense et Dudik l. c. II.
[5]) Chronicon Břevnoviense et Dudik l. c. II.

Neque vero a temporibus luctuosis, quibus reliquae imperii partes urgebantur, Hungariae ordinem liberum esse providentiae divinae placuit. Ibi incrementa, ut supra commemoravimus, iam eo praecidebantur, quod abbatiis saepe administratores praeerant, qui divino cultui sacrati non erant. Quam ruinam ordinis prohibiturus Mathias Corvinus rex quamquam 1489 „assistente sibi Angelo episcopo cum plena potestate a latere legato“ omnibus religiosis quasdam leges tulit, tamen malum praecipuum non sustulit, cum abbatias hominibus „de se meritis, aliis ad dies vitae, aliis ad haeredes“ concederet, iisdemque potestatem abbatum creandorum deferret. Meliore cum successu Mathiae successor Wladislaus II., Bohemiae et Hungariae rex, instaurationem ordinis incohavit, cum huic operi Mathaeum de Tolna ad dignitatem abbatialem Montis Pannoniae promotum „notarium cancellariae regium ac clericum dioeceseos Quinqueecclesiensis“ praeficeret. Idem cum abbatem Montis Pannoniae omnibus imperii sui monasteriis praeponeret, ordinis vires artiore quodam vinculo coniunxit. Propterea Mathaeus abbas 1501 capitulum generale convocavit, et ordinis redintegrationem commendavit. Simul, cum pauci essent religiosi (Montem Pannoniae ipsum vix decem monachi incolebant), ut aliorum quoque ordinum religiosos suscipere sibi liceret, impetravit. Denique, cum in munere suscepto a sede apostolica magno opere adiuvaretur, in capitulo 1512 celebrato id effecit, ut confoederatio monasteriorum, quorum patronus rex erat, conveniret. Haec monasteria erant: Mons Pannoniae, b. Mariae de Pécsvárad, ss. Salvatoris de Szekszárd, s. Michaelis archangeli de Batha, s. Aegidii de Simighio, s. Adriani de Zalavár, s. Benedicti de iuxta Gron, s. Mauritii de Beel. Haec confoederatio leges rogavit de similitudine cultus divini, de capitulis generalibus tertio quoque anno, de visitationibus quotannis celebrandis, de eligendis abbatibus, de obsequio praesidi capituli tribuendo, aliis. Perpetuus vero et summus praeses capituli erat, quisquis abbatiam Montis Pannoniae regebat [1]). Forsitan his Mathaei institutis ordo iterum e tenebris in lucem evocari poterat, nisi haec initia pugna adversa ad Mohacs (1526) oppressa et exstincta essent. Tum Osmani Solimanno duce Hungariam ferro ignique vastarunt. Simul bellis civilibus vires in ipsa patriae viscera versae erant. His turbis interierunt monasteria et prioratus: B. Mariae de Stohla, s. Michaelis de Batta [2]), ss. Salvatoris

[1]) Schramb in Chronico Mellicensi etiam hanc confoederationem ad Mellicensem conformatam esse contendit, id quod a Czinario l. c. II. refutatur.

[2]) Ipso die, quo pugna ad Mohacs commissa est, Ludovicus II. infelix rex in hoc monasterio commorabatur.

de Sexard, b. Mariae de Saar, s. Georgii de Ják, s. Mariae de Pécswárad, s. Adriani de Scala, b. Mariae de Babolcha[1]), ss. Apostolorum Petri et Pauli de Káacs, b. Mariae de Kolosmonostor, s. Iacobi de Lébeny, s. Margarethae de Meszez, s. Helenae de Földvár, b. Mariae de Széplak, b. Mariae et s. Petri de Csatár, s. Aegidii de Simighio, s. Martini de Mogyorod, ss. Cosmae et Damiani de Ludány, ss. Salvatoris de Kapornak[2]), b. Mariae de Almád, s. Iacobi de Eremo, ss. Apostolorum Petri et Pauli de Tapolcsa[3]), s. Margarethae de Hahóth, ss. Trinitatis de Siklós, ss. Spiritus de Monostra, b. Mariae de Dömölk, s. crucis de iuxta Granum[4]), b. Mariae de Pankota[5]), b. Mariae de Buchan, s. Georgii de Jásd, b. Mariae de Ivány, b. Mariae de Zebégeny, b. Mariae de Bizere, b. Mariae de Kolos, b. Mariae de Koppan-Monostor, b. Mariae de Csanád, abbatia de Magócs.

Praeter haec, quae Turcicis aut civilibus bellis deleta esse historiae fide comprobatur, fere quinquaginta alia commemorantur, quae quando qua fortuna interierint, indicari non potest[6]). Mons Pannoniae ipse imperio Turcarum subiectus usque ad annum 1638 a gubernatoribus administrabatur, quibus conventus fratrum deerat.

Postquam iam 1633 Gregorius Nagyfalvy et abbas Cremifanensis ab Antonio archiepiscopo Vindobonensi petierunt, ut in hanc abbatiam fratres deducerentur, ab imperatore Ferdinando, rege apostolico Hungariae, Mathias Pálffy, Cisterciensium prior sanctae crucis in Austria inferiore, administrator monasterii orbati designatus est. Hic Vindobonae in oratorio aedificii Mellicensis ordinem s. Benedicti amplexus est; Mathias, ut non solum in abbatia sua conventum religiosorum congregaret, sed etiam quaedam monasteriorum amissorum ordini recuperaret, summa cum fide contendit. Eodem studio Aegidius successor insignis erat. Tandem Gerardo abbati (1684—1689) contigit, ut opera praeprimis Ottonis abbatis Banzii, Bavariae monasterii, abbatiae s. Stephani de Telky, s. Adriani de Szala, s. Aniani de Tihan ab ordine reciperentur.

Atque Telky Scotis, Szala Gottvicensibus, Tihan primum Altenburgensibus Austriacis, ab anno 1716 Monti Pannoniae adtributa sunt. Haec igitur cum archi-

---

[1]) A Mohamedo IV. imperatore Turcico deletum.

[2]) Non ante 1538 interiit.

[3]) Bello civili 1558 deletum.

[4]) Seditione Tököliana eversum.

[5]) 1565 deletum.

[6]) Celeberrima erant: Abbatia s. Benedicti Quinqueecclesiensis, s. Iacobi de Silisio, s. Andreae de Vissegrad, s. Mariae de Bihar, s. Gregorii de Colocza, s. Nicolai de Madocsa, b. Mariae de Pagráni, s. Georgii de Dombó, s. Aegidii de Simigio multae aliae. Cf. Czinar l. c.

abbatia eiusque abbatiis filiabus s. Mauritii de Beel et b. Mariae de Dömölk sola erant ordinis domicilia. Utut vero parvus erat numerus fratrum, tamen viribus vigebant, cum paulatim monasteria Tyrnaviense et Modrense, et postquam ordo societatis Iesu abolitus est, Comaromiense recuperarent [1]).

Vix vero calamitas, quae finibus imperii Austriaci divinitus accidit, exacta erat, cum ordo cum paucis viribus relictis ad munus suum redire coepit. Cui studio providentia divina mox novae vires adductae sunt. Maria Anna, filia Philippi III., regis Hispaniae, tum, cum 1629 Ferdinando Habsburgensi, qui postea Romanorum imperator est electus, nupsit, oratorem sacrum Benedictum de Pennalosa Mondragon, conventualem Montis Serrati, ex patria secum duxit, et imperatorem Ferdinandum II., socerum suum, permovit, ut coloniae horum monachorum praecepta sacrae legis diligentissime observantium (congregationi Valladolid) monasterium Emautinum Pragense 1630 fere desertum committeret. Tres fratres superstites cum abbate Benedicto Bawarowsky Pragae ad s. Nicolaum domicilium sibi constituerunt. Montseratenses autem sub Antonio Sottomaior 1666 Bezdežii praeposituram condiderunt, postquam iam 1633 opera Mariae Annae Vindobonae ante portam Scoticam huius congregationis monasterium aedificatum est [2]).

Eadem aetate ordo in finibus imperii Austriaci novam propaginam acceperat. Mechitar 1676 Sebastiae (Siwas) in Armenia minore natus et 1696 sacerdotio insignitus hoc sibi proposuerat, ut totum Armeniis se daret ex tristi schismate et ignorantia eripiendis. Is cum Galatae, in suburbio quodam Constantinopolis, pueris gentis suae scholam aperuisset iamque magnam in spem venisset felicis successus, Avedikii schismatici patriarchae machinis expulsus ad Venetos confugere statuit; ab his Methonem (Modon) in Peloponneso accepit. Eius institutum Clemens XIII. comprobavit eique regularum optionem dedit. Mechitar legem s. Benedicti elegit, itaque abbas primus et conditor congregationis Armeniae factus est, vinculi illius, quo occidens et oriens continerentur. Sed cum 1715 inter Venetos Turcasque bellum exortum esset, Mechitar cum undecim discipulis Venetias decessit et, postquam Metho a Turcis devastata est, a senatu Veneto dirutum monasterium s. Lazari incolendum accepit. Hic, qua vigilantia in officio suo fuerit, praestans interpretatio Armenia s. scripturae 1734 edita, documento est. Anno vicesimo post, quam Mechitar mortuus erat (ante diem 16. Cal. Maias 1749), undeviginti monachi cum Adeodato, qui postea

[1]) Czinar l. c. I.

[2]) Klein, Geschichte des Christenthums in Oesterreich und Steiermark, und Dudik, Raigern II.

archiepiscopus factus est, Tergestum petierunt, ubi annuente et iuvante Maria Theresia, Austriae imperatrice, novam congregationem condiderunt [1]).

Itaque ordinem s. Benedicti ex hac quoque tempestate quamvis viribus imminutum tamen non fractum prodiisse videmus.

CAP. V.

Novae procellae ordini medio saeculo duodevicesimo imminuerunt. Quae turbae illis doctrinis efficiebantur et alebantur, quae ex Gallia profectae totum occidentem miscebant et speciem philosophiae prae se ferentes antiquum vinculum potestatis ecclesiasticae et civilis dissolvebant. Has doctrinas, quae ordinibus religiosis praecipue fraudi erant, ne principes Habsburgenses quidem a finibus suis arcere potuerunt. Itaque factum est, ut ibi leges ferrentur, quibus religiosi in iure suo interpellebantur.

Tales erant leges graves de amortisationibus, quae dicuntur, deinde quibus libera cum sede apostolica communicatio prohibebatur, tum ne vota sollemnia ante annum vicesimum quintum aetatis emitterentur, denique ut fortunarum administratio potestati civili demandaretur, postremo ut libera abbatum electio, novitiorum exceptio, ipse monasteriorum numerus coerceretur [2]).

His legibus etiam antiquissimum imperii ordinem in discrimen vocatum esse, non est, quod moneamus. Filii s. Benedicti tum, cum post mortem Caroli VI., qui ultima Habsburgensium stirps virilis erat, graves tempestates imperium Austriacum concutiebant, pie a partibus Mariae Theresiae filiae eius et heredis steterant et nihil non ausi erant pro eius salute [3]). Atque imperatrix grato animo periculum, quod ii, quorum consilio utebatur, in ordinem intendebant, depellere non destitit. Sed cum haec magna imperatrix, cuius memoria nunquam ex animis populorum suorum discedet, 1780 mortem occubuisset, tempestates libere eruperunt.

Filius eius, summo ingenio praeditus imperator Iosephus II., quamvis ei salus subditorum maximae curae esset, tamen male eruditus ab hominibus falsae doctrinae deditis, cum omnia ex utilitate pensaret, ordines religiosos nihil aliud esse quam congregationes otii, desidiae, inertiae sibi persuasit. Tam perversa vitae contemplativae

[1]) Hurter, Leben des Erzbischofs Aristaces Azaria.

[2]) Arneth, Maria Theresias letzte Regierungsjahre, vol. III.

[3]) Verordnungen in publicis ecclesiasticis ad annum 1781, 1782.

opinione ductus, brevi tempore, plurimas leges tulit, quibus monasteriorum ipsi nervi praecidebantur. In his nominandae sunt: ut singulorum monasteriorum academiae theologicae claudantur, ne novitii excipiantur, ne bullae vel constitutiones sedis apostolicae nisi auctoritate regia promulgentur, ut confoederationes dissolvantur, ne peregrini excipiantur, ut superiores in exercenda disciplina coerceantur, ut abbates commendatarii constituantur, ut monasteriis parochiae demantur, ut ratio fortunarum ecclesiasticarum reddatur apud potestatem civilem, ne opera theologica vel breviaria et missalia nisi in finibus imperii impressa adhibeantur cett. [1]). Rebus ita constitutis monasteria aboleri coepta sunt.

In Austria inferiore haec iniqua sors obvenit Cellis Marianis, quorum monachi 1782 Mellicensibus adiuncti sunt. Has 1783 monasterium de Monte Serrato Vindobonense secutum est, anno centesimo quinquagesimo post, quam excitatum erat. Neque reliquorum monasteriorum condicio admodum laeta erat. Mellicenses Urbano I. abbate (1785) mortuo novum abbatem eligere prohibiti sunt, et Iosephus Fengler ex collegio Piaristarum tamquam abbas commendatarius ab imperatore iis praepositus est [2]). In Austria superiore iisdem fatis obpressum est 1784 monasterium Gluniacense, postquam per sexcentos annos munere suo pie functum est, et tribus annis post (1787) Lunaelacense, antiquissima huius terrae abbatia. 1749 iubilaeum milliarium celebraverat, septuaginta quattuor abbates et plurimi monachi honori Dei et saluti hominum integre studuerant; tunc abire iussi sunt [3]).

His Calendis Maiis 1787 Garstense accessit. Etiam hi monachi in valles Annesis et Stiriae religionem Christianam et humanitatem transtulerant et panem otiosi non comedebant [4]). Cremifanenses deinde rebus omnibus pretiosis privati sunt; Ehrenbertus III., abbas egregius, 1789 animi imbecilli declaratus eiusque loco Maximilianus Stadler Mellicensis monasterio praepositus est [5]). Lambacensium denique dissolutio iam 1784 decreta erat; tamen ut haec lex abrogaretur, contigit [6]).

In Stiria monasterium Lambertinum 1786 abolitum est. Hoc sub Chiliano Wehrlein (1725—1737) et Eugenio comite de Inzaghi (1737—1760) abbatibus munere

---

[1]) Verordnungen in publicis ecclesiasticis ad annum 1781, 1782.

[2]) Keiblinger, Geschichte von Melk, I.

[3]) Friess, Studien l. c. vol. V.

[4]) Friess, Garsten.

[5]) Hagn, Wirken der Benedictinerabtei Kremsmünster; Brunner, Mysterien der Aufklärung in Oesterreich.

[6]) Schmieder, Chronicon Lambacense.

suo strenue functum erat et eo quoque tempore, cum dissolvebatur, non minus centum quinque monachos habuerat [1]).

Iam Admontenses eadem fortuna usi erant. Hi sub Antonio abbate (1718—1751) in bellis de regni successione 1741 exortis, ut imperatricem rebus angustis expedirent, latos suos fundos obpignerare non dubitaverant. 1783 vero nuntius adlatus est, ut domum suam relinquerent. Quamquam hoc decretum paullo post abrogatum est, tamen monachi, cum eorum numerus ad duodeviginti coerceretur, muneribus suis obeundis pares non fuerunt [2]). Neque vero ut Admontenses moniales Goessenses hoc periculum effugerunt; 1782 haec antiquissima ordinis in Stiria sedes finem cepit [3]).

Peius vero accidit monasteriis Carinthiae. Ibi omnia clausa sunt. Primum haec tristia fata monialium coenobium s. Georgii ad Längsee 1783 interceperunt, deinde eodem anno Ossiacense, Arnoldsteinense, Sanpaulense, quod per septingentos annos bona mala una cum Carinthiae incolis toleraverat. Haec denique Wietingium praepositura Benedictinorum Salisburgensium secuta est [4]). In Tiroli antiquissimum monialium coenobium Sonnenburgum [5]), in provincia Aquileiensi Monasterum abolitum est. Beligna abbatia iam 1752 auctoritate summi pontificis clausa erat [6]).

Abbatiae ad s. Petrum, Nonnbergensis, Michaelburana hanc sortem propterea effugerant, quod eo tempore nondum imperio Austriaco erant adiectae.

Non minus acerba sors erat ordinis in Bohemia. Magnam ibi propter bella, quae Maria Theresia cum Friderico II., rege Borussiae, gessit, iacturam fecerat [7]). Vix vero ex his malis respirare coeperat, cum 1785 monasteria s. Procopii ad Sazawam, s. Ioannis sub rupe (Ostrovium), Cladrubia, Polizium, Bezdezium, s. Nicolai, monialium coenobium s. Georgii abolita sunt. Braunaviae praepositura Wahlstadtii in Silesia 1738 erecta pace inter Austriam et Borussiam facta Borussis concessa est. Itaque in Bohemia Braunavia cum Břevnovio et Emautinum atque Raigradium in Moravia superfuerunt [8]).

---

[1]) Album Lambertinum et Wolf, Aufhebung der Klöster in Inner-Oesterreich.

[2]) Fuchs, Geschichte von Admont l. c.

[3]) Wolf l. c.

[4]) Wolf l. c. et Beda Schroll, Das Benedictinerstift St. Paul.

[5]) Wendenthal in Austriae sacrae IX.

[6]) Staffler l. c. et Egger l. c. III.

[7]) Braunaviae, praeterquam quod agri eius devastabantur, tributum sexcentorum milium florenorum ab hostibus impositum est, et nisi Bennonis abbatis cura et vigilantia fuisset, haud dubie interiisset. Chronic. Břevnov.

[8]) Salzburger Kirchenblatt, 1879, Nr. 2 et 3.

Cum igitur in Bohemia quaedam ordinis reliquiae restarent, in finibus imperii Hungarici ordo ad tempus penitus exstinctus est. Benedictini, quamvis bellis Turcicis magno opere labefacti essent, tamen abbatia Montis Pannoniae duce iam monasterium Tyrnaviense, Modrense, Comaromiense restituere coeperant, cum extremo hoc saeculo horum conatuum finis est factus.

Postquam iam 1782 vota sollemnia fieri et 1783 novitiosos excipi prohibitum est, 1786 archiabbatia, Mons Pannoniae, obpressa est et cum ea abbatiae s. Mauritii Beelii, b. Mariae Dömölkii, s. Aniani de Tihan, s. Adriani et monasteria b. Mariae Deakense, Tyrnaviense, Modrense, Comaromiense [1]). Szala et Telkium abbatiae solae, cum monasterio Gottvicensi et Scotico adiectae essent, temporum iniurias effugerunt. Cum Iosephus II. 1790 mortuus esset, et Leopoldus II. frater ad imperium accessisset, monasteria quidem aboleri desita sunt; neque tamen abrogatae sunt leges severae contra ea latae. Tandem res in laetiorem statum mutata est, cum Franciscus II., Leopoldi filius, regnum adeptus esset. Is enim Benedictinorum ordini favebat. Propterea, ut eorum numerus augeretur, permisit, ut vota sollemnia vicesimo primo aetatis anno fieri liceret. Idem monasterio Lambertino pristinis incolis reddito in Hungaria quoque ordinem restituit [2]).

Chrysostomus enim abbas de Beel, qui abbatia sua dissoluta propter doctrinam „superior districtus literarii Quinqueecclesiensis studiorum director fuit nominatus“ multis impedimentis superatis tandem a Francisco imperatore 1802 impetravit, ut Mons Pannoniae in integrum restitueretur cum omnibus iuribus et commodis, quae antea habuerat, eiusque societati abbatiae de Beel, Dömölk, Tihan adscriberentur et monasteria Tyrnaviense et Comaromiense redderentur, ita tamen, ut eius sodales in decem gymnasiis munus docendi susciperent. Itaque latus campus apertus est virtuti ordinis, qua paullo post novae residentiae ut Iaurinensis, Soproniensis, Strigoniensis, Ginsiensis, Papensis exstructae sunt [3]).

Etiam monasterium Sanpaulense ex ruina, quae impendebat, resurrexit. Cum enim ex pace infelici, quae inter Austriam et Galliam Posonii 1805 convenit, antiquissimum monasterium liberum s. Blasii in Silva Nigra cum possessionibus archiducatui Badensi adtributum esset, abbas princeps Bertholdus Rottler cum plerisque fratrum 1807 in Austriam se contulit ibique primum monasterium Hospitium ad Pyrn, 1809 Sanpaulense accepit [4]).

[1]) Czinar l. c. I. [2]) Wolf l. c. [3]) Czinar l. c.
[4]) Schroll, St. Paul; Pritz, Geschichte von Spital am Pyrn.

Aliud quoque hoc tempore evenit. Cum pace inter Austriacos et Gallos facta Tergestum in Gallorum dicionem venisset regnique Illyrici caput factum esset, in Mechitharistas durius animadversum est. Frustra Adeodatus abbas bene meritus quamvis senectute tardus ad Eugenium Beauharnais, regis vicarium, Milanum profectus pro fratribus omne studium officiis suis dantibus deprecabatur, frustra Aristaces, qui postea factus est abbas, iura congregationis ab adversariis fortiter defenderat; bona eorum publicata, monachis vix, quae ad victum sunt necessaria, relicta sunt. Quibus in angustiis filii Mechitharis Vindobonam confugerunt. Ibi a Francisco imperatore et comite de Hohenwart archiepiscopo liberaliter excepti monasterium s. Udalrici in suburbio Iosephino a Capucinis antea occupatum 1811 dono acceperunt. Fortunae quoque antea admodum tenues auctae sunt, cum Tergestum iis redditum esset. Ante omnia vero haec congregatio florere coepit, postquam Adeodato mortuo ad Aristacem dignitas abbatialis delata est [1]).

Denique non praetermittendum videtur esse, praeposituram Raigradensem monasterio Břevnoviensi subditam 1812 adprobante imperatore abbatiam sui iuris factam esse, cuius primus abbas Augustinus Koch Raigradiensis, litterarum professor, electus est [2]).

Sed tamen monachos proscribendi nondum finis est factus. 1810 per Fridericum Guilielmum III., Borussorum regem, Wahlstadtium, praepositura Braunaviensis, dissolutum eiusque possessiones neglectis Fortunati abbatis Braunaviensis rationibus publicatae sunt [3]). Maior vero clades ordinis erat in Salisburgo, quod iam 1802 libertate orbatum erat, ac Tiroli et Vorarlbergio. Quae terrae pace Posonii inita in Bavarorum dicionem redactae erant, qui tunc imperio Montgelasii, ministri et adiutoris consiliorum regis, parebant. Hic iam 1803 omnia Bavariae monasteria, in his antiquissimas abbatias velut Mettensem, Altahensem Inferiorem, Tegernseensem, Rotensem, Andechsensem, Wessobrunensem et alias tamquam a temporum ratione et natura abhorrentia aboleverat. 1807 etiam in Tiroli monasteriis Montis Georgii (Fiechtio), Mariae-Montano, Saebenensi, Augiae maiori eundem interitum paravit [4]). Crudeliter ibi in monachos consultum. Procurator de Hofstetten noctu ostium domicilii, quod 1724 monachi Mariae-Montani Meranii condiderant, pulsavit, Benedictinis ex somno excitis dissolutionem monasterii verbis asperis denuntiavit et timore

---

[1]) Hurter, Leben des Aristaces Azaria.

[2]) Chronicon Břevnoviense.

[3]) Geschichte von Fiecht und Egger l. c. III.

[4]) Geschichte von Fiecht und Egger. Tirol l. c. III.

perterritos plaustris paratis praedonum instar Brixinum et Forum novum in carcerem deportavit [1]).

Monasteria vero Salisburgensia, ad s. Petrum, Nonnbergense, Michaelburanum, quamquam non dissolvebantur, tamen finibus tam artis circumscripta sunt, ut eorum condicio vix laetior esset quam Tirolensium et haud dubie haec quoque interitum non effugissent, nisi Salisburgum in potestatem Habsburgensium rediisset. Iam enim fortunarum administratio iis dempta, magna copia signorum atque ornamentorum Monacum rapta erant [2]). Tandem haec quoque, cum in conventu de pace 1814 Vindobonae habito Salisburgum finibus Austriae adiceretur, a iugo duro liberata sunt. Etiam in Tiroli Fiechtium et Mons Mariae a Francisco imperatore 1816 in integrum restituta sunt. Monasterium Augiae maioris solum nunquam resurrexit [3]).

Atque Benedictini Austriae, Stiriae, Carinthiae, quamquam non ita adflicti sunt ut fratres Tirolenses et Salisburgenses, tamen in bellis illis, ubi Galli ter in fines Austriacos inruperunt, non solum magnam iacturam fecerunt, ut patriae laboranti subvenirent [4]), sed etiam magnae pecuniae ab hoste superbo iis imperatae, ex bibliothecis ceterisque collectionibus res pretiossimae ablatae sunt. Circumspectione et fortitudine abbatum, in quibus Benno Scoticus, Isidorus Mellicensis, Godhardus Admontensis eminent, factum est, ut haec gravia vulnera paulatim curarentur.

Tandem Napoleone victo etiam in terras Austriacas candida pax rediit. Iam ordo pro viribus munere suo fungi coepit. Verum etiam tum illae leges vigebant, quibus liberum cum sede apostolica commercium prohibebatur, et novitiorum exceptio in magistratuum arbitrio erat, atque censura ad omnes libros, etiam ad ordinem missas celebrandi et horas canonicas recitandi pertinebat, et abbatibus de moribus sodalium ad magistratus referre praescribebatur.

Etiam tum in disciplinis theologicis ille rationalismus, ut aiunt, florebat, et ecclesia catholica in nationalium ecclesiam commutata erat [5]).

Hic aliquando sub imperio Ferdinandi I. (1835—1848), cui clementi nomen est inditum, fieri ad meliorem spem inclinatio est visa. Hic Benedictinis Murensibus

---

[1]) Egger l. c. III.

[2]) Friess, Studien l. c. V.

[3]) Geschichte von Fiecht und Staffler l. c.

[4]) Praeter magnas pecunias monasteria 1793 et 1810 omnia vasa ecclesiastica auro argentove confecta etiam ostensoria et calices pro tenui compensatione conferre iussa sunt.

[5]) Beidtel, Untersuchungen über die kirchlichen Zustände in Oesterreich. Francisco imperante quoque leges de disciplina latas esse videre licet ex decreto a. d. VI. Calendas Ianuarias 1822 promulgato, quo de habitu ordinis foris utendo et de clausura cett. praescribebatur.

a praefectis Helveticis 1841 domo pulsis Gries monasterium canonicorum prope Bolzanum in Tiroli situm ab imperio Bavarico 1807 abolitum cum omnibus fundis concessit, ut esset prioratus. Eandem benevolentiam Ferdinandi nepos, Franciscus Iosephus, qui vere pater populorum nunc gubernacula tenet, ordini s. Benedicti praestat. Is permisit, ut monachi b. Mariae de Praetalea Dailae in Istria 1866 domicilium sibi constituerent, et sodales congregationis Beuronensis lege Borussica 1875 ex patria pulsi primum in monasterium s. Caroli de Volders prope Hall ad Oenum confugerent, et 1880 per cardinalem de Schwarzenberg in possessionem monasterii Emautini Pragensis venirent.

Brevi etiam vota exaudiebantur, ut ordo artius cum sede apostolica coniungeretur, itaque eius instauratio praepararetur. Quae vota a cardinali de Schwarzenberg, archiepiscopo Salisburgensi et primate Germaniae magno opere adiuvabantur. Hoc archiepiscopo auctore a sacra congregatione episcoporum et regularium ante diem tertium Calendas Apriles anni 1842 decretum est, ut ipse visitator apostolicus trium annorum fieret, eique potestas daretur „idoneas personas ecclesiasticas sibi benevisas in convisitatores prout in Domino iudicaverit“ eligendi, qui visitarent monasteria tam in spiritualibus quam in temporalibus; simulque hoc mandatum est, ut monasteria et sua et dioecesium subiectarum (Salisburgensis, Gurcensis, Lavantensis, Brixinensis, Tridentinae) congregatione inter se coniungeret. Haec tamen prospere coepta cum aliis rebus, tum seditione illa anni 1848, qua non solum monasteria sed imperium ipsum in discrimen vocatum est, ad inritum redacta sunt.

Vix vero haec pestis fortitudine exercitus victoris exstincta, terraeque pacatae erant, cum ordinis instauratio denuo fieri coepta est. Thomas abbas Cremifanensis monasteria artiore vinculo inter se coniuncturus cum eorum abbatibus 1852 legum adumbrationem communicavit, quarum summa erat, ut monasterium quodque ab abbate libere electo regeretur, omnia vero monasteria congregationem inirent, eique praeses et duo abbates in comitiis generalibus electi praeessent. Hi tertio quoque anno omnia monasteria visitarent.

Similiter episcopi Austriaco-Hungarici 1849 et 1850 Vindobonae et Grazii congregati ut omnia monasteria ita Benedictinos in melius constituere decreverunt. Quod cum placeret Summo Pontifici, cardinalis Fridericus, princeps de Schwarzenberg, visitator generalis est factus. Is ad complures episcopos Austriacos idem munus detulit (1856—1858). Itaque congregatio Austriaca orta est, cuius sodales monachi Salisburgenses et Lambacenses erant. Reliqua quoque monasteria, ut consociarentur, expetebant, iamque Ludovicus abbas Seitenstettensis, ut eorum leges

ratae fierent, 1859 Romam profectus erat. Verum enim vero haec consilia variis rebus perfracta sunt.

Quamquam igitur fieri non potuit, ut monasteria Austriaco-Hungarica in unius congregationis corpus coalescerent, tamen omnes sodales hoc studio tenentur, ut munere suo fungantur, quod illo „ora et labora“ tam breviter, tam bene expressum est.

DE LABORIBUS IN SCHOLIS ET CURA ANIMARUM SUSCEPTIS.

CAP. I.

Cum earum rerum cura, quae ad corporis victum ornatumque pertinent, in muneribus esset Benedictinorum, cum quidquid pertineret ad usum domesticum intra monasterii muros esset conficiendum [1]), tamen hoc summum esse voluit s. Benedictus, ut discipuli animarum prospicerent saluti. Itaque Benedictini, ex quo exsistere coeperunt, sanctissimi magistri auctoritatem pie secuti nihil habuerunt antiquius, quam ut puerorum animos Christianis praeceptis imbuerent in scholis, adultos ad vitae aeternae spem atque studium excitarent fideli cura animarum. Id cum sibi proposuissent, cum ceteris in terris, tum in imperio Austriaco summa cum fide impleverunt.

Atque in Alpinis Austriae terris s. Rupertus primum condidit monasterium (St. Peter) primamque ei adiecit scholam [2]), quae Baioariae principum praesidio munita brevi mirum quantum effloruit. Magis etiam aucta est res scholastica imperatore Carolo Magno, summo illo scholarum fautore, per Arnonem, primum archiepiscopum Salisburgensem, amicum familiaremque Alcuini, summi viri, qui inter doctos amicos imperatoris principem obtinuit locum. Is studiorum rationem, quae in plurimis tum scholis nulla erat, introduxit et, ut ex epistola Alcuini ad eum scripta licet colligere, septem artes tradendas curavit. Singulari vero cura amplexus est scholam

---

[1]) Reg. cap. 66.

[2]) Vierthaler (Geschichte des Schulwesens und der Cultur Salzburgs) recte monet in hoc loco Congesti Arnonis: „Et ipsi predicti fratres (Tonanzanus et Urso) cum licencia et cum consensu Theodoris ducis tradiderunt ibidem omnem rem eorum, quamcumque habebant et nepotes eorum commendaverunt ad discendum et ad tondendum ad Salczburch monasterium, nomen unius Uurmhuri et alterius nomen Cissismo“ (cf. Breves notitiae) primum commemorari scholam Salisburgensem.

ad s. Petrum [1]), in qua scriptorum latinorum rerumque mathematicarum studia assumebantur, quas Alcuinus scribit Arnoni necessarias esse ad rationem mysticam numerorum in divinis litteris rite intelligendam [2]). Magna cum laude discipuli ab Alcuino missi docendi munere fungebantur [3]).

Etiam de sermone epistolico atque forensi praecepta tradebantur atque haec magna pars erat institutionis. In veterum poetarum et ethnicorum et christianorum scriptis imitandis quantum profectum sit, maxime intelligitur ex nugis poëticis, quae exstant, saeculi noni [4]).

Magna scholae monasteriales acceperunt incrementa, cum ex decreto Concilii Aquisgranensis 817 disciplinae causa dividerentur in exteriores pueris laicis, et interiores pueris oblatis destinatas. Hi in capitulo erudiri soliti magistrorumque severae custodiae subditi [5]) non solum habitu vestituque monachorum speciem prae se ferebant, sed etiam rebus divinis peragendis atque in choro adesse debebant. Quamobrem monachorum numero habebantur, nomina mortuorum in necrologia referebantur, preces atque missae sacrificia persolvebantur [6]). Exterioris scholae disciplina fere eadem erat, quae interioris, cum in vitae religiosae institutione maxime sita esset omnis educatio. Vestitus monasterialis aberat.

Non potest pro certo affirmari, num decreta concilii Aquisgranensis valuerint etiam in scholis, quae erant Lunaelaci [7]), Cremifani [8]), Indicae [9]), Augiae Maioris,

---

[1]) Friess, Studien l. c. I.

[2]) Zeissberg, Vorleben des Erzbischofs Arns von Salzburg.

[3]) In libro confoederationis s. Petri hi discipuli Alcuini nominantur: Wizzo vel Candidus (Pernfried), Adalbertus, alii.

[4]) Dümmler, Beiträge zur Geschichte des Erzbisthums Salzburg im IX. bis XII. Jahrhundert.

[5]) Disciplina erat severissima multusque in pueris educandis baculi usus. In legibus Cluniacensium (d'Achery, Spicilegium 4) sic statutum erat: pueri „in sola camisia caeduntur vel a Priore vel a magistro eorum virgis vimineis lenibus et teretibus ad hoc provisis". In glossa ad reg. s. Benedicti (Cod. pal. Vindobon. No. 2968) haec sunt: „Ain yedleiches alter oder verstentichait sol ir aigen mass haben, und darumb als oft die kinder oder die iunger seint am elter, oder die minder muegen versten, wie gross die pein der vermainsagung mueg sein, solich, wenn sie muecz tuen sullen geschestigt werden, mit grossem vasten oder twungen werden mit harten slegen, daz sie geheilt werden."

[6]) Hagn, Wirken der Benedictiner-Abtei Kremsmünster.

[7]) Lunaelaci scholam fuisse eo probari videtur, quod primi monachi e monasterio Cassinensi erant acciti.

[8]) Scholam Cremifanensem Carolingorum aetate iam exstitisse volunt probare ex loco Meibomii scriptor. rer. Ger. III., qui in diplomate fundationis non invenitur.

[9]) Pro schola Innichensi id afferri posse videtur, quod abbas Aribo, vir doctissimus e monasterio Scharnicensi monachos accivit.

Tuberi [1]), Mattseone, cum ne id quidem certis argumentis probari possit, eas ipsas exstitisse. Neque tamen dubium videtur esse, quin ineunte saeculo nono in his quoque monasteriis scholae fuerint, cum ex capitulari Caroli Magni [2]) in unoquoque monasterio scholam esse oporteret, in qua pueri discerent psalmos, notas musicas, cantum, fastos sacros, grammaticam [3]). Verum est igitur, quod scribit Schwarzius: „Man kann eigentlich in jeder Benedictiner-Abtei eine Schule annehmen, wenngleich in mancher nur zu Zeiten und in wenigen Gegenständen unterrichtet wurde und bei weitem nicht alle den Namen einer Schule erhielten“ [4]).

Docebantur, ut in capitulari Caroli Magni, quod supra dictum est, legimus „septem liberales artes“ in trivium et quadrivium divisae. Trivium continebat grammaticam (a qua praemissa legendi scribendique arte coepit institutio), rhetoricam, dialecticam; quadrivium vel quadruplum geometriam, arithmeticam — computandi artem digitis docebant, atque abaco utebantur, tabula arena conspersa — astronomiam, musicam.

Docendi ratio plerumque haec erat, ut voce explicarentur, quae erant tradenda, cumque rari essent libri, nec nisi magno pretio constarent, pueros permulta oportebat versibus fere composita magistris dictantibus excipere atque singulis diebus singulas particulas memoriae mandare [5]).

Libri, qui in usu erant, ex parte erant iidem, qui in Romanorum scholis fuerant, ut Satyricon Marciani Minei Felicis Capellae, quod circa a. 470 editum plus mille annos manserat, grammaticae Donati, Prisciani [6]), Dindimi et Hugoccionis, „de septem artibus“ Cassiodori, „ars dictandi“ vel „de institutione divinarum litterarum“ Boethii, Etymologia Isidori episcopi Hispalensis, Beda Venerabilis, Euclydes, alii.

Summa detrimenta, quae monasteria ex Hungarorum incursionibus ceperant, eadem in scholas redundarunt, ut una relinqueretur Salisburgi ad s. Petrum, quae altera dimidia parte saeculi decimi per Chunibertum Sangallensem, Sindfritum aliosque claros doctores denuo effloruit. Secuta est laetior aetas, ex quo congregatio

---

[1]) Bergmann l. c.

[2]) Lex a. 789 apud Pertz, Monum. Germ. Leg.

[3]) Theiner, Geschichte der geistlichen Bildungsanstalten.

[4]) Schwarz, Erziehungslehre I.

[5]) Mayr, Geschichte der geistigen Cultur.

[6]) „Die besten die wir an Grammaticâ hân,
daz was Dônâtus und Prisciân:
Aristarchus man von rehte sol
vnder die besten zehlen wol.“ (Thomasin von Zirclaria.)

s. Blasii et Hirsaugiensis magnam obtinuerant gratiam et auctoritatem apud principes Austriacos. Omnibus enim monasteriis eo tempore conditis addebantur scholae, quarum celeberrimae erant saeculo duodecimo Gottvicensis et Admontensis. Utraque in interiorem et exteriorem [1]) divisa magno discipulorum numero frequentabatur, illa iam Hartmanno abbate (1093—1114) sat magna fruebatur gloria [2]). Etiam in monasterio Mellicensi [3]), Seitenstadiensi [4]), Garstensi [5]), Sanpaulensi [6]), s. Lamberti celebres erant scholae.

Nec minore industria vetera monasteria pueris erudiendis curam impendere denuo coeperunt. Imprimis schola s. Petri Salisburgi magnam assecuta est laudem, quod opera et studio Titonis abbatis et Gebhardi archiepiscopi (1060—1088) Aristotelis scripta legebantur, quibus Gebhardus eruditissimus Parisiis habebatur. Scholam exteriorem fuisse et interiorem apparet, cum in necrologiis saepissime legantur vocabula scholares et ludi rectores, i. e. scholae laicae magistri [7]). Cremifani, ubi item duplex erat schola, Alramus I. abbas (1093—1120), optime de scholis meritus erat, ut merito a Mariano Pachmayr, historiographo illius monasterii, „auctor seu restitutor literarii ludi nominetur [8]). Etiam Lambaci, Lunaelaci, Michaelburani [9]), Augiae, clarae erant scholae, quarum ultima imprimis regibus Rudolpho I. eiusque filio Alberto I. (1273—1308) magna fruebatur fama [10]), nec non s. Lamberti, Millstattii, s. Arnoldi, Ossiaci. In hoc, quod ultimo loco diximus, monasterio maxime Slavici presbyteri instituebantur, ut Slovenos praeceptis fidei Christianae imbuerent [11]). Etiam

---

[1]) Schola Admontensis exterior extra monasterii muros erat in aedificio altissimo turris instar exstructo, cf. Wegmayr, Topographie des Admontthales.

[2]) Liber traditt. Gottvicensis in Fontes rer. Austr. VIII.

[3]) In Necrologio Mellicensi (apud Pez, Script. rer. Austr. II.) complures scolares et scolastici nominantur. Ad res scholasticas reformandas accitus est 1199 scholasticus Adeloldus Bambergensis, qui vota sollemnia emisit. Keiblinger l. c.

[4]) Hönigl, Geschichte des Gymnasiums zu Seitenstetten.

[5]) Friess, Geschichte von Garsten. Ex vita b. Bertholdi complura afferri possunt argumenta.

[6]) Abbate Conrado I. (1222—1237) primum invenitur huius scholae vestigium. Nec non e Sifridi de Alpibus donatione monasterii s. Pauli, cui fratrem „ad litteras discendas“ tradidit, scholam ibi exstitisse intelligitur. Ankershofen II.

[7]) Prennsteiner, Geschichte des Gymnasiums zu Salzburg.

[8]) Pachmayr, Series abbatum et religiosorum Crem.

[9]) In his monasteriis scholas fuisse patet ex libris traditionum horum monasteriorum.

[10]) Bergmann l. c.

[11]) Hohenauer, Kirchengeschichte von Kärnten.

monasteria Tirolensia, Mariaemontanum et Mons s. Georgii (apud Fiecht)[1]) habebant scholas. Ad Scotos quoque Vindobonenses scholam fuisse patet ex fundatione hubarum magistri Conradi Vindobonensis, qui anniversarium suum cum longis Vigiliis, quae a presbyteris et discipulis cantari solebant, celebrari voluit[2]).

Ut monachi pueris, ita monachae puellis educandis et erudiendis curam impenderunt. Quod quamquam in omnibus monacharum coenobiis factum esse credimus, pro certo affirmari non potest nisi de Nonnberg, Admont, Goess, s. Georgii ad Längsee iisque coenobiis, quae sita erant in Dalmatia[3]).

Saeculo XIV. lapsa in monasteriis morum severitate etiam res scholasticae male se habebant, sed restituta proximo saeculo disciplina ad novas spes revixerunt magnumque fructum ex eo perceperunt commercio, quod monasteriis Austriacis erat cum universitate Vindobonensi 1365 condita. Atque ad Scotos Vindobonenses abbas Ioannes de Ochsenhausen (1428—1446), is, qui Benedictinorum Austriacorum res curavit in concilio Basileensi, quem Patres in concilio congregati „notabile eius membrum et sibi incorporatum“ nominant, summa cura ac diligentia scholam monasterii amplexus est. Qui ei successit, Martinus (1446—1461?), magno artis musicae studio tenebatur, quam ut proveheret, ludum cantandi aperuit. Extremo saeculo XV. schola ad Scotos summa florebat laude atque convictum habebat pueris nobilibus aptum[4]). Mellicii et Seitenstadii eodem tempore florebant res scholasticae; in utroque monasterio scholam claustralem fuisse et externam argumentis comprobari potest[5]).

Nec minorem famam adepta est schola Cremifanensis cura abbatis Ulrici Schoppenzaun (1454—1484). Is eximium virum magistrum Ioannem Schrein e Zlabings in Moravia arcessiverat, qui absolutis in universitate Vindobonensi studiis, cum vota sollemnia in monasterio edidisset ac postea abbas electus esset, praeclare dignitate abbatiali functus est[6]). Clarae eodem tempore scholae erant Michaelburani et Lunaelaci. Michaelburani cum praeter rectorem ludi magister („Schulmeister“) fuerit, etiam ludum elementarium fuisse patet[7]).

---

[1]) Egger, Tirol I.
[2]) Hauswirth l. c.
[3]) Esterl, Chronik von Nonnberg; Fuchs, Admont; Ankershofen, alii.
[4]) Hauswirth l. c.
[5]) Friess, Studien II.
[6]) Pachmayr, Series l. c.
[7]) Chronicon Lunaelacense; Filz, Michaelbeuern.

Omnium vero clarissima cum saeculo XV. tum proxima aetate fuit „Scola s. Petri Salisburgensis“, in qua non solum „Principia“, sed etiam „septem liberales artes“ docebantur. Imprimis abbate Petro (1436—1466) scholae theologicae et philosophicae habebantur, in quibus Platonis, Apollonii, Pythagorae scripta explicabantur. Accedebat extremo saeculo XV. iuris disciplina, in qua Fr. Simplicius et Fr. Chilianus Dietricher enituerunt. Schola separata erat a monasterio eique praeerat rector, qui in interna et in superioribus classibus externae scholae docebat nec nisi abbati rationem reddebat. Ei adiuncti erant praeceptores vel adstantes, cantor, qui artem musicam docebat, locatus, qui puerorum convictui praeerat. Incipiebant scholae tempore aestivo mane quinta, hiberno sexta hora [1]).

Etiam Admontii et s. Pauli monachi de rebus scholasticis bene meriti erant. S. Pauli convictus erat puerorum nobilium [2]).

Ut in Alpicis Imperii Austriaci regionibus, ita et in Bohemia, Moravia, Silesia florebant res scholasticae atque insignis erat Benedictinorum opera. Cuius rei quamquam nulla litterarum testimonia nisi extremi demum saeculi XIII. afferri posse videntur, tamen alia multa et magna sunt argumenta, quibus tollatur dubitatio. Cum enim omnes ab antiquissimo tempore Benedictini summum ponerent studium in pueris educandis et erudiendis, tum vero s. Adalbertus, qui Benedictinos in Bohemiam introduxit, id egit, ut scholis aperiendis et iuventute a teneris annis praeceptis Christianis imbuenda in natione semibarbara, quae Christianam religionem amplexa paganos ritus nollet dimittere, Christianam vitam fundaret atque stabiliret [3]). Nec Benedictini, nisi ipsi pueris erudiendis sibique conformandis, ex quibus idoneam subolem adoptarent, sibi providissent, permanere poterant. Cumque antiquissimo tempore magna esset istis in regionibus opinio de Benedictinis docendi peritissimis, etiam discipulos non defuisse apparet [4]).

Neque illud praetereundum est, praeposituris, ubi primum conditae sunt, scholas additas esse, ut de Braunavia, praepositura Břevnoviensi, litterae constant; non enim veri simile est, praeposituras habuisse scholas, vetera monasteria non habuisse. Recte igitur Bohemiae rerum scriptores statuerunt, in maioribus Benedictinorum monasteriis, ut in monasterio Břevnoviensi, Opatovicensi, Ostrovensi,

---

[1]) Prennsteiner l. c.

[2]) Ankershofen II. 2.

[3]) Matauschek, Geschichte des Gymnasiums von Braunau.

[4]) Dudik l. c. I.

Wilimovensi, Postelbergensi (ad Sazawa flumen), Trebicensi, Raigradiensi, aliis locis, statim ab origine scholas constitutas esse.

Ut ceterae omnes, ita et Bohemiae scholae divisae erant in internas, in quibus clerici educabantur, et externas vel laicas, in quibus monachi pueros, monachae puellas erudiebant [1]). Clarissimae erant imprimis postremorum Přemislidarum et Luxenburgensium aetate schola Břevnoviensis et Braunaviensis; illius complures praeceptores atque theologiae doctores in universitate Parisiensi litterarum studia hauserant, in quibus erat abbas Dionysius Braunaviensis (1360—1366)[2]); huius scholae alumnus erat Arnestius Pardubicensis, primus archiepiscopus Pragensis (1343—1364)[3]). Maiore etiam splendore auctae sunt Bohemiae scholae, cum a Carolo I. (IV.) conderetur universitas Pragensis (1348), cui ceterae scholae subiectae atque arte connexae erant [4]). Sed ortis saeculo XV. tempestatibus Hussiticis ceterisque rerum turbationibus monasteria excidebantur, qui in iis habitabant, furentium iris et erroribus vexabantur plurimique interficiebantur, scholarum fructus, quos superior aetas tulerat, exstincti sunt [5]).

Etiam in Silesia et Polonia mature in monasteriis scholae aperiebantur. In clarissimo monasterio Tinecensi Arone abbate schola erat celeberrima, in qua initio monachi Cluniacenses docendi munere fungebantur [6]).

In Hungaria, ubi plurima erant Benedictinorum monasteria, rex Stephanus I. Sanctus, cum incolas ad Christianam religionem suscipiendam perduxisset, in eadem ut permanerent, idoneis scholis efficere studuit. Earum celeberrima erat schola Martinsbergensis, ex qua multi prodierunt episcopi et principes. Magna erat eius gloria iam primo abbate Anastasio; ea enim aetate s. Maurus, qui postea secundus factus est huius monasterii abbas (1030—1036) atque ab ipso Stephano rege episcopatum Quinqueecclesiensem accepit, in litterarum studia incubuit, quod e loco quodam Vitae s. Andreae et Benedicti martyrum elucet [7]). Magna etiam fama erat scholae

---

[1]) Schlesinger, Geschichte der Deutschen in Böhmen.

[2]) Abbas Dionysius Parisiis gradus academicos adsecutus est in theologia et philosophia atque in universitate Pragensi nominis erat celeberrimi.

[3]) Vita Arnesti: „Ergo cum iam nihil Arnesto Glacii discendum restaret, Braunoviam, qua in civitate ludum litterarum patres e s. Benedicti disciplina habebant, mittitur.“ Matauschek l. c.

[4]) Helfert, Die Volksschule unter Maria Theresia.

[5]) Matauschek l. c.

[6]) Ziegelbauer l. c. I.

[7]) Czinar l. c. I.

Czanadensis a s. Gerardo conditae, in quam non solum indigenae, sed etiam ex Germania, Bohemia, Polonia, Gallia adolescentes litterarum cupidi confluxerunt. In his scholis, ut variae erant discentium conditiones, ita variae res docebantur. Praeter legendi, scribendi, cantandi artes, grammatica et dialectica docebantur; qui sacerdotes erant futuri, theologicis litteris complures annos se dabant, qui ad rei publicae munera erant accessuri, iuris quandam scientiam acquirebant.

Saeculo XIII. praeter res, quas supra memoravimus, rhetorica, ius canonicum et Hungaricum tradebatur; in schola Vesprimensi maxime eloquentia, mathematica, astronomia, poësis, philosophia historia [1]). Scholae Hungaricae, quamquam Mongolorum devastationibus temporibusque turbulentis, quae secuta sunt Arpadarum stirpe exstincta, summa acceperant detrimenta, tamen manserunt usque ad Osmanorum dominationem post funestam pugnam apud Mohacs (1526) coeptam.

CAP. II.

Cum praecepta Lutherana Benedictinorum monasteria in Alpicis terris imperii Austriaci invasissent, scholae, quae saeculo XV. floruerant, interierunt. Pueri nobilium civiumque paullo locupletiorum, postquam in gymnasio Loosdorfensi et Hornensi in Austria inferiore, Stirensi et Lincensi in Austria superiore, Graeciensi in Stiria, Clagenfurtensi in Carinthia litteris necessariis imbuti erant, in universitatem Wittenbergensem mittebantur. Catholicae scholae etiam tum manebant Lunaelaci, s. Lamberti in Stiria, ad Scotos Vindobonenses; earum numerus auctus est anno 1549 schola Latina („lateinische Schuell“) ab abbate Gregorio in monasterio Cremifanensi constituta, ex quibus primordiis effloruit gymnasium hac etiam aetate celeberrimum [2]). Restituta cum civili tum ecclesiastica auctoritate interposita in monasteriis ea, qua condita erant, conditione atque Lutheri erroribus extrusis s. Benedicti disciplina renovata ubique scholae aperiebantur, nec levis erat fama scholae Mellicensis, Gottvicensis, Seitenstadiensis, Lambacensis. Ad Scotos Vindobonenses et in monasterio Garstensi convictus puerorum nobilium condebantur, magno adventantium numero frequentati [3]). Etiam in monasterio Admontensi anno 1645 denuo schola aperiebatur

---

[1]) Ramsezy, Programm des Benedictiner-Obergymnasiums zu Oedenburg 1854/55.

[2]) Hagn l. c.

[3]) Friess, Garsten.

cum convictu, cui abbas Marianus (1702—1707) adiecit convictum puerorum nobilium, Stirensium nobilium frequentia celeberrimum [1]).

Istis in gymnasiis initio quidem eadem erat, quae olim, docendi ratio, postea vero gymnasia ad exemplum scholarum, quibus Iesuitae praeerant, commutabantur etiamque libri complures a Iesuitis conscripti in scholarum usum adhibebantur. Senas gymnasia, in quibus gymnasium Cremifanense, habebant classes, quarum haec erant nomina: „Rhetorica", in qua praeter Curtium, Vergilium, Senecam maxime Soarii Synopsis atque Rhetores Porcenses legebantur; „Poesis", in qua praeter Verg. et Curtium Ovidii carmina legebantur et Acroamata tradebantur; in „Syntaxi" Aemilius Probus, Pia desideria, fabulae Aesopi, syntaxis; in „Grammatica": „Quae maribus solum", Nomina composita, Symplicium leges; in „Rudimentis" rudimenta et syntaxis primi generis, in „Principia" 14 regulae syntaxeos et rudimenta tractabantur. Religionis disciplina secundum Bellarminium et Canisium, e Graeca lingua grammatica tantum tradebatur; geographia et historia initio quidem ad explicandum adhibebantur, inde a medio saeculo XVIII., ut arithmetica, propriae disciplinae esse coeperant [2]).

Schola monasterii s. Petri Salisburgi, quae integra manserat a doctrina Lutherana et saeculo XVI. magnum nomen consecuta erat, per archiepiscopum Marcum Sitticum, comitem de Hohenems (1612—1619) in universitatem conversa est. Is vir clarissimus atque de rebus Salisburgensibus optime meritus, cum frustra egisset cum complurium ordinum religiosorum praepositis, ne omitteret consilium universitatis condendae, cum Ioachim abbate s. Petri (1615—1626) de universitate ordini Benedictinorum tradenda transigere coeperat. Hic, ut erat acerrimus bonarum artium fautor, per Bavariae et Sueviae monasteria circumibat, ut socios in partem vocaret. Sed adeo spe frustratus est, ut, cum plurima obiisset monasteria, in uno monasterio Ottoburano propositum adsequeretur. Ita duobus his monasteriis coniunctis gymnasium s. Petri die 6. Nov. 1617 sollemniter apertum est, atque discipulorum numerus magis magisque crescebat. Cum die 18. Oct. 1618 monasteria s. Blasii, s. Petri, Ottoburanum, Altaha inferior, s. Viti, Michaelburanum, Andechs, Wessofontium, Ursinense, s. Ulrici et Afrae, Augustae Vindelicorum, Thierhaupten, Scheyern, s. Crucis, Werdense, Deggingen, Neresheim, Seon, Ror, Elchingen, Tegernsee, Benedictoburanum, Weihenstephan (Haerostephani), Metten, Mallersdorf, Weltenburg, Brunvenigense, s. Emmerani Ratisbonae, s. Iacobi ad Scotos Ratisbonae,

---

[1]) Fuchs l. c.

[2]) Hagn l. c.

Altaha superior, Aspacum, Fornbach, Cellae Marianae ad Prennberg, Rott, Aettl, Blankenstetten confoederationem iniissent atque inter ea convenisset, ut ex omnibus monasteriis professores praeberentur atque monachi in universitatem mitterentur, Paris, comes de Lodron (1619—1653), qui Marco successerat, anno 1620 ab imperatore Ferdinando II. caesaream, quinquennio post ab Urbano VIII. sedis apostolicae obtinuit auctoritatem cum iure tribuendi honores academicos in quattuor facultatibus. Nova haec universitas die 11. Oct. 1623 sollemniter dedicata et in perpetuum Benedictinorum ordini adscripta est. Initio quidem, cum ortum esset bellum triginta annorum, urbs cum universitate magnis calamitatibus premebatur, ut etiam academici cives armis arreptis urbem contra Suecios rusticosque in bellum coortos defenderent: ubi vero otium esse coepit, etiam res universitatis laete processerunt. Anno 1653 ad societatem accessit congregatio Austriaco-Benedictina, in qua haec erant monasteria: Cremifanum, Lambacum, Lunaelacus, Garsten, Gluniacum, ad Montes, s. Lamberti, s. Pauli, Ossiacum, s. Arnoldi, Mellicium, Gottvicium, Seitenstadium, Cellae Marianae, Altenburgum, Scotorum Vindobonensium. Etiam monasteria Břevnovia et Cladrubia in Bohemia, s. Martini in s. Monte Pannoniae, monasteria Tirolensia et Austriae cisarulanae: S. Georgii, Mariaemontanum, Augia maior ante montem Arulam, ad confoederationem accesserunt clericosque miserunt. Idem fecerunt haec monasteria: Gengenbacense et Schutteranum in Brisgovia, Fuldense in Buchonia, s. Michaelis ad Babenberg, Schwarzach in Franconia, s. Meginradi in Heremo, s. Galli, Rhenaugia in Helvetia, Tyrense in Lithavia, Saecischoviense et Tynecense in Polonia, Campidonum, Fuessen, Fultenbach, Ochsenhausen, Wiblingen, Weingarten, Zwiefalten in Suevia, Sigeberg prope Coloniam, s. Petri in Abdinghofen, Corbeia nova, Liernsbornense in Westphalia.

Praepositus erat universitati praeses, ex abbatum confoederatorum numero in tres annos electus, cuius in potestate erat, quidquid ad ipsam pertinebat universitatem, in primis scrutatio quotannis obeunda. Ei additi erant quinque assistentes, quorum princeps assistens perpetuus erat. Eum locum obtinebat, quicunque erat abbas s. Petri Salisburgi. Ceteri, ut triennium quodque exierat, ab abbatibus confoederatis eligebantur singuli ex quatuor provinciis, quae confoederatione continebantur: Salisburgensis, Bavariensis, Sueviensis, Austriaca. Decreta omnia confirmanda erant summa archiepiscopi Salisburgensis auctoritate.

Rerum domesticarum administratio in „Alma Benedictina“ eadem erat, quae in ceteris universitatibus. Princeps omnium erat Rector Magnificus, in triennium a professoribus e Benedictinorum numero electus, qui amplissima ornatus iurisdictione

non solum de causis privatis sed etiam publicis et capitalibus iudicabat. In eius potestate erat docentium discentiumque omnis copia, academicus accensus, typographus, librarius, nec non amplificata universitate atque ex laicorum quoque numero professoribus acciṭis horum uxores, liberi, famuli famulaeque. Nulli magistratui ius erat comprehendere civem academicum, nisi „in flagranti“, et sic quoque penes rectorem erat de reo iudicium. Provocare licebat a rectore ad academicum senatum, professorum universitatem, inde ad archiepiscopum. Insignia rectoris erant mitella holoserica instar abbatum atque sceptrum, quod in pompis praeferebatur. Dignitate proximi erant prorector et procancellarius, cuius erat tueri iura et privilegia universitatis atque in facultatibus, quae tres erant, licentiatos renuntiare, et decani. Tres facultates habebant sua quaeque statuta suamque arcam nummariam, philosophicae et theologicae communis erat arca, ex qua sumptus sollemnibus agendis suppeditabantur.

Vitae erat summa alacritas atque hilaritas. Interdum in amplis Aulae spatiis magno audientium concursu de rebus diversissimis publicae disputationes instituebantur, in quibus non solum magna doctrinae vis sed etiam summa cura ac diligentia apparebat. Nam, ut ait historiographus universitatis, „nicht ideenloses Brotstudium war die Aufgabe, sondern es galt der hehren Wissenschaft als solcher“.

Adiumento erat discendi cupidis bibliotheca magna librorum copia ornata, rerum naturalium atque instrumentorum physicorum collectio uberrima. Quantum fuerit studiorum certamen, inprimis ex magno eorum numero intelligitur, qui intra centum annos (1618—1718) gradus academicos assecuti sunt. Sunt enim in albo, quod exacto hoc spatio primum simul atque ultimum editum est 3862 baccalaureatus, 2452 magisteria, 179 doctoratus [1]).

Cum summa floreret litterarum fama „Alma mater Benedictinorum Salisburgensis“, magna erat auditorum celebritas. Non solum a Benedictinorum fere omnibus monasteriis, quae erant in Germania, Austria, Bohemia, Hungaria, sed etiam aliorum ordinum clerici, ut Augustinorum, Cisterciensium, Praemonstratensium, in hanc convenerunt universitatem. Magnus etiam nobilium erat numerus, nec desunt in matriculis theologicae et iuridicae facultatis nomina illustrissima, ut Attems, Auersperg, Batthyani, Brandis, Bissingen, Cobenzl, Colalto, Colloredo, Coronini, Dietrich-

[1]) Longum est, enumerare eorum nomina, qui litterarum fama enituerant. E monasteriis extra fines imperii Austriaci sitis hi erant: Coelestinus Sfondrati Sangallensis, qui postea cardinalis factus est, Bernardus Stuart, s. Iacobi Ratisbonensis, vir in rebus mathematicis et architectonicis peritissimus, Corbinianus Thomas Elchingensis, alii.

stein, Eszterházy, Fugger, Firmian, Fünfkirchen, Fürstenberg, Gallas, Hager, Hardegg, Harrach, Herberstein, Hohenlohe, Khevenhüller, Liechtenstein, Lodron, Schwarzenberg, Stadion, Starhemberg, Taxis, Thun, Trauttmansdorff, Windischgrätz, Wolkenstein etc. [1]).

Cum universitate arte coniunctum erat gymnasium sex classium, cuius praefectus rationem reddebat rectori universitatis. Studiorum ratio paucis immutatis eadem erat, quae supra dicta est, atque plurimis monasteriorum scholis exemplo fuit. Magno erat incitamento ad litterarum studia in adolescentium animis excitanda, quod finis anni scholastici magno cum apparatu celebrabatur. Ab eo enim ipso tempore, quo constituta est universitas, ut in Iesuitarum scholis, comicus eligebatur, qui quotannis fabulam scenicam componeret vel a discipulo compositam emendaret et corrigeret eamque agendam curaret. Theatrum omni apparatu scenico instructum atque sumptuose ornatum duplex erat, minus ad praeludendum, maius ad agendum. Ipsi spectaculo edendo intererant archiepiscopus, abbates, qui forte aderant Salisburgi, magistratus, cetera undique concurrentium multitudo [2]).

In Austria superiore optima longe lateque fama erat scholae Cremifanensis, quae, cum Bonifacii Negele abbatis incuria aliquamdiu iacuisset, pristinum vigorem adsecuta est per Placidum abbatem (1644—1669) [3]). Is professorum numerum auxit atque constituit, ut Latinae fabulae scenicae ederentur et discipuli, qui inter ceteros eminerent, libris donarentur. Ut pietas in discipulis morumque integritas excitarentur, quae maxima cura erat, 1665 congregationem „Mariae de Victoria“ instituit. Nec minus, qui ei successerunt, omnem curam diligentiamque in scholam contulerunt; in quibus praecipuo studio eminebat abbas Alexander (1731—1749), vir in Austria de rebus scholasticis optime meritus, qui gymnasio addidit cursum philosophicum cum disputationibus philosophicis. Eximia tamen laude viget eius memoria, quod academiam condidit puerorum nobilium (1743), in qua initio quidem scholae habebantur de iure canonico atque de institutionibus, postea vero aucto scholarum numero inprimis mathematica, physica, astronomica colebantur atque etiam specula astronomica aedificabatur. Anno 1745 scholae haberi coeptae sunt de morum doctrina, de dogmatica, de historia sacra atque profana, de patristica, de lingua Hebraica,

---

[1]) Historia universitatis Salisburgensis; Mayr, ehemalige Universität Salzburg; Prennsteiner u. A.

[2]) Prennsteiner l. c.

[3]) „Scholam superiore saeculo ab abbate Gregorio Lechnero instituendae iuventuti apertam instauravit“, dicit Ziegelbauer l. c.

de eloquentia. Saepe disputationes instituebantur, in quibus discipuli theses propositas defendebant et quidquid contra dicebatur, refellebant. Cum professores, qui plerumque ex capitularibus Cremifanensibus erant, spectata essent scientia atque virtute, mox ubique innotuit academiae nomen, atque pueri nobiles non solum ex Austria et Hungaria, sed etiam e Germania, Francia, Italia frequentes adveniebant[1]).

In Bohemia, quamquam bello triginta annorum summae atque innumerabiles calamitates erant acceptae, tamen Benedictini monasterii Braunaviensis scholae impigre operam dabant. Abbas Benno Braunaviensis (1621—1646), cum (1624) aperuisset scholam duarum classium, quo plures traderentur artes, David Georgium Cornerum Hirschbergensem (e Silesia), qui libris editis magnam laudem adsecutus erat atque posterius abbas monasterii Gottvicensis factus est, eloquentiae doctorem arcessivit. Paucis annis post scholae duas adiecit classes atque clericis monasterii sui cursum philosophicum instituit, ad quem etiam adolescentes laici admittebantur. Cum multi anni transiissent pleni vexationum belli calamitosi, funestissimus ingruit annus (1647), quo praeter bellum et pestilentiam tertia apparuit irae coelestis nuncia, fames. Fratres Braunavienses, qui usque ad hunc annum varie agitati nihil remisissent de industria, ut vitam sustentarent, in monasteria Břevnovium, Raigradium, s. Procopii, s. Ioannis confugerunt. Pace Westphalica (1648) constituta, schola Braunaviensis, quae plane cessaverat, denuo excitata mox magna laude effloruit per abbatem Augustinum (1652—1663), qui non solum e Iesuitarum scholis rationem studiorum eo tempore merito celebratam assumsit, sed etiam monachos suos ad docendi munus instituendos Iesuitis tradidit. Augustini et Thomae, qui illi successit (1663—1700), studiis factum est, ut cursus philosophicus cresceret in iustam scholam et philosophiae et theologiae doctrinas complectentem. Gymnasii disciplinae, de quibus multum ea amplificatione detractum erat, in pristinum restitutae sunt per abbatem Bennonem Löhelium (1738—1751), qui bellis Silesiensibus monasterio Braunaviensi damnosissimis non perterritus nec impensae nec labori pepercit[2]). Idem comite Philippo Kinsky suadente atque Maria Theresia imperatrice optante pulcherrimum cepit consilium condendae in urbe Praga academiae puerorum nobilium, cui sumptus e congregatione Benedictina Bohemico-Moraviensi praeberentur atque professores ex eadem congregatione mitterentur. Quod ne fieret, altera Borussica incursione impeditum est[3]).

---

[1]) Hagn l. c.

[2]) Matauschek, Geschichte des Gymnasiums Braunau.

[3]) Abbas Benno, ut propositum exsequeretur, Magnoaldum Ziegelbauer († 1750), virum de rebus ordinis scribendis meritissimum, e Zwiefaltern advocavit in monasterium s. Margarethae

facultate philosophica et theologica traderentur, designabat et, ut dictandi labor cum molestus tum iuvenilibus animis parum aptus tolleretur, ad praelectiones libros adhiberi iubebat, e quibus, quos eligerent, philosophicae facultatis professoribus liberum erat arbitrium. Philosophicis studiis datum est biennii spatium atque hae erant absolvendae disciplinae: logica, metaphysica, physica, philosophia moralis, historia universalis. Theologicis studiis ex decretis concilii Tridentini quattuor anni statuti sunt. Primo anno tradendae erant linguae orientales, hermeneutica, patrologia auctore Charmesio, ex historia sacra prima novem saecula secundum breviarium Bertisii; secundo dogmatica auctore Gazaniga, ex historia sacra novem saecula quae restabant; tertio dogmatica auctore Bertierio, theologia moralis auctore Antonio; quarto theologia moralis, theologia pastoralis auctore Obstretio, catechetica et homiletica auctoribus Schmidio et Wurzerio, ius canonicum auctore Antonio Schmidio. Etiam in facultate iuridica anno 1774 quaedam correcta sunt atque novi libri, quorum tum in Germania omnium iudicio spectata erat utilitas, adhibiti sunt ad praelectiones, quae erant de iure publico, de historia imperii Germanici, de pandectis, de institutionibus, de iure decumano, de causis privatis et publicis. Administratio universitatis atque docendi munerum distributio relicta est Benedictinis, quibus, cum Bavarica monasteria, quae in societate permanserant, susceptis in ipsa Bavaria scholis maioribus suum professorum numerum non possent explere, non facile tum erat officio satisfacere. Neque tamen unquam penuria acciderat professorum, cum Sueviae et Franconiae monasteria supplerent numerum. Damnosa inprimis erat corruptio morum orta ex clandestinis sodaliciis, in quibus praecepta philosophica, quae falso vocant, Francorum Voltaire, Diderot, Rousseau etc. vigebant. Ea sodalicia tum late gliscebant neque universitatem Salisburgensem integram relinquebant [1]). Eadem causa factum est, ut in locum verae doctrinae succederet mentis quaedam exercitatio, et pro lege divina dominaretur ratio humana.

Ita cum fundamenta ipsa eversa essent, domus perantiqua concidit ea, quae mox secuta est, offensione. Die enim 24. Dec. 1810 rex Bavariae Maximilianus I., in cuius potestatem ducatus Salisburgensis ex rerum publicarum mutationibus venerat, rectori paucisque, qui tum erant, professoribus denuntiavit almae matris Benedictinae fatum extremum [2]). Relicta est theologica facultas, quam Benedictini suis viribus sustinere non potuerunt.

[1]) Ex iis sodaliciis erant Minervales Salisburgenses.

[2]) Zauner l. c.; Mayr l. c.

Eandem fortunam non meritam, sed temporibus adductam nacta est academia Cremifanensis, quae, quamquam a medio saeculo XVIII. in terris Austriacis tempora monasticis institutis erant iniqua, mirum quantum efflоruerat [1]). Praeter mathematicorum atque rerum physicarum studia philosophia maxime colebatur, in qua Leibnitii et Wolfii auctoritas vigebat. Sermoni patrio, cuius tum summum esset fastidium, professores merito tantam impendebant curam, ut altera saeculi XVIII. dimidia parte ineunte Cremifani per Matthiam Pregg fabulae Germanica lingua conscriptae ederentur, quod apud catholicos tum erat rarissimum. Abbas Ehrenbertus (1771—1800), vir eximius, duas novas adiecit disciplinas, unam de eloquentia sacra, alteram de securitate publica tutanda et de civitate constituenda. Die 5. Oct. 1783 academia, quae ut cetera instituta monastica, male congruere videretur cum saeculi eruditissimi ratione, sublata est [2]).

Multa quidem per Mariam Theresiam eiusque filium Iosephum II. novata sunt in institutis theologicis, plura vero commutata et constituta sunt in gymnasiis atque monasteriorum scholis, quibus Benedictini ab antiquissimis temporibus operam dederant.

Ad eas scholas, quae in plurimis monasteriis erant, saeculo XVIII. duae classes adiectae erant. Ioannes Mur, abbas Marienbergensis (1705—1732), adductus auctoritate imperatoris Caroli VI., in quo defecit Habsburgensium stirps virilis, anno 1725 Merani publicum gymnasium aperuerat quattuor classium, quibus biennio post duae classes, poesis et rhetorica additae erant. Cum professores, qui erant e monasterio Mariae-Montano, relicto monasterio carerent vitae religiosae communitate, abbas Beda Hildebrand (1732—1771) proprium condidit collegium, in quo et monachorum et professorum munera possent explere [3]). Similiter fecerat anno 1777 Anselmus Passaucko, abbas monasterii s. Pauli in Carinthia (1748—1778), vir inprimis litterarum studiosus, qui veterem scholam monasterialem s. Pauli in gymnasium converterat [4]). Studiis absolvendis in his gymnasiis quinque anni erant destinati. Nomina, quibus singulos cursus annuos nominabant, haec erant: infima I. classis grammaticae, media classis grammaticae, suprema classis grammaticae, poesis, rhetorica [5]). Ubi semestre spatium transierat, publica examina instituebantur, exitus

---

[1]) Ziegelbauer.

[2]) Hagn l. c.

[3]) Wendenthal l. c. 3.

[4]) Carinthia l. c.

[5]) Aliquot annis post quarta classis rhetorica, quinta poesis nominata erat.

anni scholastici sollemniter celebrabatur. Praemio non nisi medaliae, tres in singulis classibus, dabantur.

Sed campus, in quo Benedictinorum ordo erudiendi et docendi industria summam laudem meruerat, angustis finibus circumscriptus est anno 1778, quo edictum est, ne in monasteriis, nisi quibus concessum esset iustum gymnasium („förmliches" Gymnasium), ut monasterio Cremifanensi, Meranensi, Braunaviensi, ad linguam Latinam discendam admitterentur pueri nisi qui cantus causa susciperentur („Singerknaben"); gymnasia, quae concessa essent, ad decreta imperatoria instituerentur. Nec solum, quae res qua ratione docerentur, praescriptum est, sed etiam, quae ad mores atque disciplinam spectabant, decretis imperatoriis constituta sunt. Cum antiquitus abbates in suis monasteriis rebus scholasticis praesiderent, anno 1780 is honor abbatibus ademtus atque iis delatus est, qui cuique regioni praeerant, in qua quodque monasterium situm erat. Quin etiam factum est, ut e quibusdam monasteriis scholae transmitterentur in oppida vicina et civium numero frequentiora, ut schola Mellicensis, quae anno 1781 in gymnasium mutata est, in regionis caput Sampolitanum [1]), schola Admontensis, quae 1777 in gymnasium mutata est, Liubinam translata est (1786) [2]).

Ad eas res cum illud accederet, ut monasteria quam plurima exaugurarentur, finis advenerat veterum scholarum monasterialium. In paucis monasteriis, quae relicta erant, scholae manebant parum frequentatae, cum testimonia earum carerent publica auctoritate. Versus est tandem hic rerum status Benedictinorum rebus iniquissimus, ex quo Franciscus I. nanctus est summum imperium, qui contra quam fecerat patruus Iosephus II. religiosis sodalitatibus prae ceteris docendi munera in gymnasiis commisit et non solum concessit, ut in iis monasteriis, quae manebant, privata gymnasia conderentur, atque ea, quae tum erant, auctoritate sua interposita conservavit, sed etiam iis monasteriis, quae ab ipso restituta sunt, eam maxime statuit legem, ut pueris erudiendis operam darent.

Tanto favore sublevati Benedictini, quamquam Napoleon I. extremo proximo saeculo atque hoc ineunte terras Austriacas infestis armis devastabat, tamen omni virium contentione denuo in rem ordini coniunctissimam incubuerunt. Anno 1804 gymnasium Mellicense, quod in oppidum Sampolitanum fuerat translatum, restitutum atque professoribus eiusdem monasterii commissum est [3]). Anno 1807 imperator

[1]) Geschichte des Gymnasiums von Melk.

[2]) Fuchs, Admont l. c.

[3]) Keiblinger l. c.

Franciscus gymnasium s. Annae tradidit Scotis Vindobonensibus, qui cura et industria effecerunt, ut gymnasium Scotense inter celeberrima gymnasia imperii Austriaci numeretur [1]). Anno 1814 schola monasterialis Seitenstettensis per abbatem Columbanum Zechenter (1814—1833) imperatoris auctoritate mutata est in plenum gymnasium publicum [2]). In monasterio Gottvicensi, Lambacensi, Altenburgensi, scholae monasteriales, quae antea fuerant, restitutae sunt.

Nec minor erat in Stiria et Carinthia Benedictinorum industria. Benedictini Admontenses anno 1808 gymnasium Liubinense receperunt, eoque in oppidum Iudenburgense translato Admontii privatum condiderunt gymnasium, quod magno discipulorum numero frequentabatur [3]). Praeterea anno 1802 gymnasium Graeciense, cui convictus erat adiunctus, ab imperatore Francisco acceperunt [4]). In monasterio s. Lamberti, postquam imperatoris summa gratia restitutum est, privatum gymnasium conditum est discipulorum numero satis celebre [5]).

Benedictini s. Blasii, cum relicto in Abnoba monte monasterio imperatoris gratia anno 1807 monasterium ad Pyrnum montem atque duobus annis post antiquissimum monasterium s. Pauli in Carinthia accepissent, Clagenfurti, in capite Carinthiae, gymnasii et lycei curam susceperunt atque in ipso monasterio scholam aperuerunt [6]).

In Tirole, cum monasterium Mariae-Montanum anno 1807 per Bavarios sublatum esset, gymnasium Meranense primo una sublatum, deinde restitutum atque ad Bavaricam studiorum rationem accomodatum est. Id restituto monasterio Mariae-Montano Benedictini receperunt et mox pristinam eius famam revocaverunt [7]).

In ducatu Salisburgensi aeque ac in Tirole bellorum turbae studia Benedictinorum cohibuerant. Postquam ducatus anno 1816 imperio Austriaco denuo adiunctus atque temporum opportunitas consecuta est, Benedictini monasteriorum s. Petri et Michaelburani gymnasium Salisburgense, cui lyceum additum erat, in quo philosophicae disciplinae docebantur, acceperunt magnamque ei famam circumdederunt [8]).

---

[1]) Geschichte des Gymnasiums zu den Schotten in Wien.
[2]) Geschichte des Gymnasiums zu Seitenstetten.
[3]) Fuchs, Admont l. c.
[4]) Geschichte des Gymnasiums zu Graz.
[5]) Friess, Studien l. c. V.
[6]) Carinthia l. c.
[7]) Geschichte des Gymnasiums von Meran.
[8]) Geschichte des Gymnasiums zu Salzburg.

In Bohemia Benedictini monasterii Břevnoviensis et Braunaviensis, cum gravissimis calamitatibus essent afflicti, docendi erudiendique industriam nunquam intermiserunt. Abbas Iacobus II. Chmel (1785—1805) eiusque successores, in quibus Ioannes Rotter (electus 1844), qui hoc tempore monasterio praeest, singulari studio et industria effecerunt, ut schola eorum in Austriaci imperii finibus laude frueretur amplissima [1]). Magna etiam pro viribus industria vigebat in monasterio Raigradiensi, cuius monachi in academia philosophica, quae erat in capite Moraviae, ab anno 1816 professorum muneribus fungebantur. Gregorius Wolny et Beda Dudik, quorum in rebus historicis florent nomina, et Güntherus Kalivoda, qui nunc est monasterii abbas, in arte educandi magnam gloriam adepti sunt [2]).

Nec minus memoria dignum est, quantum in Hungariae gymnasiis laudem meruerit Benedictinorum ordo. Imperator Franciscus I., cum archiabbatiam in Monte s. Pannoniae de Hungaricis ad Christianam religionem convertendis optime meritam anno 1802 restituisset, decem ei tradidit gymnasia: Posoniense, Iaurinense, Soproniense, Albaregalense, Quinqueecclesiense, Ginsiense, Tyrnaviense, Comaromiense, Strigoniense, Papense. In ipso monasterio schola monasterialis restituta atque ad temporis usum accomodata et philosophica disciplina aucta est. Tanto oneri ferendo cum archiabbatia non par esset, complura gymnasia Cisterciensium et Praemonstratensium curae tradita sunt; a Benedictinis, qui sunt in Monte Pannoniae, hodie quoque haec sustinentur gymnasia: Soproniense, Strigoniense, Comaromiense, Ginsiense, Papense, Iaurinense. In singulis locis, ubi sunt gymnasia, magno sumptu exstructa sunt aedificia, ut professores vitae monasticae communitate fruerentur [3]).

Nova prorsus studiorum ratio consecuta est eam omnium rerum commutationem, quae anno 1848 facta erat. Ex commentario de gymnasiorum rationibus de integro ordinandis anno 1849 edito et ab imperatore Francisco Iosepho approbato lycea, in quibus philosophicae disciplinae tum tradebantur, sublata atque cum gymnasiis coniuncta sunt, quae ab eo tempore octonis classibus constant atque in gymnasia inferiora et superiora dividuntur, quaternarum utraque classium. Rerum quoque accessio facta est, cum lingua vernacula et naturalis historia in gymnasiorum disciplinas assumerentur; doctrinam de mathematicis et physicis aequa ratione distributam in singulis classibus tradi placuit. Benedictini continuo novum rerum ordinem

[1]) Geschichte des Gymnasiums zu Braunau.
[2]) Dudik, Raigern l. c. II.
[3]) Czinar l. c. I.

amplexi presbyteros iuniores Vindobonam, Pragam, Graecium, Oenipontum, Pestinum miserunt, ut litteris satis exculti publica in docendi munere auctoritate munirentur. Gymnasia eorum complura aut sublata sunt, ut Iudenburgense, aut in publicam administrationem abierunt, ut Graeciense, Salisburgense, Clagenfurtense; exstant gymnasium Scotorum Vindobonensium, Mellicense, Seitenstettense, Cremifanense, Meranense, Braunense, Iaurinense, Soproniense, Strigoniense, Ginsiense, Comaromiense, Papense; gymnasia inferiora sunt Admontii, s. Lamberti in Stiria, s. Pauli in Carinthia. In ceteris monasteriis pueri, qui cantus causa aluntur, prima gymnasii elementa docentur. Sat multi sunt Benedictini, qui in universitatibus aut in puerorum seminariis episcopalibus, ut in Borromaeo Salisburgi, docendi munere funguntur.

Nec non eae scholae, quas vocant populares, Benedictinis curae fuerunt. In plurimis enim monasteriis exstincto protestantismo praeter scholas Latinas fuisse constat eas, in quibus magistri laici mercede e monasteriis soluta pueros docerent. Laetiore vero successu hae scholae florere coeperunt Maria Theresia imperatrice, quam merito earum fundatricem in Austria nominamus. Quae ut exemplum proponeret, quo scholae conderentur, anno 1771 ad s. Annae Vindobonae scholam instituit atque Ioannem Ignatium de Felbiger, praepositum monasterii Saganensis in Silesia Borussiensi, virum clarissimum, accivit eumque rationem scholarum ab ipso descriptam ad effectum adducere iussit. Secundum eam scholae erant aut primariae aut secundariae (Haupt- und Trivialschulen), quarum alterae in oppidis aliisque locis frequentioribus, alterae in parochiis constituebantur.

Benedictini, quae de rebus scholasticis edicta erant, sine mora exsequentes in parochiis et stationibus parochialibus, quae monasteriis erant adiunctae, aedes scholarum aedificaverunt et magistris mercedem solverunt. Atque abbatum plurimi, imprimis Ehrenbertus III. Cremifanensis eiusque exemplum secuti Mathaeus Admontensis (1751—1779), Andreas Lambacensis (1746—1794), Maurus, abbatum Garstensium ultimus (1764—1786), Urbanus II. Mellicensis (1763—1785), Dominicus Seitenstettensis (1749—1777), Magnus Gottvicensis (1769—1783), alii, edicto imperatricis Mariae Theresiae anno 1780 edito clericos Vindobonam ad s. Annae miserunt, ut Felbigerum de arte educandi scholas habentem audirent, quas cum aperiret vir in rebus scholasticis clarissimus haec edidit verba: „Die Klöster können, wenn sie wollen, durch immer fortdauernde Ueberlieferung der guten Grundsätze an die eintretenden neuen Glieder solche von Geschlecht zu Geschlecht, oder vielmehr von einem Zeitpunkte, von einem Jahrhunderte zum andern fortpflanzen. Sollte etwa mit der Zeit die so mühsam zu Stande gebrachte Schulverbesserung in Verfall oder gar in Vergessenheit

gerathen, so wäre sie doch in den Klöstern und auf deren Gütern erhalten, und es könnte noch die Zeit kommen, wo man sie von daher ebenso begierig wieder hervorsuchen dürfte, wie man daselbst die noch verborgenen Schätze der Gelehrsamkeit und andere Alterthümer hervorsucht."

Cum novis parochiis, quas imperator Iosephus II. anno 1783 iusserat constitui, novae quoque scholae conditae sunt. Earum, quae hodie in Austria inveniuntur, permultae a Benedictinis sunt conditae.

Res scholasticae et ecclesiasticae erant coniunctae vinculo artissimo, quod multum laxatum est lege anno 1869 edita. Patronatus scholarum, qui usque ad id tempus a parochiarum patronis exercebatur, quamquam plus oneris habuit quam commodi, cum non solum magistri a patronis et civibus, quorum schola quaeque erat, essent sustentandi atque renumerandi, sed etiam aedes conservandae, sublatus scholarumque cura publica facta est.

Orientis Benedictini sive congregatio Mechitharistica eadem industria in pueris educandis erudiendisque versantur ac fratres in occidente. Constantinopoli, Smyrnae, Tergesti scholis maioribus praesunt, Constantinopoli et Aydinii minoribus. Dum in schola Constantinopolitana maiore non alii nisi iuvenes ex Armenia oriundi recipiuntur, ceteris scholis maioribus iuvenes etiam aliis nationibus orti utuntur. Scolaribus alumnis sunt discenda lingua Latina, Armeniaca, tam vetus quam recens, Gallaica, Italica, Germanica, Gallica, Turcica et Graeca, praeterea omnes scientiae, quae hodie in gymnasiis solent tractari.

CAP. IV.

Benedictini ut in pueris excolendis eximiam semper exhibuerunt operam, ita adultorum vitae recte instituendae nunquam defuerunt atque in Alpinas valles Austriacas doctrinam Christianam primi pertulerunt. Monachi s. Petri, quibus Iuvavii, in oppido antiquissimo, animarum cura erat commissa, non solum in terra Salisburgensi multas aedes sacras aedificaverunt, circa quas incolae Alpini, qui late erant dispersi, consederunt, sed etiam episcopo Virgilio abbate Carantanis Christiana praecepta tradiderunt. Virgilio auctore Modestus, episcopus regionarius, Slavis Carantanis, qui omnino etiam tum erroribus ethnicis detinebantur, Christianam religionem aperuit atque aedes sacras aedificavit Solii, Villacii, Teurniae, in oppido Romanorum antiquissimo. Is labor tam laudabiliter susceptus cum turbis in Carantania exortis intermissus esset, a. 772 magno monachorum numero monasterii s. Petri Salisburgi,

redintegratus est [1]). Clara etiam memoria est monachorum Lunaelacensium, Innicensium, Cremifanensium, Mettensium et Lacustigurinensium in Bavaria, quorum omnium in fide Christiana apud gentes Alpinas propaganda et confirmanda saeculo VIII. et IX. summum erat studium [2]).

In Bohemia et Hungaria Benedictini saeculo X. et XI. laudem promeruerunt. E monasterio Břevnoviensi, a quo tot in Bohemia profecta sunt monasteria, eiusque praeposituris, quarum nobilissima est Raigradium, et Ostroviensi ad Sazawam flumen sito multi prodierunt monachi, qui et verbo et exemplo animas sibi subiectorum ad unam salutem adducerent plurimasque aedes sacras aedificarent [3]). In Hungaria prae ceteris monachi Montis Pannoniae singulari studio enituerant, ut recte dici possit, eorum opera longe plurimos incolas eius terrae ad Christianam doctrinam perductos esse [4]).

Posteriore tempore Benedictini, quamquam non omnino dimiserunt opus missionarium, tamen rebus ecclesiasticis saeculo XII. in terris Austriacis compositis parochiisque certis finibus circumscriptis intermiserunt atque reliqua cura animarum clero saeculari relicta ad praedicandum incubuerunt. Velut monachi s. Petri anno 1139 archiepiscopo Conrado I., viro de rebus ecclesiasticis optime merito, tradiderunt parochiam Salisburgensem, ut nulla re impediti satisfacerent Regulae praeceptis [5]). Quod cum fecerunt Benedictini, iussis Papae Calixti II. (1122) paruerunt, vetera decreta canonica in memoriam revocantis, ne quis monachus confessiones exciperet, neve aegrotos visitaret, neve sacra parochialia obiret. Aedes sacrae etiam tum a monachis aedificabantur, ne iis, qui agros eorum longe lateque colebant, aditus sacrorum sollemnium deesset, cura tamen animarum in omnibus parochiis cum in praediis eorum ab ipsis constitutis tum a fundatoribus acceptis clero saeculari relinquebatur.

Sed tempore de tanta severitate aliquantum remissum est. Omnia fere monasteria, quae saeculo XI. et XII. in Austria condita sunt, a fundatoribus vel benefactoribus [6]) ad reditus augendos parochias acceperunt, ut Mellicense, Gottvicense, Seitenstettense, Altenburgense, Admontense, s. Lamberti, s. Pauli, Scotense Vindobonae,

---

[1]) Conversio Bagoariorum et Carantanorum.

[2]) Confer prooem. I.

[3]) Frind l. c. I.

[4]) Czinar I.

[5]) Series abbat. monast. ad s. Petrum Salisburgi.

[6]) Eorum in numero eminent principes et episcopi, ut archiepiscopi Salisburgenses, episcopi Passavienses.

Mons Apostolorum in Bohemia, Ossiacense, s. Arnoldi, alia. Parochiae XIII. maxime et sequente saeculo litteris papalibus et episcopalibus monasteriis hac lege adiunctae sunt, ut abbates essent parochi primarii atque administrationem parochiae cuiusque transferrent in presbyterum saecularem, qui episcopo dioecesis praesentatus ab eo „curam animarum“ acciperet; reditus essent monasteriorum, quae vicariis victum dignitati eorum aptum praeberent [1]).

Cum inter monasteria, quorum erat parochiarum patronatus, et vicarios parochiarum lites ortae essent saepe acerrimae et ordini sacerdotali perniciosae, atque in ipsis monasteriis Benedictinorum Austriacis longe plurimi dignitate sacerdotali essent ornati, abbates, qui beneficio papali usum pontificalium obtinuerant cum potestate paramenta quaeque in parochiis ad monasteria adiunctis ad usum sacrum necessaria essent, benedicendi [2]), implorata gratia papali impetrarunt, ut ad ordinis presbyteros deferrent munera parochialia. Quod cum XIII. et XIV. raro factum esset [3]), postea in tam frequentem usum venit, ut saeculo XVI. ineunte omnes fere parochiarum vicarii essent ex ipso ordine.

Cum in Bohemia bella Hussitarum exarsissent multaeque ex reformatione, quam vocant, turbae ortae essent, in Hungaria domesticis discordiis Osmanorumque incursionibus et dominatione omnium rerum perturbatio facta esset, deletis plurimis monasteriis [4]) Benedictini in his terris multum a cura animarum impediti sunt.

---

[1]) „Statuimus eciam, ut in parochialibus ecclesiis, que ad vestrum monasterium pertinent, presbyteros eligatis et episcopo praesentetis; qui si idonei fuerint et canonice reprobari non poterunt, episcopus animarum curam iis committat, ut de animarum cura episcopo respondeant, vobis autem pro temporalibus debitam servitutem exhibeant.“ Bulla Papae Innocentis IV. ad abbatem Pricherum s. Petri Salisburgi. Eius modi bullae ceteris monasteriis procedente tempore datae sunt.

[2]) Ius pontificalium concessum est: saec. X. monasterio Břevnoviensi (ut perhibent, a Papa Ioanne XV. a. 993), idem confirmatum est a Papa Urbano IV. a. 1265; XII. Mellicensi, s. Pauli; XIII. s. Petri, Admontensi, Cremifanensi, s. Lamberti, Scotorum Vindobonensium; XIV. Cladrubiensi, Gottvicensi, Wilimovensi, Emausiensi, ceteris Bohemiae monasteriis; XV. Lunaelacensi, Ossiacensi, s. Arnoldi, Garstensi, Glunicensi, Mariae-Montano, s. Georgii prope Ficht, Michaelburano; XVI. Seitenstettensi, Altenburgensi, Mariacellensi, Lambacensi. Archiabbates Montis Pannoniae propter necessitudinem monasterii Montecassinensis antiquitus eodem iure usi sunt.

[3]) Non potest probari, in Germanico-Austriacis terris ante medium saeculum XIII. parochias monasteriales a parochis Benedictinis administratas esse; de Bohemia non desunt testimonia, ut Ioannes episcopus Pragensis omnes fructus et proventus ecclesiarum parochialium in Brzyst, Luboc, Swrkin monasterio Břevnoviensi committit eique administrationem harum ecclesiarum cum cura animarum tradit cf. chronicon Břevnoviene, Frind l. c. II, Dudik l. c. I, Czinar l. c. I.

[4]) Cf. pars I.

Idem in Germanicis terris imperii Austriaci imprimis a medio saeculo XVI. evenit, cum Lutheri lege etiam in Austria pervulgata plurimisque probata multae parochiae a nobilibus Lutheri placita amplexis monasteriis eriperentur [1]), aut si quae relictae essent, a monachis apostatis obtinerentur ac saepe ne tum quidem dimitterentur, cum in iis monasteriis, quae Lutheri erroribus infecta erant [2]), vi civili et ecclesiastica interposita unitas catholica restituta esset. Quibus rebus Ferdinandus II. primum in Stiria et Carinthia, deinde in Austria superiore et inferiore subvenit magnaeque inde tempestates saepe exortae sunt [3]). Cum in monasteriis penuria eorum esset, quibus munera parochialia committerentur, multi presbyteri et saeculares et regulares, qui belli tricenarii terroribus percussi in Austriam confugerant, facile benigneque excepti sunt [4]).

Catholicismo in Austria restituto Benedictini opus missionarium redintegraverunt. In montibus enim Austriae superioris, Salisburgi, Carinthiae, Stiriae multi erant, qui severis edictis non deterriti Lutheri doctrinam profiterentur. Quos ut ad catholicismum reducerent, imperatores monasteriis negotium dederunt, ut missionarios in ea loca mitterent. Anno etiam 1756 imperatrix Maria Theresia Maximilianum Kunzlinger Mellicensem cum sex monachis, qui erant e monasterio Gottvicensi, Seitenstettensi, Admontensi, Mariacellensi, Garstensi, misit in Carinthiam eodemque tempore Benedictus Bonetti, Mellicensis, vir magni in praedicando nominis, legationibus missionariis in montibus Austriacis praeerat [5]).

In Hungaria monachi Montis Pannoniae omni modo enisi sunt, ut populares Turcico imperio oppressos in avita doctrina retinerent et confirmarent. Clara sunt nomina P. Gregorii aliorumque, qui summis laboribus non deterriti curam animarum gesserunt [6]).

Magna vi erant, quae ab imperatore Iosepho II. in rebus civilibus et ecclesiasticis commutata sunt [7]). Plurima monasteria exaugurabantur magno cum damno

---

[1]) Multi horum nobilium coeptis nefariis iuris speciem ita praetendebant, ut dicerent a suis maioribus parochias monasteriis donatas esse, alii iique longe plurimi spreto quovis praetextu sola vi grassabantur. Cf. singul. monast. historias.

[2]) Cf. pars I.

[3]) Ut Stirae in Austria superiore, cuius parochia monasterio Garstensi adiuncta erat.

[4]) Ita facile intellegitur, cur in parochiis monasteriorum Austriacorum eo tempore tot fuerint vicarii e terris Rhenanis vel Suevia vel Bavaria orti.

[5]) Keiblinger l. c. I.; Friess, Stud. l. c. V.

[6]) Czinar l. c.

[7]) Iam Maria Theresia imperatrice 1771 edictum erat, ut omnes parochiae monasteriales, quae non saltem trium conventualium opera procurarentur, presbyteris saecularibus traderentur.

monachorum in cura animarum elaborantium, ceterisque, quae relicta erant, gravia onera iniungebantur, cum edicta imperatoria, ex quibus veteres parochiae, quarum fines saepe late patebant, denuo describendae novaeque stationes parochiales erigendae erant, etiam ad monasteriorum parochias pertinerent et abbates novas parochias necessariis rebus instruere, aedes sacras et scholas aedificare iuberentur.

Quae ab imperatore Iosepho II. constituta sunt, in universum etiam hodie manent atque hae sunt parochiae a Benedictinis procuratae:

Scotorum Vindobonensium: parochia monasterialis, Gaunersdorf, Martinsdorf, Schottenfeld, Stammersdorf, Eggendorf im Thale, Pulkau, Hoebesbrunn, Zellerndorf, Breitenlee, Enzersfeld, Weitzendorf, Enzersdorf im Thale, Kleinengersdorf, Platt, Watzelsdorf, St. Ulrich, Gumpendorf, Ienoe [1]).

Monasterii Mellicensis parochiae: Melk, Rohrndorf, Plank, Matzleinsdorf [2]), Traiskirchen, Zwerndorf, Haugsdorf, Matzendorf, Untergänserndorf, Leobersdorf, Groissenbrunn, Grillenberg, Ziersdorf, Vöslau, Weikendorf, Lassee, Wullersdorf, Gettsdorf, Ravelsbach, Gainfarn, Grossriedenthal, Alberndorf, Untermarkersdorf, Oberwieden, Untersiebenbrunn, Immendorf, Protes, Grossmeiseldorf, Fahndorf [3]).

Monasterii Gottvicensis parochiae: Göttweig, Haindorf, Mautern, Hainfeld, Pyhra, Kilb, Getzersdorf, St. Veit an der Gölsen, Kottes, Rabenstein, Rossatz, Furth, Grünau, Mauer, Kleinzell, Brunnkirchen, Markersdorf, Purk, Michelbach, Untersbergern, Schwarzenbach an der Gölsen, Rohrbach [4]), Unternalb, Mühlbach, Pfaffendorf, Nappersdorf, Itzelsdorf, Gösing, Roggendorf, Obernalb [5]).

Monasterii Seitenstettensis parochiae: Seitenstetten, Wolfsbach, Krenstetten, Asbach, Allhartsberg, Sonntagberg, Ohling, Ibbsitz, Biberbach, Windhag, St. Georg in der Klause, St. Michael, St. Johann [6]).

Monasterii Altenburgensis parochiae: Altenburg, Horn, Strögen, Röhrenbach, Ludweis, Dietmannsdorf, Dreieichen, Aigen, St. Marein [7]).

Intercessit cardinalis comes Migazzi, archiepiscopus Vindobonensis atque firmissimis argumentis demonstravit, parochias monasteriis adiunctas magnaque ex parte ab iis constitutas iure optimo monasteriorum esse summamque inesse in illo edicto iniuriam.

[1]) Ienoe parochia in Hungaria sita est, ceterae omnes in archidioecesi Vindobonensi.

[2]) In dioecesi Sanhippolytana.

[3]) In archidioecesi Vindobonensi.

[4]) In dioecesi Sanhippolytana.

[5]) In archidioecesi Vindobonensi.

[6]) Omnes in dioecesi Sanhippolytana.

[7]) Omnes in dioecesi Sanhippolytana.

Monasterii Cremifanensis parochiae: Kremsmünster, Pettenbach, Thalheim, Buchkirchen, Ried, Vorchdorf, Pfarrkirchen, Steinerkirchen, Viechtwang, Hall, Weisskirchen, Kematen, Neuhofen, Kirchham, Adlwang, Eberstallzell, Magdalenaberg, Fischlham, Sipbachzell, Allhaming, Steinhaus, Rohr, St. Konrad, Grünau, Egendorf [1]).

Monasterii St. Petri Salisburgi parochiae: Dornbach [2]), Kirchberg, Wieting [3]), Abtenau, Maria Plan, Annaberg, Russbach [4]).

Monasterii Lambacensis parochiae: Lambach, Pachmanning, Aichkirchen, Neukirchen, Paura [5]).

Monasterii Michaelburani parochiae: Dorfbeuern, Mülln, Lamprechtshausen [6]), Obersulz, Loidesthal [7]), Perwang, Seewalchen [8]).

Monasterii Admontensis parochiae: Admont, Wildalpen, St. Gallen, Frauenberg, Maria-Culm, Ardning, St. Laurenz, Gams, Traboch, Hall, Kammern, St. Martin an der Salza, Kallwang, Altenmarkt, Groehming, Weng, St. Michael, Wald, Johnsbach, Oeblarn, Gaishorn, St. Anna in Lavantegg, Tauern, Landl, St. Nicolaus in Sausal, Palfau, Kraubat, St. Oswald im Freiland, Mautern, Kleinsölk [9]).

Monasterii s. Lamberti parochiae: St. Lambrecht, Mariazell, Veitsch, Lassnitz, Feistriz, Lind, Mariahof, Weisskirchen, Obdach, Scheifling, Turnau, Aflenz, Marein im Mürzthal, Neumarkt, Lautschach, Freyen, Seewiesen, St. Johann in Scheiben [10]).

Monasterii s. Pauli parochiae: St. Paul, Klein-St.-Paul, Pustritz, St. Georg unter Stein, St. Martin [11]).

Monasterii Mariae-Montani parochiae: Burgeis, St. Martin in Passeier, Platt in Passeier, et monasterii Fichtensis: Achenthal, Terfens, Stams, St. Georgenberg [12]).

Monasteri Muri-Gries decem sunt parochiae, e quibus quattuor intra imperii Austriaci fines sitae sunt et ad dioecesim Tridentinam pertinent: Glaning, Marling, Senale, Gries.

---

[1]) Omnes in dioecesi Lincensi.
[2]) In archidioecesi Vindobonensi.
[3]) In dioecesi Gurcensi.
[4]) In archidioecesi Salisburgensi.
[5]) Omnes in dioecesi Lincensi.
[6]) In archidioecesi Salisburgensi.
[7]) In archidioecesi Vindobonensi.
[8]) In dioecesi Lincensi.
[9]) Omnes in dioecesi Sekoviensi.
[10]) Omnes in dioecesi Sekoviensi.
[11]) Omnes in dioecesi Gurcensi.
[12]) Omnes in dioecesi Brixensi.

Archimonasterii Břevnov-Braunau parochiae: Břevnov, Brauna, Podčžapla, Palič, Wernersdorf, B. M. V. in monte albo, Machocium, Metličzana, Schwenau, Orlov in Silesia superiore, Hermsdorf, Ruppersdorf, Bezdčkow, Merzdorf [1]).

Monasterii Raigradiensis parochiae: Raigern, Syrovic, Nigrofanum, Domason [2]).

Archiabbatiae in s. Monte Pannoniae parochiae: Szent-Márton, Bársonyos, Csanak, Deáki, Füss, Lázi, Nyalka, Peterd, Ravazd, Szent-Iván, Tárkány, Tényö, Varsany; abbatiarum filialium parochiae et quidem ss. Mauritii et Soc. de Bakonybél: Bakonybél, Kajar [3]); s. Mariae et s. Aniani de Tihany: Tihany, Aszofő, Endred, Zamárdi, Kapoly, Balaton-Füred [4]); s. Mariae Virg. de Dömölk: Kisczell [5]).

Hominum numerus, qui sunt in Benedictinorum parochiis, in universum computanti efficitur plus 200.000, parochiarum ad 250, quarum sunt complures, quae propter eximiam loci venerationem magno peregrinantium numero quotannis visitantur, ut Maria-Zell in Stiria, Maria-Plan in ducatu Salisburgensi, Sonntagberg in Austria inferiore, Adelwang in Austria superiore, St. Georgenberg in Tirol.

---

[1]) Omnes in archidioecesi Pragensi.

[2]) Omnes in dioecesi Brunensi.

[3]) Parochiarum, quae pertinent ad archiabbatiam et ad abbatiam filialem de Bakonybél, episcopus est archiabbas in s. Monte Pannoniae.

[4]) Parochiae monasterii s. Mariae et s. Aniani de Tihany pertinent ad dioecesim Veszprimensem.

[5]) Parochiae monasterii b. Mariae Virg. de Dömölk pertinet ad dioecesim Sabariensem.

DE LITTERARUM STUDIIS.

CAP. I.

Id, quod mandaverat discipulis suis ordinis s. auctor, ut certis diei horis operam darent legendis et cognoscendis s. scripturis, necessario effecit, ut instituerentur bibliothecae et colerentur artes et litterae.

Clarissimi magistri voluntatem diligenter secuti discipuli, qui fuerunt in imperio Austriaco-Hungarico, iam ab antiquissimis temporibus usque ad nostram memoriam studiis litterarum et artibus maxime intenti erant. Nam ut in agris colendis ita in excolendo ingenio vetustissimum monasterium ad s. Petrum Salisburgi primum vexillum artium, ut dicimus, constituit. Quo in monasterio Carolus magnus imperator ut in ceteris opulentae Franconiae monasteriis studium litterarum maxime auxit. Praebuit enim socio eruditae sodalitatis suae, Arnoni abbati Elnonensi in Brabantia, qui erat clarissimi magistri Alcuini discipulus et amicus, 785 abbatiam ad s. Petrum una cum connexo episcopatu Salisburgensi, qui, ut studium litterarum Salisburgi iam ab antecessore Virgilio [1]) abbate et episcopo inceptum celerius et diligentius coleretur, plurimum contulit. Eodem Arnone auctore monasterio ad s. Petrum Salisburgi cum schola regia Caroli Magni rerum ad monumenta et litteras spectantium intercessit commercium atque eius scholae litterae ut Evangeliarium Cutberchti [2]) de gente Angelo-Saxonum, Annales monasterii Lindisfarnensis, ab Alcuino ad aulam regiam Franconicam perlati, Salisburgum sunt missae ibique initia erant commentariorum [3]), quos seduli monachi in monasterio ad s. Petrum viventes scripserunt. Salisburgi per Wizonem, Alcuini discipulum, Arno singularem scholam artis scribendi causa constituit, quae plus quam CL volumina, quae omnia

---

[1]) S. Virgilius „Glossarium“ scripsisse putatur. Pez, Thesaur. anecdot. I.

[2]) Folz, Geschichte der Salzburger Bibliotheken.

[3]) Nominantur ab omnibus annales Iuvavenses maiores. Cf. Pertz, Monum. Germ. ss. I.

formam scribendi huic scholae propriam ostendunt, abbate Arnone edidisse traditur [1]). Cuius curae nos pretiosissima monumenta antiquissimis Bavaricae gentis temporibus composita debemus, quae „Congestum seu Indiculus Arnonis“ [2]) et „Breves notitiae“ [3]) inscribuntur. Alterius quoque libri, quo foedus fraternum monachorum ad s. Petrum continetur, prima dispositio huius celsissimi viri, primi archiepiscopi sedem s. Ruperti tenentis, repetit aetatem [4]).

Librorum autem ipsorum, quos Arno ediderat, parum relictum est; nam praeter epistolam ad Alcuinum datam tantum haec inscriptio, quam ipse sepulcro incidi iusserat, exstat:

„Quisque velis scriptam subsistens nosse viator,
Scito, quod ipsi mihi vivus hanc Arno peregi,
Qui fueram rector, praesentis regimine sedis,
Ac opibus multis multoque potitur honore.
Nunc hic amissis cunctis mea membra quiescunt.
Te rogo nunc Dominum precibus pulsare memento,
Ut mihi det veniam scelerum, quaecunque patravi,
Quatenus aeternam merear habitare quietem“ [5]).

Quod litterarum studium etiam mortuo Arnone anno 821 in monasterio ad s. Petrum, adiutum et auctum per abbates et archiepiscopos Adalramum (821—830) et Liuphramum (836—859) permansit. Operum, quae regnante Adalramo e schola artis scribendi causa instituta profecta sunt, integer servatus est liber, qui inscribitur: „Sermo s. Augustini de symbolo contra Iudaeos“, qui ab Adalramo iuveni regio postea regi Ludovico Germano (mortuo 875) dedicatus est hisce versibus:

„Accipe, summe puer, parvum Hludovice libellum,
Quem tibi devotus optulit en famulus
Scilicet indignus Iuvavensis pastor ovilis
Dictus Adalramus servulus ipse tuus,“

et in puris foliis pulchrum carmen Germanicum, quo agitur de terrarum omnium deflagratione (Muspilli), forsitan Ludovici manu scriptum continet [6]).

---

[1]) Pertz l. c. ss. IX. In his erat etiam liber formularum ed. Rockinger in: Quellen zur bair. Geschichte VII.

[2]) Est tabulis firmata conscriptio bonorum temporalium Salisburgi concepta tempore, quo Carolus Baovarium sibi subegit (edidit Kainz).

[3]) ed. Kainz.

[4]) ed. Karaian.

[5]) Folz l. c.

[6]) Sitzungsberichte d. k. k. Akad. d. Wissenschaften in Wien, phil.-hist. Cl. XXII, et Folz l. c.

Liuphramo auctore liber „Excerpta de moralibus Gregorii super Iob“ conceptus est, qui absolvitur hisce versibus:

„Qui legat hunc librum dicat rogo pectore puro:
Liuphramo veniam scelerum da Christe precamur,
Cum sanctisque tuis celsam perducet in aulam
Atque illi aeternam tribuas attingere vitam,
Hoc opus eximium fecit qui scribere praesul
Ad decus ecclesiae propriam simul inque salutem“ [1]).

Liuphramo praesule etiam complura carmina versu Hexametro vel Disticho composita [2]) sunt ut Passio s. Alexandri papae et Hermetis martyris et aliorum sanctorum, quam excipit narratio: „Qualiter pignora s. Hermetis Salzburgum translata sunt“ [3]). Cuius successore regnante scripta est conversio Bogoariorum et Carantanorum, quod pretiosissimum monumentum, exortum ex instructo Carantano archiepiscopatu alienae auctoritati non obnoxio, ea, quae ecclesia Salisburgensis de conversis Bavaricis et Carantanis Slavis bene meruerat, explanavit [4]).

Quamquam pro certo demonstrare non possumus, studium litterarum et in monasterio Lunaelacensi et in Cremifanensi et Innichensi illis temporibus iam floruisse, tamen illud rei fidem facit, quod Lunaelacense frequentatum erat a monachis, qui ex monasterio Cassinensi venerant, et Cremifanum regnantibus Carolingis alioquin excellebat et monasterio Innichensi praeerat clarissimus ille Aribo episcopus Frisingiae, qui ut Leidradus episcopus Lugdunensis in provincia Austriae Alpina natus eadem doctrina et eruditione eminebat.

At sequentibus temporibus ille ardor animorum elanguit vel penitus est exstinctus. Quarum rerum tristium causae sunt bella et res incertae, ex discordia domestica incursionibusque Hungaricae gentis exortae et morum in iis quoque monasteriis, quae ab Hungaris erant intacta, corruptio. In monasterio tantum ad s. Petrum Salisburgi ille ardor, quem incenderat Arno, permansit eiusque schola optimorum magistrorum opera, ut erat Chunibertus monachus e monasterio Sangallensi, quod intime erat coniunctum cum s. Ruperti coenobio, Linfridus, alii, etiam tum discipulos multos habebat, ex quibus nonnulli ut s. Godhardus postea ad altos ecclesiae honores ascenderunt [5]).

---

[1]) Folz, qui in libro iam memorato alia quaedam ab Adalramo et Liuphramo venientia nominat.

[2]) Dümmler, Archiv für österr. Gesch. XXII.

[3]) Folz l. c.; Dümmler l. c.

[4]) ed. Wattenbach in Pertz, Monum. Germ. ss. XI.

[5]) Wattenbach l. c. I.

Sed vigor et alacritas saeculo undecimo reviviscebant inflammata contentione inter ecclesiam et civitatem. Nam non solum regula a clarissimis monasteriis Hirsaviensi et ad s. Blasium, sed etiam studium litterarum translatum est in coenobia Austriacarum provinciarum, quae sunt ad Alpes sitae, moxque pulchros fructus tulit. Constituti sunt enim in omnibus monasteriis, qui libros ad res sacras rite peragendas necessarios et codices scriberent, quorum ut erat lectio praescripta, ita comparatio propter magnos sumptus difficillima. Loca, in quibus libri conficiebantur, erant quidem intra coenobii muros, sed satis remota, ut, qui scriberent, a fratribus tumultuosa negotia gerentibus non turbarentur. Adire nemini licebat praeter opifices eorumque praefectos, abbatem et armarium, qui et proxime rei praeerat et, quae ad artem scribendi pingendique erant necessaria, comparabat et, ut recte fierent exempla, curabat. Describenda abbas destinabat. Scribenti vel chirographum propositum erat vel dictabat armarius. Quibus in scholis arti describendi instructis libri etiam notis initialibus et tabellis minoribus exornabantur et compingebantur. Maxima ex parte quidem Evangeliaria, Evangelistaria, Epistolaria, Apostolica, Lectionaria, Homiliaria, Missalia, Plenaria, Antiphonaria, Pontificalia, Calendaria, Passionalia, alii libri, qui ad cultum divinum peragendum vel breviarium recitandum pertinent, describebantur, verum etiam quae scripserunt s. Patres, praecipue s. Augustinus et s. Gregorius, acta martyrum, vitae sanctorum. Scripta clarorum theologorum, opera s. Hugonis de s. Victore, praecipue Honorii Augustodunensis [1]), monumenta insignium iuris peritorum pariter proponebantur nec non antiqui magistri et Graeci et Romani saepe describebantur. Godhardus enim abbas Cremifanensis ad Tegernsee epistolam dat: „Mittite nobis librum Horatii et epistolas Tulii“ [2]) et Godofredus abbas Admontensis ab eodem monasterio postulat Iosephum Flavium aliosque libros [3]). Qui describendi erant libri, mutui sumebantur ab aliis coenobiis amicitia coniunctis, maxime a Tegernsee, monasteriis Bavaricis, coenobio ad s. Petrum. Atque ipsae bibliothecae urbium episcopalium ordinis sodalibus patebant, qua in re praesertim Passavia officiosam se praebebat. Nam memoriae traditum est episcopo Ottone e genere nobilium de Loosdorf regnante (1254—1265) abbati Garstensi „pustillos domini Hugonis super psalterium“, priori Lambacensi librum „Sermones magistri Danielis de ordine praedicatorum“ e bibliotheca episcopali esse commodatum [4]). Quae ars scribendi,

[1]) Quae scripsit, in omnibus fere Austriacis monasteriis inveniuntur.

[2]) Pachmayer, Series abb. Cremifan. I.

[3]) Thesaurus anecdot. VI.

[4]) Monum. Boic. XXIX. II.

qua alumni scholarum monasterialium iunioresque monachorum occupati erant, in monasteriis Austriacis modo magis, modo minus diligenter exercebatur ad extremum saeculum quintum decimum. Ineunte saeculo sexto decimo cum ars typographica a Gutenberg inventa finem fecisset institutae rationi, tamen monachi etiam posterioribus temporibus scribebant et pingebant ut Bonifacius Gallnerus monachus Mellicensis, qui mortuus anno 1727 celeberrimum Psalterium reliquit.

Illa aetate nominantur clari librarii: In monasterio Admontensi abbates Godofredus (1137—1165), Irimbertus (1172—1177), Engelbertus (1297—1327), monachi Bertholdus, Udalricus, Reinbertus, Gottschalcus, Lambertus, Salmannus [1]); in monasterio Gottvicensi scriptorium, quod dicunt, florebat abbatibus Hartmanno (1094—1110) et Nanzone [2]) (1114—1125); in monasterio Mellicensi saeculo tertio decimo Otto prior postea abbas (1247—1253) et monachi Fridericus, Hermannus, Burchadus, saeculo quarto decimo et quinto decimo Leonardus abbas (1425—1433) et fratres Ioannes de Spira, Christophorus Lieb, Wolfgangus de Styra, Wolfgangus de Emersdorf nominantur et Simon, qui illum magnificum codicem scripsit picturisque ornavit minutis, quem Christianus (1433—1481) abbas Ladislao Postumo regulo dono dedit [3]); in monasterio Seitenstadiensi optimi scriptores [4]) putabantur Conradus (1223—1230) et Gundacarus (1318—1324) abbates et Ioannes monachus; in monasterio Garstensi ars scribendi floruit Friderico abbate (1261—1282) [5]) maximeque laudatur Ioannes monachus, qui solus viginti quinque opera scripsit, quorum nonnulla splendidis picturis minutis ornavit. Cremifani scriptorium adiuverunt abbates Alramus (1093—1120), Bernardus (1122—1230), Bertholdus (1256—1270) maxime Fridericus de Aich (1274—1327), quo praesule haec schola ita excellebat, ut in codicibus omnium ordinis monasteriorum eo tempore in Austria existentium vis eius manifesta esset. Optimi scriptores et pictores putabantur monachi: Fridericus Kersberger, qui solus duodeviginti codices pulcherrimis tabellis minoribus ornatos confecit, Erhardus Paumgarten, Iacobus, Ioannes Spalt, Ioannes Urkauf, Hugo et Florianus Mersinger [6]); in monasterio Lambacensi saeculo undecimo scripserunt Heimo et Gottschalcus monachi, quorum posterior pretiosissimum confecit Legendarium multisque picturis linearibus

[1]) Wichner, Admont. l. c. I. III.
[2]) Fontes rerum Austr. VIII.
[3]) Keiblinger, Melk I.
[4]) Tabularium Seitenstadiense.
[5]) Friess, Geschichte von Garsten.
[6]) Hagn, Wirken der Benedictiner-Abtei Kremsmünster.

ornavit, quod nunc regiae bibliothecae Berolinensi egregio ornamento est, et tempore posteriore vir eruditissimus Adalbero Pleichober [1]). Lunaelaci saeculo duodecimo Evangeliarium monachi Liutoldus et Eberhardus scripserunt et auro, coloribus, magnis tabellis [2]) ornaverunt. Saeculo tertio decimo hanc artem exercebant Haertwigus et Henricus fratres, saeculo quarto decimo Hermannus, Maurus, Petrus, Christianus; saeculo quinto decimo Benedictus Eck, Guilielmus Kogler, Iacobus Keser, qui anno 1472 perfecit lautissimum Missale, Degenhartus de Schönbrunn, Ioannes Hachelstetten, Wolfgangus de Währing, Ioannes Hauser, Walaricus, Andreas, Henricus Immerkeuer, Florianus Schiffer, Stephanus Rudenberger, Sebastianus Fussstainer, Hieronymus de Wenden, Leonardus Schilling [3]). In monasterio ad s. Lambertum saeculo duodecimo scripsit Ulmannus monachus, saeculo tertio decimo Ioannes, Heidenricus fratres, saeculo quarto decimo Fridericus Borsula [4]). Monasterium ad s. Petrum Salisburgi profert scriptorem ex saeculo duodecimo monachum Chunradum, posteriore tempore fratrem Hermannum [5]), a quo etiam Antiphonarium factum est, quod iuste hodie monumentum praecipuae artis habetur; Michelburani scripserunt monachi Augustinus Ruedmannstorfer, Martinus, Benedictus, Georgius, Ioannes, Aegidius, Leonardus, a quo artifice originem accepit Antiphonarium auro coloribusque ornatum [6]).

Qui in Carantaniae monasteriis, Ossiaco, ad s. Paulum, Miltstadio, Arnoldsteinio scripserunt, nominari quidem non possunt; exercitatam autem esse ibi hanc artem a s. Benedicti filiis, satis constat [7]). In Tiroli annalium scriptor Goswinus, monasterii Mariae-Montani monachus, in clarissima luce versatur, qui iussus a Wysone abbate, cum omnibus illius monasterii sodalibus praeter abbatem Goswinum, Rudolfum sacerdotem, fratrem quendam conversum atroci morte abreptis alienos monachos advocari oportuisset, scripsit Antiphonarium, ut in choro canentes certis numeris

[1]) Schmieder, Breve Chronicon Lambacense.

[2]) Hodie in c. r. biblioth. aul. Vindobonae.

[3]) Friess, Studien l. c. II. et III.

[4]) Friess l. c.

[5]) Necrologium ad s. Petrum. Quo in monasterio, quamvis pauca nomina exstent, viguisse artem scribendi, illud demonstrat, quod igne devastata anno 1127 bibliotheca impigri monachi damnum acceptum brevi sanaverunt. Cf. Series abbat. mon. s. Petri.

[6]) Filz, Hist. Michelburani. De Antiphonario vide Lindii commentationem in: Mittheilungen der k. k. Centralcommission für Kunstdenkmäler in Oesterreich, t. XIV.

[7]) Cum in omnibus monasteriis, praecipue ad s. Paulum scholae institutae essent, fuisse necesse est, qui scripserunt.

atque pedibus consentirent [1]). Quae ars scribendi pingendique non minus in Slavicis ordinis nostri monasteriis exercebatur quam in Germanis. Nam pretiosissimum Evangeliarium, per quod quondam reges Gallici diademate ornati iuraverant [2]), tribuitur s. Procopio abbati monasterii ad Sazavam. Dietmarum praepositum Břevnoviensis monasterii postea abbatem Sazaviensem annales narrant die ac nocte immenso labore conscripsisse libros slavicos; iidemque annales Božetěchum eiusdem monasterii abbatem optimum vocant pictorem [3]). Quin autem monasterium Břevnoviense princeps a coloniis non sit superatum, non dubitatur, quippe quod primum Bohemiae scriptorem, Christianum monachum, in suis numerat. Clarissimus Bavarus (1294—1322) abbas artem scribendi multis et magnis impensis adiuvit [4]). In monasterio Raigradiensi praeposito Thoma Gallus monachus Břevnoviensis (1313) pretiosum Antiphonale scripsit, eiusque successor Vitus confecit illud Breviarium Benedictinum, quod iuste opus praecipuae artis habetur [5]). Artem scribendi et pingendi etiam in Polonico monasterio Tinecensi esse exercitatam plane indicat Stanislaus Sczygcelski [6]). In Hungariae monasteriis hanc artem cultam esse comprobatur vigente schola et libro, qui est de „Vita ss. Andreae et Benedicti“, a s. Mauro conscripto [7]).

Quamquam illud, quod ferunt, solos clericos, imprimis qui secuti sint s. Benedicti regulam, artibus liberalibus aetate media esse deditos, ex omni parte non convenit [8]), tamen negare non possumus, hos simplices monachos ardentissimo studio eas esse complexos. Rationes enim Libitinae s. Petri Salisburgi commemorant Geroldum et Udalricum pictores, Chunradum incisorem, Ortliebum et Pertholdum aurifices, Hartliebum carpentarium, Guilielmum et Fridericum lapicidas, Erhardum vitrarium, qui omnes in illo monasterio tempore, quod interiacet inter annum 1160 et 1250, artes exercuerunt [9]). Thiemonem abbatem et archiepiscopum, qui bello pro fide suscepto 1102 martyr occubuit, non solum in septem artibus liberalibus, sed etiam in arte pingendi, aes fundendi, sculpendi fuisse artificem, magnis laudibus effert, qui librum

---

[1]) Egger, Geschichtschreiber von Tirol.
[2]) Dudik, Raigern l. c.
[3]) Chronicon Sazaviense.
[4]) Ziegelbauer, Histor. Břevnoviens.
[5]) Dudik, Raigern l. c.
[6]) Ziegelbauer l. c. II.
[7]) Czinar l. c.
[8]) Springer, De artificibus monachis et laicis medii aevi.
[9]) Sighart, Maler und Malereien des Mittelalters im Salzburgerlande.

de vita eius edidit[1]). In arte statuas fingendi saeculo quinto decimo cum laude nominatur frater conversus Ioannes Lentner in monasterio ad Scotos Vindobonensi, qui cum nonnullos annos (1436—1439) extra coenobium vitam egisset, poenitentia perculsus rediit et arte sua deum coluit et celebravit[2]). Ab Hertweigo fratre converso monasterii Cremifanensis narrat, qui scripsit annales, „omnes fenestras monasterii vitris pulchrius decoratas“[3]) et de Reginhardo abbate Sazaviensi commemorant libri annales: „fuit non ignarus artis et omnis, quae ex vitro fieri solet, compositionis“[4]).

Fuisse etiam, qui architecturae peritissimi essent, satis comprobant libri annales monasteriorum et magnificae ecclesiae tot saeculis non destructae.

Iam ab antiquis temporibus etiam arti musicae diligentissima cura adhibita est in ecclesiis ordinis nostri. Quin etiam cantus choralis maxima pars erat cultus divini, qualem s. Benedicti filii agebant. Apud omnes quidem praecepta primaria, quae magnus Papa Gregorius I. (590—604) instituerat, valebant, inter singulos vero haud raro magna dissensio intercedebat, id quod factum erat in monasteriis Cremifanensi et Admontensi. Saeculo tertio decimo demum cantus choralis in Germanicis et Austriacis monasteriis expletus magisque aequatus est, cum iidem „cantores“ saepe plurium monasteriorum monachos erudirent et docerent.

Optime meritus est de arte musica et cantu Fridericus de Aich, abbas Cremifanensis, a quo annalium scriptor narrat „introductum esse usum artis musicae“[5]). In Bohemia s. Adalbertus animum intendit in colendum cantum et in Hungaria exercebant eum praecipue monachi Montis Panoniae[6]).

Iam vero ipsa ars scribendi pingendique animos excitavit ad doctrinarum studium. In his disciplina theologica, uti par est, principem locum obtinet. Quod theologia usque ad saeculum quartum decimum comprehendit, non multum erat et in cognoscendis s. scripturis versabatur, operibus s. Patrum, normis, regulis, canonibus, divino officio, ceremoniis ad cultum divinum rite peragendum pertinentibus. Disciplina dogmatica et moralis libellis: „de fide, de symbolo, de vitiis et peccatis, de decem praeceptis“ concepta erat ac libris asceticis tradebatur aut „Summa de poenitentia“

---

[1]) Vita b. Thiemonis.

[2]) Hauswirt, Geschichte des Schottenklosters in Wien. Ab Lentnero illa magnifica b. Mariae statua in ara B. M. V. ecclesiae claustralis conlocata originem accepisse creditur.

[3]) Loserth, Geschichtsquellen von Kremsmünster.

[4]) Annales Sazaviens.

[5]) Hagn, Wirken der Benedictiner-Abtei Kremsmünster.

[6]) Ziegelbauer l. c. I.

vel „Sermonibus“. Qui libelli ex maxima parte a clarissimis theologiae magistris praecipue Lutetiae docentibus editi, quae cum monasteriis Austriacis varie erat coniuncta, diligenter describebantur et renovabantur. Et ratione habita paucorum sacerdotum ea aetate in monasteriis degentium, qui praeterea aliis officiis occupabantur, quid mirum, si paucos nominare possumus, qui res theologicas disseruerint. Sunt quidem pauci, sed nomina eorum celebrata. Ante omnes nominandi sunt fratres Godofredus et Irimbertus abbates Admontenses, qui in monasterio academiam instituebant [1]). Accedit ex successoribus clarissimus Engelbertus abbas, qui omnium suae aetatis disciplinarum peritus adpellatur [2]). In monasterio Břevnoviensi saeculo duodecimo Clemens abbas (1110—1127) in disciplina philosophica et theologica aeque clarus [3]), et saeculo quarto decimo Dionysius eiusdem monasterii abbas (1360—1366) digna laude nominantur [4]). Lunaelaci fuerunt et scripserunt saeculo duodecimo Liutoldus et Eberhardus monachi; Mellicii Burchardus et Hermannus monachi [5]). In monasterio ad s. Lambertum in Stiria saeculo tertiodecimo Hindenricus et Ioannes [6]) monachi nominantur et postero saeculo Ioannes praepositus Raigradiensis [7]) et Adalbero Pleichober monachus Lambacensis [8]) decretalium peritissimi laudibus efferuntur, cuius aequalis est Fridolinus monachus Opatovicensis monasterii [9]). Et praeter hos scriptores, quibus s. Gerardus [10]) Martyr et episcopus

---

[1]) Quorum opera Ziegelbauer l. c. III. IV.

[2]) Operibus a Ziegelbauer sec. Pez thesaur. Anecdot. enumeratis addendum est: „Tractatus de musica“ omissus a Pez. Wichner, Admont. l. c. III.

[3]) Operum eius nihil (?) permansit. Dudik, Raigern l. c. I.

[4]) Dionysius abbas Lutetiae doctoratus laurea insignitus illustris disputator habitus est in universitate Pragensi. De operibus eius nihil memoriae proditum est. Dudik l. c.

[5]) Liutoldus confecit Passionale de Sanctis et „sermones octo“; cetera, quae in disciplina theologica scripsisse dicitur, suspecta sunt. Cf. Denis, Codices manuscripti theologici bibliothecae Palatinae Vindobonensis. Eberhardum carmen: „Mysteria redemptionis humanae“ versibus leoninis scripsisse chronicon Lunaelacense memorat. Uterque habilis descriptor et pictor erat. De monachis Mellicensibus cf. Kropf l. c.

[6]) Heidenricus scripsit „Psalterium B. M. V. seu salutationes rhythmicas“; Ioanni „Expositio passionis Dominicae“ et tractatus „de eo, quod liceat monacho praedicare“, attribuuntur. Cf. Series scriptorum Lambertinorum.

[7]) Reliquit Commentarios in Decretales. Manuscr. bibliothecae Raigradiensis. Dudik l. c. I.

[8]) Conscripsit apparatum in Decretales et distinctionum libellum, quorum nihil exstat. Schmieder, Chronic. Lambac.

[9]) In numerum optimorum magistrorum universitatis Pragensis refertur. Scripsit: „Adaptiones sermonum“. Frind, Kirchengeschichte von Böhmen l. c. II.

[10]) Scripsisse dicitur: „Libri octo expositionum hymni trium puerorum“. Ziegelbauer l. c. III.

Csanadiensis est adnumerandus, alios quoque in variis ordinis nostri monasteriis imperii Austriaco-Hungarici, praesertim ad s. Petrum Salisburgi et Cremifani fuisse et scripsisse, multis libellis, qui ad nostram manserunt memoriam, certissime demonstratur. Sed, qui scripserint, nescimus [1]).

His scriptoribus adiungendi sunt ii, qui contionibus et carminibus sermone patrio compositis scientiam disciplinae theologicae exercitabant. Horum quoque nomina, cum libris plurimis non sint praemissa, maximam partem nobis ignota sunt. Quo in numero sunt multae illae contiones, quae ad s. Lambertum in Stiria et Millstadii in Carinthia permanserunt [2]). Quibus in monasteriis ut in illis, quae florebant in Austria et Salisburgo, studium litterarum vigebat adiuvantibus principibus Gebhardo Salisburgensi et Altmanno Passaviensi atque eorum successoribus et, ut nostra fert opinio, haud pauca scripta sunt poemata sermone Germanico [3]). Hartmannus abbas Gottvicensis et Lambertinus, qui antea prior fuerat in monasterio ad s. Blasium in Nigra Silva [4]), poemata pia „libros Moisis“ perfecisse dicitur sermone Germanico. Quod quamquam certo comprobari non potest, dubium non est, quin Ava Inclusa 1127 in monasterio Gottvicensi mortua, cuius filius Hartmannus abbas esse putabatur, attamen sine gravi argumento, prima fuerit Germanicae gentis poëtria. Cuius poemata: „Von den Gaben des heiligen Geistes“, „Vom Antichrist“, „Vom jüngsten Gericht“, cum carmine „Leben Jesu“ iam saeculo duodecimo noto coniuncta sunt [5]). In Austria (Mellicensi monasterio) illud simplex pulchrumque carmen sermone Germanico scriptum est, cuius nomen „Melker Marienlied“ nemo ignorat [6]). Etiam quae Henricus laicus, qui 1153—1163 in monasterio Mellicensi fuit, „Von des todes gehügede“ et „Pfaffenleben“ composuit, ex parte ad hunc locum referenda sunt [7]). Memoriam piorum poetarum saeculo duodecimo florentium ultimis saeculi quarti decimi decenniis

[1]) Ziegelbauer alios quoque scriptores theologicos commemorat. At non erant scriptores sed librarii.

[2]) Haupt, in Zeitschrift für deutsches Alterthum, t. 21, et Mone in Anzeiger.

[3]) Talia sunt: Genesis, Exodus, Physiologus. Vide: Scherer, Die geistlichen Poeten der deutschen Kaiserzeit, et eiusdem: Geschichte der deutschen Dichtung.

[4]) Mortuus est 1114, cf. Pangerl, Geschichte der Aebte von St. Lambrecht; Diemer, Deutsche Gedichte des XI. und XII. Jahrhunderts, praeter libros Moisis alia quoque ei adtribuit.

[5]) Scherer, Geschichte der deutschen Dichtung; Diemer l. c.

[6]) Melker Marienlied ed. J. Strobl. Ad hunc locum referenda est etiam sequentia in honorem B. M. V. monast. ad s. Lambertum et alia; Scherer l. c.

[7]) Heinzel, Heinrich von Melk.

digne excipit Ioannes vel Hermannus in monasterio ad s. Petrum Salisburgi [1]), cuius carmina, partim conversa carmina ecclesiastica, partim soluta et libera poemata dispertiuntur in duo genera, quorum alterius argumentum praecipue Deus est vel tres personae divinae, alterum in explicandis vitis B. M. V. vel sanctorum versatur. Quae carmina, quanti aestimanda sint, Hollandus, vir historiae litterarum peritissimus, pulcherrime exponit his verbis: „Diese Lieder sind wie ein Klostergarten, da ist alles voll reicher Blüthen und lieblicher Blumen, aber träumerische Einsamkeit liegt darüber; man hört das Bächlein rauschen und die Bienen summen, und nur ein paar Waldvögelein, die sich aus der Welt hereingeschwungen, zwitschern um die Wette mit dem Orgeltone, der aus der Ferne durch die Stille herübergeht; in offenen Kreuzgängen weht weihrauchduftige Luft, und an den Wänden sind mystische Bilder mit eckigen Falten, spitzen Schuhen und mit dem Heiligenscheine angemalt. Wer je in das Geheimniss der altdeutschen Malerei eingedrungen und ihre mehr gefühlten als richtig gezeichneten Gestalten liebgewonnen hat, dem werden auch diese Lieder zu Herzen klingen“ [2]). In optimorum eius carminum numerum referendi sunt conversi hymni: „Rex Christe, factor omnium“, „Crux fidelis“, „Inventor rutili dux bone“, „Salve festa dies“, „Victimae paschali laudes“, „Surgit Christus cum tropheo“, „Ave vivens hostia“, „Veni sancte Spiritus“, alii.

Sine dubio autem est pulcherrimum „von gots leichnam die sequenz Lauda Sion“ quod ostendit exemplum hoc:

„Ecce panis angelorum,
Factus cibus viatorum,
Vere panis filiorum,
Non mittendus canibus.
In figuris praesignatur,
Cum Isaac immolatur,
Agnus Paschae deputatur,
Datur manna patribus.“

„Pruefet, wie ist der engel prot
wegfertiger speis in not,
wärllich prot der kind nicht drate
ist czu werfen für die huntt.

[1]) Nomen non constat; quidam fontes habent Hermannum, alii Ioannem, quod nomen est verisimilius.

[2]) Holland, Geschichte der altdeutschen Dichtkunst in Baiern. Cf. Ampferer, Ueber den Mönch von Salzburg, Gymnasial-Programm von Salzburg 1864; Haupt, Zeitschrift für deutsches Alterthum.

In figuren das beczaichent,
do ysaac das opfer raichet,
osterlamb das auch beschwaichet,
hymmelprot wart vätern kunt.“

Quae ad cultum B. M. V. promovendum spectant carmina, partim ex antiquis translata, partim ab ipsis scriptoribus composita summam et impensissimam venerationem tribuunt Immaculatae Dei genitrici maximeque ostendunt monachorum poëtarum ingenium. Exemplum sit prima stropha carminis: „Das Ave Maria des munich“:

„Maria pis gegruezzet,
dein zarter hochgelopter nam
vor allen dingen süzzet
du sölge hymelport.
Wer möcht dein lob durchgründen
seind got von hymel zu dir quam
und uns erlost von sünden
durch dich viel edler hort.
Du pis der weg von got zu uns
und von uns hyn zu got.
Durch all dy lieb deins trauten suns
hilf, daz wir hy auf erden
von ym gegruezzet werden
des pis Maria pot.“

Disciplinae theologicae conditis academiis Pragensi et Vindobonensi [1]) iterum efflorescebant neque a monasteriis, quae mox cum illis academiis societatem inierant, erant alienae. Plurimum vero rem adiuvabat correcta disciplina, qua eadem primis saeculi XV. decenniis alacritas vigorque revocata sunt ad studium litterarum tractandum. Inter eruditos theologos et scriptores [2]) huius aetatis eminet Nicolaus (1418—1425) abbas Mellicensis, qui monasterium suum et exemplum rectae disciplinae et academiam optimorum magistrorum reddidit. Is multis partibus coniunctus erat cum academia Vindobonensi et viris doctissimis, ut clarissimo Gersone, qui et ipse

[1]) Academia Pragensis 1348 a Carolo IV. imperatore, Vindobonensis 1365 a Rudolpho IV. duce condita est, quae 1384 a fratre eius Alberto III. auctoritate Papae aucta est collegio theologico.

[2]) Nominamus scriptores operibus clarissimos. Ziegelbauer l. c. III. secutus Pez et Kropf multos alios memorat, quorum scripta parvi pretii sunt. In litteris theologicis posuimus etiam scripta ascetica et dissertationes de s. regula.

aliquamdiu Mellicii commoratus esse dicitur [1]). Praeter Nicolaum nominandi sunt Petrus Rosenheimensis, quem Trithemius abbas „virum in divinis scripturis studiosum et eruditum et in saecularibus litteris magnifice doctum, philosophum et poëtam praecellentem, ingenio promptum et clarum“ vocat et patres in concilio Basileensi congregati in Bohemiam miserunt, ut cum eius terrae praelatis de doctrina Hussii iam longe progressa deliberaret [2]); Nicolai abbatis successor secundus, Stephanus Spanberg (1451—1453), qui in academia Vindobonensi de libro ecclesiastico et epistola prima s. Pauli ad Timotheum [3]) scholas summa adprobatione auditas habuit, Ioannes Wischler de Freinsheim, quem Ioannem de Spira nominare solent, vir doctus et multorum librorum scriptor [4]), Conradus de Geissenberg [5]), Melchior de Steinheim postea abbas ad s. Udalricum et s. Afram Augustae Vindelicorum [6]), Martinus Sengenz [7]), Wolfgangus de Stera [8]), qui summa contionandi laude florebat, Ioannes Schlittpacher, qui multas de litteris controversias disceptavit et in numerum virorum aetatis suae doctissimorum relatus est [9]). Item in monasterio ad Scotos Vindobonensi nonnulli scriptores theologici floruerunt, inter quos Ioannes de Ochsenhausen abbas, professus Mellicensis, qui in numero illustrissimorum et summis laudibus celebratorum abbatum refertur, et Martinus (1446—1461) successor, qui in academia Vindobonensi scholas habuit illudque clarum „Senatorium“ confecit, et Ioannes Nagler et Wolfgangus de

---

[1]) Keiblinger, Geschichte von Melk I. Eius scripta apud Kropf, bibliotheca Mellicensis.

[2]) Petrus Rosenheimensis obiit circa annum 1440, cf. Kropf. Trithemius de scriptoribus eccles. Keiblinger l. c. I.

[3]) Keiblinger l. c. et Kropf l. c.

[4]) Floruit c. annum 1456; Kropf l. c.

[5]) Obiit 1460; Kropf l. c.

[6]) Obiit 1474; Kropf l. c. False eum nominat Stamheim.

[7]) Obiit c. a. 1485 et erat prior Mellicensis; Kropf l. c.

[8]) Obiit c. a. 1491 et erat prior ad s. Petrum Salisburgi; Kropf l. c.

[9]) Ioannes Schlittpacher Schöngaviae in Bavaria 1403 natus, educatus est Weilheimii, unde ei nomen Weilheimensi est et postquam optimos magistros academiae Vindobonensis audivit, ordinis nostri veste Mellicii indutus est. Paullo post reformator in monasteria ad s. Udalricum et Afram Augustae Vindelicorum et Ettalense arcessitus, deinde Cellas Marianas prior vocatus est. Is etiam collegio a Cusa cardinali reformationis causa constituto interfuit. Postea prior Mellicensis et anno 1474 prior Ebersbergensis factus est. Magna operum eius pars ad interpretationem s. regulae refertur. Controversias subiit cum Marquado Sprenger de theologia mystica ad defendendum Gersonem, cum Bernardo de Waging priori monasterii Tegernseensis „de docta ignorantia“, cum Dr. Ioanne Keck Tegernseensi „de unienda ecclesia“, cum Hieronymo de Werd Lunaelacensi „de aetate mundi“. Keiblinger l. c. I.

Enzersdorf et Ioannes Oeder sacerdotes [1]). Primis saeculi XVI. decenniis Benedictus Chelidonius Abbas (1518—1521) doctrinis cum theologicis tum liberalibus famam collegit, praecipue quaestionibus, quas auctore Dr. Ioanne Eck de libris quattuor sententiarum theologicarum instituit, qui Petro Lombardo false adsignati ad studium theologiae scholasticae magni sunt momenti. Eosdem emendatos edidit. Cum bonarum artium principibus ut Alberto Dürer, Willibaldo Pirkheimer, Dr. Ioanne Eck, Conrado Celtes, aliis arta societate erat coniunctus [2]).

In monasterio Cremifanensi dissertationes theologicas Fridericus Kerschbaumer et Florianus Mersinger [3]) confecerunt, Seitenstadii Ioannes monachus „tractatum de fide“ [4]) scripsit; item in monasteriis Gluniacensi et Garstensi a compluribus scriptoribus ignotis dissertationes in publicum prodierunt: „de poenitentia“, „de septem sacramentis“, „expositio in psalmos“, alia [5]).

Maxime vero inter omnia Austriae superioris monasteria haec litterarum studia culta sunt Lunaelaci, quo in monasterio maxima cum diligentia non solum bibliotheca descriptis operibus clarorum theologorum a monachis est exornata, sed etiam multae dissertationes tum editae sunt. In magno scriptorum huius monasterii numero, qui a medio saeculo XV. usque ad medium saeculum XVII. fuerunt, primi nominandi sunt Hieronymus de Werden, vir summae eruditionis, et Leonardus Schilling [6]) multorum librorum scriptor; praeter hos abbas monasterii, Benedictus de Piburg (1463—1499), Ioannes Hauser, Henricus Amberger, Florianus Schiffer, Benedictus Luff-

---

[1]) Scripta eorum vide Kropf l. c. et Hauswirt l. c.

[2]) Hauswirt l. c. Chelidonio abbate prior Fr. Andreas „Vigilias et officia mortuorum“ scripsit c. a. 1519.

[3]) Fridericus obiit 1452. Quo tempore Florianus obierit, non constat. V. Pachmayr: Series abbatum ac religiosorum Cremifanensium.

[4]) Archivum Seitenstadiense.

[5]) Scripta eorum sunt deperdita.

[6]) Stauffer in annalibus gymnasii Mellicensis 1865 ait de Hieronymo: „Bernard Pez erzählt, er habe in der Bibliothek zu Kremsmünster einen Codex gesehen, in dem die Notiz vorkomme, dass unser Hieronymus so viele Bücher geschrieben habe, dass sechs Pferde nicht im Stande wären, sie fortzuführen“, et de Leonardo Schilling idem auctor dicit: „Er machte sich um alle Facultätswissenschaften verdient, war ein unermüdeter Forscher, ein Mann von ehernem Fleisse, ein guter Maler, ein beliebter Gesellschafter, dem der römische König Maximilian I. 1506 ein Bistum antrug, das er aber bescheiden ausschlug. Er fieng seine schriftstellerische Thätigkeit schon im achtzehnten Jahre an und schrieb, wie er selbst in einem seiner Werke angibt, über achtzig Bücher“. Opera eorum vide Stauffer l. c. Hieronymus a. 1475, Leonardus a. 1540 est defunctus.

zellner, Modestus Pörzl, Stephanus Rudenberger, Wolfgangus Pledel, Sigismundus Hochkirchner abbas (1543—1565) sunt insignes [1]). Qui in monasterio ad s. Petrum Salisburgi scripta theologica his temporibus tradiderint, maximam partem ignoramus; sed schola ad s. Petrum ea aetate florens testimonio est, in hac antiquissima ordinis nostri sede saeculo XV. et saeculo XVI., quo falsa Lutheri doctrina non magis in hoc monasterio quam in Lunaelacensi consistere poterat, studium litterarum viguisse. Quorum nomina ad nostram pervenerunt memoriam, sunt Erhart Lomptz [2]) Abbas, Simplicius et Kilianus monachi, qui iuris canonici periti celebrantur.

Similiter theologicae disciplinae studium in monasterio ad s. Lambertum in Stiria florebat maxime praesulibus Rudolpho de Lichtenegg (1387—1419), qui ob scientiam disciplinarum theologicarum vocatus est [3]) ad concilium Constantiense, Henrico Moyker [4]) (1419—1455), Ioanne II. Schachner (1455—1478), qui tractatum, „super passione“ scripsit, Ioanne III. Sachs (1478—1518), qui „morum candore, pietate atque scientia „omnibus, qui ante fuerunt, praestitisse dicebatur et disputationes non parvi momenti: de suscipiendis, probandis et per professionem suscipiendis novitiis“ et „de tribus substantialibus votis“ edidit [5]). Quibus illustrissimis viris regnantibus a compluribus monachis in publicum prodierunt dissertationes theologicae, in quibus memoratu dignus est: „tractatus de sacramento poenitentiae“ a Nicolao Landecker compositus, et Christophori Schleicher: „Notae commentatoriae in regulam s. Benedicti“ et „Poenitentiale Cellense“ [6]).

Neque his Bohemiae monachi inferiores fuerunt. Ita monasterium Břevnoviense primis saeculo XV. decenniis scriptores theologiae peritos proferre potest, quorum princeps fuit Ioannes de Holleschau, qui interpretationem praeclara eruditione ornatam de carmine sacro, quod nemo Bohemorum ignorat „Gospodi, pomíluj ny“

---

[1]) Hi monachi floruerunt 1450—1550. De eorum scriptis vide Stauffer l. c.

[2]) Erhart Lomptz (Ziegelbauer l. c. eum vocat Lainez) monasterio s. Petri Salisburgensi praefuit 1435—1436. In huius coenobii catalogo, cui inest series abbatum, dicitur: „Erhardus Lomptz liberalium artium magister, scholae nostrae prius rector ac intra anni spatium professus, prior et abbas noster, vir eximiae doctrinae ac pietatis, qui missis fratribus monasterium Ossiacense reformavit.“ Scripsit „expositionem in psalmum XII“.

[3]) Series scriptorum Lambertinorum l. c. Etiam sacerdos aulicus erat apud Guilielmum Austriae ducem.

[4]) Vocatus est ad concilium Basileense. Series l. c.

[5]) Series l. c.

[6]) Nicolaus Landecker obiit 1471. Christophorus Schleicher antea abbas Weihenstephanensis mortuus est rector ecclesiae Mariae Cellensis 1507. Cf. Seriem.

(Kyrie eleison) conscripsit, „gleichsam als Vorbereitung für den Kampf, zu dem er sich gegürtet“, ut ait Dr. Beda Dudík, ordinis sodalis et rerum gestarum explicator. Ioannes enim ad id, quod Hussii asseculae interrogaverant: „Utrum credi possit in Papam?“ acri cum ingenio et magna eruditione respondit.

Propterea ad concilium Constantiense missus intrepide fortiterque una cum aliis catholicis theologis ex Bohemia arcessitis Hussii opinionibus restitit. Qua re Hussitae ulciscendi cupiditate incensi monasterium eius conflagrarunt. Ioannes in monasterium Raigradiense effugit ibique 1436 mortuus est. Ex scriptis eius exstant: „Sermones de laudibus B. M. V.“ et „tractatus de popularibus consuetudinibus, quae communiter observantur in festo navitatis Domini Nostri Iesu Christi“ [1]). Praeter Ioannem praestanti doctrina in vetusto monasterio Břevnoviensi, antequam destrueretur, enituerunt Andreas Trebonaeus et Ales (Albertus) monachi [2]). Diruta archiabbatia (1420) [3]) Marcus 1433 „tractatum de sacramentis cum exemplis et naturalibus figuris atque dogmatibus philosophorum“ et Wenzeslaus de Chwaletic in monasterio Raigradiensi, quo effugerat, „tractatum de passione et resurrectione D. N. Iesu Christi“ edidit [4]).

Diligentem curam in disciplinarum theologicarum cognitione etiam in multis Hungariae monasteriis praecipue in archiabbatia Montis Pannoniae positam esse non est quod moneamus, etiamsi propter multas depopulationes, quibus tot Hungariae monasteria eorumque bibliothecae conflagrata sunt, scriptorum nomina proferre non possumus. Atque in Poloniae monasteriis et praecipue Tinicensi, cum multos in ea venisse Francogallicos monachos annales referant, quibus etiam tum cum monasteriis patriis necessitudo et commercium intercedebat, disciplinas theologicas floruisse conicimus.

Praeter studium disciplinarum theologicarum filii s. Benedicti iam diu in rebus gestis explicandis curam et diligentiam adhibebant [5]), et qui erant in imperio Austriaco, non superabantur a fratribus in ceteris Europae regnis, sed „magistrae vitae“ pro viribus se tradebant. Praecipue huic studio certamina saeculo XI. inter imperatorem

---

[1]) Dudík, Raigern l. c. I.

[2]) Dudík l. c. I.

[3]) Cum monasterio, quod per 295 annos desertum erat, etiam bibliotheca deleta est. Hinc non mirum, si tam pauca horum monachorum monumenta ad nostram pervenerunt memoriam.

[4]) Dudík l. c. I.

[5]) In parte historica posuimus non solum historiam rerum a populis gestarum et monasteriorum, sed etiam Vitas et Legendas et dissertationes ad historiam sacram spectantes.

et pontificem Romanum conserta locum dederunt. Monasteriorum enim interfuit, ut conditorum vitae, qui in his certaminibus principem locum obtinebant, veluti Gebhardi archiepiscopi Salisburgensis (1060—1081), qui e monasterio ad s. Blasium, cuius monachi non minus quam fratres Hirsavienses acriter pro ecclesia pugnabant, colonos Admontes deduxit, et successoris eius Thiemonis (1081—1101), qui et ipse ordinis s. Benedicti sodalis in monasterium Admontense omnino desertum coloniam ex Hirsaviensi miserat, et Adalberonis Herbipolensis, qui monasterium Lambacense condiderat, et Altmanni Passaviensis, monasterii Gottvicensis conditoris, exquirerentur et perscriberentur. Itaque prodierunt in monasterio Admontensi vitae b. Gebhardi [1]) et Thiemonis [2]), Lambacensi vita b. Adalberonis [3]), Gottvicensi vita b. Altmanni [4]). Has vitas excipiunt „Passio Cholomanni, patroni monasterii Mellicensis“ [5]) et „vita b. Bertholdi abbatis Garstensis“ (1110—1143) [6]). Illa referenda est ad Erchenfriedum, Abbatem Mellicensem (1121—1163), qui in monasterio suo studium litterarum enixe adiuvabat, haec ad ignotum monachum Garstensem, magni abbatis aequalem.

His temporibus in Austria etiam historia singulorum monasteriorum litteris mandari coepta est, qua in re monachi exemplum monasterii ad s. Petrum Salisburgi secuti sunt, ubi partim monachi partim canonici annales conscribere non destiterunt [7]). Atque primi monachi Mellicenses 1123 circiter annales conficere coeperunt eosque usque ad saeculum XVI. produxerunt. Horum initium ex epitome Sangallensi, quae vocatur, et Chronico Bernoldi assumptum est. In annalibus Mellicensibus conficiendis

---

[1]) Edid. Wattenbach apud Pertz, Monum. Germ. SS. XI.

[2]) Edid. idem auctor in eodem opere. De vita nuper inventa vide in Archiv f. österr. Geschichte, tom. 54.

[3]) Edid. Wattenbach apud Pertz l. c. SS. XII. cf. Dr. Schmieder: Argumenta cultus b. Adalberonis episcopi Wircesburgensis. Viennae, 1868.

[4]) Edid. Wattenbach apud Pertz l. c. SS. XII. Vitam b. Altmanni monachus Gottvicensis iussu abbatis Chadalhochii (1125—1141) scripsit. Eodem saeculo alia quoque vita huius episcopi, qui semper a partibus Gregorii VII. steterat, conscripta est.

[5]) Edid. Waitz in Pertz l. c. SS. IV. Vitae Cholomanni Bernardus monachus Mellicensis vitam s. Gothalmi servi s. Cholomanni adiunxit (Pez, script. rer. Austr. I.), cui fides historiae deest.

[6]) Edid. Pez, Script. rer. Austr. II. Adiungendae sunt vita Conradi I. archiep. Salisburg. et vita et miracula s. Vitalis, cuius origo accurate referri non potest. Illa forsitan canonicis, haec monachis ad s. Petrum assignanda est.

[7]) Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen II. „Chronicon Salisburgense“ a Pez in Script. rer. Austr. II. editum, quod monachum Salisburgensem conscripsisse verisimile est, saeculo XVI. prodiit. Lorenz, Geschichtsquellen I.

postea singula monasteria Cremifanense, Lambacense, Scotense, Mariae Cellense, Gottvicense, Garstense, Admontense omissis auctoritatibus perseverabant [1]). At vero nomina annalium scriptorum, cum praeter Fridericum Garstensem nullus adscripserit nomen, proferri non possunt.

Quam consuetudinem annales scribendi etiam filii s. Benedicti in Bohemia et Moravia viventes ardenti studio amplexi sunt. Quamquam vitae s. Adalberti Pragensis episcopi et Guntheri ab externis scriptoribus profectae sunt [2]), tamen in Bohemiae monasteriis saepe descriptae et variis non nunquam etiam falsis additamentis auctae sunt.

Ibi Herodotus quasi historiae Bohemicae Cosmas, ecclesiae Pragensis decanus, factus est; commentarios suos plerumque ex annalibus Pragensibus [3]) hausit, qui saeculo XI. dispositi ab anno 997 ad historiae fidem conscripti sunt. Quod commoverat Cosmas, non intermissum est multique rerum gestarum explicatores prodierunt, in quorum societatem filii s. Benedicti non sine laude venerunt. Quorum in libros referendi sunt annales Gradicenses, qui monachis s. Benedicti locum dantibus filiis Norberti intermissi, a monacho Opatovicensi porro tractati sunt [4]). Eodem tempore monachus ignotus Sazaviensis Cosmae libris quaedam ex annalibus Hersfeldensibus et, quae fama et auditione acceperat, addidit eosque ad annum 1162 est prosecutus [5]). Neque minus in aliis s. Benedicti monasteriis litteris mandabantur, si quae erant maioris momenti [6]).

---

[1]) Annales Mellicenses dividuntur in *a)* Annales Mellicenses (ab anno 1—1123), *b)* Continuationem Mellicensem (1124—1564), *c)* Auctarium Mellicense (508—1269). Annales ipsius monasterii Cremifanensis incipiunt ab anno 1139 et dividuntur in *a)* Continuationem Cremifanensem (1139—1216), *b)* Auctarium Cremifanense (249—1217). Annales Lambacenses ipsi incipientes ab anno 1128 dividuntur in *a)* Auctarium Lambacense (1128—1197), *b)* Continuationem Lambacensem (1197—1348). Annales Scotorum, nunc Continuatio Scotorum nominati, incipiunt ab anno 1225 et procedunt ad annum 1233. Auctario Mariae Cellensi, quod vocatur, continentur anni 978—1259. Annales Gottvicenses annos 1068—1230 complectuntur. Garstenses in Auctarium Garstense (480—1139) et Continuationem Garstensem (1182—1257), Admontenses in annales ipsos (1—1139) et Continuationem Admontensem (1182—1257) dividuntur. Plura vide apud Wattenbach l. c. II.

[2]) Wattenbach l. c. II.

[3]) Edid. R. Köpke in Pertz l. c. SS. IX.

[4]) Edid. Wattenbach in Pertz l. c. SS. XVII.

[5]) Edid. R. Köpke.

[6]) Wattenbach l. c. II. Radimillus vel Rothomanus abbas, quem Ziegelbauer l. c. III. teste Balbino „Origines Klatovienses“ saec. XII. scripsisse dicit, hoc loco numerari non potest, cum Klatovii (Frind l. c. II.) monasterium ordinis s. Benedicti nunquam fuerit.

Hoc vero studium imperatore Carolo IV. laetiora cepit incrementa. Atque inter multos rerum scriptores summis laudibus honorantur Neplacho monachus, qui a Clemente VI. Papa abbas monasterii Opatovicensis creatus anno 1371 circiter mortuus est. Scripsit „Summulam chronicae tam Romanae quam Bohemicae“, ut fratribus libellum traderet, quem in discenda historia potissimum Bohemorum sequerentur [1]). His denique vita s. Procopii, lingua vetere Bohemorum versibus in eundem sonum exeuntibus scripta addi potest, quam monachum quendam Sazaviensem composuisse vix quisquam negaverit [2]).

Simili modo, quae innotuerunt de originibus monasteriorum [3]) atque series abbatum [4]) enumerationesque episcoporum et, si quae alia maioris erant momenti, litteris mandari iam saeculo XII. coepta sunt [5]). Et commentarios hoc modo conceptos, qui in explicanda historia monasteriorum et humani cultus civilisque haud parvi pretii sunt, plurima monasteria imperii Austriaci habent. Quos commentarios qui conscripserint, ignoramus. Cremifanum tantum, quo in monasterio praecipue, cum regnaret Fridericus de Aich abbas exeunte saeculo XIII., monachi studiose res gestas persequebantur, scriptorum notitiam tenet, Sigmari cellarii et Hertweigii prioris, quorum praecipue ille vir insignis industriae fuit, cum non solum historiam monasterii sui et iura tractaret, sed etiam extra hos fines versatus omnes res graves in finibus archiepiscopatus Laureacensis et episcopatus Passaviensis gestas in-

---

[1]) Edid. Pez, Script. rer. Austr. II.

[2]) Feifalik, Studien zur Geschichte der altböhmischen Litteratur in Sitzungsberichte der k. k. Akad. d. Wissensch., phil.-hist. Classe. In operibus antiquioribus antiquissimum monumentum nominatur „Vita s. Wenzeslai“ a Christanno quodam monacho Břevnoviensi conscriptum, qui filius Boleslai I. Bohemiae ducis fuisse dicitur. Sed tamen Dobrowsky in: Abhandlung der böhmischen Geschichte, 1803, Christannum abbatem Břevnoviensem, qui 1278—1294 praeerat, scriptorem putat et Friedjung in: Kaiser Karl IV. und sein Antheil am geistigen Leben seiner Zeit, non ante annum 1347 eam scriptam esse contendit. Vide Wattenbach l. c. II., Alte und neue Fälschungen.

[3]) In hoc genere historia Lunaelacensis versibus leoninis composita principem locum obtinet (Urkundenbuch von Oberösterreich, I.), quae Liutoldo, monacho illi saeculi XII., adtribuitur. In eodem numero „Historia fundationis monasterii Mellicensis“ est (Pez, Script. rer. Austr. I.), cuius scriptorem ignoramus, et Seitenstadiensis a Gundachero abbate conscripta.

[4]) Series abbatum exstant in monasterio ad s. Petrum, Lambacensi, Mellicensi, Gottvicensi, Seitenstettensi, Admontensi, Lunaelacensi aliis (cf. Pez, Script. l. c. II.).

[5]) Hunc in locum referenda est historia particulae s. crucis Mellicensis (apud Pez, Script. l. c. II.), et quattuor epitaphia Conradi abbatis Lunaelacensis 1145 occisi, quae eidem Luitoldo, quem supra nominavimus, adscribuntur.

texeret [1]). Iam ante librum, „Series ducum Austriacorum“ a Sighardo cellario Cremifanensi scriptum Conradus I. Abbas Mellicensis (1177—1203) Chronicon Austriacum ediderat, quod quamvis in multis non conveniat, tamen sine pretio non est [2]). Praeter hos rerum gestarum fontes, ad quos etiam opera Engelberti abbatis Admontensis saeculi XIV.: „De electione regis Rudolphi“ et „De ortu et fine Romani imperii“ [3]) atque annales, qui ad historiam Tirolis explicandam maximi momenti sunt, confecti a Goswino priore Marienbergensi [4]), referendi sunt, alia quoque maiores nostri descripserunt, quae quamvis non ad historiam ipsam pertineant, tamen ad mores, familiarum origines, loca cognoscenda magni aestimantur. Sunt vero libri traditionum, libri possessionum, Diplomataria, Urbaria, Rationaria [5]), Necrologia, libri confoederationum, vitae [6]), Martyrologia, quae plerumque secundum Martyrologium Romanum

[1]) Lorenz, Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter, I. Sigmari scripta saepius, optime anno 1871 edita sunt a Dr. J. Loserth, in opere, quod „fontes Cremifanenses saec. XIII. et XIV. historici“ inscribitur. Is Sigmarum cellarium nominat horum scriptorum auctorem, cum memoria Cremifanensis, quam recentiores et antiquiores historici sequuntur, monacho cuidam Bernardo, qui idem ab Aventino historico Noricus nominatur, ea adscribat. — Waitz, Sigmar und Bernhard von Kremsmünster.

[2]) Pez, Script. rer. Austr. I. cf. Meiller in Denkschriften der k. k. Akad. d. Wissensch. in Wien, phil.-hist. Classe, vol. XVIII, cuius sententias Lorenz in opere „Drei Bücher Geschichte und Politik“ et P. Ambrosius Heller dissertatione: „Melk und die Burg der Babenberger“ in annal. c. r. gymnasii Mellicensis 1870 proposita argumentis gravissimis refutarunt.

[3]) Wichner l. c. III.

[4]) Editur in monast. Mariae-Montano ad millesimum quadringentesimum annum ordinis s. Benedicti 1880.

[5]) Quamquam in plurimis monasteriis talia opera inveniuntur, tamen pro numero edita sunt pauca. Libri, in quibus talia scripta videmus, sunt: Fontes rerum Austriacarum II. parte (Gottvicense, Scotense, Seitenstettense, Altenburgense, ad s. Paulum); Urkundenbücher von Oberösterreich (Garstense, Gluniacense, Lambacense, Lunaelacense); Urkundenbücher von der Steiermark (Admontense, ad s. Lambertum, Obernburgum); Dobneri Monumenta historiae Bohemiae; Dudík, Raigern; Chronicum novissimum s. Petri; Huber, Austria ex archivo Mellicensi illustrata (Mellicium); Filz, Geschichte von Michaelbeuern; Wichner, Admont; Keiblinger, Geschichte von Melk; Carinthia (Commentarii terrae Carinthiae); Chronicon Lunaelacense; Archiv für österr. Geschichte (Seitenstettense, ad s. Paulum); Beiträge zur Kunde steiermärkischer Geschichtsquellen (Admontense, ad s. Lambertum); Chronik von St. Georgenberg.

[6]) Edita sunt ad hunc diem haec Necrologia et libri confoederationis: Karajan, Das Verbrüderungsbuch von Salzburg, Necrologia monasterii ad s. Petrum (in Archiv für österr. Gesch., tom. 19 et 53), Admontense (Pez, Script. rer. Austr. II. et in Archivo l. c. 19), ad s. Lambertum (Fontes rer. Austr., parte 2, tom. 29), Millstattense (Scholliner), ad s. Paulum (in Carinthia 1866), Michelburanum (Filz, Geschichte), Mellicense (Pez, Script. rer. Austr. I., et Keiblinger, Geschichte von Melk), Scotense (Pez, Script. rer. Austr. I.), Opatovizense (Dobner, Monum. histor. Boh. III.),

composita accuratiorem temporum descriptionem effecisse cognoscimus e Computo anno 1200 concepto a Chunrado monacho Lunaelacensi, qui errata descriptionis Iulianae explicavit [1]).

Hoc vero studium historiae saeculo XV., cum tamen efflorescerat disciplina theologica, lanquescere coepit. Nam in plurimis monasteriis annales neglegebantur et scriptores non fontes sequebantur, sed fabulas et fabellas „speculo historiali" in erudiendis pueris tum maxime accepto inserebant. „Wie in der Poesie", ait historicus quidam recens, „der Born nicht mehr rein und frisch floss, so lehnte sich an die liebenswürdige Naivität der älteren Quellen, die eben nicht mehr sagen als sie wissen, eine falsche Kritik; es rissen Sagen und Fabeln aller Art die Dämme der echten Geschichte nieder" [2]). Librorum, qui hoc tempore sunt editi, hi sunt maximi momenti: „Chronicon breve" (1438—1464) a monacho quodam Mellicensi scriptum, „Itinerarium venerabilis Patris Wolfgangi de Styra", Chronicon rerum Austriacarum (1415—1457) a monacho quodam Mellicensi conscriptum [3]), historia concilii Constantiensis ab Ioanne Treubeck abbate Lunaelacensi composita [4]), Epitaphia Alberti II., Elisabethae, Ladislai Postumi, Austriae principum, in Mellicensi monasterio composita [5]). In monasterio ad s. Petrum Salisburgi prodiit Chronicon Salisburgense (716—1495), quod ad historiam huius monasterii cognoscendam multum confert [6]), in monasterio Admontensi series abbatum [7]), in Lunaelacensi vita Wolfgangi [8]). Harum utraque versibus scripta est.

Praeterea aliae quoque disciplinae etsi minore cura exercebantur. Doctrinam de rerum natura et artes mathematicas esse tractatas ex iis, quae scripsit Engelbertus Abbas Admontensis, adparet [9]). Neque artes medicae neglegebantur. Qua in arte summis laudibus effert Ziegelbauer Conradum Obernburgii Abbatem (obiit 1441). Peritissimus quoque habetur Conradus Norimbergensis, monachus Mellicensis, qui

---

Podlačičense (Dudík, Forschungen in Schweden), Augiae Maioris (in Denkschriften der k. k. Akad. d. Wissensch., phil.-hist. Cl., V.)

[1]) Sitzungsberichte der k. k. Akad. d. Wissensch. in Wien, phil.-hist. Cl., tom. 82.

[2]) Mayr, Culturgeschichte von Niederösterreich, I.

[3]) Pez, Script. rer. Austr. II.

[4]) Stauffer l. c.

[5]) Kropf l. c.

[6]) Pez, Script. rer. Austr. II.

[7]) Pez, Script. rer. Austr. II.

[8]) Stauffer l. c.

[9]) Wichner, Admont l. c. III.

plures disputationes: ut „Phlebotomiam“, „de positione seu applicatione ventosarum“, „nomina morborum“ [1]) scripsit.

Maiore studio monachi sermonum genera amplexi sunt. Sermonis Graeci et Hebraici peritissimi celebrantur exeunte saeculo XV. Wolfgangus de Styra et Leonardus Felddorf monachi Mellicenses, quorum posterior summaria ex Seneca, Symmacho, Guintiliano, Aristotele, Hippocrate facta reliquit et vocabularium Latino-Germanicum conscripsisse putatur [2]).

Ex numero eorum, qui in carminibus sacris scribendis versabantur, nominandi sunt Petrus de Rosenheim prior Mellicensis et Leonardus Peuger, loco equestri ortus, eiusdem monasterii frater conversus [3]). Quorum ille sermone Latino, sermone Germano hic carmina composuit. Cantui quoque chorali artique musicae moribus in monasteriis emendatis diligentior cura adhibebatur; qua de re scripsisse memorantur Conradus de Obernburg [4]) Abbas et Conradus Norimbergensis, monachus Mellicensis [5]).

CAP. II.

Cum tempestates, quae doctrina Lutherana in multis monasteriis commotae erant, cecidissent, iam pristinum litterarum studium redire coepit. Quod studium in plurimis monasteriis Germanicis academia Salisburgensi, alma matre Benedictinorum, excitatum est, in qua viri ingeniosi ex monasteriis singulis delecti non solum docebant iuvenes, sed etiam clericis, qui doctrinae theologicae vacabant, velut semina inserebant, quae paullo post in cellis quietis uberes tulerunt fructus.

Saeculo quoque XVII. et initio saeculi XVIII. filii s. Benedicti praeprimis disciplinae theologicae et historicae operam dederunt. Disciplina theologica pro ratione, quam academia Salisburgensis sequebatur, theologia scholastica et ius ecclesiasticum continebatur [6]). Theologiam scholasticam praecedebat cursus scholasticae philosophiae. Doctrinae fundamentum sententiae s. Thomae erant. Easdem

---

[1]) Ziegelbauer l. c. III.; Kropf l. c.

[2]) Kropf l. c.

[3]) Kropf l. c.

[4]) Ziegelbauer l. c. III.

[5]) Kropf l. c. Ab eo scripta est „Reductio gradualis in Introitibus, Antiphonis, Kyrie eleison, Gloria, Sequentiis, Offertoriis, Communionibus“.

[6]) Werner, Geschichte der katholischen Theologie.

omnes huius aetatis scriptores, qui plerumque doctores erant in academia, spirant. In quibus prae ceteris eminent: David Corner, abbas Gottvicensis (1631—1648), qui acerrime pugnavit contra reformationem multosque libros edidit [1]); Wolfgangus Zelender, Abbas Břevnoviensis (1602—1619), „iurium monasterii tenacissimus et religionis catholicae defensor maxime strenuus“; Simon Rebiser, Abbas Lunaelacensis (1652—1668) [2]); Gregorius Heller, Abbas Gottvicensis (1648—1669) [3]); Amandus Pachler, Abbas monasterii ad s. Petrum Salisburgi (1657—1673), qui „exemplar vitae monasticae et insignis eruditionis“ adpellatur [4]); Wolfgangus David, praepositus Lunaelacensis [5]), disciplinae theologicae vir peritissimus; Ludovicus Engel, Mellicensis, iuris canonici celeberrimus magister in academia Salisburgensi, cui „Phoebo canonistarum“ erat cognomen [6]); Iosephus Mezger ad s. Petrum Salisburgi, ex praeclarissimis academiae magistris unus, qui omnium disciplinarum peritus inter primos hermeneuticen scripsit [7]); Romanus Rauscher, Abbas Garstensis (1642—1683) [8]); Basilius Finkeneis ad s. Lambertum in Stiria, qui doctor theologiae accitus est ad Scotos Vindobonenses [9]); Maurus Oberascher, Abbas Lunaelacensis (1683—1697), qui „a statibus Austriae supra Anasum doctrinae sincerae candidaeque fidei suae gratia plerumque

---

[1]) Operibus eius a Ziegelbauer enumeratis sunt addenda: „Feriae devotionis“, „formulae orandi“, „vita D. N. I. Ch. seu theologia dogmatica mystica“, „Nucleus catholicae devotionis“, „Bibliotheca Gottvicensis“.

[2]) Scripta eius in Hist. univ. Salisb.; quibus commentarii in univ. philosophiam (manu scripti) sunt addendi.

[3]) Scripta eius in Biblioth. Gottvicensi adservata enumerantur in Historia univ. Salisburg.

[4]) Opera enumerantur in Histor. univ. Salisb. Celeberrima sunt: „Trias operationum mentis“ et „Discursus inter Aristotelem et Heraclitum dubiosum“.

[5]) Obiit 1656. „Digniora, quae adferantur, sunt: Compendium philosophiae“, „Controversia de verbo Dei scripto et non scripto“, „Commentatio in Evangelium s. Ioannis“, „In duos libros Aristotelis de Ortu et Interitu liber unus“, „In tres Aristotelis libros de anima liber unus“, 13 tom. Sermonum. Stauffer, Mondseer Gelehrte l. c.

[6]) Nobili familia comitum Engel de Wagrain natus obiit 1674. Notissima eius opera: „Manuale parochorum“ (1661—1688 quinquies editum) et „Collegium universi iuris canonici“ (1671—1726 decies editum).

[7]) Obiit 1683 in monasterio Sangallensi. Opera eius celeberrima e disciplinis theologicis sunt: „Cornu parvulum Danielis“ et „Institutiones in s. Scripturam“. Hist. univ. Salisb. l. c.; Ziegelbauer l. c. IV.; Werner l. c.

[8]) Scripta eius enumerantur in Hist. univ. Salisb.

[9]) Obiit 1694. Opera notissima: „Theologia angelica“, „Theologia divina et humana“, „Theologia controversistica“, „Theologia polemico-mystica, atheo-controversistica“. Hist. univ. Salisb. Ziegelbauer l. c. IV.

Patris nomine est appellatus“ [1]); Franciscus Mezger, alter trium fratrum perillustrium [2]); Benedictus Pettschacher ad s. Lambertum in Stiria, qui maxime doctrinae s. Thomae studuit [3]); Paulus Mezger ad s. Petrum Salisburgi, quem cum Mabillone commercium litterarum frequentasse Ruinartus narrat [4]); Honorius Aigner, Abbas Cremifanensis (1703—1704), eiusque capitulares aeque eruditi Gregorius Wimbperger et Ambrosius Ziegler, qui diligenter theologiam scholasticam tractabant [5]); Bruno Schlibnigg, Sanpaulensis [6]); Maurus Lichtenhein Lambertinus [7]), Robertus König Garstensis [8]), bis honore rectoris magnifici in academia Salisburgensi ornatus; Michael Langbartner Michaelburanus [9]); Coelestinus Pley, Seitenstettensis [10]); Antonius Strotz, Abbas ad s. Lambertum (1707—1724) [11]); Hyacinthus Peri Lambertinus diligenter secutus s. Thomam [12]); Alanus Pfeiffer Admontensis, multorum librorum scriptor [13]); Gebhardus Fritz, monachus Augiae Maioris [14]); Placidus Boecken ad s. Petrum Salisburgi, „vir sapientia et doctrina apud

---

[1]) Scriptis eius in Hist. univ. Salisb. enumeratis sunt addendi: „Commentarii tres in universam philosophiam et cursus theologicus“ (manuscriptum), Stauffer, Mondseer Gelehrte.

[2]) Obiit 1701. De operibus eius vide Hist. univ. Salisb. Ziegelbauer IV. qui opus: „Institutiones in s. Scripturam“ falso ei adtribuit.

[3]) Obiit 1701. Opera notissima sunt: „Tractatus de sacramentis in genere et de Baptismo, Confirmatione et Eucharistia in specie“, „Theologia universa speculativo-practica secundum doctrinam Div. Thom. Aquin“. 3 tom. Ziegelbauer l. c. IV.

[4]) Obiit 1702. Ex multis scriptis eius maximi aestimatur: „Sacra historia de gentis Hebraicae ortu, progressu, bene et male gestis variaque fortuna sub Patriarchis, Ducibus, Iudicibus, regibus etc.“ Hist. univ. Salisb. Ziegelbauer l. c. IV.; Werner l. c.

[5]) Opera eorum enumerant Simon Rettenpacher in serie abbatum et monachorum Cremifan. Hist. univ. Salisb.; Hagn l. c.; Ziegelbauer III. et IV. Gregorius Wimbperger obiit 1705, Ambrosius Ziegler 1739.

[6]) Obiit 1705. Scripta eius habet Hist. univ. Salisb.

[7]) Obiit 1709. Scripta eius in Hist. univ. Salisb.

[8]) Obiit 1713. In notissimo opere „Principia iuris canonici“ vestigia celeberrimi abbatis Coelestini Sfondrati cardinalis, tenacissimi iuris apostolicae sedis defensoris, premit.

[9]) Obiit 1715. Hist. univ. Salisb.

[10]) Obiit 1723. Opera eius, quorum notissimum: „Basis universae theologiae“, in Histor. univ. Salisb.

[11]) De scriptis eius, quorum clarissimum est: „Quaestiones in logicam et metaphysicam doctoris Angelici et Aristotelis“, Series scriptor. Lambertinorum defunctorum et Ziegelbauer l. c. IV.

[12]) Obiit 1733. Opus eius notissimum: „Quaestiones theologicae in I. et II. partem Summae s. Thomae Aquin“. (Styrae 1719).

[13]) Obiit 1737. Opera habet Hist. univ. Salisb. et Ziegelbauer l. c. II.

[14]) Secundum necrologium Augiae Maioris 1743 mortuus. Opera in Zauner, Notae biographicae canonistarum universitatis Salisb.

Germanos celeberrimus“ [1]); Franciscus Pappus, Abbas Augiae Maioris (1720—1753)[2]); Godofredus Kröll, Abbas ad s. Petrum (1741—1753)[3]); Otto Scharz, Cremifanensis[4]).

Quos s. Benedicti filios operibus theologicis insignes sequuntur multi alii, qui quamvis magna cum diligentia disciplinas theologicas amplexi sint, tamen aliorum plerumque iudicio steterunt, aut ad pietatis sensus excitandos et alendos (orationes sacras, meditationes) scripserunt. Quo in numero sunt Thomas Ziener (1600—1618), Maurus Boxler (1658—1681), Raimundus Regondi (1681—1715)[5]), abbates eorumque monachi Iosephus Stepek, Anselmus Mitterhauser, Romanus Schlager, Albertus Turner, Amandus Kayser[6]), Stephanus Vitus Altenburgenses[7]); Adalbertus Grundeman, Aemilianus Kazi[8]), Amandus Zach, Bertholdus de Paar, Christophorus Törring[9]), Placidus Knedelfeldner, clarissimus Godofredus Bessel (1714—1749)[10]), Abbas, Gottvicenses[11]); Carolus Fetzer Abbas (1705—1750), Anton Kramer, prior, monachique Vitalis Embler, Ildephonsus Rucker, Gerardus Kolb[12]), Maurus Weymer[13]), Fridericus

---

[1]) Obiit 1752. Opus notissimum: „Commentarii in ius canonicum universum“.

[2]) E nobili gente de Tratzberg, Laubenberg et Rauchenzell. Eius scripta sunt: „Hortulus biblico-moralis et asceticus“. Ulm 1727. „Scholasticum personae ecclesiasticae pro foro poli et soli Breviarium“ exhibens universam theologiam moralem controversiis fidei et iuris canonici permixtam, 2 tom. August. Vindelic. 1733 et 1744.

[3]) Opus eius celeberrimum: „Monotessaron Evangelicum sive historiae Evangelicae ex quattuor Evangeliis collectae etc.“ Salisb. 1728.

[4]) Obiit 1747. Canonista clarissimus, cuius opera enumerat Hagn l. c.

[5]) Edidit „Iugum suave Christi“ (1700 c.).

[6]) Obiit 1716 primus et ultimus abbas monasterii s. Adriani de Tihan e coetu Altenburgensi, cui imperator Leopoldus I. addixerat hoc coenobium a Turcis devastatum. Edidit methodum meditandi (1690) et meditationes (1701).

[7]) Horum monachorum manuscripta adservantur in bibl. Altenburg.

[8]) Floruit c. 1720. Ed. contiones, e quibus „oratio de s. Trinitate“ ob ingenii acumen multum laudatur.

[9]) Obiit 1693. Canonista. Hist. univ. Salisb.

[10]) Scripta theologica huius celeberrimi viri, qui ab imperatore Carolo VI. Theologus Caesareus est nominatus, contra varios errores haereticorum inprimis Iansenistarum eo tempore Vindobonae surgentium directa sunt: „Quinquaginta Romano-catholicam fidem omnibus aliis praeferendi motiva“ (Mogunt., 1708) „Weg zur Gewissensreinigung“, Wien, 1718. „Memoriale, quo demonstratur sapientia et aequitas decreti caesarei de observanda circa bullam: „„Unigenitus““ indifferentia“. Vindobonae, 1732. Wurzbach, Biograph. Lexicon v. Oesterreich.

[11]) Scripta monachorum Gottvicensium adservantur in bibliotheca huius monasterii.

[12]) Scripsit „examen iuris canonici“.

[13]) Reliquit orationes plures, in quibus laudes Ioannis Nepomuceni sunt clarissimae.

Hueder[1]), Engelbertus Heindel, Scotenses[2]); Reiner de Landau (1623—1637), Adrianus Pliemel (1739—1745), abbates; Ioannes Cellensis, Ernestus Prändl, Valentinus Larson, priores; monachique Sigismundus Haeringshauser, Sebastianus Grundtner, Philibertus Uz[3]), Anselmus Schramb, Bonifacius Gallner, Honorius Kobalter, Ioachim Priestersberger, Carlmannus Huber, Bertholdus de Kirchstetten, Mellicenses[4]); Gregorius Westermayer, Abbas Mariae Cellensis in Austria inferiore[5]); Casparus Plauz (1610—1627)[6]), Benedictus Abelzhauser (1687—1717)[7]), clarus librorum asceticorum scriptor, abbates sacerdotesque Carolus Gschwandtner, Udiscalcus Huber, Benedictus Veit, Romanus Digl, Seitenstettenses[8]); Ambrosius de Freudenpichl, Abbas (1715—1729) monachique Virgilius Faber, Augustinus Puel[9]), Edmundus Egg, Benedictus Behamstein, Rupertus Burger, Garstenses[10]); Placidus Puchauer et Martinus Resch (1704—1709), abbates sacerdotesque Bonifacius Pepek, Carolus Gruber, Gerardus Brandstetter, Gotthardus Freyd, Fridericus Falzeder, Rupertus de Kimpflern[11]), Simon Rettenbacher[12]), Constantinus Grundemann de Falkenberg, Nonnosus Stadler, Gotthardus Vischl[13]), Sebastianus Mayrlechner, Cremifanenses[14]); Gotthardus Haslinger, Abbas

---

[1]) E lingua Gallica in Latinam vertit: „Methodum solitudinis menstruae“ et „Regulam practicam s. Benedicti bipartitam“.

[2]) Scripta monachorum Scotensium adservantur in bibliotheca monasterii Vindobonensis.

[3]) Professor mathesis et philosophiae in academia Salisb., obiit 1680. Hist. univ. Salisb., Kropf l. c.

[4]) Opera Mellicensium enumerat Kropf in biblioth. Mellicensi.

[5]) Ziegelbauer l. c. III.

[6]) Opera Caspari Plautii: „Vita et regula s. P. N. Benedicti cum oratione celebri habita in reformatione monasterii Seitenstettensis“ et „Nova typis transacta Navigatio“.

[7]) Notissima sunt: „Alveare seu exercitia spiritualia“ (Styria, 1697) et „Corona stellarum duodecim“ (Styria, 1690), 1751 tertio edit. vide Ziegelbauer l. c. III. et IV.

[8]) Scripta monachorum Seitenstadiensium enumerat Hist. univ. Salisb. et Ziegelbauer l. c. III. et IV.

[9]) Edid. contiones (Styrae, 1714).

[10]) Opera monachorum Garstensium nominat Hist. univ. Salisb., Ziegelbauer l. c. III. et IV., et catalogus professorum acad. Salisb. ab anno 1728 usque ad finem academiae, Salisb., 1813.

[11]) Obiit 1708 in monasterio Glunicensi, cui abbas (1678—1709) praeerat; iuris peritus, Hagn l. c.

[12]) Obiit 1706. E numero operum huius „Polyglossi“ asceticorum „consilia sapientiae“ ex Gallico sermone in Latinum translata ter sunt edita, Hagn l. c.

[13]) Obiit 1745. Philosophus clarissimus, cuius „Disputationes in universam philosophiam“ bis Salisb. sunt editae.

[14]) Opera monach. Cremif. enumerat Ziegelbauer l. c., Pachmayr l. c., Hagn l. c.

(1725—1735), Kilianus Halmschmid [1]), prior, monachi Amandus Krammer, Edmundus Ruedorfer, Coelestinus Ermann, Adalbero Oefferl, Lambacenses [2]); Maurus Schaller (1633—1652), Coelestinus Kolb (1659—1683) [3]), Amandus Gobl (1689—1723), abbates, et sacerdotes Martinus Widmasser, Paulus Voglmayr, Ioannes Wasner, Franciscus Eder, Casimirus Moll, Romanus Pinder, Benedictus Oeller, Wolfgangus Sambs, Placidus Kammerpauer, Simon Kuchl, Hermann Sarsteiner [4]), Conradus Haydn, Sigismundus Hohenkirchner, Adalgarus Högl, Lunaelacenses [5]); Michael Trometer, abbas (1637—1676), monachi Paris Gille, Odilo Guetrat, Werigandus Kogler, Iacobus Walser, Michaelburani [6]); Albertus Keuslin (1626—1657) [7]), Edmundus Sinhuber (1673—1702), Placidus Mayrhauser (1704—1731), abbates, et monachi Eberhardus Ruedorfer, Rupertus Presinger [8]), Udalricus Freiberger, Otto Guetrat, ad s. Petrum Salisburgi [9]); Adalbertus Heuffler de Rasen et Hohenbuehel (1675—1696), et Marianus Lendlmayr de Lendlfeld (1702—1707) [10]), abbates, et sacerdotes Carlmannus Vierholz, Coelestinus Rohrmoser [11]), Ignatius de Claffenau [12]), Edmundus Manicor [13]), Michael Seitz, Cutbertus Polt, Simon Huebmann, Benedictus Hammerschall, Admontenses [14]); Eugenius comes de Inzaghi Abbas (1737—1760) [15]), sacerdotes Romanus Friderici, Aemilianus

---

[1]) Obiit 1683. Scripsit: „Hebdomadarium Marianum“ in usum imperatricis Claudiae Felicis, uxoris Leopoldi I. Ziegelbauer l. c. IV. Kilianum falso adumerat coetui monasterii Scotensis.

[2]) Scripta monach. Lambac. partim in Ziegelbauer, Hist. rei litt. o. s. B. inveniuntur, partim in Schmieder, Chronicon Lambacense.

[3]) Contionator meritissimus, cuius opera enumerat Stauffer l. c.

[4]) Obiit 1761. Theologus insignis.

[5]) Opera monach. Lunaelac. enumerat Stauffer l. c.

[6]) Scripta monach. Michaelb. partim a Ziegelbauer, partim a Filz, Historia monasterii Michaelburani recensentur.

[7]) Monachus Ottoburanus a conventu s. Petri Salisb. est postulatus. Scripta habet Hist. univ. Salisb.

[8]) Obiit 1741. Asceta insignis, cuius scripta sunt: „Candidatus Benedictinus“, „Novitius Benedictinus“, „Magister novitiorum Benedictinus“, „Sacerdos Benedictinus“ alia. Ziegelbauer l. c. IV.

[9]) Opera monachorum s. Petri Salisb. enumerant partim Hist. univ. Salisb., partim Ziegelbauer l. c. III. IV., et series abbatum monasterii o. s. B. ad s. Petrum Salisburgi.

[10]) Theologus insignis, cuius opera habet Hist. univ. Salisb.

[11]) Obiit 1720. Philosophus clarus. Hist. univ. Salisb.

[12]) Obiit 1701. Asceta insignis, cuius opera ascetica 1720 edita sunt.

[13]) Obiit 1688. Celeberrimus contionator academ. Salisb.

[14]) Opera monach. Admont. enumerant partim Hist. univ. Salisburg. partim Ziegelbauer l. c. III., IV.

[15]) E sermone Gallico in Latinum vertit: „Instructionem praedicationis“.

Hilbig, Leonardus Maurer, Maurus Aichholzer, Rudolphus Wieser [1]), Ildephonsus Christallinger, Chrysostomus Scupina, Iosephus Dresher, Sigfridus Styrch, Hyacinthus Peri, Aegydius Jungwirt [2]), Ildephonsus Praitwies, Fridericus liber Baro de Schwitzen, Maximilianus Sanvič, Ambrosius Moser, Thaddaeus Mracovič, Aemilianus Schaumberger, Wolfgangus Hofmann, Lambertini [3]); Edmundus Ibelbpacher (1682—1725), Abbas, et monachi Iosephus Wallner, Gregorius Himmerauer, Ossiacenses [4]); Hieronymus Marchstaller (1616—1638), Philippus Rottenhäusler (1661—1677), Albertus Reichhard (1677—1727), abbates, et sacerdotes Candidus Rotenheusler, Edmundus Schlossgo, Otto Kamperger, Paulus Haberstock, Paulus Stoker, Sanpaulenses [5]); Ferdinandus Wezel, Mariae-Montanus [6]); Antonius Vogl Abbas (1681—1711), et monachi Apronianus Huber, Franciscus Rannperg, Ioachim Reichart, Iosephus Carell, Dominicus Cabalzar, Otto Gallner, Placidus Melböck, Venustus Müller, Augiae maioris [7]).

Neque minore studio monachi Bohemiae et Moraviae ad theologiam se adplicaverunt. Ubi prae ceteris laudantur: Wolfgangus Zelender (1602—1619), qui propter fidei catholicae defensionem in belli Bohemici turbis in exilium missus ibique mortuus est [8]), Alexius Hübner (1646—1652), Augustinus Seyfert (1652—1668) [9]), Benno II. Loebel (1738—1751), abbates, et monachi Maurus Ioannes Placentius [10]), Maurus Rumann, Romanus Hutter, Rupertus Haundorf, Bonaventura Pitter, Rupertus Koblitz, Fridericus Schwizer, Benno Peitersberg, Odilo Aulich, Břevno-Braunavienses [11]); Didacus

---

[1]) Obiit 1641. Philosophus primus e monasterio Lambertino ad munus professoris Salisburgum vocatus.

[2]) Obiit 1731. Asceta, cuius opera: „Analecta ascetica“ et „De quinque vulneribus Christi“ pretio non carent.

[3]) Scripta monach. Lambertinorum habentur in Serie scriptorum Lambertinorum et Ziegelbauer l. c. III. et IV., et Hist. univ. Salisb. Werner l. c.

[4]) Opera eorum enumerat Ziegelbauer l. c. III.

[5]) Scripta habent Ziegelbauer l. c. III. et IV. Hist. univ. Salisb. Catalogus professorum l. c.

[6]) Ziegelbauer l. c. III.

[7]) Opera monachorum Augiae maioris habentur in Ziegelbauer l. c. et Bergmanni Necrologio Augiae maioris Brigantianae.

[8]) Matauschek, Historia gymnasii Braunensis.

[9]) Opera eius sunt: „Tractatus de fuga peccati“, „De virtutum exercitiis“, „de virtutibus excolendis viginti tres complectens aphorismos.“ Cf. Dudik l. c. II.

[10]) Obiit 1738. Scripta eius enumerat Dudik l. c. II. et Matauschek l. c. Mirum est, quod Ziegelbauer ne nomen quidem huius scriptoris refert.

[11]) Opera monachorum Břevnoviensium et Braunaviensium habet Ziegelbauer l. c. Cf. Dudík l. c.

Can-Vero [1]), Ioannes Caramuel de Lobkowiz [2]), vir clarissimus, Franciscus de Castillo Calderon, Martinus Zettlitz, abbates Emautini Montserratenses [3]); Guntherus Iacob et Zdilaus de Berka ad s. Nicolaum Pragae [4]); Georgius Klembt [5]), Placidus Spacilius [6]), Coelestinus Avlet [7]), Franciscus Asman, Benno Brančavsky [8]), Antonius Pirmus [9]), Nepomucenus Haan, Thaddaeus Khinel, Procopius Knopp, Richardus Schaller, Paulus Harlacher, Raigradienses [10]).

In archiabbatia quoque Montis Pannoniae monachi, quoad in rebus adversis, quibus saeculis XVI. et XVII. monasterium est vexatum, fieri poterat, ad disciplinam theologicam incubuerunt; qua in re magnis laudibus efferuntur Aegydius archiabbas (1699—1708), quo praesule primum post complura saecula studium theologiae in monasterio esse tractatum commemoratur, Benedictus II. (1722—1768) et monachi Amandus Haasz, Michael Wolfart, Dionysius Kuti [11]), Chrysostomus Nourk [12]).

Optime vero de disciplina theologica meritus est Bernardus Pez, monachus Mellicensis, quem Mabillonium Austriacum recte adpellant [13]). „Voluit hic doctissimus vir, ut, postquam philosophiae ac theologiae scholasticae sat libatum fuerit, ad sacram

---

[1]) Scriptor „Orphei sacri et Coloni Benedicto-Seraphici“ (anno 1700 et 1693) et „Tedae regalis“, Ziegelbauer l. c.

[2]) Ioannes Caramuel a nobilissima gente de Lobkowitz oriundus primum monachus Cisterciensis ordinis, deinde abbas Benedictinorum Montserratensium Vindobonensium tum Emautii Pragensis et vicarius generalis archiepiscopi Pragensis, vir miri ingenii neque ullius doctrinae expers obiit 1682 episcopus Vigevitanus. Scripta in Visch, Bibliotheca scriptorum ordinis Cisterciens. Werner l. c.

[3]) Ziegelbauer l. c. III. et IV.

[4]) Ziegelbauer l. c. III. et IV.

[5]) Obiit 1679. Vitam et scripta insignia refert Dudik l. c. II.

[6]) Obiit in monasterio Braunaviensi 1701. Opera eius adservantur in bibliotheca Braunensi. Cf. Dudik l. c. II.

[7]) Obiit 1683. Praepositus Raigradiensis meritissimus. Dudik l. c. II.

[8]) Praepositus Raigradiensis obiit 1709.

[9]) Praepositus Raigradiensis obiit 1744.

[10]) Opera monachorum Raigradiensium a P. Dudik enumerata adservantur in bibliotheca eiusdem monasterii.

[11]) Abbas s. Margarethae de Béla „sui temporis theologorum oraculum“. Czinar l. c.

[12]) Czinar l. c. I.

[13]) Bernardus Pez, Ibsae, Austriae inferioris oppido, die 22. Febr. 1683 natus, absolutis humanitatis studiis vix 16 annos natus ingressus est monasterium Mellicense, in quo anno sequenti emissis votis sollemnibus 1708 sacerdotio est inauguratus. Obiit die 27. Mart. 1735.

Criticam ad illustrandos s. Patres, ad discutienda selecta historiae ecclesiasticae capita, ad eruenda ex pulveribus et umbris veterum authorum monumenta aliaque eiusmodi, in quae San-Mauriani Socii tanto ecclesiae commodo tantoque cum omnium doctorum hominum applausu incumbunt, sodales sui maiorem suarum curarum ac studiorum partem in posterum traducant“ [1]). Quod ut fieret, librum edidit, qui inscribitur: „Bibliotheca Benedicto-Mauriana seu de ortu, vitis et scriptis Benedictinorum e celeberrima congregatione s. Mauri in Gallia libri duo“ [2]). Hoc opus fundamentum esse voluit „Bibliothecae Benedictinae“, quo omnes omnium terrarum atque temporum scriptores ordinis continerentur. Eodem consilio 1769 litteras ad monasteria Germaniae, Bohemiae, Moraviae, Helvetiae, Galliae, Italiae dedit.

At non reperiebat socios, quos speraverat. Propterea una cum Hieronymo fratre suo, qui et ipse in monasterio Mellicensi habitum regularem sumpserat, omnia fere Austriae, Salisburgi, Bohemiae monasteria adiit eorumque tabularia et bibliothecas maximo cum fructu perscrutatus est. Ex his itineribus prodiit: „Thesaurus anecdotorum novissimus seu veterum monumentorum praecipue ecclesiasticorum ex Germanicis potissimum bibliothecis adornata collectio recentissima“ [3]). Hoc libro, quo d'Acheri et Marteni sociorum ordinis Gallicorum laudes adsecutus est, cum multa historiae monumenta tum varia scripta complexus est Alcuini Masentii de Aquileia, Paschasii Radberti, Notkeri Sangallensis, Gerberti (Silvestri II.) Gerhohi de Reichersberg, Alani de Insulis, abbatum Godefridi, Irimberti, Engelberti Admontensium, Henrici de Hassia aliorumque scriptorum. Eodem loco habetur aliud Bernardi opus: „Bibliotheca ascetica, antiquo-nova, hoc est collectio veterum quorumdam et recentiorum opusculorum asceticorum, quae hucusque in variis m. s. codicibus et bibliothecis delituerunt“, qui liber est de scriptis, quae ad intellegendam medii aevi artem asceticam et mysticam plurimum conferunt [4]).

Non solum autem theologiae, sed etiam historiae illa aetate filii s. Benedicti operam dederunt. Atque non tam opinionum antiquitus acceptarum vel piarum fabularum, quam ipsorum fontium ratio est habita, qui ex bibliothecarum et tabulariorum tenebris in lucem protracti sunt. Qua in re fama virorum saeculo XVII.

---

[1]) Ziegelbauer l. c. IV.

[2]) Typis confectus Augustae Vindelicorum et Graecii 1716 in 8°.

[3]) Editus est Augustae Vindelicorum, tom. I—III. 1721; tom. IV. 1723; tom. V. 1728; tom. VI. qui idem „Codex diplomatico-historico-epistolaris“ inscribitur, 1729.

[4]) Sunt tomi XII, quorum duo ultimi post obitum Bernardi 1735 XI. 1740 XII. publici iuris facti sunt.

florentium, quamvis haud levia consecuti sint, tamen ab iis, qui saeculo sequente fuerunt, cum numero tum pretio scriptorum longe obscurata est. Horum quoque studiorum praeclarum exemplum, quod congregatio s. Mauri Gallica non solum ordinis sodalibus sed omnibus hominibus doctis praebuerat, ansam dedit. Quo in genere qui maxime enituerunt, sunt: Iosephus Mezger ad s. Petrum Salisburgi, qui postquam dissertatione: „Praeludium de antiquitate ecclesiae Salisburgensis et monasterii s. Petri“ contra ordinis socium Mabillonium defendit memoriam Salisburgensem de s. Ruperti adventu „Historiam Salisburgensem, hoc est vitas episcoporum et archiepiscoporum Salisburgensium ac quae per illos ab anno 1582 usque ad 1687 gesta fuerunt“, conscribere coepit. Quo minus eam absolveret, morte impeditus est. Franciscus et Paulus fratres eam ad finem perduxerunt [1]); Anselmus Schramb Mellicensis, qui libro, quod „chronicon Mellicense“ inscribitur, non solum sui monasterii historiam sed etiam res gestas archiducatus Austriae eiusque principum complexus est [2]). Anselmi sodalis, Philibertus Hueber, cuius „Austria ex archivis Mellicensibus illustrata“ hodiedum cuique rerum Austriacarum explicatori est consulenda [3]). Bernardus Pez, cuius librum non minus ab historicis quam a theologis magni aestimatum supra diximus [4]), et frater eius Hieronymus, qui libro, qui est de „Scriptoribus rerum Austriacarum“ primus viam inquirendi in historiam patriam tam praeclare ostendit, ut nunc quoque, quamvis annales Austriaci a Wattenbachio in „Monumentis Germanicis“ editi longe praestent, a nullo rerum Austriacarum scriptore neglegi possit [5]);

---

[1]) Edita Salisburgi anno 1692.

[2]) Obiit 20. Dec. 1720. Chronicon 1702 Vindobonae editum et Leopoldo I., principi de litteris bene merito dedicatum est. Is lectione huius historiae magno opere delectatus est. Etiam post mortem reperta est evoluta in pulpito. Keiblinger l. c. I.

[3]) Philibertus Hueber obiit 24. Aug. 1725. Praeterea studiose collegit: „Ius consuetudinarium Emphiteuticum cum materiis eidem connexis iuxta modernam Austriae inferioris praxim“, m. s.

[4]) Opera Bernardi historica alia: „De irruptione Bavarica in Tirolim a. 1703 a Gallis et Bavaris facta libri III.“ (Viennae, 1709). Sub nomine Bernardi Isipontani: „Triumphus castitatis, seu acta et vita vener. Wilburgis virginis reclusae Sanct. Florianensis“ (Augustae Vindelic. 1716), „Epistolae apologeticae pro ordine s. Benedicti adversus Anonymum Viennensem e societate Iesu“ (Campoduni, 1716), „Vita et revelationes vener. virg. Agnetis Planbessinae“ (Viennae, 1731), „Epistola ad clarum P. Marcum Hansicium S. I. aliosque viros“ (Viennae, 1731), „Epistola de Etymo nominis Habsburgici et Origine domus Habsburgico-Austriacae“ (Viennae, 1731), „Francisci Tagii Physici et Equitis descriptio seu liber de obsidione urbis Papiensis et de captivitate Francisci I. Regis Galliae“ (Norimbergae, 1736). Kropf l. c.

[5]) Hieronymus Pez, Ibsae die 24. Febr. 1685 natus, absolutis Cremifani humanitatis studiis 1702 in monasterio Mellicensi emisit vota sollemnia; 1711 sacerdotio initiatus antiquitatis critico

Godofredus Bessel, abbas Gottvicensis (1714—1748), qui libro: „Chronicon Gottvicense sive annales monasterii Gottvicensis o. s. B. faciem Austriae antiquae et mediae exhibens ex codicibus antiquis membranis et instrumentis tum domesticis tum extraneis depromptum“ nomen suum immortalitati commendavit [1]).

Proximum post hos locum tenent, qui partim varios casus monasteriorum, partim vitas maiorum vel Sanctorum explanaverunt; ex horum quoque scriptis maximeque ex vitis Sanctorum, quantam vim schola Maurinorum historica habuerit, perspicitur. Quorum clarissimi sunt: Ernestus Prändl, Michael Mair, Matthaeus Steinhauser, Godefredus Deppisch, Leonardus Tanhauser, Bertholdus Riezel, Martinus Kropf, Mellicenses [2]); Anselmus Schirning, Rupertus Kruner, Carlmannus Förster, Gottvicenses [3]); Henricus Wispauer, Scotensis; Bernardus Schilling (1602—1610); Casparus Plautz, abbates Seitenstettenses [4]); Seraphicus Kirchmayr [5]), Virgilius Faber, Leopoldus Till, Garstenses [6]); Romanus Pernaz, Benedictus Lechler, Michael Hoffmann, Bonifacius Strasser, Coelestinus Maralt, Simon Rettenpacher, Hieronymus Fackler, Sebastianus Mayrlechner, Fridericus Falzeder, Cremifanenses [7]); Amandus Krenner, Ildephonsus Prandtner, Lambacenses; Romanus Priester, Ioannes Wasser,

---

studio captus eruditissimo fratri Bernardo se adiungens Austriacam historiam pro viribus illustrandam suscepit. Praeter librum, quem supra diximus, exstant: „Acta s. Colomani regis et martyris divi Tutelaris Austriae, dissertationibus et notis historico-criticis illustrata“ (Crembisi, 1743), „S. Leopoldi Austriae Marchionis historia“ (Viennae, 1746). Obiit die 14. Oct. 1762; Kropf l. c.; Keiblinger l. c.; Wurzbach, „Biographisches Lexikon“. Scripta fratrum in bibliotheca Mellicensi adservata enumerat P. Theodorus Mayr in „Hormayr's Archiv“ 1827.

[1]) Godofredus Bessel die 5. Sept. 1672 Buchhaimii in principatu electorali Moguntiaco natus 1693 in monasterio Gottvicensi emisit vota sollemnia; sacerdotio inauguratus variis casibus iactatus est, donec 1714 abbas Gottvicensis est electus. Ibi studia litterarum magno opere auxit. Senio confectus obiit die 22. Iun. 1749. Solus tomus I. seu Prodromus typis monasterii Tegernseensis (1732 fol. mai.) confectus est. Reliqua pars manu scripta in bibliotheca Gottvicensi adservatur. De causa, ex qua hoc opus non prodierit, Wurzbach in Biogr. Lex. dicit: „Einer mündlichen vertrauten Mittheilung Gerberts (abbatis San-Blasiani principalis) zu Folge verlangte man vom Herausgeber die Unterdrückung oder Abänderung einiger darin enthaltener Urkunden, worauf Bessel es vorzog, die Fortsetzung lieber aufzugeben, als auf Kosten der Wahrheit auszuführen.“

[2]) Opera horum monachorum habent Kropf l. c. et Keiblinger l. c. I.

[3]) Eorum scripta adservantur in bibliotheca Gottvicensi, vide Friess, Studien l. c.

[4]) Tabularium Seitenstettense.

[5]) Scripsit Chronicon Garstense, nunc in bibliotheca Gottvicensi adservatum.

[6]) Manuscriptum eius: „Decennium abbatis Anselmi Garstensis“ deperditum est.

[7]) Opera enumerat Hagn l. c. et Fellöcker in: Geschichte der Sternwarte von Kremsmünster.

Abbas Bernardus Lidl, Lunaelacenses [1]); Michael Langbartner, Michaelburanus; Martinus, Albertus, Amandus [2]), Edmundus, abbates s. Petri Salisburgi; Wigandus de Liuben, Fridericus Schumius, Michael Seitz, Carolus Vierholz, Admontenses [3]); Petrus Weixler [4]), Alexander Paumann, Chrystophorus Jaeger, Otto Koptik [5]), Vitalis Schulz, Lambertini [6]); Albertus Reichhart, Brunno Schlibnigg, Edmundus Schlosgo, Paulus Stocker, Sanpaulenses [7]); Ioannes, abbas Arnoldsteinensis [8]); Zacharias Gröblacher, Hermannus Ludinger [9]), abbates, Iosephus Waller, prior, Ossiacenses [10]); Placidus Viggel [11]), Abbas, Franciscus Ramsberg sacerdos Augiae maioris [12]); Wolfgangus Zelender [13]), abbas, David Aemilianus Bittner [14]), Bernardus Prulig [15]), Matthaeus Stehlik [16]), Paulus Harlacher [17]), Břevnovienses et Raigradienses; Stanislaus Sczygielsky de monasterio Tinecensi in Polonia [18]).

[1]) Obiit 1773. Scripsit Chronicon Lunaelacense (Pedemonti, 1748).

[2]) Scripsit historiam monasterii Admontensis in tabulario eiusdem monasterii adservatam. Alterius eiusdem auctoris libri, qui: „Disquisitio de s. Amando episc. Wormatiensi deque s. Martini episc. Turonensis Salisburgum facta translatione“ inscribitur, Ziegelbauer mentionem facit l. c. IV.

[3]) Opera eorum partim enumerantur a Ziegelbauer partim a Greg. Fuchs in Gesch. v. Adm.

[4]) Obiit 1655. Scripsit historiam monast. s. Lamberti et principum Carinthiae aliaque.

[5]) Obiit 1755 Gottvigii, cum dignitate abbatiali B. M. V. de Dömölk, quo 1737 vocatus erat, ultro se abdicasset. Scripsit: „Genesim inclytae familiae Schwarzenbergicae.“

[6]) Vide seriem scriptorum Lambertinorum et Ziegelbauer l. c.

[7]) Opera eorum habet Hist. univ. Salisb.

[8]) Scripsit „Historiam universalem a Constantino Magno usque ad episcopum Virgilium respectu historiae Carinthiae“.

[9]) Zacharias Gröblacher, Abbas Ossiacensis (1589—1607), scripsit annales Ossiacenses, quos Hermannus Ludinger, Abbas eiusdem monasterii (1737—1753) est persecutus. Editi in Archiv für öst. Geschichtsk. tom. VII. 1851.

[10]) Obiit post 1659. Exstat: „Annus milesimus antiquissimi monaster. Ossiacensis“ (1689 secunda vice 1766 edit. Clagenfurti).

[11]) Praefuit monasterio Augiae maioris Brigantinae (1616—1650), obiit 1651. Scripsit vitam s. Fidelis Mart. ex sacra Capucinorum familia.

[12]) Obiit circa 1670. Scripta eius enumerat Bergmann in necrologio huius monasterii l. c.

[13]) Scripsit „Simulachrum Austriae“, manusc. in bibliotheca Břevnoviensi adservatum.

[14]) Obiit c. 1671. Reliquit Chronicon Braunense editum a Wenzeslao Tomek (Pragae, 1875).

[15]) Reliquit: „Diarium obsidionem Viennae a Turcis factam respiciens“ ed. a Dr. Dudik in Archiv f. öst. Geschichtsf. tom. I.

[16]) Professus Břevnoviensis et praepositus Raigradiensis (1744—1749) reliquit historiam monast. Wahlstadt. Dudik l. c. II.

[17]) Professus Raigradiensis obiit 1782. Scripsit: „Syllabus fratrum Rayhradensium“ et „Scena lugubris, id est hostilis furor in Moraviam“ alia. Dudik l. c. II.

[18]) Exstat: Aquila Polona-Benedictina (Cracoviae, 1663).

Cum his studiis etiam litterarum historia, quae exeunte hoc aevo tractari coepta est, arto vinculo connexa erat. Qua in disciplina praeter Pez et Godofredum Bessel multum effecit Martinus Kropf [1]), Mellicensis, cuius „Bibliotheca Mellicensis seu Vitae et Scripta inde a sexcentis et eo amplius annis Benedictinorum Mellicensium“ in probatissimis huius generis scriptis numeratur [2]).

Ceteras disciplinas non pariter aequaliterque atque theologicas et historicas esse exercitatas in monasteriis, in temporibus et praecipue in ordinis indole situm erat; neque tamen penitus neglectae sunt. Maxime vero praeter disciplinas theologicas et historicas exercitata est ars physica. Sed enim, ut philosophia scholastica tulit, nihil nisi fundamenta et causae rerum, motus, tempus, spatium, caelum, quattuor rerum principia, inanima, animalia tractabantur. Praeterea alchymia, quam dicimus, nondum evanuerat. Iam ad maiorem perfectionem disciplina mathematica pervenerat, cui nonnulli ordinis sodales, ut Aegidius Eberhard de Raittenau [3]) Cremifanensis, cum fructu dabant operam. Harum doctrinarum studiosi fuerunt Gregorius Heller, Gottvicensis; Philibertus Uz, Mellicensis; Coelestinus Pley, Seitenstettensis; Edmundus Egg, Andreas Gschwandtner, Paulus Priefer, Garstenses [4]); Antonius Sauther, Severinus Hoffart, Oddo Wengemayr, Carolus Gruber, Marcellinus Knoblach, Ildephonsus Schnepf, Martinus Resch [5]), Cremifanenses, quo in monasterio ab abbatibus Antonio Wolfradt (1616—1639), Placido Buchauer (1644—1669), Erenberto Schrevogl (1669—1703), Alexandro II. Strasser (1709—1731) maximeque ab Alexandro III. Fixlmillner (1731—1759), qui turrim ad observanda astra aedificavit, studia mathematica et naturalia quam maxime sunt aucta. Scripserunt quoque Victor Wasner, Lunaelacensis; Guetrat Odilo, Michaelburanus; Iosephus Mezger, Augustinus Kendlinger, Benedictus Stollemayr, ad s. Petrum Salisburgi; Ernestus Bohr, Wolfgangus Tettenpacher, Admontenses; Antonius Stroz, Bernardus Hintersreiter, Oddo Koptik, ad s. Lambertum [6]).

Linquarum quoque studia, quamquam in „alma matre Benedictinorum“ nunquam docebantur, a nonnullis culta sunt. Excellebant praeter Bernardum Pez Placidus Amon, Mellicensis, peritissimus antiquae linguae Germanicae; Simon Rettenpacher,

---

[1]) Obiit 1779.

[2]) Edita Vindobonae 1747. Alia opera in Keiblinger, Geschichte von Melk.

[3]) Obiit 1675. Opera eius in Sigismundi Fellöcker, Geschichte der Sternwarte von Kremsmünster.

[4]) De eorum operibus vide Historiam univ. Salisb. et Friess, Studien l. c.

[5]) Fellöcker l. c.

[6]) Hist. univ. Salisb. Ziegelbauer l. c. III., IV.

Cremifanensis; Casimirus Moll, Lunaelacensis, qui linguis suae aetatis dabant operam [1]).

Praeterea filii s. Benedicti carmina et epica et lyrica pangere nunquam omiserunt. Maximam vero curam in poesi scenica ponebant, propterea, quod in omnibus scholis fabulae agebantur. Magister eas docebat. Argumentum aut ex s. litteris aut ex historia haustum erat. Qui plurimas fabulas docuerunt, sunt: Virgilius Kleinmayr, Garstensis; Simon Rettenpacher, Cremifanensis; Hermannus Sarsteiner, Lunaelacensis; Augustinus Kendlinger, Aemilianus Pirkel ad s. Petrum Salisburgi [2]).

Ars musica quoque studiose culta est. Qua in arte magnam sui famam reliquerunt Marianus Gurtler, Mellicensis; Engelbertus Göppl, Maximilianus Kerscher, Gottvicenses; Gabriel Fideli et Carolus Stang, Seitenstettenses; Ildephonsus Schnepf, Godhardus Heberlein, Augustinus Gerl, Rupertus Langbartner, Cremifanenses [3]).

CAP. III.

Magnos animorum impetus, qui medio saeculo XVIII. in imperio Habsburgensium facti erant, filii s. Benedicti tantum abest ut prohibuerint, ut complures huius ordinis sodales eos magno opere adiuverint. Studia enim litterarum, in quibus ordo antea versabatur, cum in theologiae et historiae angustias potissimum compingerentur inde ab anno 1750 per ceteras quoque artes diffusa sunt, neque arte medica excepta erat disciplina, cui non deditus esset.

Ratio et via scholastica, quae in formulis maxime versabatur, ab his temporibus abhorrebat. Iam ad disciplinam dogmaticam eiusque fontes, sacras litteras scriptaque s. Patrum, cognoscendos, studiosius intendebant mentes. Quo in genere praeter „theologiam scholasticam“, quam scripsit Gallus Cartier e monasterio Ettenheim-Münster, ad res eius aetatis insigniores ea pertinent, quae Martinus Gerbert de Hornau, bibliothecarius et postea Abbas princeps ad s. Blasium in Nigra Silva conscripsit, quem Engelbertus Klüpfel, professor Friburgensis his verbis extollit: [4]) „Vix est theologiae universalis pars aliqua, cuius institutiones non publicaverit, unde

[1]) De scriptis eorum vide Ziegelbauer l. c. et Friess l. c.
[2]) Friess l. c.; Hagn l. c.; Hist. univ. Salisb.
[3]) Friess l. c.
[4]) Freiburger Diöcesan-Archiv VIII.

constat luculentius, quantum abhorruerit a scholasticorum gerris et nugis, quae in spem futurae oblivionis perdiscuntur."

Quae egerat Gerbertus, Stephanus Rautenstrauch, Abbas eruditissimus Braunaviensis, in Austriam transtulit. Is 1774 novam theologiae docendae viam proposuit, quae assensione episcoporum et Mariae Theresiae imperatricis comprobata est. Itaque studia theologica ita instituebantur, ut disciplina dogmatica et moralis, quae ex sacris litteris et scriptis s. Patrum adhibita hermeneutica et patrologia haurienda esset, deinde ius canonicum cum generale tum singulare, tum theologia controversa, postremo pastoralis traderentur. Theologia pastorali institutiones orationes sacras habendi, s. sacramenta administrandi, sacras ceremonias rite perficiendi, ratio pie vivendi continerentur. His tamquam disciplinae adiutrices adiungerentur studium Graecae et orientalium linguarum atque historia ecclesiae et litterarum theologicarum[1]).

Haec Rautenstrauchii ratio, quae leviter mutata etiam nostris temporibus studiis theologicis in Austria fundamentum est, in omnibus ordinis scholis, quae erant in imperio Austriaco, inducta est moxque in singulis partibus complures ordinis sodales doctrinae fama nobilitati sunt.

Sed tamen ad hanc instaurationem nova quaedam accesserunt, quae, quominus studia theologica laetiora caperent incrementa, obstabant. Neque vero haec in Rautenstrauchii consiliis erant. Qui vir doctus, quo auctore disciplina pastoralis inducta est, quamquam temporum moribus tenebatur et summae imperii potestati favebat, tamen nihil nisi id contendit, ut studium theologiae in Austria cresceret et floreret. Tum vero, cum tot monasteria obpressa et in iis, quae supererant, sodalium numerus adeo deminutus esset, ut officiis muneris ecclesiastici obeundis vix pares essent, cum monasteria magnis sumptibus et iacturis propter bella cum Franco-Gallis gesta exhausta, academia Salisburgensis abolita, ecclesia catholica ab imperio regeretur ac gubernaretur, fieri non potuit, ut studia theologica a sodalibus et ordinis s. Benedicti et cleri universi ea, qua oportebat, cura colerentur. Nostra tandem tempora, ut in aliis, in his quoque rebus sunt meliora.

Quamvis tempora fuerint tam adversa, haud pauci scriptores operibus suis bene meriti sunt. Tractabant disciplinas theologicas: Martinus Gerbert de Hornau[2]) eiusque sodales, Firtanus Linder et Aemilianus Ussermann, uterque studiis linguarum clarissimus[3]); Andreas Oberleitner Scotensis, linguarum orientalium investigator;

[1]) Werner, Geschichte der kath. Theologie.

[2]) Werner l. c.

[3]) De operibus monachorum in hac parte enumeratorum cf. scriptores I. II.

Pius Zingerle Marienbergensis, qui tam subtiliter versatus est in litteris orientalibus; Antonius Reyberger, Abbas Mellicensis, cuius liber, qui est de doctrina morali, per multos annos in scholis theologicis legebatur, eiusque sodalis Gregorius Meyer, qui de explanatione novi testamenti bene meritus est; Altmannus Arigler, Abbas Gottvicensis, qui propter scripta theologica in academia Vindobonensi doctoratus laurea insignitus est; Hieronymus de Besange Cremifanensis, cuius „Introductio in vetus testamentum eritico-hermeneutico-historica“ aliaque magni aestimantur, eiusque sodales Constantinus et Silvester Langhaider fratres, quorum posterior canonista clarus fuit, Antonius Viehbäck rerum orientalium peritus, Ignatius Schüch, nostrae aetatis vir, cuius liber de theologia pastorali omnibus huius generis scriptis praestat; Benedictus Oberhauser, Lambacensis, qui scriptis de iure canonico bene est meritus; Placidus Boekhn a s. Petro Salisburgi, canonista eruditissimus et multorum librorum scriptor, Rautenstrauch, Abbas Braunaviensis eiusque sodalis Hieronymus Frida, professor artis hermeneuticae insignis; Conradus Othmar Raigradiensis, qui de doctrina scholastica multos edidit libros; professores in Monte Pannoniae Tobias Mollik in theologia dogmatica eruditissimus et pastoralis magister, Valerius Ballay, qui de theologia universali multos libros conscripsit, Michael Rimely, postea monasterii abbas princeps, Ioannes Ruzsicska, uterque canonista eruditissimus. Armenici quoque ordinis sodales magna cum diligentia theologiam tractabant. Numerantur enim multi scriptores, quorum optimi sunt Balgian Alexander, Azaria Aristaces.

Litteris quoque asceticis et sacris contionibus filii s. Benedicti laudabiliter occupati erant. Optimi scriptores ab anno 1750 nominantur: Wolfgangus Holzmayr, ultimus Abbas Gluniacensis, clarissimus orator, qui Massilionis et Bossuetii operibus animum conformaverat; Rudolphus Graser Cremifanensis, cuius sermones nuper de integro editi sunt; Breyer Hugo Sanpaulensis; Adrianus Gritsch Scotensis; Lierhaimer Bernardus Maria, ex monasterio Muro-Gries, qui libros asceticos et contiones sacras edidit; Augustinus Scherer e Fiecht, cuius opera fontes sunt uberrimi sacrorum sermonum.

Similiter ad studia catechetica et paedagogica tempus et diligentiam adhibebant. Excellebant Franciscus Schroek, Valerianus Ramozy, de Monte Pannoniae; Basilius Wagner Mellicensis; Azaria Aristaces Mechitharista; Leo Peternader et Sigismundus Felloecker, Cremifanenses.

Philosophiae, cum iam Bertholdus Vogl, qui postea Abbas Cremifanensis factus est, auditores non solum rationibus peripatetico-thomisticis sed etiam doctrinis Leibnitzii et Wolfii imbuisset, magna commutatio a Kantio, Schellingio aliis facta

est. Quam viam ingressi sunt Romanus Digl Seitenstettensis; Romanus Ettenauer, Sebastianus Mayrlechner, Coelestinus Schirmann, Cremifanenses; Michael Enk de Burg Mellicensis; Vincentius Knauer Scotensis; Iosephus Polotai, Hyacinthus Ronay, de Monte Pannoniae, qui magna cum diligentia multos conscripsit libros.

Pulcherrime vero, quamquam tempora saepe erant tristia, historia, quam disciplinam ab hoc ordine suscitatam semperque auctam esse nemo negaverit, hac aetate effloruit. Quod Pez fratres Mellicenses et Bessel, Abbas Gottvicensis, coeperant, ab eorum successoribus excultum est. Ex magno scriptorum numero eminent: Magnus Klein, Abbas Gottvicensis; Albertus de Muchar Admontensis; Fridericus Blumberger Gottvicensis; Albertus Jaeger, Beda Weber, Coelestinus Stampfer, Marienbergenses; Franciscus Grüninger Sanpaulensis; Theodorus Mayr Mellicensis. Historias suorum monasteriorum scripserunt Beda Seeauer Salisburgensis; Udalricus Hartenschneider Cremifanensis; Michael Filz Michaelburanus; Guilielmus Karlin Gottvicensis; Ignatius Keiblinger Mellicensis. Hic praecipua laude floruit. Nostris temporibus dignus est, qui cum eo comparetur, Iacobus Wichner Admontensis.

Diligenter Bohemici quoque ordinis sodales operam dabant rerum gestarum explicationi, in quibus praestantissimus est Beda Dudík Raigradiensis, qui non solum historiam monasterii sui egregie composuit, sed etiam multis scriptis, praesertim historia Moraviae iam ad tomum nonum provecta prae ceteris contulit, ut, quae in historia Moraviae essent obscura, illustrarentur. Nominandi sunt praeter Dudík Pitra Bonaventura, cuius diplomata collecta magni pretii sunt ad historiam Bohemiae universalem et monasteriorum investigandam, Gregorius Volny, Raigradiensis, topographus Moraviae patriae certissimus, Hieronymus Lechner, Emautinus.

Hungarici quoque Benedictini magna cum diligentia studium historiae amplexi sunt, ex quibus opera praestantissima ediderunt Damianus Fuxhoffer et Maurus Czinar.

Pez fratres, Abbatem Bessel eorumque successores sodales monasterii ad s. Blasium in Nigra Silva imitati, cum ineunte saeculo nostro in monasterium ad s. Paulum in Carinthia emigrassent, studia historica diligenter prosecuti sunt. Maxima ibi laude floruerunt: Marquardus Herrgott, qui descripsit res gestas gentis Habsburgensium eiusque socius operis Rustenus Heer, Martinus Gerbert, Aemilianus Ussermann, Trudpertus Neugart, Franciscus Kreuter, Ambrosius Eichhorn, qui non solum historiam patriae terrarum Austriae anterioris diligentissime tractabant, sed etiam, quod Hansiz societatis Iesu ceperat Germaniae sacrae scribendae consilium receperunt

et ex parte perfecerunt. Ex Armenicis denique sodalibus Hunanianus Paulus magna historiae cognitione eminet.

Neque, quae disciplinae cum historia cohaerent ad artem geographicam, archaeologicam, geologicam, numismaticam spectantes, a Benedictinis alienae erant. Summa laude digna sunt, quae scripserunt Iosephus Schaukoegel Seitenstettensis opere, quod „ager Billunganus“ inscribitur; Florianus Wimmer Cremifanensis; Carlmannus Flor Sanpaulensis; numismatici Florianus Romer de Monte Pannoniae; Norbertus Dechant Scotensis.

Nova ratione, qua theologia et historia tractabantur, studia linguarum magno opere aucta magisque quam antea culta sunt. Praeclari sunt Czuczor Gregorius, Guzmics Isidorus, Foitenyi Cassianus, Bertholdus Habak e Monte Pannoniae, qui Horatium et Tacitum, Homerum et Sophoclem in linguam Hungaricam converterunt, eorum fratres Iacobus Ferenczy, Alexius Gulgas, Leo Kuncze, qui scriptis ad artem grammaticam et historiam litterarum spectantibus nomen sibi fecerunt; Paulus Hofmann Scotensis, qui studiis linguae Sanscriticae praestitit, Leo Peternader et Mathias Hoefer Cremifanenses, quorum prior linguae Graecae, posterior Germanicae studuit. Magna etiam Armenici ordinis sodales effecerunt, et quae scripserunt Agdinianus Arsenius, Casparianus Minas, Caterdschian Iosephus, Caracaschian Mathias, Bosagi Iacobus, Devrischian Seraphinus in optimis, quae composita sunt in lingua Armenica, ponenda sunt.

Ea aetate et praecipue nostris temporibus disciplina mathematica et doctrina naturalis, liberatae a gravi scholasticae philosophiae vi, de integro effloruerunt. Plurimum vero sodales Cremifanenses consecuti sunt, quos iam ineunte hac aetate arti physicae operam dedisse themata conlecta [1]) demonstrant, quae ad nostram pervenerunt memoriam. Ibi de astronomia scripserunt: Placidus Fixlmillner, idem clarus canonista, qui cum clarissimis in eodem genere versantibus viris, Maximiliano Hell, astronomo caes. reg. aulae Vindobonensis, Ioanne Bernoulli eiusque successore Bode regio astronomo Berolinensi, de la Lande reg. astron. Parisiensi, aliis usu coniunctus fuit et opere: „De effectu aberrationis, dum planeta inferior ante discum Solis visibiliter transiit“ aliis rationibus de planetaria luminis aberratione idem argumentatus est, quod clarissimus Gaus in libro: „Theoria motus n. 71“ tam aperte definivit; Thaddaeus Derflinger, Bonifacius Schwarzenbrunner, qui etiam in rebus

[1]) Fellöcker l. c. In gymnasio Cremifanensi quotannis sollemnes disputationes publicae de theologia, iure, philosophia celebratae sunt, ad quas chalcographi magnas imagines historiae sacrae res gravissimas repraesentantes praeparabant, quibus infra nomina praesidis, defendentis, thematum typis adscribebantur.

historicis multa collegit, Marianus Koller, diligentissimus astronomus, physicus, professor, consiliarius c. r. ministerii pro administrando cultu et doctrina, Augustinus Reslhuber Abbas, clarus professor et scriptor de rebus, quae spectant ad historiam naturalem. Praeter hos in arte physica scriptis et verbis diligenter versati sunt et versantur Carolus Puschl Seitenstettensis; Guido Schenzl Admontensis; Gregorius Sogavsky Raigradiensis; Bertalanffy Theodosius, Feter Hippolytus, Jedlik Anianus, Ioannes Kruesz, de Monte Pannoniae.

Operibus, quae sunt de historia naturali, nomen sibi fecerunt Hanf Blasius Lambertinus, clarus ornithologus eiusque sodalis Coelestinus Kodermann; Cammerer Sebastianus Scotensis; Gabriel Strobl Admontensis, botanicus; Fellöcker Sigismundus Cremifanensis, mineralogus; Kaltenegger Leonides Admontensis; Modestus Schmetterer, ad s. Petrum Salisburgi; Othmarus Conrad, oeconomus Raigradiensis, pomologus.

De arte mathematica scripserunt opera laude digna Placidus Fixlmillner, Marianus Koller, Cremifanenses; Adalbertus Brestyensky, de Monte Pannoniae; Timotheus Matausek, Paulus Reinelt, Braunavienses; Derderianus Lucas, Mechitharista.

Etiam artibus liberalibus, praecipue poeticae et musicae magna cum diligentia se dederunt ordinis sodales. Maximis laudibus efferuntur Michael Enk Mellicensis, qui carmine didactico „Die Blumen“ merito admirationem hominum in se convertit; Beda Pieringer Cremifanensis, cuius carmen „Der Christbaum“, effictum ex Schilleri carmine „Die Glocke“, optimis, quae in lingua Germanica prolata sunt, vix inferius est; Nyutussi Ignatius, de s. Monte Pannoniae, qui in carminibus sacris magnum animi ingenium prae se fert eiusque sodales Czuczor Gregorius, Erodi Daniel, Tomanik Franciscus.

Carmina popularia, quae maxime laudantur, Maurus Lindemeyer Lambacensis admirabili cum ingenio primus in Austria in dialecto Austriae superioris composuit, eiusque carmina „Der klagende Bauer“, „Die Hexe“, „Vom Aderlassen“, „Der Traum“, „Der Binder“ alia adhuc in ore populi Austriae superioris sunt. Eum bene imitatus est Leopoldus Koppelhuber, Cremifanensis, cuius carmina iocosa maxima ex parte sermone hominum tantum posteris prodita sunt.

In explicanda arte musica nomen sibi fecerat Maximilianus Stadler Mellicensis; Philippus Pusterhofer Admontensis; Gunther Kronegger Cremifanensis; Georgius Hauer Seitenstettensis; Magnus Ortwein Marienbergensis; Benno Tiray Raigradiensis; Gotthardus Dagn, ex Fiecht in Tiroli. Artis musicae historiam vero summa laude conscripsit Abbas princeps Martinus Gerbert ex monasterio ad s. Blasium.

Ceteras quoque artes non esse neglectas praeter alia demonstrant imagines incisae Colomanni Fellner Lambacensis, qui artem lithographicam, cum iter faciens principia eius Monachii 1813 reperisset, primus in Austria prospere exercuit.

Memoratu denique digni sunt illi viri, qui bibliothecas in monasteriis suis disponentes et describentes, magnam litterarum cognitionem ostenderunt. Qua in re bene meriti sunt praeter Martinum Kropf Mellicensem Alexius Habrecht et Benedictus Richter Raigradienses; Norbertus Pampichler Seitenstettensis; Godofredus Reichart Gottvicensis; nostris temporibus Hugo Schmidt Cremifanensis.

In extremo prooemio, quod quam sit exiguum, sentimus, si ea, quae filii s. Benedicti in imperio Austriaco-Hungariae profecerint, animis repetimus, ut humilitati a s. ordinis conditore identidem commendatae nihil derogemus, dicere licet: Familia Benedictina „panem otiosa non comedit“.

Abday Astricus Alexander (de s. Monte Pannoniae), Iaurini eiusdem com. in Hungaria die 13. Febr. 1842 natus, s. habitu die 8. Sept. 1859 indutus, vota sollemnia die 19. Sept. 1866 emisit, et eodem anno, studiis s. theologiae in regia universitate Hung. absolutis, die 5. Oct. sacerdotio initiatus est. 1866—68 orator a sacris simulque professor in monte sacro, 1868—72 professor Strigonii, 1872—79 Iaurini, nunc eodem officio in s. monte in lyceo archiabbatiali fungitur. Scripsit:

I. Krisztus és a század, vagy: A tudományok uj bizonyitékai a kath. hit mellett. Irta Roselly de Lorgues. A franczia 15. kiadás után németből A. B. O. (i. e. Christus et saeculum cet. Scripsit Roselly de L., in linguam Hung. converterunt Abday, Beidl, Olgyay.) Pest. Poldini. 1865. 8°. 270 p.

II. Εἰσφορά: Földjövedelmi adó Attikában. A rendkivüli hadi költségek fedezésére. Görög forrásokból irta Abday Astrik. (i. e. De tributo ad impensas belli extraordinarias tolerandas Atheniensibus imponi solito. Ex fontibus Graecis.) Pest. 1871. 8°. 52 p.

III. Laokoon. Györ. 1874. 8°. 9 p.

Achleuthner Leonardus (Cremifanensis). Austriacus Cremifanensis die 10. Ian. 1826 natus, gymnasialibus et philosophicis studiis in scholis Cremifanensibus absolutis, s. habitu indutus die 15. Sept. 1845, theologiae in lyceo Linciensi operam dedit, die 7. Aug. 1849 professus, s. presbyteratus sacramentum accepit die 22. Iul. 1850.

1851—52 studiis philologicis et historicis in univ. Vindob. vacavit; ab anno 1853 professor linguae Graecae et Latinae in gymnasio; 1856—68 simul in convictu praefectus, ab anno 1873 simul cancellariae director et archivarius, ab anno 1877 simul director gymnasii.

Eius scripta typis impressa haec sunt:

I. De Gualteri Castellionensis Alexandreide. Vide: Gymnasialprogramm, 1861, Linz, Druck von I. Feichtingers Erben. 4°. 24 p.

II. Schwarzenbrunners historische Thätigkeit. (i. e. De Bonifacii Schwarzenbrunner Cremifanensis opusculis historicis dissertatio.) Vide: Gymnasialprogramm, 1867, Druck von I. Feichtingers Erben. 4°. p. 31—54.

III. Catalogus religiosorum monasterii Cremifanensis O. S. B. (Addita est series defunctorum ab anno 1777, perscriptio monasteriorum cum Cremifanensi confoederatorum et parochiarum monasterio incorporatarum.) Lincii, typis heredum I. Feichtinger. 1877. 8°. 134 p. (anonyme).

IV. Das älteste Urbarium von Kremsmünster. (i. e. Antiquissimum monasterii urbarium, ad sollemnitatem XI. iubilaei editum.) Wien, k. k. Hof- und Staatsdruckerei. 1877. 8°. 191 p.

Praeterea conscripsit 26 epistolas, quas rotulares dicunt (vitas defunctorum religiosorum). Lincii, typis heredum I. Feichtinger. 1868—77. 2°.

Adolph Meinradus Ioannes B. (Scotensis). In Chorherrn Austriae in-

ferioris vico, vitae lumen adiit die 1. Mart. 1811. Grammaticam cum literis humanioribus egregie edoctus in gymnasio ad Scotos ac philosophicis disciplinis laudabiliter absolutis in univ. Vindob., s. habitu indutus est die 15. Sept. 1834 et emissis votis sollemnibus die 5. Oct. 1837 emensoque s. theologiae in univ. Vindob. cursu sacerdotio inauguratus die s. Iacobi 1839, primam Deo Optimo hostiam incruentam obtulit die 4. Aug. eiusdem anni. Statim deinde curae animarum addictus, cum cooperatorem egisset strenuum in Platt, Gaunersdorf et Pulkau, pari munere functus est in suburbio Vindob. ad s. Udalricum 1849—51, postremo in suburbio Gumpendorf dicto. Unde 1859 in monasterium redux ibidem curati et catechetae sacristiaeque directoris partes susceptas egregie tuitus est, donec die 30. Apr. 1871 subprior designatus est ex anno 1866 asceterii director spiritualis. His muneribus, addito insuper officio curatoris infirmorum, hucusque fungitur. Typis edidit:

I. Angebinde für Jünglinge nach ihrem Austritte aus der Schule. Mit einem Bilde. (Liber ad excitandam pietatem in juvenibus e schola egredientibus destinatus. Cum imag.) 1 vol. 8°. Viennae. 1852, typ. Leop. Grund.

II. Kreuzweg-Andacht für die Pfarre Gumpendorf. (Via crucis.) Viennae. 1854, iisdem typis.

III. E lingua Italica in Germanicam vertit hymnum epithalamium: Ode zur Allerhöchsten Vermählungsfeier Sr. k. k. Apost. Majestät des Kaisers Franz Joseph I. Viennae. 1854.

IV. Gedenkbuch der Wiener Vorstadtpfarre Gumpendorf. (Commentarii parochiae suburb. Gumpendorf, cum imag. eccles. paroch.) 1 vol. 8°. Viennae. 1857, typis Congr. Mechithar.

V. Kurzgefasster Elementarunterricht zur Erlernung der italienischen Sprache. (Elementa linguae Italicae.) 1 vol. 8°. Viennae. 1861, typis A. Pichler vid. et fil.

VI. Chronicum literarium continens diversa opuscula, quae a R. R. Patribus Benedictino-Scotensibus conscripta typisque mandata vel solummodo ut manuscripta in ipsius Monasterii bibliotheca adservantur. 1 vol. 4°. Viennae. 1874. typis Congr. Mechithar. (Seidl-Mayer). (Qui liber, multis adnotationibus adauctus, paratus est, ut denuo typis mandetur.)

Manuscripta porro ipse auctor adservat:

VII. Grammatikalische Elemente der spanischen Sprache. (Elementa grammatices Hispanicae.) 1864.

VIII. Grammatica linguae Germanicae. 1807. R. d. abbati Othmaro tradita.

IX. Praelectiones diligentissime conscriptae indeque ab anno 1867 pro exercitiis conventualibus habitae.

X. Gedenkbuch der Stiftspfarre Schotten von der Gründung bis 1864. (Commentarii parochiae claustralis ad Scotos Viennae ab ea condita usque ad annum 1864.) 1 vol. 4°. mscrpt. adservat ibidem.

Alber Udalricus (Mellicensis), progenie honesta die 12. Ian. 1794. Gerusii, in Austriae inferioris vico, natus, puer accrescens literarum studiis traditus est, quarum cursum gymnasialem Hornii, philosophicum Cremsii peregit. Quum iuvenis coetui Mellicensi aggregari rogaret, voti sui compos factus die 16. Oct. 1814, regularem vestem induit. Tirocinio expleto primo triennio in monasterio Gotwicensi, quarto anno in seminario Sanhippolytano ad theologiae disciplinas incubuit, et die 22. Mart. 1818 unanimi consensu ad professionem sollemnem admissus, die 5. Sept. 1819 Deo novi foederis hostiam incruentam litavit. Neomysta adulescentulos in gymnasio Mellicensi grammaticam docuit, et tribus post annis, tentamine peracto, cathedram disciplinae dogmaticae in instituto

domestico ascendit, et sequenti anno magister novitiorum et director clericorum nominatus est. Anno 1838 cammerariae et cancellariae praefecturam obtinuit, quam octennio egregie gessit. Non minus in vinea Domini omnes boni operarii numeros solvit, cum anno 1846 parochiam in Ravelsbach, 1848 in Groissenbrunn, 1851 in Leobersdorf administraret. Anno 1859 ad oeconomiam praedii in Leestorf regendam vocatus, triennio rebus monasterii bene consuluit. 1862 prior electus est, in quo dignitatis gradu per sex annos strenuus stetit. Ab anno 1868 usque ad obitum suum die 8. Maii 1871 in oppido Mellicensi parochi officiis tantam operam navit, ut reverendissimus dominus episcopus Sanhippolytanus Iosephus Fessler eum decreto de die 4. Iul. 1868 titulo „Consistorialis Consiliarii“ illustraret. Mellicii illos etiam faustos dies peregit, quos videre perpaucis tantum contingit, cum professionis religiosae et sacerdotii primitias iterans die 28. Aug. 1869 missae sacrificium ardentiori effectu, quam pompa sollemni celebravit. Scripsit:

Ein Buch zur häuslichen Erbauung und Belehrung für diejenigen, welche die sonn- und festtäglichen Evangelien lesen. 2 Bände. St. Pölten bei Passy und Sydy. 1863 und 1864. 8°. (i. e. Liber ad pios sensus excitandos conscriptus etc. tomi duo.)

Allmayer Udalricus (Seitenstadiensis). In Schattau Moraviae die 5. Sept. 1820 natus, s. ordinis habitu in monasterio Seitenstadiensi indutus est 15. Aug. 1842, quo eodem die anni 1846 votis sollemnibus se obstrinxit, anni 1847 primitias sacerdotii Deo obtulit. Variis deinde monasterio functus est officiis: primum sacerdotii annum in vinea Domini transegit presbyteri auxiliaris munere fungens, anno 1848 c. r. gymnasii Seitenstadiensis professor, anno 1850 in monte sacro, anno 1852 in Ibbsitz, 1854 in parochia claustrali cooperator factus est, 1862 rerum rusticarum, silvarum, cellae vinariae cura ei defertur, anno 1870 parochiam Biberbacensem regendam suscepit; 1876 domibus monasterii Seitenstadiensis Vindobonensibus administrandis est praefectus quo in munere die 28. Mart. 1878 mortem obiit. Typis exscripsit:

Predigt über die dogmatische Entscheidung der unbefleckten Empfängniss der allerseligsten Jungfrau. (Concio de definitione dogmatica immaculatae B. M. V. conceptionis.)

Anchely Ildephonsus (de s. Monte Pannoniae), in Vásárhely com. Veszprém. in Hungaria die 26. Sept. 1753 natus, vota sollemnia die 29. Sept. 1777 emisit et die 31. Ian. 1779 presbyter factus est. Ab anno 1802 ad annum 1806 professor Iaurini, 1806 ad 1807 administrator bonorum et parochiae in Füss, 1807—9 superior domus et director gymn. Tyrnaviae, quo anno vita cessit. Scripsit:

Adversariorum quaterniones. 1779—84. 4°. 450 p. Ms. Adserv. in bibliotheca in monte s.

Andexer Iacobus (ex Fiecht in Tiroli), natus in Rattenberg die 3. Sept. 1757, vota sollemnia emisit die 8. Sept. 1781, eodemque anno die 30. Sept. presbyter creatus est. Per plures annos in monasterio theologiam docuit, demum prioris munere fungebatur. Obiit die 22. Nov. anno 1818. Scripta:

I. Assertiones ex jure ecclesiastico. Oeniponte. 1804. 8°.

II. Positiones ex theologia et jure ecclesiastico. Oeniponte. 1805. 8°.

Andorfer Caietanus (Mellicensis). Riedenthalii in Austria 1748 13. Maii natus et in monasterio a puero educatus, eidemque 1767 21. Nov. professione sollemni omnium votis sociatus, 1762 sacerdotio decoratus, spes magnas, quas de eo Mellicium concepit, non fefellit; quippe professor humaniorum, studiosae iuventutis praefectus, magister novitiorum, tandem parochus in Draiskirchen, ubi die 13. Oct. 1786 victima caritatis ex contagione obiit, ubique dignum civem sese exhibuit. Scripsit:

Predigt zur Ehre der heiligsten Dreyfaltigkeit, welche gehalten worden, als derselben hochheiliges Fest am 21. des Maymonates, als am heiligen Dreyfaltigkeitsonntage in dem heiligen und berühmten Gnadenorte der heiligsten Dreyfaltigkeit am Sonntagberge andächtig gefeyert wurde. Steyr, mit Wimmer'schen Schriften gedruckt. 4°. (i. e. Concio in honorem sanctissimae trinitatis habita in festo eiusdem s. trinitatis in „Sonntagsberg".)

Arigler Altmannus (Gottvicensis), Kirchdorfii in Austria sup. die 6. Nov. 1768 lucem adspexit et s. lavacro nomen Francisci Xav. obtinuit. Absoluto Lincii gymnasii et studiorum philosophicorum curriculo die 5. Sept. 1790 s. habitu Gottvici indutus et die 11. Nov. 1792 sollemniter professus studiis theologicis sub haec Viennae in seminario generali omni cum laude absolutis, primam die 31. Mart. 1793 in ecclesia claustrali litavit Deo O. hostiam. Quamvis Altmannus omni disciplinarum theologicarum genere excelleret, biblico tamen studio praecipuam navavit operam, quapropter is, iuvenis sacerdos, 1794 idoneus iudicatus est, qui publicus Lincii professor s. utriusque foederis literas interpretaretur. Easdem disciplinas tractavit ab anno 1800 Gottvici et ab anno 1806 in univ. Vindob. usque ad annum 1812, quo die 2. Sept. abbas Gottvicensis est electus. In docendi munere ita excelluit, ut universitas Vindobonensis eidem doctoris s. theologiae diploma transmitteret et imperator Franciscus I. eundem titulo consiliarii cels. regiminis inf. Aust. insignire dignaretur. Monasterii gubernacula aerumnosis gessit temporibus et tamen statum temporalem auxit. Professus et sacerdos iubilaeus die 20. Iun. 1843 secunditias celebravit, qua occasione ab imp. Ferdinando I. equitis cruce caes. ordinis Leopoldi est decoratus. Die 5. Iun. 1846 pie in Domino obdormivit.

Ab eodem scripta exstant:

I. Oratio academica, habita ad initium anni scholastici 1809 in univ. Vindob. Viennae, typis M. A. Schmidt.

II. Hermeneutica biblica in usum academicum.

III. Introductio in libros veteris foederis. Man. 6 tom. in biblioth. Gottv. adserv.

Aschauer Placidus (Gottvicensis), in Waitzenkirchen Austr. sup. die 9. Febr. 1779 natus, absolutis Lincii studiis gymnasialibus et philosophicis habitum regularem die 6. Oct. 1799 induit, die 10. Oct. 1802 vota sollemnia emisit ac die 12. Iun. 1803 primum s. missae sacrificium Omnipotenti obtulit. Variis dein monasterii sui officiis uti cooperatoris in Grünau, 1806 professoris studii biblici in monasterio, 1811 subprioris, 1812 prioris, 1819 parochi in Grünau, ab anno 1825 iterum prioris maxima cum laude functus est et pie in Domino obdormivit die 18. Aug. 1848.

Beschaffenheit des wahren Tugendeifers. Predigt, gehalten am 2. Mai 1840 in der Franziskanerkirche zu St. Pölten. Heiligsprechungsfeier p. 143. (i. e. De verae virtutis ingenio concio.)

Auboeck Udalricus (Cremifanensis), antea Guilielmus, die 19. Maii 1827 in pago Austriae superioris Voecklamarkt natus, studia humaniora in gymnasio et lyceo Cremifanensi alumnus c. r. convictus absolvit. S. ordinis nostri veste indutus 11. Sept. 1847, theologicas disciplinas Lincii didicit et die 25. Aug. 1851 in regulam s. p. Benedicti sollemniter iuravit. Die 22. Sept. 1852 sacerdotio initiatus 1852—53 in Thalheim, 1853 usque ad mensem Oct. in Sipbachzell, deinde usque ad annum 1868 in parochia Cremifanensi cooperatorem simulque catechetam in Krühub, schola triviali, egit; ab anno 1868 sui iuris factus parochiae in monte s. Magdalenae praefuit, zelosissime in vinea Domini desudans obiit die 13. Febr. 1870. Edidit:

Ein Wort für Priester und Volk. Predigt zur Primizfeier des Hochw. Herrn Leopold Rendl in der Markt- und Pfarrkirche zu Voecklamarkt am 9. August 1865. 2. Aufl. 1865. Druck von Feichtingers Erben, Linz. Verleger Leopold Rendl. (i. e. Oratio s. habita ad sollemnitatem primi sacrificii Leopoldi Rendl.)

Avagian, P. Adeodatus (Mechitharista), in oppido Lysiec in Galicia die 7. Febr. 1826 natus, Viennae in Austria habitu s. die 14. Maii 1842 indutus, die 21. Nov. 1843 vota emisit, et die 13. Oct. 1850 consecratus est presbyter. In monasterio fuit per aliquot annos professor geographiae et historiae naturalis. — Ab anno 1861 Tergesti in gymnasio Mechitharistarum Viennensium fuit professor geographiae, historiae naturalis et physicae. Anno 1874 demandatum est eidem in eodem gymnasio munus directoris.

Opera eius in ling. Neoarmena typis edita:

I. *Ջուարճալիք բնապատմութեան*, i. e. Amoenitates historiae naturalis. Viennae, typis Mechith. 1857.

II. *Ատլաս կամ աշխարհացոյց*, i. e. Atlas h. e. tabularum geographicarum volumen, in usum scholarum nationalium. Viennae, typis Mechith. 1857.

III. *Մարիամ Սթուարթայ պատմութիւն*. i. e. Historia (vitae) Mariae Stuart, reginae Scotiae. Viennae, typis Mechith. 1861.

Avgerian (= Auker) P. Nicolaus (Mechitharista), Smyrnae die 28. Sept. 1832 natus, Viennae in Austria habitu s. die 8. Apr. 1850 indutus, die 15. Sept. 1852 vota emisit, et die 24. Dec. 1854 consecratus est presbyter. In monasterio fuit subpraefectus novitiorum, tum professor humaniorum studiorum et philosophiae, anno 1856 docuit theologiam dogmaticam. Anno 1859 Smyrnam missus, in collegio Mechith. Viennensium fuit primum professor humaniorum studiorum, deinde director, demum superior simul et director.

Opus eius in ling. Neoarmena typis editum:

Ընդհանուր պատմութիւն, i. e. Historia universalis in usum superiorum scholarum nationalium. Vol. I. Viennae, typis Mechith. 1861.

Aydinian, P. Arsenius (Mechitharista), Constantinopoli die 18. Ian. 1825 natus, Viennae in Austria habitu s. die 3. Nov. 1840 indutus, die 14. Maii 1842 vota emisit, et die 1. Nov. 1845 consecratus est presbyter. In monasterio fuit subpraefectus novitiorum et professor humaniorum studiorum. — Bis (anno 1851 et 1855) Smyrnam missus, per aliquot annos incumbebat primum officio missionarii apostolici, deinde professoris, demum directoris in collegio Mechith. Viennensium. Smyrna Constantinopolim missus, per aliquot annos

directoris munere fungebatur in collegio Mechith. Viennensium, anno 1861—66 fuit secretarius congregationis. Ab anno 1877 peragit Constantinopoli officium superioris domus missionis Mechitharistarum Viennensium.

Opera eius typis edita:

I. ՎՀնոական քերականութ. աշխարհաբար, i. e. Grammatica critica Neo-armenae linguae cum copiosa introductione nec non brevi grammatica linguae Palaeo-armenae. Viennae, typis Mechith. 1866.

II. ՎՔերականութիւն աշխարհաբար, i. e. Grammatica Neo-armenae linguae. Additur doctrina de prosodia Armena. Viennae, typis Mechith. 1866.

III. Երկրագունդ, i. e. Magnus Globus terrestris, diametro duorum pedum magnitudinis. Delineavit et descripsit (literis armeniacis) P. Ar. Aydin. Viennae. 1847.

IV. Կարգ դպրութեան ... Ս. պատարագի, i. e. Ordo (= διάταξις) s. ministerii in missa celebri, sive sollemnis in ecclesia ritus armeni. In usum ministrorum (diaconorum et cantorum). Nova editio ad fidem antiquorum authenticorum codicum m. s. s. (a P. Ar. Ayd.) recensita, additis adcuratioribus monitis. — Accedit supplementum de ritibus administrandi sacramenta baptismi, confirmationis et matrimonii etc. etc.

Azaria (= Azarian) illustrissimus dom. Aristaces (Mechitharista), Constantinopoli die 28. Iul. 1782 natus, Tergesti habitu s. die 25. Mart. 1801 indutus, die 8. Sept. 1802 vota emisit, et die 25. Dec. 1803 consecratus est presbyter. Ille est unus ex Mechitharistis, qui (anno 1810) Tergesto Viennam in Austria transmigrarunt. Anno 1818 missus est Constantinopolim munere missionarii apostolici. Post tres annos revocatus est Viennam. — Cum illustrissimus dom. Adeodatus Babikian, abbas gen. congreg., iam 85 annorum senex, infirmae valetudinis causa tranquillitate indigeret, anno 1823 datus est eidem vicarius P. Aristaces Azaria titulo prioris congregationis. Post duos annos, eodem illustrissimo domino Adeodato Babikian, die 18. Apr. 1825 octogesimo septimo vitae suae anno pie mortuo, reverendissimus P. Aristaces munus prioris continuabat usque ad annum 1826. Eodem (1826) anno die 19. Apr. in capitulo generali congregationis eligebatur idem reverendissimus P. Aristaces Azaria in abbatem generalem congreg. Mechith. Viennensium. Anno subsequente Summus Pontifex Leo XII. per breve (ddo. 23. Iun. 1827.) reverendissimum Aristacem Azaria nominavit archiepiscopum Caesareae in Cappadocia in part. infid. Eodem anno suscepit ille consecrationem archiepiscopalem in ecclesia Mechitharistarum Viennensium ab excellentissimo domino Leop. Maximiliano comite de Firmian principe-archiepiscopo Viennae.

(NB. Pro praesenti opere, cuius editionem reverendissimi PP. Benedictini Austro-Hungariae nuper susceperunt, valde prolixum foret, si quis vellet plene enarrare omnia conamina et opera exsecuta ab illustrissimo domino Aristace Azaria 30 annorum cursu, quibus suam congregationem moderatus est. Hinc consultum videtur in hoc catalogo succincta narratione, chronologico quidem ordine delibare opera, quibus ille his 30 annis regiminis sui congregationem Mechitharisticam Vindobonensem augere atque ornare conatus est. Ceterum monemus amice benevolos lectores, ut adeant, si ita placuerit, opus lingua Germanica conscriptum a viro docto, Frederico de Hurter, titulo: „Aus dem Leben des hochw. Herrn Aristaces Azaria, Wien, Mechithar.-Buchdruckerei, 1855.“ —

Fr. de Hurter, inter primos amicos illustrissimi Aristacis, paucis diebus post obitum eius historiam vitae eiusdem uberiori sermone perscripsit ex documentis archivi Mechith. Viennens. tum ex notitiis dictatis a senioribus patribus, denique ex notitiis, quas ipse norat.)

Congregatio Mechitharistica 17 annis suae existentiae Viennae, Dei Omnipotentis miseratione, multoque labore et sudore suorum membrorum paulatim meliorem sortem nacta, iam potuerat maiorem in dies numerum alumnorum suscipere, alere et pro congregatione ipsa educare. Ita, ut cum illustrissimus dominus Aristaces anno 1826 suum regimen iniret, numerus sacerdotum iuniorum ad 19 crevisset; nec minor erat numerus clericorum et alumnorum. Ille inde a principio sui regiminis cum pro interna suorum monastica disciplina summa diligentia paternaque cura vigilaret, nunquam neglegebat eorum in literis progressum, tam in studiis theologicis, quam philosophicis et ceteris scientiis humanioribus, sustentare atque fovere. Memor enim erat duplicis finis, quo ductus fundator congregationis, venerabilis Mechithar. abbas, suum ordinem instituerat: non solum scilicet missionarios sive doctores praeconesve fidei catholicae parandi, verum etiam institutores et praeceptores informandi, qui domi et foris, in scholis et institutis iuventutem armenam tam in bonis moribus quam in disciplina variarum scientiarum instruerent.

Antiquum monasterium PP. Capucinorum, quod congregatio anno 1810 sua pecunia sibi proprium fecerat, propter vetustatem et angustiam, nullo modo omnibus commodis satisfacere poterat. Hinc coactum se vidit illustrissimus abbas antiquum illud aedificium demoliri eiusque loco novum latiusque patens monasterium aedificare. Anno igitur 1836 prima fundamenta poni curavit, et post annum et sex menses opus inchoatum, Deo adiuvante, ad finem adduxit. Novi huius monasterii pars, haud parva, officinae typographicae separatim fuit destinata. Anno 1837 die 18. Oct. Sua Maiestas Ferdinandus I. Austriae imperator huic novo aedificio lapidem fundamentalem sollemniter ponere dignatus est. Anno 1850 praevio consilio cum suis in capitulo generali capto, redegit illustrissimus abbas excerpta sive compendium ex praecipuis capitibus constitutionis ab ipso fundatore Mechith. concedente s. Sede apost. (anno 1710) conscriptae. Eodem ipso anno se Romam conferens illustrissimus abbas, praefatum compendium Summo Pontifici Pio IX. proposuit, humillimis precibus obsecrans, ut s. Pater suprema sua auctoritate hoc compendium sancire approbareque dignaretur. — Eius precibus libenter indulgens s. Pater, per breve suum, ddo. Romae die 23. Ian. 1852, compendium illud approbavit. Idem compendium in typ. Mechithar. editum est anno 1852, in ling. Arm. et Lat., sub titulo: Հիմնական կանոնք միխիթ. ուխտին Վիեննայ. Lat.: Regulae fundamentales congregationis Mechitharisticae Vindobonensis. Voti compos, alacri animo Viennam reversus illustrissimus dominus Ar. Azaria, die 27. Maii 1852 vigesimum quintum diem anniversarium i. e. semiiubilaeum archiepiscopatus sui sollemniter celebravit. Post duos annos, die 2. Febr. 1854 maiori pompa et splendore celebravit sacerdotii sui s. iubilaeum. Hac occasione placuit Suae c. r. ap. Maiestati,

imperatori regi Austro-Hungariae, Francisco Iosepho I. abbatem generalem et archiepiscopum Aristacem cruce maiori ordinis sui coronae ferreae distinguere et decorare. Post tam faustum, felixque festum haud longo tempore concedebatur congregationi Mechith. Vindobonensi excellentis sui antistitis praesentia frui. Nam die 6. Maii 1855 illustrissimus abbas generalis et archiepiscopus Aristaces placida morte e vivis excedebat.

Opera eiusdem illustrissimi domini abbatis:

Nullum quidem opus, huius praelati nomine expresso typis editum, existit. Nihilominus norunt amici cum eodem intima familiaritate coniuncti genuinas eius lucubrationes esse:

I. Opus in lingua Germanica typis editum: Die Erziehung im Geiste des Christenthums. Ipse totum hoc opus in lingua Italica conscripsit, suumque manuscriptum per virum in variis linguis apprime versatum in linguam Germanicam verti fecit. Et cum hanc versionem in Austria typis mandare nequiret, alibi curavit eam in lucem edi. 1839.

II. Aliud opusculum ab eodem illustrissimo domino in Italico sermone conscriptum et in linguam Germanicam translatum typisque editum inscribitur: Entwurf zu einem Systeme für den Religionsunterricht. Vom Verfasser des Werkes: Erziehung im Geiste des Christenthums. Wien, Mechith.-Buchdruckerei. 1853.

III. In Latina lingua edidit opusculum, cui titulus est: De vita communi perfecta utriusque religiosorum sexus. Ab A. A. G. (i. e. Aristace abbate generali). Viennae, typis Congr. Mechith. 1854.

Baader Marcus (San-Blasianus, postea San-Paulanus). Natus est in Löffingen in magno ducatu Badensi die 1. Mart. 1752; s. habitu indutus in divo Blasio die 8. Oct. 1771; sollemniter professus die 6. Iun. 1773; sacerdotio initiatus die 1. Iun. 1776. Philosophiae et theologiae studiis in divo Blasio peractis, et ad omne opus bonum instructus, curae mox et saluti animarum applicatus, parochiis successive praepositus est non minus 8. Hasque emensus omnes, constitutus exin superior in Mengen, prior in Oberriedt, decanus demum in s. Blasio per annos aliquot hanc sibi ultimo demandatam provinciam, post diram quoque coenobii et congregationis s. Blasii dissolutionem e patriisque Laribus emigrationem, etiam in s. Paulo, parochiae cura auctam, retinens, strenue, impigre, vigilantissime administravit, cum ingenti disciplinae monasticae et parochianorum emolumento, forma factus gregis ex animo. Aetate demum, laboribus et viribus fractus die 26. Oct. 1822 placidissime obdormivit in domino.

Typis imprimi fecit:

I. Andacht vor dem heiligsten Altarssacrament. (i. e. Pia devotio ad sanctissimum sacramentum.) Klagenfurt, gedruckt bei Johann Leon. 1818. 8°. 185 p.

II. Dreissig Betrachtungen über das Leiden Iesu Christi. (i. e. Meditationes 30 de passione Domini.) *a)* Mit der Geschichte aus der heiligen Schrift; *b)* mit den schönsten und auserlesensten Lehrstücken; *c)* mit dazu anpassenden Gebeten, — sammt doppeltem Anhange. Klagenfurt, gedruckt bei Johann Leon. 1818. 8°. 342 p.

Babikian, illustrissimus dominus Adeodatus (Mechitharista). Dsulfae (= Tschugha) in Persia anno 1738 (?) natus. Ille est unus ex patribus Mechitharistis, qui se anno 1773 Venetiis contulerunt Tergeste et Congregationem Mechitharisticam Tergestinam fundaverunt. Anno 1800 dominus Adeodatus per decretum (= breve) summi pontificis Pii VII.

(ddo. Venetiis die 31. Maii 1800) fuit nominatus et consecratus archiepiscopus titulo: Eczmiadzini in part. infidel. Anno 1802 fuit electus abbas generalis congr. Mechitharisticae Tergestinae. Opportuno sane tempore vocaverat providentia divina hunc praelatum ad hoc arduum munus, ut tanquam patronus ac praesidium sustineret tuereturque congregationem in aerumnarum diebus, qui mox toti familiae Mechitharisticae Tergesti imminebant. Galli iam ab anno 1805 in terram urbemque irruerant; pro Mechitharistis crescebant in dies futurae calamitatis pericula. Illustrissimus dominus Adeodatus uti pater pastorque bonus suo exemplo efficacique sermone spem anxiis mentibus viresque addidit, ne sui in vocationis suae stabilitate vacillarent, sed potius meliora tempora a divina providentia sperantes ac petentes, animo fidenti essent. Annis quinque in huiusmodi anxietate transactis, cum dies infausti cominus impenderent, nullaque incolumitatis spes pro congregatione Tergesti remaneret, coactus est illustrissimus dominus Adeodatus alibi pro suis familiaribus asylum quaerere. Igitur initio anni 1810 suos Tergesti Deo, Deiparaeque Virgini patronae congregationis commendans, ipse cum suo secretario iter ingressus est. Ast postquam spem fausti successus ubique extenuari et evanescere vidit, ultima experiri tentavit. Continuans iter suum, primis diebus mensis Octobris eiusdem anni in Austriae metropolim, Viennam pervenit. Ibidem, Deo eius conamina coronante, optatum impetravit: pientissimi scilicet Caesaris et Regis Francisci I. gratioso concessu Capucinorum monasterium cum ecclesia in suburbio acquisivit. Mox secuti sunt eum sex presbyteri congregationis Tergesti exules. Anno subsequenti (1811) initio mensis Februarii, omnes simul iubilantes et laudes ad Deum in excelsis attollentes ingressum suum in novam possessionem celebrarunt. Mechitharistae Vindobonenses in gratiarum actionem pro tantis laboribus, tantisque beneficiis illustrissimi sui abbatis, tanquam secundi fundatoris, filiali pietate memoriam eius venerari nunquam omittunt. Ipse autem illustrissimus praesul ut zelo amoreque paterno suam familiam amplectebatur, ita pro eiusdem maiori progressu in literarum disciplina semper sollicitus erat. Fuit ipse multum versatus in linguis Latina et Italica, maxime vero in philosophia et theologia (praecipue Thomistica). Conabatur verbo et scriptis, ut religiosi sui in his studiis singulariter excellerent. Iam senex octogenarius non cessabat in domesticis praelectionibus quotidianis theologiam dogmaticam et moralem suis clericis in lingua Armeniaca tradere. Meritis plenus, octoginta annos natus, Viennae in monasterio suo die 18. Apr. 1825 vita defunctus est.

Scripsit et ex Lat. in Palaeoarmenum sermonem transtulit:

I. Բովանդակութիւն Ս. Թովմայի, i. e. (Cum aliquibus sociis suis, cum adhuc Venetiis degeret) ex Lat. in Palaeoarmenum vertit aliquot tractatus ex C. Renati Billuart ord. Praed. Cursu theologiae universalis iuxta mentem . . . D. Thomae. Scilicet Tractatus *a)* de Deo uno et trino; *b)* de incarnatione; *c)* de gratia, et *d)* de angelis. — Ex hac versione tantum tractatus *a)* de Deo uno et trino, et *b)* de angelis, in 2 vol. typis mandati sunt. Tergesti, typis Mechith. 1788.

NB. Reliqui tractatus supra nominati, quos illustrissimus Dominus Adeodatus in Arm. vertit, uti codices manuscripti cum ceteris codicibus

mss. eiusdem adservantur in bibliotheca monasterii Mechitharistarum Viennae.

II. Բովանդակութիւն բովանդ Ս. Թովմ, i. e. Summa summae s. Thomae, seu epitome theologiae universalis, C. Renati Billuart. 3 vol. Versio ex Lat. in Palaeoarm. In fine voluminis tertii adiecit translator: Explicationes plurimorum vocabulorum (maiori ex parte theologicorum), quae in aliis vocabulariis raro reperiuntur. Tergesti et Viennae, typis Mechith. 1810 ad 1813.

III. Յայտյանդիմանութիւն ճշմարտութեան, i. e. Expositio veritatis realis contra duorum auctorum Armenorum falsas adsertiones (in hist. eccles. Armen.) Palaeoarmenice. Viennae, typis Mechith. 1817.

Bády Isidorus Ioannes (de s. Monte Pannoniae), in Szent-György com. Strig. in Hungaria die 27. Dec. 1820 natus, s. habitu die 15. Sept. 1839 indutus, sollemnia vota die 2. Iun. 1846 emisit et eodem anno, absolutis in s. Monte s. theologiae studiis, die 20. Iul. presbyter ordinatus est; ex quo tempore ad annum 1857 Papae, 1857—58 Iaurini munere professoris, 1858—60 in abbatia de Tihany, 1860 ad 1863 in s. Martino officio administratoris parochiae functus, ex eo idem munus in Csanak obiit. Scripsit:

I. Alkalmi beszéd, midőn t. Ecsy L. születésének 50-ik, felügyelőségének 25. évét a füredsavanyu viz kath. egyháznak ajándékozott haranggal szentelé. (i. e. Oratio sollemnis, cum L. Écsy annos natus 50, administrationis balneorum Füredienſium 25. anniversarium celebraret.) Veszprém. 1859. 8°. 14 p.

II. Szent Benedek. (i. e. De s. Benedicto.) In „Katholikus néplap". 1859 et 1861.

Bajtsi Iacobus Ignatius (de s. Monte Pannoniae), in Rétalap com. Iaurin. in Hungaria die 14. Dec. 1790 natus, die 30. Oct. 1808 s. habitu indutus, vota sollemnia die 6. Ian. 1812 emisit. 1812 ad 1816 Papae officio professoris functus, redux in s. montem 1816—19 studiis s. theologiae ante interruptis denuo vacavit, quibus absolutis die 30. Aug. 1819 presbyter factus est. Anno 1819—20 officio oratoris a sacris in abbatia B. M. V. de Dömölk, 1820—22 professoris theologiae moralis et pastoralis in s. monte, 1822—25 administratoris parochiae in Bársonyos laudabiliter functus, die 21. Iul. 1826 Papae diem supremum obiit. Scripsit:

I. Theologia moralis concinnata a Iacobo Bajtsi. 3 fasc. 4°. 106, 156, 80 p. Ms. Adserv. in bibl. in s. monte.

II. Theologia pastoralis. 1821. 2 fasc. 4°. 128, 164 p. Ms. Adserv. ibidem.

Balás Theophilus Franciscus (de s. Monte Pannoniae), in Párkány com. Strigon. in Hungaria die 27. Maii 1795 natus, s. habitu die 29. Oct. 1813 indutus, vota sollemnia die 27. Oct. 1816 emisit. Absolutis partim Viennae partim in s. monte s. theologiae studiis die 19. Sept. 1823 sacerdotio insignitus est, cum iam antea 1819 ad 1821 Comaromii officio professoris functus esset. 1823—25 professor Comaromii, 1825—27 Tyrnaviae, 1827—38 Strigonii, 1838—46 superior domus et director gymn. ibidem, 1846—47 spiritualis Comaromii, 1847—50 professor Strigonii, 1850—54 iterum spiritualis Comaromii, 1854—68 parochiam in Nyalka administravit; quibus officiis laudabiliter gestis, 1868 spiritualis, 1873 subprior, 1875 vero prior abbatiae de Bakonybél factus, ibique celebrato anno 1873 iubilaeo sacerdotali, die 5. Iun. 1878 pie in Domino obdormivit.

Poeta non sine divite vena haec scripsit:

I. Eucharisticon honoribus cels. ac rev. d. d. principis Alexandri a Rudna et Divék-Ujfalu, metr. eccles. Strigoniensis archiepiscopi, dum templi, quod cultui genetricis Deiparae in regia Strigoniensium civitate munificentia pietateque singulari erigit, memorialem fundaminis lapidem 2. Iul. 1828 feliciter poneret, dicatum a r. gymnasio Strigon. ord. s. Ben. Strigonii, typis Iosephi Beimel. 4°. 8 p.

II. Carmen honoribus ill. ac rev. d. Thomae Kovács archiabbatis occasione solennis inaugurationis 14. Febr. 1830 oblatum a gymn. Strigon. Ibid. 2°. 8 p.

III. *a)* Gyászemlék ő eminentiája Rudnai és Divékujfalusi herczeg Rudnay Sándornak halálára. (i. e. Carmen lugubre de morte principis Rudnay.) *b)* Memoria anni 1831. In libro: Néhai Rudnay Sándor emlékezetére mondott beszédek és irt versek másodszori kiadása. Esztergami könyvnyomtató Beimel József költségén. 8°. 125 ad 126 et 147—150 p.

IV. Méltóságos kapos-mérei Mérey Sándor úrnak, midőn t. n. Somogy vármegyében a főispányi széket május első napján 1832. elfoglalná. (i. e. Carmen honoribus Alexandri Mérey.) Pesten, Esztergami K. Beimel József betüivel. 4°. 8 p.

V. Lantos dal, mellyet Krajner József Urnak, midőn nyugodalomra lépvén, a tudományok mellett szerzett majd félszázados érdemeiért, fölsőbb kegyelemnél fogva nyert szalagos függő nagy arany díszpénzzel Esztergamban ünnepélyesen fölékesítetnék, tiszteletül nyujtott az ugyan ottani királyi főiskolákban, a sz. Benedek szerzetesei vezérlése alatt tanuló ifjuság. Boldogasszony havának 23. napján 1834. esztendőben. (i. e. Carmen honoribus Iosephi Krajner.) Esztergamban. Beimel József betüivel. 4°.•8 p.

VI. Rímes dal az esztergami tanuló ifjusághoz intézve, mellyet az iskolai év bevégzésekor számos tt. úri hallgatók nagy tetszésével mondott az idősebb tanítványok egyike Kisasszonyhava 1-én 1836. esztendőben. (i. e. Carmen discipulis adhibitum et a quodam discipulo recitatum.) Kiadták a tt. hallgatók jelesbikei magyar lelkesedésből. Ibid. 4°. 8 p.

VII. Celsissimo ac reverendissimo domino domino principi Iosepho Kopácsy, metropolitanae ecclesiae Strigon. archiepiscopo, occasione solennis inaugurationis die 28. Maii 1839 devotissime dicatum a r. gymnasio Strigon. ord. s. Benedicti. Ibid. 2°. 8 p.

VIII. Lessus, quo ill. ac rev. domini Thomae Kovács archiabbatis obitum in exequiis eiusdem IV. Non. Mart. MDCCCXLI luxit conventus s. Martini de s. Monte Pannoniae ord. s. Benedicti. Iaurini. Typis viduae Clarae Streibig. 4°. 8 p.

IX. Gyászhangok néhai Kopácsy József, Magyarország herczeg-primása, hamvai fölött 1847. mindszenthó 25. és 26-án az egyházi gyászünnepély alkalmával végső tiszteletül a sz. Benedekrendüek vezérlete alatti esztergomi kir. középtanodától. (i. e. Carmen lugubre occasione exequiarum Iosephi Kopácsy.) Esztergamban. Beimel József nyomdájából. 2°. 6 p.

X. Örömhangok, mellyekkel főméltóságu herczeg Nagy-kéri Scitovszky Ker. János urnak fényes beiktatását boldogasszony hava 6-án 1850. évben ünneplé az esztergomi kir. tanoda. (i. e. Carmen occasione soll. inaugurationis Ioannis Scitovszky.) Győrött, 1850. 2°. 8 p.

XI. Carmen honoribus ill. ac rev. domini Ioannis Chrysostomi Kruesz archiabbatis devote dicatum occasione solennis inaugurationis MDCCCLXVI, Comaromii. 1866. Typis fratrum Siegler. 4°. 8 p.

XII. „Hymnos sacros, quos breviarium congregationis olim s. Mauri, per eam s. Martini nuper (1841) adoptatum, in officiis propriis ss. patronorum regni Hungariae pro festo s. Stephani et eius octava Bernardinus Takács et Theophilus Balás, emeriti studii poeseos professores publici, alias quoque ab insignibus versibus occasionalibus clari in spiritu novi huius breviarii composuerunt.“ (Czinár. Monasteriol. I. 154 p.)

XIII. Varia eius carmina manu scripta partim in bibliotheca centrali in s. monte, partim in bibliotheca abbatiae de Bakonybél adservantur.

XIV. Variae eius dissertationes etc. in „Urania“ a Fabiano Szeder red. in lucem prodierunt.

Balgian (= Baldschian), illustrissimus dominus Alexander (Mechi-

tharista), Constantinopoli die 26. Ian. 1814 natus, Viennae in Austria habitu s. die 3. Oct. 1830 indutus, die 2. Apr. 1832 vota emisit, et die 11. Maii 1834 consecratus est presbyter. In monasterio demandabatur ei successivo ordine munus secretarii congregationis, praefecti clericorum et professoris theologiae. Anno 1856 missus est Romam titulo procuratoris congregationis apud s. Sedem, quo munere per annos prope 16 fungebatur. Anno 1875 creatus est (pro negotiis Armenorum in Oriente) consultor in s. collegio de propaganda fide. Eodem anno revocatus Viennam, missus est Constantinopolim officio superioris in hospitio sive domo missionis Mechitharistarum Vindobonensium. Quo munere cum fungeretur, nominatus est anno 1876 a summo pontifice Pio IX. archiepiscopus Achridae in partib. infidel. Eodem anno Romam redux, fuit consecratus archiepiscopus. Ille residet constanter Romae, nam munus eius unicum sive peculiare est, alumnis seu clericis rit. Arm., qui Romae in collegio de propaganda fide studia theologiae absolvunt, sacros ordines impertiri.

Opera eius typis edita:

I. Վ *այբենագրութիւն հայ*, i. e. Calligraphia Armena in 4 fasciculis. Viennae, 1837.

II. Վ *այբենագրութիւն տաճկ*, i. e. Calligraphia Turcica sive Arabica. Viennae, 1845.

III. *Ընդհանուր տեսութիւն երկրագնդ*, i. e. Dissertatio de globo terrestri, cum 6 tabellis. Viennae, typis Mechith. 1839.

IV. *Հրահանգք աստեղագիտական*, i. e. Institutio astronomica de globo coelesti, cum 2 tabellis. Viennae, typis Mechith. 1845.

V. *Աշխարհագրութիւն ուսումնական*, i. e. Geographia mathematica et physica. Item: Institutio de globo terrestri, cum 11 tabellis. Viennae, typis Mechith. 1849.

VI. *Աթոռ Ս. Պետրոսի*, i. e. Sedes s. Petri Romae. Versio Neoarmena operis Th. Wilh. Alles Angli, cum notis et introductione de veritate adventus s. Petri Romam. Item: de primatu pontificis romani testimonia patrum ecclesiae Armenae. Viennae, typis Mechith. 1853.

VII. *Ընդարձակ յղութիւն Ս. Կուսին*, i. e. De immaculata B. V. Mariae conceptione, cum precibus novem dierum de eadem. Viennae, typis Mechith. 1855.

VIII. *Պարբմանց պատասխանները*, i. e. Solutiones expeditae seu responsa ad obiectiones contra catholicam religionem disseminatas. Versio ex ling. Italica in Neoarmen. Viennae, typis Mechith. 1864.

IX. *Պղտութիւնք բաղբաղանաց*, i. e. Novatorum errores detecti ad captum ruricolarum. Versio ex Ital. sermone in Neoarmen. linguam. Viennae. 1866.

X. *Պատմ. կաթոլ. վարդապ. ի Հայս*, i. e. Historia doctrinae catholicae inter Armenos unionisque eorum cum ecclesia Romana in concilio Florentino. Accedunt XIV appendices. — Latine et Armenice separatim. Viennae, typis Mechith. 1878.

Ballay Valerius Ferdinandus (de s. Monte Pannoniae), vicarius et causarum auditor generalis, s. sedis consistorialis Iaurinensis adsessor, sacerdos iubilaris, Quinqueecclesiis com. Barany. in Hungaria die 6. Oct. 1802 natus, habitu s. die 25. Oct. 1817 indutus, die 12. Oct. 1823 vota sollemnia emisit et absolutis s. theologiae studiis die 27. Mart. 1826 presbyter ordinatus est. Ab anno 1825—28 studiis vacabat, deinde variis fungebatur muneribus, et quidem 1828—31 munere professoris theologiae moralis et pastoralis in s. monte, 1831—35 professoris gymn. Comaromii, 1836—45 Sopronii, 1845—47 administratoris parochiae in Kajár, 1847—48 professoris iuris ecclesiastici, 1848—58 theologiae fundamentalis et dogmaticae in s.

monte. Anno 1858—59 spiritualis Iaurini, 1859—62 bibliothecarius Lambaci, 1862—1866 bibliothecarius ill. domini episcopi Iaurinensis, 1866—70 archivarius in s. monte, ex eo ibidem munere vicarii generalis fungitur.

In sacris aeque ac profanis litteris versatissimus praeter minora quaedam haec scripsit:

I. Hit és tudás. (i. e. Fides relig. et doctrina). In „Religio". 1856. I. 37 n.

II. Néhány lap a természet könyvéből. (i. e. Quaedam ex rerum natura.) Ex operibus H. Conscience. In lib. period. „Családi lapok". 1856.

III. Az érseki palást eredete és jelentősége. (i. e. De origine et significatione pallii archiepiscopalis.) In lib. period. „Religio". 1856. II. 26 et 27 n.

IV. A religio a tudományok irányában. (i. e. Religio et litterae.) Ibid. 1857. I. 46—48 n.

V. Watomika. Narratiuncula ex lingua Italica. In „Családi lapok". 1857. 309—13 et 325 ad 329 p.

VI. De summis vitae regularis conditionibus brevis disquisitio. (Sine nomine.) Viennae. 1860. 8°. 83 p.

VII. Quid et quo modo sacramenta operantur. In lib. period. „Linzer Quartalschrift". 1861. I. 39 sqq. p.

VIII. An is, qui causas matrimoniales Christi fidelium foro saeculari exclusive vindicat, incurrat haeresim? Ibid. 1862. II. 175 sqq. p.

IX. Quid iuris abbatibus circa consecrationem altarium? In „Archiv für Kirchenrecht". 1866. I. 101 sqq. p.

X. Carmina eius, quorum plurima variis occasionibus singillatim sunt publicata in ms. efficiunt: *a)* Latina. 2°. 122 p. *b)* Hungarica. 2°. 96 p.

XI. Varias habet demum dissertationes theologicas manu scriptas, quae pleraeque, suppresso nomine, typis quoque sunt exscriptae, ut: *a)* De s. congregationibus Romanis. 2°. 113 p. *b)* De missa conventuali. 2°. 20 p. *c)* De transitu regularium. 2°. 16 p. *d)* Quaestiones, quae ab apostolica sede episcopis proponuntur. 2°. 20 p. *e)* De collationibus pastoralibus habendis. 2°. 23 p. *f)* De nonnullis Iacobi Frohschammer erroribus. 2°. 4 p. *g)* De sacratissimo Corporis Domini viatico aegris ministrando. 2°. 19 p. *h)* Memoria conclusi ante tria saecula concilii Tridentini. 2°. 4 p. *i)* De Ernesti Renani libro, cui titulus: Vita Iesu. 2°. 15 p. *k)* De funeribus et exequiis quae sit mens ecclesiae. 2°. 20 p. *l)* Praesens ecclesiae disciplina de celebranda ab eodem sacerdote bis in die missa. 2°. 18 p. *m)* De catechismo in synodo provinciali Strigoniensi anni 1858 approbato. 2°. 15 p. *n)* De nova bibliorum versione Hungarica. 2°. 18 p. *o)* De recto temporis usu. 2°. 9 p. *p)* De dispositionibus nonnullis ad rite legitimeque celebrandam missam requisitis. 2°. 18 p. *q)* De benedictione apostolica in articulo mortis impendi solita. 2°. 5 p. *r)* De studio orationis et in specie de horis canonicis. 2°. 22 p. *s)* De zelo pastorali 2°. 12 p. *t)* Sacerdotes nolint se conformare saeculo. 2°. 16 p. *u)* De zelo pastorali. 2°. 12 p. *v)* De sanctissimo missae sacrificio. 2°. 23 p. *x)* An pontifex Romanus immediatam et ordinariam in omnes et singulas ecclesias habeat potestatem? 2°. 12 p.

Banics Dominicus (de s. Monte Pannoniae), Iaurini eiusdem com. in Hungaria die 12. Febr. anno 1694 natus, s. ordinem ingressus die 11. Nov. 1712 vota sollemnia emisit et a. 1720 sacerdotis sacramentum suscepit. Senior monasterii et consistorialis, anno 1768 abbas s. crucis de Telki nominatus, die 9. Nov. 1772 pie vita cessit. Edidit:

Betakartatott és kinyittatott könyv, avagy: Halotti beszéd Felső-Surányi Sigray Ferencz felett. (i. e. Oratio funebris de Francisco Sigray.) Pozsonyban. 1727.

Barbarics Valentinus (de s. Monte Pannoniae), s. theologiae doctor, Kis-Comaromii com. Zalad. in Hungaria die 21. Febr. 1751 natus, die 7. Nov. 1773 vota sollemnia emisit et die 21. Dec. 1776 presbyter ordinatus est. 1802—3 subprior et

administrator parochiae in s. monte, 1803 ad 1808 professor iuris et historiae ecclesiasticae Iaurini, 1808—10 spiritualis ibidem, 1810—14 superior domus in abbatia B. M. V. de Dömölk, ex eo denuo spiritualis Iaurini, ubi die 29. Mart. 1815 vita cessit. Scripsit:

Compendium historiae ecclesiae christianae, ab A. R. ac Cl. P. Valentino Barbarits O. S. B. de s. Monte Pannoniae, s. theologiae doctore, historiae ecclesiasticae et institutionum theologicarum professore deductum, propria manu exaratum et praelectum clericis O. S. B. 1806 et 1808 Iaurini. 4°. 408 p. Ms. Adserv. in bibl. in monte sacro.

Barbély Astricus (de s. Monte Pannoniae), in Tata com. Comarom. in Hungaria die 21. Iun. 1796 natus, die 28. Oct. 1813 s. habitu indutus, die 31. Aug. 1817 vota sollemnia emisit. Ab a. 1817—20 Comaromii, 1820—21 Iaurini officio professoris functus, redux in s. montem 1821 ad 1824 s. theologiae studiis vacavit, hoc vero anno die 26. Sept. presbyter ordinatus est. 1824—30 professor gymnasii Ginsiensis, 1830—32 in s. monte administrator parochiae, 1832—38 idem simulque subprior, 1838—39 provisor domus ibidem, 1839—41 administrator parochiae in Lázi, 1841—44 bibliothecarius et cooperator in abbatia de Tihany, 1844—47 provisor domus et administrator parochiae in abbatia de Bakonybél, 1847—49 administrator parochiae in Füss, quo anno die 12. Iun. pie in Domino obdormivit. Scripsit:

I. Diarium parochiae oppidi Szent-Márton. A 1. Sept. anni 1831 usque ad 13. Aug. anni 1838 connotatum et ductum ab Astrico Barbély parocho et subpriore. 2°. 140 p. Ms. Adserv. in bibliotheca in monte sacro.

II. Eggy magyar történeti lexikonhoz előkészületi töredék adatok. (i. e. Quaedam ad lexicon historicum componendum.) Mellyeket eggybe gyüjtögetni kezdett Barbély Asztrik, pannon hegyi sz. Mártonról nevezett Fő Monostornak sz. Benedek rendü áldozárja, mint Tihanyi könyvtárnok, 1843. évben. 2°. 520 p. Ms. adserv. ibid.

Baumann Michaelis (Scotensis), Veszprimii, in Hungariae oppido, in lucem editus die 7. Iul. 1792, ibidem bonas literas didicit. Adolescens primum inter alumnos seminarii episcopalis susceptus cum tertium studii theologici cursum absolvisset, illustris cujusdam viri patrocinio abbati ad Scotos commendatus habitu benedictino indutus est die 14. Oct. 1815. Votis vero sollemniter emissis die 5. Oct. 1817, die 8. Dec. ejusdem anni primitias sacerdotii celebravit. Mox vices cooperatoris subire jussus est in Gaunersdorf, inde cooperatorem egit ad s. Afram in Eggendorf in valle septem annos. Mense Iul. 1824 vocatus in suburbium, cui nomen Campo Scotorum, per decennium in numeroso fidelium grege, utpote triginta millia excedente, multum laboris atque operae in erudiendos catechumenos populumque evangelizandum insumpsit. Anno 1834 parochus factus est primum in Waitzendorf, 1838 in Kleinengersdorf, demum 1841 in Martinsdorf, ubi praeter fatum est mortuus. Amicum enim publico munere in Hohenruppersdorf fungentem inviserat; unde cum vespere domum viam carperet, haud procul hospitalibus tectis sclopeto ex insidiis lethali vulnere adfectus prosternitur. Quem sanguine madentem rustici quidam adolescentes, qui forte supervenere, in proximam domum retulerunt, ubi moribundo sacramenta excipere coelesti sane beneficio licuit; continuo vero mente alienatus post quatuor horas inter immanes

dolorum cruciatus animum efflavit die 19. Febr. 1848 annos natus 56. Typis edidit:

Predigt bei Gelegenheit, als der in der Pfarre St. Laurenz im Schottenfelde gebildete erste organisierte Kirchenmusik-Verein Wiens am 22. Nov. 1829, als am Feste der heil. Caecilia das statutenmässige Dankfest zum 7. Male beging. (i. e. Concio habita in ecclesia ad s. Laurentium in gratiarum actionem etc.) 1 vol. 8°. Viennae 1830, typis congregat. Mechith.

Baumgarten Amandus (Cremifanensis), Passavii in Bavaria die 31. Dec. 1819 natus, humanitatis et philosophiae studia in scholis Cremifanensibus confecit; die 18. Sept. 1839 s. ordinis nostri veste accepta absoluto tirocinio ad lyceum Linciense theologiae mysteria hausturus transmigravit; in leges s. patris nostri die 24. Aug. 1843 iuravit, die vero 15. Iul. insequentis anni s. presbyteratus ordine insignitus est.

1844 subsidiarius in parochia Ried; deinde per biennium cooperator in Steinhaus; 1846—49 professor classium grammaticalium; 1849 litteras in gymnasio humaniores docuit; ab anno scholastico 1850 mutata studiorum ratione linguae germanicae in gymnasio superiori professor; 1846 ad 1858 simul praefectus et 1859—67 simul director convictus; ab anno 1869 bibliothecarius monasterii, ab anno 1873—77 simul director gymnasii, 1877 a s. c. r. apostol. maiestate inter equites illustrissimi ordinis Francisci Iosephi cooptatus.

I. Scripsit aliquot dissertationes et recensiones de thematibus, iuvenibus ex lingua germanica proponendis. (Hae dissertationes vulgatae sunt in diario, quod dicitur: Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien.)

II. Plurima poëmata confecit, quae partim in annali „Der Oberösterreicher“ (1855—1858), partim in libro a P. Sigismundo Felloeker Cremifanensi composito: Weihnachtskränze aus Dichtungen aller christlichen Jahrhunderte, partim separatim vulgata sunt. (Vide: Felloeker Sigismundus.)

III. Michael Denis. Eine literargeschichtliche Biographie. (i. e. Michaelis Denis poetae clarissimi biographia.) Gymnasialprogramm. 1852. Linz. Druck von I. Feichtingers Erben. 4°. 18 p.

IV. Das Jahr und seine Tage in Meinung und Brauch der Heimat. (i. e. De ritibus et consuetudinibus ab incolis Austriae superioris ad singulas anni partes diesque observatis.) Gymnasialprogramm. 1860. Druck von I. Feichtingers Erben. 4°. 29 p. Selbstverlag der Direction.

V. Aus der volksmässigen Ueberlieferung der Heimat. I. Zur volksthümlichen Naturkunde, 167 p. II—VIII. Verschiedenes, 100 p. IX. Geburt, Heirat, Tod, mit einem Anhang von Liedern, 157 p. (i. e. Rusticorum Austriae superioris de diversis rebus et vitae conditionibus opiniones et consuetudines.) Hae dissertationes ex libellis, quos museum Francisco-Carolinum Lincii singulis annis vulgare solet, separatim editae sunt. Lincii, Druck von Wimmer. 8°. 1855—1858.

VI. Handschriftliche Beiträge zu dem bei Brockhaus in Leipzig erscheinenden grossen „Deutschen Sprichwörterbuch“ von K. Fr. V. Wander. (i. e. Collectio proverbiorum, vulgata in K. F. V. Wanderi libro „Deutsches Sprichwörterbuch“.)

VII. Agrarische Meinungen und Bräuche in Oberösterreich. (i. e. Opiniones et consuetudines rusticorum Austriae superioris in rebus ad agriculturam pertinentibus.) 4°. 68 p.

VIII. Verzeichnis von ehemaligen P. T. Herren Kremsmünster Studenten, welche vom Jahre 1800—1873 ganz oder theilweise ihre Studien hier zurückgelegt haben. (i. e. Index studiosorum, qui ab anno 1800—1873 studia in scholis Cremifanensibus absolverunt.) Linz, Druck von I. Feichtingers Erben. 1877. 8°. 138 p.

IX. Kleine poetische Festgabe zur eilfhundertjährigen Jubelfeier des Stiftes Kremsmünster. (i. e. Tria carmina, oblata hospitibus sollemnem iubilaei monasterii Cremifanensis undecimi celebrationem frequentantibus.) 4 p.

X. Nekrolog des P. Anton Viehbaeck. (i. e. P. Antonii Viehbaeck, professi Cremifanensis et in lyceo Linciensi theologiae professoris vita.) In: Linzer theologisch-praktische Monatschrift. 1850. p. 705—712.

XI. Abt Thomas Mitterndorfer. Nekrolog. (i. e. Reverendissimi domini Thomae Mitterndorfer abbatis Cremifanensis vita.) Linzerzeitung No. 188, 15. Aug. 1860.

XII. Abt Augustin Reslhuber. Eine biographische Skizze. (i. e. Reverendissimi domini Augustini abbatis Cremifanensis vita.) In: Oesterreichischer Volkskalender für das Jahr 1876, von Dr. Fr. J. Proschko. 63—68 p.

Praeterea prodiit editio libri canticorum, quibus studiosi Cremifanenses in cultu divino utuntur, ab eodem P. A. Baumgarten revisa et aucta.

Baumgartner Romanus Engelbertus (Michaelburanus), Salisburgensis. Natus in Oberndorf 30. Oct. 1842, professus 24. Nov. et sacerdos 28. Iul. 1867. Studiis theologicis absolutis laboravit summo cum fervore in vinea domini, tum in Michaelbeurn (1868—70), tum in Seewalchen (1870—72), tum in suburbio Mülln prope Salisburgum (1872—78); nunc fungitur in monasterio muneribus pluribus, utpote catechetae, custodis ecclesiae claustralis, bibliothecarii et archivarii. Rigorosis examinibus pro rite obtinenda laurea doctoris s. theologiae peractis hanc dissertationem composuit, et fortasse ad prelum praeparavit:

Geschichte des Ordens der Augustiner in Deutschland und speciell des ehemaligen Augustiner-Conventes, jetzt Benedictiner-Priorates in Mülln (bei Salzburg.) (i. e. Historia ordinis Augustinianorum in Germania, et speciatim conventus dissoluti Augustinianorum in suburbio Mülln prope Salisburgum.)

Bautraxler Gerardus (Seitenstadiensis). In vico Wallern Austriae superioris die 13. Febr. 1835 natus, absolutis Lentiae gymnasii studiis die 16. Sept. 1857 indutus est habitu s. et eodem sequentis anni die votis simplicibus se obligavit. S. theologiae studio absoluto primum stetit ad aram Dei 29. Aug. 1861 et eiusdem anni die 24. Sept. sollemnia emisit vota. Duos circiter annos munere cooperatoris in foro Asbacensi functus ineunte anno scholastico 1863 linguae Latinae et doctrinae religionis magisterium suscepit, donec mense Iul. 1878 domibus monasterii Viennensibus est praefectus.

Plurima eius scripta sunt de liturgia sacra ut:

I. Campanologia dioeceseos Lincensis, in „Linzer christliche Kunstblätter“, 1869, No. 5.

II. Der Gesang und die Musik in der Liturgie. (i. e. De cantu et musica in liturgia.) Ibid. 1872, No. 2—8.

III. Die Butzenscheibe. (i. e. Orbis vitreus in medio editus.) „Grazer Kirchenschmuck“. 1871, No. 2.

IV. Wert der Glockenkunde. (i. e. Pretium notitiae campanarum.) Ibid. 1872, No. 8 ad 1873, No. 3.

V. Planeta plicata. Ibid. 1873, No. 5.

VI. Kirchenfenster. (i. e. Fenestrae ecclesiasticae.) Ibid. 1873, No. 5 et 6.

VII. Die Kanontafeln. (i. e. Tabulae altaris.) Ibid. 1873, No. 11.

VIII. Die bildliche Darstellung des heiligen Geistes. (i. e. De spiritu sancto imaginibus efficto.) Ibid. 1874, No. 1, 3, 5, 6.

IX. Pedum pastorale. Ibid. 1874, No. 10 ad 1875, No. 7.

X. Die O-Antiphonen. (i. e. Antiphonae „O“.) Ibid. 1874, No. 11.

XI. Die Bildnerei des vorchristlichen Heidentums und der katholischen Kirche. (i. e. Ars simulacra fingendi apud paganos ante Christum natum et in ecclesia catholica.) Ibid. 1875, No. 12.

XII. Die hohe Lage der Kirchen. (i. e. De edito situ ecclesiarum.) Ibid. 1876, No. 1.

XIII. Glasmalerei-Ausstellung in Innsbruck am 6. Februar 1876. (i. e. Expositio picturarum vitrearum Oeniponti 6. Febr. 1876.) Ibid. 1876, No. 4.

XIV. Der Cardinalshut. (i. e. Tiara cardinalis.) Ibid. 1876, No. 7.

XV. Das heilige Testament Jesu Christi am Kreuze in sechs Fastenpredigten. (i. e. Sanctum testamentum Iesu Christi in cruce in sex concionibus tempore ieiunii paschalis habitis.) Brixen XVI. A. Wegers Buchhandlung. 1874.

XVI. Beiträge zum Studium der christlichen Kunst. (i. e. Additamenta ad studium artis christianae.) Programma caes. reg. gymnas. Seitenstettensis, 1878.

de Beckh Vitalis (Admont.) Salisburgo oriundus 31. Oct. 1707, Admontes professus 13. Nov. 1724, primit. celebr. 15. Oct. 1730. In vineam Domini abire jussus in parochia s. Galli, B. M. V. in monte Culmensi, in Wald et Wildalpen indefessus laboravit et postremo pleuritide obiit 22. Febr. 1756. Reliquit opus:

Corona stellarum curationum mirabilium nec non oblationum ecclesiae in Wildalpen enumeratio. Eine Aufzählung wunderbarer Heilungen und der Votivopfer zu Wildalpen. (Manuscript im Archive zu Admont.)

Beély (antea Briedl) Fidelis Iosephus (de s. Monte Pannoniae), acad. erud. Hung. sodalis correspondens, Albae-Regiae eiusdem com. in Hungaria die 5. Iul. 1807 natus, s. habitu die 16. Oct. 1822 indutus, vota sollemnia die 15. Oct. 1828 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis, die 6. Aug. 1830 presbyter ordinatus est. Anno 1830—31 studiis vacavit; 1831—32 cooperator in s. monte, 1832—48 professor apud alumnos s. ordinis in Bakonybél, 1848—55 provisor domus ibidem, quo anno superior domus Ginsium translatus est, ubi die 20. Iun. 1863 pie in Domino obdormivit.

Pro singulari qua erat industria quam plurima scripsit, ut:

I. Költészi képek. (i. e. Imagines poeticae.) Összeszedték B. G. V. (Briedl, Guzmics, Vaszary.) Pest. 1837—38. Beimel. 8°. 108, 290 p.

II. Alapnézetek a nevelés, a leendő nevelő és tanitóról, különös tekintettel a tan történeti viszontagságai és literaturájára. (i. e. Principia paedagogiae etc.) Pozsony. 1848. Schmidt. és Busch. 8°. X + 162 p.

III. Néhány szó az erkölcsi nevelésről. (i. e. Quaedam de educatione morali.) In „Egyházi tár". 1835. p. 90—134.

IV. Szó a népnevelésről. (i. e. De plebe informanda.) In „Tudománytár". 1837. p. 163—203.

V. Mikor és melly módon kell a kisdedet a hittudományban oktatni? (i. e. Quando et quo modo pueri in doctrina religionis instituantur.) In „Egyházi tár". 1837. p. 68—100.

VI. A természettan fontossága iskoláinkban. (i. e. De magno physicae in scholis nostris momento.) In „Tudománytár". 1840. p. 90—114.

VII. Életem rajza. (i. e. Autobiographia.) 4°. 82 p. Ms.

VIII. Praeter haec bene multas scripsit dissertationes, recensiones librorum, narratiunculas, aliaque minora (ad 180), maxime ad paedagogiam vitamque scholasticam pertinentia, quae pleraque in his vulgata sunt libellis periodicis et ephemeridibus ab anno 1835 ad annum 1855: Egyházi tár, Regélő, Tudománytár, Athenaeum, Religio, Hirnök, Életképek, Világ, Kath. iskolai lap, Kath. néplap, Családi lapok.

Bekeő Benedictus Aloysius (de s. Monte Pannoniae), in Puszta-Gyarmath com. Comarom. in Hungaria die 1. Iun. 1794 natus, s. habitu die 30. Oct. 1810 indutus, vota sollemnia die 3. Oct. 1815 emisit et absolutis in s. monte studiis s. theologiae die 13. Sept. 1821 presbyter ordinatus est, cum iam antea 1815—19 Iaurini professoris officio functus esset. 1821—22 denuo Iau-

rini, 1822—23 Comaromii, 1823—25 Sopronii, 1825—28 Ginsii, 1828—31 iterum Comaromii professor gymn., 1831—34 Füssiensis, ab anno autem 1834 Deákiensis parochiae administrator, ubi die 3. Sept. 1846 vita cessit. Scripsit:

Méltóságos és Fő Tisztelendő Kováts Tamás ő nagyságának, midőn a Pannonhegyről nevezett sz. Mártoni főapátság székébe iktatnék, a Rév-Komáromi kir. gymnasiumtól ajánlva. (i. e. Carmen in honorem ill. ac rev. domini Thomae Kovács archiabbatis, cum inauguraretur.) Győrött. Streibig Leopold betüivel. 1830. 4°. 4 p.

Benyák Otto Ladislaus (de s. Monte Pannoniae), in Hajós com. Pestin. in Hungaria die 2. Iul. 1843 natus, s. habitu die 8. Sept. 1863 indutus, vota sollemnia die 4. Oct. 1868 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis, die 6. Aug. 1869 presbyter ordinatus est. Anno 1869 ad 1870 orator a sacris in monte s., ab anno 1870 munere professoris in gymn. Comaromiensi fungitur. Scripsit praeter alia minora:

I. A lebkövek. (i. e. De lapidibus aëriis.) In ephem. „Komárom", 1875. 1—7 n.

II. A földrengésről. (i. e. De motu terrae.) Ibid. 1876. 1—4 n.

III. Földünk multja és jövője. (i. e. Orbis terrarum qualis fuerit qualisque futurus sit.) Ibid.

IV. Légköri csapadékok. (i. e. De iis, quae in aëre desidunt.) In progr. gymn. Comarom. 1876—77. 8°. 3—17 p.

Berger Luitfridus (Murensis), natus est Bosvilae in Argovia Helvetiae die 11. April. 1794, religione votorum se obstrinxit die 6. Ian. 1814 et sacerdos inauguratus est die 13. Iun. 1819. Erat professor et capellae magister; suppresso vero monasterio docuit in collegio Sarnensi, dein secutus est abbatem in monasterium Griesense, cujus primus fuit decanus usque ad obitum die 30. Oct. 1860. Totus erat in adaptandis cantionibus sacris et in scribendis modis musicis et libris pro cantu chorali, qui hodiedum communi usui inserviunt. Curavit praeterea editionem libri:

I. Proprium sanctorum monasterii Murensis ad s. Martinum O. S. B. una cum festis propriis eiusdem prioratus Griesensis, iussu Adalberti abbatis editum. Bulsani ap. Eberle 1854. 12°. 516 p.

II. Cantaten-Sammlung oder Gedichte der Murischen Muse auf verschiedene feierliche Anlässe. (i. e. Collectio cantationum et poematum.) Ms. in bibl. Muro-Gries. Cod. 2, 114. 8°. 124 p.

Berger Othmarus (Admont.), natus 4. Iun. 1834 in Weyer, oppido Austriae superioris, habitum s. Benedicti 6. Oct. 1852 nactus, vota sollemnia professus 11. Iul. 1856, primam Deo litavit hostiam 9. Aug. 1857. Exinde variis fungens officiis utpote: catechetae in Hall, cooperatoris in parochia domestica, catechetae et directoris scholae Admontensis, subprioris et sacristae. Ab a. 1869—75 inspectio scholarum districtus Liezen, Rottenmann et s. Gallensis eidem tradita est. Reverendissimi principis episcopi Seccoviensis consiliarius nominatus, a S. ap. Maiestate cruce aurea pro meritis cum corona est insignitus vir de re scholastica optime meritus, et pluribus societatibus publicis adscriptus.

Opera, quae edidit:

I. Sammlung katholischer Kirchenlieder mit einem Anhange der wichtigsten Gebete. (i. e. Collectio canticorum ecclesiasticorum et orationum.) Veranstaltet und herausgegeben von P. O. B. o. s. B. in Admont. Graz. 1878. Vereinsbuchdruckerei. Im Selbstverlage des Verfassers. 12°.

II. Orgelbuch zur Sammlung katholischer Kirchenlieder. (i. e. Liber organi ad praedictam

collectionem.) Veranstaltet und herausgegeben von P. O. B. o. s. B. in Admont. Im Selbstverlage des Verfassers. Graz. 1878. Vereinsbuchdruckerei. gr. 8°.

Berhandsky Placidus (a s. Petro Salisburgi), natus Salisburgi 18. Sept. 1735, novitius 7. Sept. 1753, monachus professus 8. Sept. 1754, neomysta 3. Sept. 1758, absolutis studiis theologicis totam fere vitam suam curae animarum vixit Wietingae, Abbatisaugiae, Dornbachii et Annabergae, ubi vicarius bis iubilaeus obiit 26. Nov. 1813. Scripsit:

Auszug der neuesten Chronik des alten Benedictiner Klosters zu St. Peter in Salzburg nebst einer Einleitung und kurzen Fortsetzung der Geschichte des reichsfürstlichen Erzstiftes Salzburg bis auf gegenwärtige Zeiten. (i. e. Extractus chronicorum monasterii ad s. Petrum Salisb.) Salzburg, Mayr, 1782. 8°. 2 Bde. I. Bd. LII und 322, II. Bd. 299 p.

Berndl Maurus Franciscus Michelburanus (Salisburgensis). Natus Burae ad s. Michaelem 16. Febr. 1770, prof. 20. Febr. 1791. Sac. 2. Ian. 1793, a P. Aegydio Iais, i. t. rectore univ. Salisburgensis, professo Benedictoburano, ad suscipiendam cathedram philosophiae theoreticae et practicae vocatus est, quo munere semper, sub omnibus modificationibus regiminis fungebatur usque ad obitum (1. Ian. 1832).

Ephemeridibus pluribus Salisburgi ab Hübner, Hartleben et aliis editis additamenta inseruit, scilicet:

I. Ueber den Zweck eines geistlichen Redners. (i. e. De fine concionatoris ecclesiastici.)

II. Ueber den Einfluss der Musik auf Nervenkranke. (De effectu musicae in laborantes nervis.)

III. Ueber die Schädlichkeit herumziehender Buchhändler in moralisch-religiöser Hinsicht. (i. e. De pernicie, quam bibliopolae circumvagantes secum ferunt, respectu morum et religionis.)

IV. Ueber die Schädlichkeit der unbedingten Aufhebung der Brache aus physikalischen Gründen. (i. e. De incommodis, quae abrogatio absoluta rapacinationis e causis physicalibus affert.)

Bertalanffy Theodosius Emericus (de s. Monte Pannoniae), Sopronii eiusdem com. in Hungaria die 14. Apr. 1842 natus, s. habitu die 8. Sept. 1859 indutus, sollemnia vota die 26. Maii 1863 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 24. Sept. 1865 presbyter factus est. Anno 1865—66 orator a sacris in s. monte, 1866—74 professor Iaurini, ex eo vero officio professoris physicae et matheseos in s. monte fungitur. Scripsit:

I. A mennyiségtani földrajz elemei. (i. e. Geographia mathematica.) Szombathely. Bertalanffy. 1878. 8°. 98 p.

II. A természettan kérdések- és feleletekben. (i. e. Physica quaestionibus et responsis tractata.) Dr. Ule Otto nyomán. Ms. 2°. 80 p.

III. A villanyvilágitás. (i. e. De illuminatione electrica.) Fontaine Ipoly után. 2°. 190 p. Ms.

IV. Varia minora in „Szünórák“ (v. Füssy), „Vasmegyei lapok“ cet.

Besange Hieronymus Lamy L. B. (Cremifanensis), Austriacus Linciensis, antea Antonius, die 22. Iul. 1726 natus, studia humanitatis in gymnasio Cremifanensi confecit et exacto tirocinii anno die 29. Sept. 1744 sollemnem votorum professionem emisit; postea Salisburgum missus sacras et iuris utriusque scientias comprehendit, die 18. Oct. 1750 ad presbyteratus dignitatem evectus. Professor principiorum, tum institutionum imperialium in academia nobilium; ab anno 1757 per 24 annos s. scripturae et hermeneuticae professor doctissimus gravibus per multos

annos podagrae doloribus afflictus plurimum temporis ad scribendum contulit et 29. Iul. 1781 piissime obiit.

Libri Hieronymi Besange:

I. Exercitationes religiosae ex s. scriptura, s. patribus aliisque probatissimis scriptoribus collectae. Quibus accedit historica pertractatio et explicatio rituum, quibus s. ecclesia certis anni temporibus et maxime solemnioribus festis diebus utitur, una cum methodo, eadem tempora eosdemque festos dies ad mentem ecclesiae rite peragendi. Tomi II. Styrae. 1757. 4°. min. 216 et 464 p.

II. Introductio in vetus testamentum critico-hermeneutico-historica, qua exhibetur, quidquid ex s. Patrum aliorumque eruditorum sententia ad genuinum litterae sensum eruendum facere videtur. Volumen I. continens generalia et ea, quae ad libros legales, historicos, morales speciatim pertinent. Styrae. 1765. 4°. mai. 648 p.

III. Introductio etc. Volumen II. complectens ea, quae ad librorum propheticorum lectionem pertinent. Styrae. 1765. 4°. mai. (Vide: Göttingische Anzeige von gelehrten Sachen, 134. St. 1765.) 711 p.

IV. Fasciculus myrrhae, collectus ex omnibus angustiis et doloribus patientis pro humano genere salvatoris, complectens praeter concordem s. IV. evangelistarum narrationem piissima quaeque s. patrum et ecclesiae doctorum sensa, quae de sacratissima Christi passione sparsim in scriptis suis prodidere. Pars II. Styrae, typis Gregorii Menhardt. 1766. 8°. 864 p.

V. Des heiligen Johannes Chrysostomus Ermahnungsschreiben an Theodorus von Mopsuestia, nachdem derselbe in seinen noch jungen Jahren vom Wege des Heils abgewichen war. (i. e. S. Ioannis Chrysostomi ad Theodorum Mopsuestenum epistolae.) Ins Deutsche übersetzt. Steyr, 1773. 8°. (Versio haec a versionibus Io. Adolphi Schlegelii probe distinguenda est.) 124 p.

VI. Introductio in sancta IV. evangelia, critico-hermeneutico-historica, qua exhibetur, quidquid ex s. patrum aliorumque eruditorum sententia ad genuinum litterae sensum eruendum facere videtur. Venetiis, typis Antonii Zata. 1775. 4°. mai. 756 p.

VII. Die sieben Busspsalmen sammt einer buchstäblichen Erklärung mit sittlichen Anmerkungen begleitet, zum Behufe aller derjenigen, die Verlangen tragen, Gott ein zerknirschtes und gedemüthigtes Herz darzubieten. (i. e. Psalmi poenitentiales notis illustrati.) Salzburg. 1776. 8°. 131 p.

VIII. Synopsis vitae religiosorum O. s. Benedicti, Cremifani professorum, qui ab anno 1769 usque 1777 pie in Domino defuncti sunt. Styrae. 1777. 8°. 64 p.

IX. Selecta historiae Cremifanensis sive compendiosa descriptio abbatum etc. Scripta ad solemnitatem millenariam anno 1777 celebratam. Lincii, typis Feichtingerianis. 4°. 32 p.

X. I. B. Bossuets Abhandlung von der Geniessung des heiligen Abendmales unter beiden Gestalten. (i. e. I. B. Bossueti liber de communione sub utraque specie Germanico idiomate redditus.) Aus dem Französischen übersetzt und mit wichtigen Stellen aus den angesehensten Schriftstellern begleitet. Wien. 1779. 8°. 392 p.

XI. Introductio in acta apostolorum critico-hermeneutico-historica, qua exhibetur, quidquid ex s. patrum etc. Ex typographeo r. i. monasterii s. Salvatoris Papiae. 4°. mai. 379 p.

Praeterea introductionem in s. Pauli epistolas imperfectam reliquit.

Bezdieka Anselmus, Bohemus Přibramensis (Emautinus Montserratensis), natus 1782, professus 1806, presbyter ordinatus 1806, mortuus 1839 Pragae, primus professor classium humanitatis in gymnasio Benedictino Emautino in civitate Klattoviae.

Typis edidit anno 1812—15 carmen lyricum et orationem lingua Latina die sollemnitatis, cum abbas Emautinus amplissimus dominus Žalda Leopoldus, orator a sacris et organoedus celeberrimus, primos professores Benedictinos Emautinos in gymnasio Klattoviae introduxit; composuit etiam multos hymnos Latinos ad officium

divinum, qui vero ad prelum (typum) non pervenerunt.

I. Carmen illud lyricum inscriptum: Applausus reducibus musis post XXXVII annorum exilium Klattoviae 1812. In bibliotheca Emautina minori XII. 1. 3.

Oratio illa inscripta:

II. Sermo, dum anno 1812 die IV. Novembris ad gymnasialem Klattoviensem residentiam noviter erectam introducerentur professores. In bibliotheca Emautina minori XII. 1. 3.

Bierbauer Leopoldus Franciscus (de s. Monte Pannoniae), Ginsii com. Castrif. in Hungaria die 9. Nov. 1841 natus, s. habitu die 8. Sept. 1857 indutus, vota sollemnia die 26. Maii 1863 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 19. Nov. 1864 presbyter ordinatus est. Anno 1864—65 professor Sopronii, 1865 ad 1867 professor et orator a sacris in s. monte, ex eo officio professoris Iaurini fungitur.

Praeter alia quaedam minora scripsit:

I. Predigt beim feierlichen Erstlingsopfer des Irenaeus Kainrath, Benedict.-Ord.-Priester. Gehalten zu Güns, 22. April 1867. (i. e. Oratio s. occasione primitiarum I. Kainrath, o. s. B.) Raab. Sauerwein. 8°. 16 p.

II. A napról. (i. e. De sole.) In progr. gymn. Iaurin. 1873—74. 8°. p. 1—20.

III. Győrmegyei borászat. (i. e. Res vinaria com. Iaurin.) In: Győr megye és város egyetemes leirása. 300—303 p. V. Fehér Hippolytus.

IV. Vegytan a legujabb elméletek alapján a középtanodai és magánhasználatra. (i. e. Chemia pro superioribus classibus et usu privato.) Győr. Gross. 1876. 8°. 2 tom. 228 et 194 p.

V. Vegytan az algymnasium számára. (i. e. Idem opus ac n. IV. pro classibus inferioribus.) Ibid. 8°. 243 p.

VI. Mérték- és ár-átszámolási táblázatok. (i. e. Tabellae novarum mensurarum et nummorum.) Ibid. 1876. 12°. 63 p.

VII. Physika a középtanodák felsőbb osztályai használatára legjelesebb kútfők nyomán. (i. e. Physica pro superioribus gymn. classibus.) Ibid. 1878. 8°. 747 p.

Binder Urbanus (Cremifanensis), antea Carolus, Austriacus Styrensis, die 4. Nov. 1812 natus, in gymnasio et lyceo Cremifanensi eruditus s. habitum 21. Sept. 1832 sumsit et quadriennium theologicum partim Lincii partim Viennae emensus vota sollemnia 22. Sept. 1836 emisit et die 9. Apr. anni insequentis presbyteratus ordine insignitus est. 1837—44 cooperator in Sipbachzell et Ried; deinde classium grammaticalium professor mense Augusto anno 1849 e monasterio abiecto habitu discessit.

Typis vulgata est eius:

Predigt zur Feier des 700jährigen Gedächtnisstages des Todes des sel. Berthold, ersten Abtes zu Garsten etc., gehalten in der Pfarrkirche zu Garsten am 25. Juli 1842. (i. e. Concio sacra habita die 25. Iulii 1842, cum memoria beati Bertholdi primi abbatis Garstensis ante 700 annos defuncti sollemniter celebraretur.) Linz. Haslinger. 1842. 8°. p. 28—38.

Complura eiusdem carmina minora impressa inveniuntur in libro Felloeker Sigismundi „Weihnachtskränze". (Vide: Felloeker Sigismundus Cremifanensis.)

Manuscripta reliquit:

I. Carl Binders Dichtungen. (i. e. Poemata C. Binder.) 4°. 4 p., 8°. 112 p.

II. Dramatische Skizzen. (i. e. Adumbrationes dramaticae.) 2°. 8 p., 4°. 414 p.

Binter Ioachim (Murensis), in vitam ingressus est in Stans in Subsilvania Helvetiae 1754, votorum sponsione se obligavit 1775, ab 1787—91 parochus in Buengen, pie obiit die 19. Febr. 1791.

Reliquit opus ms.:

Centuria casuum conscientiae in conferentiis Murensibus 1772—79 solutorum. 12°. 342 p. In bibl. Muro-Gries. cod. 2. 113.

Bischofreiter Martinus (a s. Petro Salisburgi), Salisburgensis ex Mariapfarr, natus 28. Apr. 1762, novitius 1786, monachus professus 11. Nov. 1787, neomysta 27. Sept. 1789, studiis theologicis absolutis, cum arte musica polleret, chori figurati director constitutus, praeterea variis officiis functus est; uti praefecti et catechetae scholae domesticae, professoris grammatices in universitate, custodis ecclesiae claustralis, bibliothecae adiuncti et demum infirmorum patris. Obiit professione et sacerdotio iubilaeus 27. Aug. 1845. Edidit:

Michael Haydns Partitur Fundament. Salzburg. Oberer. 1833. Quer-Fol.

Bischowsky Maurus (Seitenstadiensis). Natus Cellis Marianis in Styria die 30. Nov. 1781, Seitenstadii scholas claustrales, philosophiae studia Cremifani absolvit. Die 14. Oct. 1798 s. ordinis habitu indutus, eodem die 1802 votis sollemnibus Deo se devovit. Absolutis in seminario generali Viennensi studiis theologicis die 11. Nov. 1804 neomysta stetit ad aram. Diversis abhinc in monasterio functus est muneribus: Erat enim regens chori, professor et praefectus scholae claustralis, quae sub ejus regimine 1814 in gymnasium publicum conversa est. 1816—25 camerarius, 1825—48 praefectus domorum Viennensium, postremo senectute ingravescente confessarius in s. monte, ubi professionis et presbyteratus iubilaeis celebratis die 30. Ian. 1858 mortalitatis viam est emensus. Scripsit:

Geschichte des Benedictinerstiftes Seitenstetten. In bibliotheca monast. (i. e. Historia monasterii O. S. P. Benedicti Seitenstadiensis.) Ms. 3 vol. 8°. in bibliotheca Seitenstadien. adservat.

Bita Desiderius Franciscus (de s. Monte Pannoniae), s. theologiae doctor collegiatus, facultatis theologicae in regia scientiarum universitate Hungarica decanus emeritus, in eadem universitate theologiae fundamentalis professor publicus ord., societatis s. Stephani censor archiepiscopalis, s. sedis consist. archiabbatialis adsessor. In Keszthely com. Zalad. in Hungaria die 3. Oct. 1832 natus, s. habitu die 15. Sept. 1850 indutus, die 5. Oct. 1854 vota sollemnia emisit. Absolutis in regia, quam memoravimus, universitate, s. theologiae studiis die 31. Aug. 1857 ordinatus est. Ab anno 1857—61 professor studii biblici, 1861—68 theologiae dogmaticae in s. monte, ab anno 1868 Budapestini in universitate munus professoris obit.

Praeter librorum recensiones aliaque minora, in variis scriptis periodicis publicata, haec scripsit:

I. Dissertationes varias in lib. period. „Religio“, ut: *a)* Szeressük a fölvilágosodást, haladást, de kath. hitünket ezeknél is jobban. (i. e. Amemus lucem doctrinae et progressus, sed magis fidem nostram cath.) 1861. II. 23 n. *b)* Korunk daczára hithidegségének jólétet keres. (i. e. Aetatem nostram, quamquam fidem et religionem non curet, tamen prosperitatem felicitatemque sectari.) 1862. I. 16, 17 n. *c)* Mi az igazság? (i. e. Quid est veritas?) 1863. II. 16—21 n. *d)* A valódi boldogság feltételei. (i. e. Condiciones verae felicitatis.) 1863. II. 15—17 n. *e)* A hittitkok észszerü természete. (i. e. Mysteria fidei non discrepare cum ratione.) 1865. I. 28—37 n. *f)* Szellemi életünk főbb árnyvonalai. (i. e. Quae in vita animi apud nos minus sint probanda.) 1868. II. 19

ad 26 n. *g)* A megtestesülés titka. (i. e. Mysterium incarnationis.) 1868. II. 49—52 n. *h)* Sola salvifica. 1869. I. 46—51 n. *i)* Ismét a Sola salvifica. Ibid. II. 34—38 n. *k)* Csuda és tételményes vallás. (i. e. Miraculum et religio positiva.) 1871. II. 3—9 n., 1872. I. 5—11 n.

II. Egyházi beszéd Borbély Kornél Kálmán első sz. mise-áldozatja alkalmával. (i. e. Oratio s. occasione primae missae Cornelii Borbély.) Bécs, Mechitaristák. 1858. 8°. 15 p.

III. Egyházi beszéd a sz. Laszlótársulat védszentjének névünnepén 1870. jul. 3-án. (i. e. Oratio s. in die patroni societatis s. Ladislai.) Pest. „Hunyady Mátyás"-intézet. 1870. 8°. 15 p.

IV. Guzmics Izidor. (i. e. Vita Isidori Guzmics.) In: Egyházi lapok. 1868. 11 et 12 fasc.

V. A keresztény vallás isteni eredete és szükséges volta korunk tévelyeivel szemközt. (i. e. De divina religionis christ. origine eiusque necessitate ratione errorum aetatis nostrae.) Liber praemio Horváthiano ornatus. Budapest. Hunyadi Mátyás-intézet. 1875. 8°. 576 p. Ed. 2.

VI. Scripsit denique de plurimis rebus in encyclopaedia societatis s. Stephani.

Bloch Ambrosius (Abb. Murensis), in Oensingen in Helvetia natus die 11. Dec. 1768, sollemnia emisit vota die 22. Maii 1791 et absolutis in monasterio studiis sacerdotium inivit die 13. Ian. 1793. Cum esset egregiae indolis et in scientiis valde versatus mox munera professoris philosophiae et theologiae, dein etiam bibliothecarii et archivarii suscepit. Referunt eum totum paene Vergilium memoria tenuisse. Famam praecipuam sibi comparavit qua insignis orator sacer. Mortuo abbate Gregorio Koch successor eligitur die 16. Oct. 1816. Praeclare spiritalem et temporalem rexit rempublicam, disciplinae monasticae servandae vigilantissimus. Dum vero Argoviense gubernium monasteria in ditione sua posita abolere meditatur, abbas, ne omnia amitteret, in coenobium Engelberg se subtraxit, in quo defunctus est die 5. Nov. 1838. Reliquit permultos sacros sermones tam in monasterio quam in variis aliis locis habitos, quorum aliquot misit ad Ioannem episcopum Evar. Rottenburgi, qui die 18. Dec. 1824 in litteris ad eum datis de hoc thesauro sib icongratulatur. Supersunt adhuc:

Sermones 150 in lingua vernacula ad conventum, novitios, neoprofessos et ad populum. 4°. In bibl. Muro-Gries. cod. 1. 107, 108, 109.

Bloch Meinradus (Murensis), lucem adspexit in Oberbuchsiten in Argovia Helvetiae die 14. Dec. 1762. Ordinem ingressus et sollemniter professus est die 6. Ian. 1783. Expletis studiis in monasterio cooptatus est inter sacerdotes die 23. Dec. 1786. Curam animarum exercuit in parochia Murensi et Buenzensi, quibus praefuit. Intra claustra rediens et subprior renunciatus tempore gallicae revolutionis tum verbis tum factis acriter pro incolumitate monasterii pugnavit. Tandem munus oeconomi suscepit usque ad mortem die 28. Sept. 1831. Plura reliquit scripta Latina et Germanica.

I. Notae et observationes in bullam Leonis VIII. qua consecrationem ecclesiae Einsidl. coelitus factam confirmat. — Episcopi et abbates e monast. s. Blasii ad episcopale aliorumque coenobiorum regimen evocati. Fol. in archiv. Muro-Gries.

II. Adservantur in eodem tabulario plures tractatus et dissertationes in lingua vernacula: Die Rechtsfrage betreffend die vom Fürsten von Hohenzollern-Sigmaringen in Besitz genommenen Herrschaften Muris in Deutschland (i. e. Quaestio iuridica de occupatis mon. possessionibus) 1803 bis 1830. — Eine kurze Kirchengeschichte (i. e. Brevis historia eccl.) bis 1781. — Correspondenzen mit Staatsmännern und Gelehrten. i. e.

Correspondentia cum viris in rerum publicarum varietate et literis versatis.)

Blumberger Fridericus (Gottvicensis). Viennae in Austria die 17. Dec. 1778 natus, s. habitu indutus die 8. Oct. 1797, s. vota professus die 23. Maii 1802 primitias obtulit die 17. Ian. 1802. Eodem anno professor historiae ecclesiasticae ac 1804 simul iuris canonici domi constitutus, ab anno 1811 usque 1852 officio camerarii et archivarii indefessus functus est. Anno 1849 caes. academiae literarum ceu membrum correspondens insertus, 1853 cruce ordinis Francisci Iosephi decoratus et 1861 consiliarius episcopalis s. Hippolyt. nominatus est. Vir de monasterio optime meritus, doctrina et pietate insignis senio confectus obiit in monasterio die 14. Apr. 1864. Scripsit:

I. Markgraf Konrad in Oesterreich zur Zeit Herzogs Heinrich Jasomirgott. (i. e. De Conrado marchione Austriaco.) Hormayrs Archiv für Geographie, Historie etc. 1818. No. 61.

II. Ueber die Genealogie der traungauischen Ottokare. (i. e. De genealogia stirpis traungauensis Ottocarorum.) l. c. No. 145 et ss.

III. Ueber den eigentlichen Zeitpunkt der Folge der Sponheimer auf die Mürzthaler im Herzogthume Kärnthen. (i. e. Quando Sponheimenses Mürztalensibus in Carinthia successerunt.) l. c. 1819. No. 47.

IV. Ueber das Chronicon Gottvicense. (i. e. De chronicis Gottvicens.) Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde. 1822. 4. B. p. 233.

V. Ueber Dobrowskys Cyrill und Method. (i. e. De opere Dobrowsky: Cyrillus et Methudius.) Wien. Jahrbücher der Lit. 1824. 26. B. p. 211.

VI. Ueber Dobrowskys mährische Legende von Cyrill und Method. (i. e. De praefato libello.) l. c. 1827. 37. B. p. 41.

VII. Ueber Filz' historisch-critische Abhandlungen vom wahren Zeitalter der apostolischen Wirksamkeit des heil. Rupert in Baiern. (i. e. De dissertatione critica edita a P. Filz quoad tempus et vitam s. Ruperti.) l. c. 1836. 73. B. p. 242, und 74. B. p. 147.

VIII. Versuche, die Verschiedenheit der Ansichten über das Reich des Slavenfürsten Samo zu beseitigen. (i. e. De variis circa aetatem principis Samo opinionibus.) l. c. 1837. 80. B. Anzeigeblatt No. 24.

IX. Konrad, der Sohn des österreichischen Markgrafen Leopold des Frommen, in Hinsicht auf die schwebende Frage, wer jener Markgraf Konrad sei, der gegen die Mitte des 12. Jahrhunderts in Waldhausner und Göttweiger Urkunden vorkommt. (i. e. De Conrado filio marchionis Leopoldi pii.) l. c. 1839. 87. B. Anzeigeblatt No. 24.

X. Zur Geschichte der Pfarre Rossatz. (i. e. Historia parochiae Rossatz.) Schweickhardt, Darstellung des Erzh. Oest. u. d. Enns V. O. W. W. 10. B. p. 42.

XI. Bedenken gegen die gewöhnliche Ansicht von Wiens Identität mit dem alten Faviana. (i. e. An Vienna idem locus uti Faviana.) Archiv für öst. Geschichtsquellen. 1849. 3. B. p. 353.

XII. Ueber den Gehalt des österreichischen Pfennigs im 14. Jahrhundert, als Beitrag zur Geschichte des österreichischen Münzwesens. (i. e. De valore numismatis austriaci Pfennig saec. XIV.) l. c. 1852. 8. B. p. 121.

XIII. Ueber die Frage vom Zeitalter des heil. Rupert. (i. e. De tempore s. Ruperti.) l. c. 1863. 10. B. p. 329.

XIV. Bedürfnisse bezüglich der im vaticanischen Archiv befindlichen Handschrift (i. e. Desiderata circa manuscriptum in archivo vaticano adservatum): Autographum regestorum literarum apostolicarum felicis recordationis Ioannis Papae VIII. Sitzungsberichte der k. Academie der Wiss., philos.-hist. Classe. 1855. 17. B. p. 3.

XV. Ueber die Frage, ob der heil. Rupert das Apostolat in Baiern bis an sein Lebensende geübt habe? (i. e. Fueritne s. Rupertus apostolus Bavariae ad finem dierum usque?) Archiv für öst. Geschichtsquellen. 1856. 16. B. p. 225.

XVI. Notizen bezüglich des Alters der dem Stifte Göttweig incorporirten Pfarren und Lokalien in der St. Pöltner Diöcese. (i. e. De aetate parochiarum ad mon. Gottvicense pertinentium.) S. Hippolyti. 1859. Diöces.-Chronik und Geschichte. p. 135.

XVII. Tagebuch während der französischen Invasion in Göttweig und Umgebung im Jahre 1809. (i. e. Acta diurna tempore occupationis Franco-Gallicae 1809.) Kinzls Chronik d. Städte Krems und Stein. 1869. p. 355.

XVIII. Geschichte des Lorch-Passauer Bisthumes bis zum Tode Pilgrims. (i. e. Historia episcopatus Laureaci-Passaviensis.) Ms. 1 tom. in archiv. Gottv. adserv.

Boeckhn Placidus (a s. Petro Salisburgi), Bavarus ex München 13. Iul. 1690 natus, novitius 10. Iun. 1705, monachus professus 18. Iul. 1706, absolutis in alma Benedictina Salisburgensi studiis philosophicis et theologicis, 24. Sept. 1713 neomysta ad aram stetit. Anno 1715 26. Febr. utriusque iuris doctor sollemni ritu creatus munera bibliothecarii et, obtenta notarii publici auctoritate, secretarii abbatiae suscepit. Anno 1718 Romam missus, binas causas ibidem haerentes tractaturus, inde 1720 redux anno sequenti in universitate Salisburgensi ius canonicum docere coepit et usque ad annum 1733 continuavit, quo e cathedra iuris, suprema laurea s. theologiae decoratus, ad docendam s. scripturam assumptus est. Ad initium anni 1729 simul procancellarius universitatis electus, 1734 sollemni erectioni universitatis Fuldensis interfuit, in qua a principe abbate Fuldensi Adolpho membrum et adsessor facultatis theologicae Fuldensis renuntiatus est. Resignata 1741 cathedra s. scripturae et munere procancellarii, primum parochus in Dornbach, demum 1743 superior in Maria-Plain constitutus, obiit 9. Febr. 1752.

Sequuntur eius scripta:

I. Iurisprudentia controversa, seu nobiliorum quaestionum iuris universi tam in schola quam foro maxime dubiarum solida disquisitio. Salisburgi. Mayr. 1718. 4°. 360 p.

II. Tractatus de sponsalibus ac matrimonio. Ibid. 1722. 4°.

III. Liber IV. decretalium. Ibid. 1722. 4°.

IV. Liber II. decretalium. Ibid. 1723. 4°.

V. Tractatus de iudiciis et processu iudiciario. Ibid. 1723. 4°.

VI. Responsum iuridicum in causis Antonii com. ab Attems contra agnatos. Salisburgi. Mayr. 1723. Fol. 72 p.

VII. Tractatus ad librum I. decretalium Gregorii IX. Ibid. 1724. 4°.

VIII. Liber V. decretalium. Ibid. 1725. 4°.

IX. Tractatus de delictis ad librum V. decretalium. Ibid. 1725. 4°.

X. Tractatus de clero, seu obligationibus et officiis, beneficiis et iuribus utriusque cleri, ad partem I. libri III. decretalium. Ibid. 1728. 4°. vol. 2.

XI. Selecta additionalia in praecedentes tractatus iuridicos, sive quaestiones singulares ex universo iure. Ibid. 1729. 4°. 297 p.

XII. Tractatus de praescriptionibus, partes duae. Ibid. 1731 et 1732. 4°.

XIII. Disputatio ex iure canonico et civili de iure deducendi duas partes, legitimam et trebellianicam. Ibid. 1732. 8°. p. 83.

XIV. Manuductio ad iurisprudentiam Iustinianeam. Ibid. 1733 et 1735. 4°.

XV. Predigt bey der feyerlichen Uebertragung des Gnadenbildes zu Maria Plain am 8. Sept. 1732. (Concio.) Abgedruckt in: Uebersetzte Archen des Bundes, d. i. das Gnadenbild Maria Trost am Plain. Salzburg. 1733. 4°.

XVI. Commentarius in ius canonicum universum, sive in V libros decretalium. Salisburgi. Mayr. 1735—1739. Fol. tomi 3. I. 1735. p. 540; II. 1738. p. 595; III. 1739. p. 426 et 145. Recte: Editio II. praecedentium tractatuum in sin-

gulos libros decretalium. Editio III. Parisiis apud C. Dorre. 1776. Fol. 3 tomi.

XVII. Dialogus in regno mortuorum inter divum Rupertum et Rupertum Salisburgensem monticolam, qui cum ceteris emigrantibus patriâ, dein etiam vita excesserat. Salisburgi 1736. 4°. p. 24.

XVIII. Wohlverdiente Bestrafung dess Calumnianten Sinceri Pistophili, der die Buss und Fastenpredigt Leopoldi Antonii Ertzbischoffen zu Salzburg mit laesterlichsten Anmerkungen nachzudrucken sich freventlichst unternommen hat. (i. e. De poena promerita calumniatoris Sinceri Pistophili etc.) Sine loco. 1736. Fol. 80 p.

XIX. Die aus der Würde des Sohnes erkannte Würdigkeit der Mutter und die aus der Würde der Mutter erkannte Würdigkeit des Sohnes an dem hohen Feste der unbefleckten Empfängniss Mariae und der Solemnität der zweiten Ordensprofess des Abtes Placidus zu St. Peter. Predigt. (i. e. Concio in festo immaculatae conceptionis et professionis iubilaeae etc.) Salzburg. 1737. 4°. 32 p.

XX. Oratio pro confirmatione Hermanni, neoelecti abbatis Ossiacensis. Salisburgi. Mayr. 1738. 4°. 16 p.

XXI. Der fürtreffliche Glaubenslehrer Pistorius und der falschglaubige Pistophilus (G. W. Oeder) gegen einander gehalten. (i. e. De doctore Pistorio et pseudopropheta Pistophilo.) Ibid. 1739. Fol. 36 p.

XXII. Beweisthum, dass es nicht nur gut und nutzbar, sondern auch nothwendig und anbefolchen sey, die Heiligen Gottes im Himmel, bevorab die seligste Mutter Gottes zu verehren und anzurufen. Predigt. (i. e. Concio de invocatione sanctorum.) Ibid. 1740. 4°.

XXIII. Oratio in confirmatione Godefridi, electi abbatis in monasterio s. Petri Salisburgi. Ibid. 1741. 4°. 24 p.

XXIV. Orationes academicae 31, in doctorum creatione vel data doctores creandi licentia dictae. Ibid. 1745. 4°. 374 p.

XXV. Regnum millenarium cum Christo, d. i. Tausendjähriges Reich und Regierung mit Christo in erfüllten zehenten Jahrhundert des Benedictiner Closter Mondsee in einer Predig vorgestellt. Vide: Mantissam chronici Lunelacensis. p. 177—210.

XXVI. Die mit ihrem göttlichen Kinde auf Erden gekrönte Himmelskönigin Maria, als dem Gnadenbild zu Maria-Trost von Plain am 4. Juli 1751 zwei kostbare Kronen aufgesetzt worden sind. (i. e. Concio in die coronationis statuae B. M. V. Plainensis.) Ibid. 1751. 4°.

XXVII. Iuris et facti fundatissima deductio in causa Salisburgensium iurium parochialium et oblationum, qua evidenter ostenditur, s. Rotam Romanam ex suppositis prorsus erroneis hactenus in favorem r. d. decani et parochi de Guttaringa contra r. d. abbatem s. Petri Salisburgi iudicasse. Unde singulis decisionis ultimae contrariae articulis respondetur. Sine loco et nomine. Fol. 1721. 70 p.

XXVIII. Varia responsa iuridica in causis regularibus. Ms. in fol. p. 151 in archiv. s. Petri CCLXXX, 1.

Boppert Conradus (San-Blasianus, postea San-Paulanus). Natus est Constantiae in magno ducatu Badensi die 10. Febr. 1750; s. habitu indutus in divo Blasio die 8. Oct. 1771; sollemniter professus die 6. Iun. 1773; sacerdos die 23. Sept. 1775. Absolutis in divo Blasio studiis theologicis, varia munera subivit graviter; praeter literas et fidibus et organis scite canebat, de monasterio praeclare meritus, quippe qui multo plura et supra, quam dici possit, per totam suam vitam legit, scripsit, docuit, collegit in suo praecipue „Scuto fidei“, opere sane ac thesauro inaestimabili, cui ad tertiam usque vicem revidendo, corrigendo ac demum ex asse perficiendo non minus 18 annis insumsit; vir ceteroquin solitudini inprimis addictus, pietatis solidae, mirae eruditionis, et tantae insuper in exantlandis laboribus patientiae, quantae vix ullus aliquis. Id quod vel ex unico colligere licet, quod in

hoc opere dogma s. Eucharistiae corroboret bis mille documentis minime dubiis, quae ex triginta vetustissimis liturgiis et sacramentariis diversarum nationum, ex quadraginta quinque conciliis, ex ducentis patribus et scriptoribus orthodoxis priorum duodecim ecclesiae saeculorum fideliter excerpta sunt. Duobus his documentorum millibus insuper adiecit ducenta alia ex tribus sequentibus saeculis XIII, XIV et XV. Opus ita disposuit, ut pro quovis die totius anni praemitteret meditationem circa missae s. sacrificium aut eucharistiam, adiungeret loca probationis, et adderet preces ante et post missam. Totum opus constat duodecim voluminibus; in prima editione quinque priora tantum volumina typis San-Blasianis anno 1806 expressa sunt; — proximus quippe instabat monasterii occasus — prima haec editio paucorum adsensum tulit: ita ferebat saeculum. Cum autem opus per Herderum annis 1853—55 altera editione, idque totum in lucem prodiret, plurimorum adsensum tulit, in Belgia et Italia furtim expressum typis, et versum in linguam Germanicam et Gallicam: ita iterum ferebat saeculum. — Anno 1807 e s. Blasio emigrans, devenit ad s. Paulum in Carinthiam, ubi die 31. Iul. 1811 ex pectoris inflammatione pie in Domino obiit.

Operis superius citati editio prima:

I. Scutum fidei ad usus quotidianos sacerdotum. Cum permissu reverendissimi ordinarii. Typis San-Blasianis, 1806. 8°. min. Pars I. A dominica I. Adventus usque ad diem I. Ianuarii. 395 p. Pars II. A I. die Ianuarii usque ad dom. V. post Epiphaniam. 397 p. Pars III. A dominica V. post Epiphan. usque ad dom. I. Quadrages. 384 p. Pars IV. A dominica I. Quadrages. usque ad diem s. Paschae. 400 p. Pars V. A die s. Paschae usque ad dom. intra Oct. Ascens. Dom. 383 p.

Eiusdem operis editio altera:

Scutum fidei ad usus quotidianos sacerdotum. Friburgi Brisgoviae sumtibus Herder 1853 ad 1855. 8°. min. Pars I. A dominica I. Adventus usque ad diem I. Ianuarii. 352 p. Pars II. A die I. Ianuarii usque ad dom. V. post Epiphan. 343 p. Pars III. A dom. V. post Epiphan. usque ad dom. I. Quadrages. 334 p. Pars IV. A dom. I. Quadrages. usque ad diem s. Paschae. 342 p. Pars V. A die s. Paschae usque ad dom. intra Oct. Ascens. Dom. 331 p. Pars VI. A dominica intra Oct. Ascens. Dom. usque ad dom. IV. post. Pent. 333 p. Pars VII. A dom. IV. post Pent. usque ad dom. IX. 342 p. Pars VIII. A dom. IX. post Pent. usque ad dom. XIV. post Pent. 322 p. Pars IX. A dom. XIV. post Pent. usque ad dom. XIX. post Pent. 328. Pars X. A dom. XIX. post Pent. usque ad dom. XXIV. post Pent. 338 p. Pars XI. A dom. XXIV. post Pent. usque ad dom. I. Advent. 345 p. Pars XII. Proprium Sanctorum. Indices quatuor. 239 p.

II. Duae missae de Requiem, genio et stricto stilo ecclesiae conscriptae. Manuscript. — Plura: Tantum ergo, eodem stilo ecclesiae concepta. Manuscript.

III. Die beschämten Philosophen unserer Zeit durch die Philosophen des grauen Alterthums. Etwas für Verstand und Herz. (i. e. De confusione philosophorum moderni aevi.) Ms.

Borbély Cornelius Colomannus (de s. Monte Pannoniae), s. theologiae licentiatus, s. sedis consistor. archiabbatialis adsessor, separati archiabbatiae territorii decanus, societatis s. Trinitatis director cet., Comaromii eiusdem com. in Hungaria die 26. Nov. 1835 natus, s. habitu die 8. Sept. 1852 indutus, vota sollemnia die 30. Dec. 1856 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis, die 21. Dec. 1858 sacerdotio initiatus est. Ad annum 1860 Viennae in instituto de s. Augustino nominato studiis vacavit; tum 1860—61 So-

pronii officio professoris, 1861—62 in s. monte officio oratoris a sacris simulque professoris, 1862—65 Comaromii professoris gymn., 1865—72 in s. monte professoris theologiae moralis et pastoralis functus, ex eo munus subprioris obit.

Scripsit plerumque sine nomine:

I. Három virág a hit füzéréből. (i. e. Tres flores ex corona fidei.) Ex ling. Germ. In: Családi lapok. Budapest. 1855.

II. Nyilvános isteni tisztelet alatt követendő szertartási szabályok a pannonhalmi székesegyházban szent szolgálatot tevő növendékpapok számára. (i. e. Caerimoniae in cultu divino.) Komárom. Siegler. 1870. 12°. 56 p.

III. Egyházi beszéd, melyet Gyulai Rezső első sz. mise-áldozatának bemutatása alkalmával elmondott Borbély Kornél. (i. e. Oratio s. occasione primitiarum R. Gyulai.) Ibid. 1871. 8°. 15 p.

IV. Egyházi énekek és nyilvános istentiszteleti imák a sz.-mártoni főapátság hiveinek használatára. (i. e. Hymni s. et preces.) Ibid. 1873. 8°. 112 p. Ed. II. 1876. 208 p.

V. Egyházi beszéd, melyet a bakonybéli apátsági templom fölszentelése alkalmával 1878. Szept. 22. mondott Borbély Kálmán Kornél. (i. e. Oratio s. in consecratione ecclesiae abbatiae de Bakonybél.) Ibid. 1878. 8°. 11 p.

Borovszky Leonardus Ioannes (de s. Monte Pannoniae), Strigonii eiusdem com. in Hungaria die 21. Maii 1792 natus, s. habitu die 30. Oct. 1810 indutus, vota sollemnia die 30. Sept. 1813 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 13. Sept. 1821 presbyter est ordinatus, cum iam antea 1813—16 Iaurini, 1816—17 Sopronii professor gymn. fuisset. Variis ex eo officiis uti professoris 1821—26 Sopronii, 1826—37 Posonii, magistri novitiorum in s. monte 1837—50, administratoris bonorum ibidem 1850—67, Iaurini 1867—68 laudabiliter functus, die 22. Ian. 1869 spiritualis residentiae Iaurinensis pie in Domino obdormivit. Scripsit:

I. Liber precum et hymnorum, quem in usum studiósae iuventutis Hungaricae concinnavit Leonardus Borovszky o. s. B. Posonii. Proprietas Aloysii Bucsánszky. 1840. 12°. IV + 166 + VI p.

II. Uj lelki manna azaz imádságos és énekes könyv a ker. kath. ifjuság számára. (i. e. Manna caeleste.) Irta Borovszky Lénárd pannonhegyi szent Benedekrendi szerzetes. Pesten. 1869. Nyomatja és kiadja Bucsánszky Alajos. 16°. 208 p.

Borschke Andreas Antonius (Scotensis). In Kaile in Bohemia natus die 28. Sept. 1843, cum bonis literis in gymnasio ad Scotos Vindobonae operam dedisset, s. habitu s. Benedicti indutus est die 14. Sept. 1862. Votis sollemnibus die 28. Oct. 1866 nuncupatis absolutisque in univ. Vindob. s. theologiae studiis, sacerdotio initiatus est die 28. Iul. 1867, nec non die 4. Aug. eiusdem anni primam Deo optimo obtulit hostiam incruentam. Statim deinde alumnis praefectus est; quo munere usque ad mensem Iul. 1868 functus posteaque ad professuram destinatus, linguis classicis vacabat tantopere, ut tentaminibus publicis die 1. Mart. 1872 pro lingua Latina Graecaque et die 16. Iun. 1873 pro philosophia approbatus die 1. Oct. 1873 professor in gymnasio ad Scotos sit designatus. Idem die 11. Dec. 1872 in aa. ll. et philosophiae doctorum ordinem cooptatus est, nec non societas numismatica Vindobonensis eum die 20. Maii 1870 sibi addidit sodalem. Conscripsit ad programm. gymnasii ad Scotos:

I. Pro anno 1872: Aeschylus und Sophokles, eine dramatische Studie. (i. e. De Aeschylo et Sophocle.)

II. Pro anno 1877: John Locke im Lichte der Kant'schen Philosophie. (i. e. Iohn Lockii

systema philosophicum ex Kantianis principiis dilucidatum.)

Typis porro edidit:

III. Lehrbuch der empirischen Psychologie. (i. e. Liber, qui est de psychologia empirica.) 1 vol. 8°. Viennae. 1880. Typ. et sumpt. Bloch et Hasbach.

Complura porro scripta de instituenda in gymnasiis doctrina actis mandavit diurnis.

Borsinger Ioannes Ev. (Murensis), natus in Baden Argoviae 1756 et professus 1774, tempore Gallicae obsidionis erat comes itineris principis abbatis Geroldi II. per Austriam et Moraviam, postea oeconomus Klingenbergae, ubi mortuus est die 10. Ian. 1810. Scripsit:

I. Beschreibung der Reise nach Oesterreich in Form eines Tagebuches. (Desunt folia, supersunt in bibl. Muro-Gries. 374 p. Abbati a Murensi monasterio proficiscenti haec verba in os ponit: VaLete Confratres eXVL a MVrIs eXIbo, breVI eXVLtans reDIbo.)

II. Correspondenzen. Fasc. in arch. Muro-Gries. A. IV. IX.

Bosagi (= Bozadschian) illustrissimus dominus Iacobus (Mech.), Ancyrae in Asia minori die 30. Nov. 1808 natus, Viennae in Austria habitu s. die 2. Febr. 1827 indutus, die 15. Sept. 1828 vota emisit, et die 22. Dec. 1829 consecratus est presbyter. Absolutis theologiae studiis, demandata sunt ei in monasterio munera praefecti novitiorum (per 12 annos), et directoris typographiae. Ab anno 1846 fungebatur munere superioris (successivo ordine) in variis hospitiis, seu domibus missionis congregationis, Tergesti scilicet, Romae, Constantinopoli. Romae non solum superioris hospitii, sed etiam procuratoris munus apud s. sedem peregit. Anno 1855 die 16. Aug. in capitulo generali Mechitharistarum Viennae electus est abbas generalis congregationis Mechitharisticae Vindobonensis. Eodem anno per Breve (ddo. die 11. Sept. 1855) summi pontificis Pii IX. nominatus est archiepiscopus Caesariensis in Palaestina in part. inf. Eodem ipso anno die 4. Nov. suscepit sollemniter in ecclesia Mechitharistarum Viennae consecrationem archiepiscopalem ab eminentissimo domino cardinali Iosepho Othmaro Rauscher, archiepiscopo principe Vindobonensi. Ab initio electionis suae in abbatem generalem congregationis suae enixe operam navabat novus hic praelatus, hospitia seu domus missionis in variis locis, Romae, Constantinopoli, Smyrnae, Giuzelhissari (olim Magnesia ad Maeandrum) et Tergesti, iam a suo antecessore fundatas, personis idoneis tam senioribus quam iuvenibus instruere et frequentare. — Ad haec addebat paulatim stationes missionum neoplantatas in Banat et Bucuresti in Rumenia. In Persiam quoque misit missionarios (ambulantes, i. e. sine stabili mansione). Anno 1870 desiderio episcopi Erzerumensis rit. Arm. cath. annuens, misit in eius dioecesim missionarium apostolicum, qui post aliquot annos eodem munere fungens in civitatem Trapezuntae transmittebatur. — Anno 1863—64 suos, qui in Tergestino hospitio degebant, visendi causa pergens, eorumque precibus indulgens, iussit benignus praesul, ut vetus domus missionis, quae ante aliquot annos, ipso superiore, fundata fuerat, amplificaretur et pars eius ad collegium sive gymnasium in usum studiosae iuventutis sub directione Mechitharistarum Viennensium accomodaretur. Anno post curavit in eadem urbe

in adnexu hospitii ecclesiam sat amplam in honorem B. M. V. gratiarum matris a fundamentis aedificandam. Cum brevi tempore partim sumptibus congregationis, partim vero subsidiis benefactorum opus exstructionis domus sacrae ad finem perductum fuisset, ipsemet illustrissimus dominus se Tergeste contulit et novam ecclesiam sollemnibus caerimoniis consecravit. Anno 1869 iter fecit Constantinopolim, invitatus a patriarcha Arm. cath., ut adveniret synodo nationali, quam ipse patriarcha ex suis archiepiscopis, episcopis et abbatibus conventuum cath. Armenorum ad res ecclesiasticas nationis constituendas convocaverat. — Anno subsequenti iter fecit Romam occasione concilii oecumenici Vaticani. Viennam redux, anno 1871 aedificio monasterii, iam a suo praedecessore condito, novam alam adiunxit. Eodem fere tempore (anno 1872) habuit summum gaudium ad effectum perducendi id, quod ipsi et toti congregationi multis ex annis in votis erat, aedificandi nimirum novam ecclesiam. Praeparatis enim praeparandis, antiquam ecclesiam a PP. Capucinis (anno 1810—11) emptam, et iamiam ruinam minantem a fundamentis demoliendam curavit. Quo facto, in eodem ferme loco fundamenta novi templi sacri ponebantur; et sacrum hoc aedificium, Deo adiuvante, biennio perfecte constructum est. Dein, paucis interiectis mensibus, illustrissimus dominus abbas die 15. Aug. 1874 in festo B. M. V. in coelos assumptae magna sollemnitate novam hanc ecclesiam titulo: Patrocinii B. M. V. (vulgo Maria-Schutz) consecravit. Eodemque die primum sollemnis missae sacrificium in gratiarum actionem Deo O. M., pro singulari hoc beneficio misericordiae eius obtulit. Quamquam illustrissimus dominus abbas his et aliis congregationis suae gravibus negotiis, maxime in novissimis calamitatum temporibus ubique praesertim in Oriente flagrantium, ubi plures ex suis religiosis missionarii munere vitam degebant, vehementer distringebatur, nunquam tamen neglegebat avitam disciplinae monasticae observationem, ipsemet stricte colere, eamque suis paterno amore commendare. Conabatur quoque, ut studium sacrae theologiae prae omnibus ceteris a suis enixe coleretur. Nequaquam tamen omittebat hortari eos ad acquirendas scientias humaniores et ad perfecte addiscendas linguas tam antiquas (Graecam et Latinam) quam modernas, praecipue Gallicam et Germanicam. Optabat vel maxime, ut libri in scholarum nationalium usum variis linguis crebro typis ederentur, ad quos conscribendos data occasione suos non solum verbis hortabatur, sed etiam reapse adiuvabat.

Opera illustrissimi domini typis edita:

I. *Քերականութիւն իտալերէն.* (i. e. Grammatica linguae Italicae, exposita in lingua Neoarmena. Accedunt selectae lectiones Italicae cum interpretatione Armena. Viennae, typis Mech. 1836.

II. *Բառարան Հայ, տաճկ.* (i. e. Vocabularium Armeno-turcicum [NB. Vocabula Turcica solis literis Armeniacis sunt scripta].) Viennae, typis Mechith. 1838.

III. *Բառարան տաճկ, Հայ.* (i. e. Vocabularium Turcico-armeniacum. [Totum literis Armeniacis conscriptum.]) Viennae, typis Mechith. Editio secunda 1858.

IV. *Փ. Տիւբանլուի (վատիկանեան) ժողովը.* (i. e. Versio Armena libelli Felicis Dupanloup: De concilio oecumenico [Vaticano].) Viennae, typis Mechith. Cum imagine auctoris. 1869.

Bosnyák Benedictus (de s. Monte Pannoniae), in Balaton-Csehi com. Somogy. in Hungaria die 24. Sept. 1750 natus, vota sollemnia die 25. Nov. 1770 emisit et die 26. Mart. 1775 presbyter ordinatus est. Ab anno 1802 administrator parochiae in Zamárdi die 15. Dec. 1809 vita cessit. Geometra et delineator insignis. Edidit:

I. Mappa super possessione Nagybaráti. Transsumpta ad apicem ex vetusta originali Iosephi Rixner per P. Benedictum Bosnyák. Anno 1781. Comaromii.

II. A szentséges szűz Máriának boldog halálra készitő heti tisztelete. Mellyet szent Benedek szerzetén lévő némely lelki pásztor együgyü juhainak boldog halálra elkészítésére másodszor kinyomtattatott. (i. e. Cultus B. M. V. per hebdom. pro felici morte obtinenda.) Weszprémben. Szám-mer Mihály betüivel. 1802. 12°. 74 p. (Prima editio Pestini 1798. 12°. 73 p., videtur in lucem prodisse.)

III. Exstat in bibliotheca centrali in s. monte imago ab eo atramento Indico picta, 55 cm. alta 40 cm. lata cum inscriptione: „Et milites plectentes coronam imposuerunt capiti eius.“ Io. cap 19. v. 2. — Delineavit P. Benedictus Bosnyák o. s. B. ad Sanct. Martinum de s. monte Pannoniae professus. Comaromii. Anno 1780.

Bossart Othmarus (Murensis), natus Gossaviae in cant. s. Galli Helvetiae die 19. Oct. 1749, ad s. professionem religiosam venit die 13. Nov. 1768 et ad sacerdotium die 28. Maii 1774. Munere professoris, granarii et subprioris fungens simul in scientia musica excellebat. Obiit die 16. Iul. 1820. Composuit varias cantiones, nunc partim deperditas, e. gr. in iubilaeo principis abbatis Geroldi II., in benedictione abbatis Gregorii Koch, uti constat ex Annal. in archiv. Muro-Gries. A. I. IV.

Referunt etiam eum excelluisse in conficiendis chronostichis et chronodistichis, quorum permulta noctes pervigilans composuit.

Breither, P. Rudolphus (Lambertinus). Natus est in Mürzsteg Styriae 21. Mart. 1802. Monachum induit in monasterio s. Lamberti in Styria 5. Oct. 1824. Absoluto tirocinio et finitis studiis theologicis in monasterio Admontensi celebravit primitias 16. Sept. 1827. Exinde per 10 annos cooperatorem egit in Veitsch, Aflenz, ad Cellas Marianas (ubi simul regentis chori, actuarii decanalis et sacristae munere functus est), in Obdach et Weisskirchen, — deinde per 17 annos curatias administravit in Feistritz et Zeutschach, donec anno 1855 parochiae in Veitsch praefectus est, cui adhuc praeest. Cum 2. Sept. 1877 iubilaeum celebraret sacerdotale, antistes Seccoviensis in praemium meritorum eum consiliarium sibi elegit. Edidit:

Predigt zum Ordensfeste des heil. Johannes von Gott, Stifters der ehrwürdigen barmherzigen Brüder. (i. e. Concio in festo s. Ioannis de Deo, fundatoris fratrum misericordiae.) Gehalten in der Ordenskirche zu Grätz den 9. März 1828. Wien, aus der Buchdruckerei der Witwe Stöckholzer von Hirschfeld. 8°. 16 p.

Brestyenszky Adalbertus Antonius (de s. Monte Pannoniae), abbas B. M. V. et s. Aniani de Tihany, aa. ll. et philosophiae doctor, facultatis philos. in regia univ. Pestinensi collegiatus, eruditae soc. Ienensis mineralogicae socius honorarius, in Ném.-Próna com. Nitr. in Hungaria die 5. Aug. 1786 natus, s. habitu 5. Nov. 1803 indutus, die 30. Aug. 1807 vota sollemnia emisit et absolutis Iaurini et in s. monte s. theologiae studiis die 30. Aug. 1810 presbyter ordinatus est. Ex eo ad annum 1811 Iaurini officio professoris gymn., 1811—13

professoris matheseos, 1813—14 philosophiae, 1815—16 denuo matheseos apud alumnos s. ordinis Iaurini, 1816—38 vero in academia Iaurinensi summa cum laude functus, hoc anno abbas de Tihany nominatus est, ibique die 15. Febr. 1850 pie in Domino obdormivit.

In mathematicis versatissimus magna cura diligentiaque scripsit:

I. Adalberti Ant. Bresztyenszky benedictini Pannonii lectiones academicae ex mathesi applicata in usum auditorum suorum conscriptae. Iaurini. Typis Leopoldi Streibig 1819. 8°. VIII + 160 p. et IV tab. aen.

II. Elementa arithmeticae generalis seu algebrae, ab Adalberto Ant. Bresztyenszky, benedictino Pannonio ac matheseos professore publico conscripta. Ibid. 1824. 8°. XVI + 416 p. Ed. II. auctior et emend. ibid. 1829.

III. Elementa geometriae et trigonometriae planae ab Adalberto Ant. Bresztyenszky in commodum suorum auditorum conscripta. Ibid. 1827. 8°. VIII + 432 p. et V tab. aen.

IV. Elementa matheseos purae in usum academiarum per regnum Hungariae et provincias eidem adnexas. Pars I. Elementa algebrae. Budae. Typis ac sumtibus reg. universitatis Hungaricae. 1828. 8. XII + 250 p. Pars II. Elementa geometriae purae et trigonometriae planae. Ibid. 1829. 8°. XII + 244 p. IV tab. aen.

V. In script. period. „Tudományos Gyüjtemény:“ *a)* Nagyságtudományi felelet. 1818. VI. 120 ad 122 p. *b)* Az algebrai megfogások nemzeti nyelvünkben előadásának próbája. (i. e. Experimentum algebram lingua Hung. tradendi.) 1823. IX. 35—50 p.

VI. Libros manuscriptos, qui autem ubi sint nescitur, habet: *a)* Kis geometria és mechanica magyar nyelven a győri normalis iskola 3. oszt. számára. 1835. (i. e. Geometria et mechanica parva lingua Hung. pertractata. *b)* Kotzebue, „Az óra és mandolatorta“, szindarab. (i. e. Fabula Kotzebue, Hora et scriblita amygdalina.) A győri leánynevelő-intézet számára magyarra forditotta. 1837.

Breunig Ferdinandus Ioannes (Scotensis), Viennae in Austria natus est die 3. Apr. 1822. Grammaticam cum literis humanioribus edoctus in c. r. gymnasio ad Scotos ac philosophicis disciplinis absolutis in univ. Vindob., religiosae familiae ad Scotos Viennae se addixit sacroque habitu indutus est die 21. Sept. 1840, vota vero sollemnia nuncupavit die 24. Sept. 1843. Studium s. theologiae cum in univ. Vindob. coluisset, primam incruentam hostiam Deo obtulit die 27. Iul. 1845. Deinde cum operas intermissas s. theologiae studiis reddidisset, die 10. Iun. 1848 in doctorum s. theologiae ordinem in univ. Vindob. relatus est, quorum collegii postea 1855 decanus fuit. Idem in doctrina de rerum natura bene eruditus, nec non publicis tentam. die 26. Mart. 1852 approbatus, munus docendi historiam naturalem in c. r. gymnasio ad Scotos die 17. Iun. 1852 suscepit, quo munere adhuc fungitur. Complures deinde societates scientificae eum sodalem sibi addiderunt, uti societas anthropologica et botanico-zoologica Viennae; praeterea fuit unus ex iis, qui societatem meteorologicam Viennae fundavere die 1. Maii 1866.

Conscripsit ad programm. gymnasii ad Scotos pro anno 1856:

I. Kurze Charakteristik der wichtigeren vorweltlichen Pflanzengattungen. (Describuntur omnia pristinarum plantarum genera.)

II. Inseruit porro libellis pro gymnasiis Austriacis recensiones librorum tractantium res naturales et dissertationem, quomodo doctrina historiae naturalis in gymnasiis sit instituenda.

Breyer Hugo (San-Paulanus). Natus est Iglaviae in Moravia die 30. Ianuarii

1824; s. habitu indutus die 24. Sept. 1845; sollemniter professus die 26. Aug. 1849; sacerdos ordinatus die 25. Iul. 1850. Studio theologiae in lyceo Clagenfurtensi operam dedit et absolvit anno 1850, ex quo assidue laborabat in cura animarum exercenda, cooperans parocho ad s. Paulum, ad s. Georgium, et in fano s. Pauli minori, quod facta inter parochianos collectione renovavit et novo organo instruxit; praecipuo studio praedicavit verbum divinum. Tribus annis in universitate Vindobonensi linguis antiquis classicis vacans bene paratus et examine approbatus, ab anno 1855 professor erat in gymnasio San-Paulano, recte docens linguam Latinam, Graecam et Germanicam, et de studiosorum morum cultura cogitans. Res autem ei charissima erat, praedicare verbum divinum, concionesque sacras studio et industria composuit. Ita negotiorum plenus, omnibus confratribus charus, die 24. Maii 1870 apoplexia tactus occubuit.

Prelo commisit:

Predigt gehalten am 20. Juni 1852 in der Pfarrkirche zu Klein-Sanct-Paul, bei Gelegenheit der Einweihung einer neuen Orgel. Klagenfurt. Gedruckt bei Joh. Leon. 1852. 12 p. 8°.

Plures conciones sacras typis imprimi curavit in opere, quod titulum habet:

Prediger und Katechet. Eine praktische katholische Monatschrift. Herausgegeben von Ludwig Mehlir. Regensburg. Druck und Verlag von Georg Manz. — 16. Jahrg. 1866, 4 Predigten. 17. Jahrg. 1867, 17 Predigten. 18. Jahrg. 1868, 6 Predigten. 19. Jahrgang 1869, 10 Predigten. 20. Jahrg. 1870, 16 Predigten. — Post eius obitum: 21. Jahrg. 1871, 2 Predigten. 22. Jahrg. 1872, 3 Predigten. 23. Jahrg. 1873, 2 Predigten.

Bülbüldschian Petrus (Mechitharista), Constantinopoli die 4. Aug. 1821 natus, Viennae in Austria habitu s. die 20. Maii 1838 indutus, die 8. Dec. 1839 vota emisit, et die 8. Sept. 1844 consecratus est presbyter. In monasterio fuit per aliquot annos professor matheseos. Ab anno 1855 Constantinopoli fungitur munere missionarii apostolici.

Opus eius in lingua Neo-armena typis editum:

Լ. Թւելոյ Պարզ ուսողութիւն, i. e. Elementa artis mathematicae purae. Versio Neo-armena ex opere Germanico: Elementar-Lehrbuch der reinen Mathematik. Von Ludw. Thilo. Viennae, typis Mechith. 1868.

Burger Honorius (Altenburgensis), Hornae in Austria infer. die 22. Nov. 1788 natus, s. habitu die 9. Oct. 1807 indutus, vota sollemnia die 14. Oct. 1810 emisit. Absolutis in alma Viennensi universitate s. theologiae studiis, die 8. Sept. 1812 sacerdotio inauguratus, die 13. Sept. 1812 primum missae sacrificium celebravit. Variis officiis, utpote: cooperatoris aux. per tres annos in parochiis saecularibus Gars, Sitzendorf et Tautendorf, 1815 et seqq. cooperatoris in urbe Horn, 1820 et seqq. parochi in Dietmannsdorf, 1823 parochi in Strögen, 1824 et seqq. parochi in Aigen, 1828 et seqq. camerarii et cancellariae directoris in monasterio, 1833 et seqq. parochi in urbe Horn, denique 1839 iterum camerarii et cancellariae directoris in monasterio summa cum laude functus est. Anno 1842 die 31. Aug. abbas monasterii canonice electus est. Fuit vir de monasterio optime meritus. Monasterium et ecclesiam claustralem, sicuti etiam nonnullas ecclesias incorporatas et aedificia parochialia restaurari curavit, sacram supellectilem novis argenteis vasis et omnis

generis paramentis, atque bibliothecam multis pretiosis libris ditavit. Scripsit etiam historiam monasterii et alia plura. Ob haec et alia merita ab augustissimo imperatore Francisco Iosepho I. eques caesarei ordinis coronae ferreae nominatus atque aa. et ll. magno aureo numismate insignitus est. Anno 1878 die 21. Iul. abbas Honorius, senex fere nonagenarius, cum summo fratrum moerore pie in Domino obdormivit et ad coelestem patriam migravit.

Scripsit haec:

I. Beschreibungen vom Stifte Altenburg, der Herrschaft, Ortschaften und Stadt Horn, sammt geschichtlichen Notizen. (i. e. Descriptio monasterii Altenburgensis et possessionum.) Gedruckt in: Schweickhart's Darstellung des Erzherzogthums Oesterreich u. d. Enns, V. O. M. B. Bd. I. p. 3 u. ff.

II. Zur Geschichte der Stadtpfarre Horn. (i. e. Quaedam ad historiam parochiae Hornae.) Gedruckt in der St. Pöltner theologischen Monatschrift Hippolytus, und zwar in der Diöcesan-Chronik und Geschichte, Jahrg. 1860, p. 17, 80, 328; Jahrg. 1861, p. 273, 417, 493.

III. Zur Geschichte der dem Stifte Altenburg incorporirten Pfarren. (i. e. Ad historiam parochiarum mon. Altenburgensi incorp. additamenta.) Hippolytus, Diöcesan-Chronik und Geschichte, Jahrg. 1860, p. 250, 477; Jahrg. 1861, p. 187 und 393.

IV. Zur Geschichte der Pfarre Stiefern. (i. e. Historica quaedam de par. Stiefern.) Hippolytus, Diöcesan-Chronik und Geschichte, Jahrg. 1860, p. 291.

V. Zur Geschichte der Pfarre Zöbing. (i. e. Notata historica de par. Zöbing.) Hippolytus, Diöcesan-Chronik und Geschichte, Jahrg. 1860, p. 374.

VI. Geschichtliche Darstellung der Gründung und Schicksale des Benedictinerstiftes St. Lambert zu Altenburg in Nieder-Oesterreich, dessen Pfarren und Besitzungen, und mehrerer die hiesige Gegend betreffender Ereignisse. Verfasst von Honorius Burger, Abt des Stiftes. (i. e. Descriptio historica fundationis sortisque monasterii o. s. B. ad s. Lambertum in Altenburg Austriae inferioris, eiusque parochiarum et possessionum, nec non plurium hanc regionem spectantium eventuum.) Wien. Druck von Carl Gerold's Sohn. 1862. I. Bd. 8°.

VII. Catalogus religiosorum patrum et fratrum monasterii ad s. Lambertum in Altenburg Austriae inferioris ordinis s. Benedicti ex necrologio monasterii excerptum. Per Honorium Burger, abbatem a. d. 1864. Vindobonae, typis congregationis Mechitharisticae. 1864. 8°. Hic catalogus continet: I° ex necrologio nomina eorum religiosorum, de quibus nil aliud notum est, nisi dies obitus, non item annus; II° ex necrologio nomina eorum religiosorum, de quibus annus et dies obitus notus est; III° nomina eorum religiosorum, qui ab anno 1624 usque ad annum 1800, in quantum schedulae professionis reperiuntur, professione sollemni se obligaverunt.

VIII. Catalogus religiosorum patrum et fratrum monasterii ad s. Lambertum in Altenburg Austriae inferioris ordinis s. Benedicti, ab anno 1800 usque ad annum currentem (1864). Vindobonae, typis congregationis Mechitharisticae. 8°.

IX. Urkunden der Benedictiner-Abtei zum heiligen Lambert in Altenburg, Nieder-Oesterreich, V. O. M. B. vom Jahre 1144 bis 1522. Gesammelt von Honorius Burger, Abt des Stiftes. (i. e. Tabularium abbatiae ad s. Lambertum.) Aus dem XXI. Bd. II. Abth. der von der kaiserl. Academie d. Wissensch. herausgegebenen Fontes rerum austriacarum besonders abgedruckt. Wien. 1865. Aus der kais. königl. Hof- und Staatsdruckerei. gr. 8°.

X. Zur Geschichte der Herren von Maissau. (i. e. Ad historiam dom. in Maissau.) Blätter für Landeskunde. 1865. p. 160.

XI. Meteorologische Beobachtungen in Altenburg vom 1. November 1855 bis 17. Juni 1864. (i. e. Observationes meteorologiae.) Jahrbuch für Landeskunde von Nieder-Oesterreich. 1867. p. 249.

XII. Verbesserungen, Zusätze und Nachträge zur geschichtlichen Darstellung der Grün-

dung und Schicksale des Benedictinerstiftes St. Lambert zu Altenburg in Nieder-Oesterreich etc. Von Honorius Burger, Abt des Stiftes. Horn. 1869. Druck von Ferdinand Berger in Horn. 8°.

Buss Anselmus (San-Blasianus). Natus est in Gengenbach in magno ducatu Badensi die 10. Oct. 1759, sollemniter professus die 8. Nov. 1779; sacerdos inauguratus die 25. Sept. 1783. De hoc viro iuveni, qui eximio ingenio et studiis mirifice deditus erat, abbas Martinus optimam spem concepit, eum registratorem et archivarium constituit, ad Germaniam sacram exarandam adscito demandavit episcopatum Spirensem, anno 1790 itineris Vindobonensis comitem sibi adiunxit, eique iuvenes professos ex aliis monasteriis admissos in historia ecclesiastica, iure canonico, linguis orientalibus et re diplomatica instruendos commisit. Historiae Spirensi scribendae anno 1788 coepit argumenta colligere, at vicissitudines rerum ardorem, quo opus coeperat, exstinxisse videntur. Anno 1792 in gymnasium Friburgense professor poeseos et linguae graecae amandatus, anno 1793 Friburgo revocatus et in pago Grafenhusano animarum curae gerendae adplicatus est. Verum vir, de quo optima quaeque sperare licebat, funesto fato succubuit; vita defunctus est saeculi undevicesimi anno incerto.

Sequuntur eius scripta typis impressa et manuscripta:

I. Plures commentationes typis impressae in: Hirschings historisch-literarischer Handweiser III. 47, 112, und im Stifts- und Klosterlexicon (Leipzig 1792). I. 629.

II. Regeste aus dem Theile des gräflich Lippischen Archives, welches nach S. Blasien gekommen, von 1256—1423. (i. e. Regesta tabularii comitum de Lippe.) Manuscriptum adservatur in archivo Caroloruhensi.

III. Auszug aus den zu S. Blasien befindlichen Acten des Prälatenständischen Archives von 1523—1636. (i. e. Extracta ex tabulario praelatorum in mon. ad S. Blasium existente.) Manuscriptum hoc evolvit continuam historiam anterioris Austriae intra tempus 1523—1636, inprimis pugnas ordinum vel statuum Brisgoviae de reditibus publicis cum imperio Austriae. Adservatur in archivo Caroloruhensi.

Buswald Dominicus (Admontensis). Fanum s. Magdalenae in Stiria originem dedit Dominico 4. Dec. 1814. Studiis summa cum laude absolutis, ordini s. patris Benedicti 19. Maii 1839 votis sollemnibus emissis est aggregatus et 4. Aug. eiusdem anni primitias celebravit sollemnes, ex quo in gymnasio Admontensi, Marburgensi et postremo Graecensi professorem egit philologiae usque ad mortem, cui inflammatione pulmonum occubuit 18. Dec. 1862. Dominicus albo doctorum philosophiae insertus erat. Opera:

I. Ueber das formell Bildende des Sprachunterrichtes. (i. e. De ingenio educationis institutioni grammaticali insito.) Marburger Gymn. Programm 1854.

II. Leben, Wissenschaft, Schule. Pädagogisch-didactische Bemerkungen mit einem Anhange über den Elementarunterricht in der Satzlehre. (i. e. Notata quaedam didactica.) Grazer Gymn. Progr. 1858.

III. Unsere Zeit vom universellen Standpunkte aus beleuchtet. (i. e. De genio moderni aevi.) Graz. 1861. 8°.

Caftandschian Elisäus (Mechitharista), Constantinopoli die 27. Aug. 1828 natus, Viennae in Austr. habitu s. die 4. Oct. 1846 indutus, die 3. Maii 1848 vota emisit, et die 1. Maii consecratus est presbyter. In monasterio fuit subpraefectus novitiorum et professor humaniorum stu-

diorum. Per breve tempus peregit officium quoque vice-secretarii congregationis. Anno 1859 missus est Constantinopolim officio functurus professoris in collegio Mechitharistarum Viennensium. Post aliquot annos missionarii apostolici munus quoque accipiens, eodem ad hodiernum diem fungitur.

Opera eius in lingua Neo-armena typis edita:

I. Եղիսաբեթ, i. e. Elisabeth, narratio moralis (romanensis), ex temporibus equitum cruciferorum. Libera versio ex ling. German. Viennae, typis Mechith. 1858.

II. Պատմութիւն հին եւ նոր կտակ, i. e. Historia veteris et novi foederis, in usum inferiorum scholarum. Viennae, typis Mechith. 1860.

III. Համառակութիւն գիտութեանց, i. e. Compendium vel summa scientiarum et artium. Viennae, typis Mechith. 1861.

IV. Ակդեհական ընթերցուածք, i. e. Selectae lectiones in ling. Gallica et Neo-armena, cum declaratione omnium prope vocabulorum ad facile intelligenda et vertenda scripta in ling. Gall. et Armen. Viennae, typis Mechith. 1872.

Caracaschian Mathias (Mechitharista), Constantinopoli die 11. Febr. 1818 natus, Viennae in Austr. habitu s. die 10. Apr. 1835 indutus, die 8. Dec. 1836 vota emisit et die 1. Nov. 1840 consecratus est presbyter. In monasterio docuit linguam ac literaturam classicam Armenam et studia humaniora. Anno 1849 missus est Constantinopolim.

Opera eius in lingua Palaeo-armena typis edita:

I. Լուկիանեայ երգք վասն կրօնից, i. e. Ludovici Racine: Poëme de la religion; versio in versus Palaeo-armenos, cum adnotationibus. Viennae, typ. Mechith. 1842.

II. Հարտարախօսութեան արուեստ, i. e. Ars rhetorica Armena. Viennae, typis Mechith. 1844.

III. Նկարագիր ումանից, i. e. Historia literaturae universalis. Viennae, typis Mechith. 1845.

Casparian Minas (Mechitharista). Artuini in Armenia maiori natus. Est ex numero eorum patrum Mechitharistarum, qui anno 1773 Venetiis emigraverunt Tergeste.

Opera eius typis mandata:

I. Պարզ համարոզական արուեստի, i. e. Opus arithmeticum, novo methodo conscriptum praecipue in usum mercatorum etc. Armenice et Turcice, separatim. Tergesti, typis Mechith. 1787.

II. Պատերգութեան վիպաս. Ամերիկայ, i. e. Robertson Angli: Historia Americae, versio in ling. Palaeo-armenam cum vocabulario brevi geographico-historico, ab ipso translatore conscripto. 2 vol. Tergesti, typis Mechith. 1786.

Casparides Paulus Vincentius (Raigradiensis), Boëmus Poličkensis natus 21. Ian. 1776, studiis humanioribus in solo natali absolutis, 1792 Olomucium in Moraviam se contulit ad ediscendam philosophiam, quod biennio eminenti cum successu perfecit. Exinde ad Raigradiense petiit suscipi coenobium, et sub Othmaro praeposito 30. Nov. 1794 monachum induit, Paulus vocatus. Ob varia temporum infortunia tirocinium per duos annos continuare coactus ad finem Octobris demum 1796 Viennam mittitur ad studia theologica inchoanda ibique Dannemayer et Jahn professoribus historiam ecclesiasticam et biblisticam per anni scholastici decursum, 1797—1800 vero Pragae ceteras disciplinas theologicas eminenti cum successu audivit atque in regulari disciplina apud PP. Augustinos habitans optime versatus est. Absolutis sic, cunctis adprobantibus, studiis suis, obtenta prius ob praeclaros progressus licentia domi theologiam moralem et pastoralem secundi semestris privatim discendi, Casparides in festo s. Trinitatis (8. Iun.) 1800 votis sol-

lemnibus se obstrinxit et 28. Oct. huius per archiepiscopum Olomucensem Antonium comitem Colloredo-Waldsee in sacello aulico Cremsirii ad presbyteratus ordinem promotus, 16. Nov. primam Deo obtulit hostiam immaculatam. Tum per biennium clericos Raigradienses philosophiam edocuit et ad preces abbatis Břevnoviensis Braunam in Boëmiam mittitur, ut in gymnasio ibidem Benedictinis ducibus existenti rhetoricam traderet, ibique etiam decreto iurisdictionis ab episcopo Reginohradecensi munitus, in confessionibus audiendis insudavit. Ast continua infirmitas Paulum ad deponendum hocce munus coëgit; quare domum ad finem anni scholastici 1803 reversus penes parochiam Raigradiensem, valetudine meliorata, capellanum egit usque ad 1805, quo per vicarium apostolicum castrensem licentia praepositi haud aegre obtenta, ad legionem de Stuardt No. 18 capellanus campestris vocatus, et sequenti ad legionem pedestrem Manfredinianam translatus est et per duos annos variis in locis et castris Boleslaviae in Boëmia, Olomucii etc. partes huius sui officii sedulo adimplevit. Nova infirmitate „typho“ iterato correptus eoque nimis debilitatus cingulum deponere coactus est et anno 1808 ad penates reversus, Raigradii iterum convaluit sic, ut curam animarum suscipere, anno vero 1810 ad parochiam Domašoviensem regendam transmeare posset. Quae exspectabat ab aëre salubri, in montanis consecutus est Paulus et nervis omnimode firmatis per triennium officio curati optime functus est, donec 1813 ad finem Decembris ad prioratus munus Raigradii promotus, laborum autem multitudine oppressus vires suas denuo debilitari expertus precibus enixis obtinuit, ut deposito prioratu 1814 ad commodam atque idoneam parochiam Nigrofanensem seu Ostrovačicensem, transire posset, ubi 4. Dec. 1817 phtisi pie in Domino obiit et in coemeterio parochiali sepultus requiescit in pace.

Casparides noster vir fuit scribendi studio flagrans, quod tum magna epistolarum eius collectio, in archivo nostro sub C. n. 9 deposita, tum cetera eius opuscula testantur, quorum syllabus hic est:

I. Archaeologia biblica. 8 terniones in 4°, de anno 1797. Ms. pap. sub Msn. 453. Sign. F/K. II. a. 17 bibl.

II. Notata ad translationem epistolae secundae s. Pauli ad Corinthios in linguam Germanicam cum exegesi. Ms. pap. de anno 1798. 4°. sine pag. sub Msn. 451. Sign. F/K. II. a. 15 bibl.

III. Ius ecclesiasticum publicum et privatum. Descr. anno 1798. Tomi tres. Tom. I.: Ius publicum in 14 tern., tomi II. et III.: Ius privatum in 12 tern. Cod. pap. sine pag. 4°. Msn. 445. Sign. F/K. II. a. 8. 9. bibl.

IV. Hermeneutica novi testamenti. Ms. pap. in 12 tern. à 4 plag. sine pag. Msn. 452. Sign. F/K. II. a. 16. de anno 1798. bibl.

V. Christliche Sittenlehre. (i. e. Theologia moralis, de anno 1799.) Ms. pap. in uno fasc. 20 tern. sine pag. 4°. Msn. 526. Sign. F/K. II. b. 26. bibl.

VI. Rhetorische Elaborate. (i. e. Opera rhetorica; translationes ex Flavio, Vegetio, Tito Livio, Tatio, variae orationes ipsius Casparides Lat. idiomate, concinnatae cum Braunae prof. rhetoricae ageret, anno 1802—3.) Ms. pap. in uno fasc. in plag. 4°. sine pag. Msn. 507. Sign. F/K. II. a. 12. bibl.

VII. Theologia pastoralis, idiomate Germanico et Slavico. Ternio unica Ms. pap. 4°. sine pag. Msn. 470. Sign. F/K. II. a. 35. de anno 1799. bibl.

VIII. Anmerkungen aus der mährischen Geschichte. (i. e. Notata ad historiam Moraviae de

anno 450—1184.) Ms. pap. in 6. plag. 4°. in archivo Raigr. sub C. s. 7.

IX. Auszüge aus verschiedenen Büchern zum Behufe des Predigers. (i. e. Notata varia ad usum concionatorum.) Duo tern. 4°. sine pag. Ms. pap. sub C. s. 2 archivi.

X. Biographia critica Gregorii VII., sine ira et studio, in 3 tern. Ms. pap. 4°. sub C. s. 2 archivi.

XI. Argenis, in 5 libris, 12 tern. in Fol. sine pag. de anno 1795 sub C. s. 4 archivi.

XII. Miscellanea. Tern. uno in Fol. Ms. pap. sub C. s. 5. de anno 1795 in archivo.

XIII. Einige Lebensregeln. (i. e. Quaedam agendi praecepta.) Ms. 10 plag. in Fol. de anno 1796. Ms. pap. sub C. s. 6 archivi.

XIV. Etwas wider die Langweile. (i. e. De medela otii molestiae.) Ms. pap. in 11 plag. in Fol. sub C. s. 7 archivi.

XV. Etwas zur Widerlegung der sogenannten starken Geister. (i. e. Refutatio sic dict. robustorum ingeniorum.) Ms. pap. 10 plag. in Fol. de anno 1798 sub C. s. 8 archivi.

XVI. Historia religionis ecclesiae de P. Cosma Schmalfuss translata in idioma Germ. Ms. pap. in Fol. 15 plag. non compl. de anno 1810 sub C. s. 9 archivi.

XVII. Summarium recularum, redituum et expensarum de anno 1809—15. div. plag. in Fol. Ms. sub C. s. 10 archivi.

XVIII. Notata varia Casparidis ceu prioris, parochi etc., notata historica etc. de anno 1813 ad 1816. Ms. pap. in 13 plag. in Fol. sub C. s. 11 archivi.

XIX. Výklad epištol nedělních a svátečných v Ostrovačicích. (i. e. Explanatio evangeliorum in dominicis et festis.) De anno 1814—15. Ms. pap. sub C. s. 12 archivi.

de la Casse Beniaminus Ignatius (de s. Monte Pannoniae), aa. ll. et philosophiae doctor, in Nagymaros, com. Hont. in Hungaria die 28. Oct. 1801 natus, s. habitu die 2. Nov. 1815 indutus, vota sollemnia die 29. Oct. 1822 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 30. Mart. 1825 presbyter factus est. Variis monasterii officiis ut: professoris Posonii 1822—27, Tyrnaviae 1827—34, Iaurini apud alumnos s. ordinis 1834—38, tum 1838—48 prof. mathematicae in academia Posoniensi, 1848—52 archivarii et prof. matheseos in s. monte, 1852—57 spiritualis et bibliothecarii Iaurini, 1857—59 oratoris a sacris in abbatia B. M. V. de Dömölk, 1859—65 prioris ibidem maxima cum laude functus, 1865 spiritualis Sopronium translatus est, ibique die 22. Sept. 1875 pie in Domino obdormivit.

Typis describenda haec curavit:

I. Elemi mennyiségtan. (i. e. Arithmetica elementaris.) Pozsony. 1842. Bucsánszky Alajos tulajdona. 1. rész: Betűvetés. 8°. VI + 282 p. 2. rész: Mértan. 8°. VIII + 248 p. et IV tab. aen.

II. Elemi mennyiségtan. (i. e. Arithmetica elementaris.) Irta de la Casse Benjamin Ignácz. Pozsonyban. 1843. Nyomatott Schmid Antal betüivel. 2. tom. 8°. 1. rész: Betűvetés. X + 282 p. 2. rész: Mértan. VI + 248 p. et IV tab.

III. A búcsújárásokról. (i. e. De peregrinationibus sacris.) Mit kell a ker. zarándoknak cselekedni s kerülni a búcsújárások alkalmával. In: „Magyar egyházi szónok.“ 1862. I. 945 sqq. p.

IV. Confecit demum historiam universalem Bonifacii Maár. V. hunc.

Caterdschian Iosephus (Mechitharista), Constantinopoli die 19. Febr. 1820 natus, Viennae in Austr. s. habitu die 15. Aug. 1836 indutus, die 20. Maii 1838 vota emisit, et die 30. Maii 1841 consecratus est presbyter. In monasterio fuit per aliquot annos subpraefectus clericorum et professor linguae Latinae, philosophiae et humaniorum studiorum. Bis (anno 1853 et 1877) missus est Romam munere procuratoris congregationis apud s. sedem. Anno 1855 Constantinopolim missus, in collegio congregationis docebat

scientias naturales, geographiam et historiam universalem. Anno 1878 valetudinarius ivit Constantinopolim.

Opera eius typis edita:

I. Կ. Կուրտեայ վասն գործոց Ղեքսանդրի մեծի Յաւելուածովք փրիէնեեմի, i. e. Curtii Rufi, de rebus gestis Alexandri Magni, cum supplementis Freinsheimi. Versio ex Lat. ling. in Palaeo-armenam cum adnotationibus. 2 vol. Viennae, typis Mechith. 1843.

II. Վահենափնտեայ, Կիւրոսի խրատու, i. e. Xenophontis Cyropaedia. Versio ex Graeca ling. in Palaeo-armenam, cum adnotationibus. Viennae, typis Mechith. 1843.

III. Կիկերոնեայ խօսք վասն Ծերութեան, i. e. M. T. Ciceronis, de senectute. Versio ex ling. Lat. in Palaeo-arm. Viennae, typis Mechith. 1843.

IV. Ս. Կիպրիանու գիրք վասն միութեան եկեղ, i. e. S. Cypriani, de unitate ecclesiae. Libera versio ex ling. Lat. in Palaeo-arm. Viennae, typis Mechith. 1846.

V. Տիեզերական պատմութիւն, i. e. Historia universalis. 1. vol. Aetas antiqua, 2. vol. Aetas media. Palaeo-armenice. Viennae, typis Mechith. 1849—52.

VI. Պատմութիւն մատենագրութեան Հայոց, i. e. Historia literaturae Armenae. Fasciculus I. Aetas antiqua. Neo-armenice. Viennae, typis Mechith. 1851.

VII. Վանի մը խօսք, i. e. Confutatio hallucinationum, quae in No. 114 ephemeridis Armeniacae, cui titulus: Masis, exstant. Neo-armen. Viennae, typis Mechith. 1854.

VIII. Հիմնական տարբերութիւն, i. e. Discrimen fundamentale inter catholicam et Armenam Etschmiadzinianam confessiones. (Opus polemicum.) Neo-armenice. Constantinopoli. Edit. typogr. nationalis. 1864.

IX. Տարեք երկրաչափութեան, i. e. Francisci Močnik: Lehrbuch der Geometrie für die unteren Gymnasien. Libera versio Neo-armen. Viennae, typis Mechith. 1864.

X. Խրատախոհի կեղծիք, i. e. Dissertatio adversus fictiones auctoris libelli Armeniaci, cui titulus est: Arbiter. — Item, de veritate rerum in doctrina et historia ecclesiae (catholicae). — Opus polemicum. Neo-armenice. Viennae, typis Mechith. 1873.

XI. Հանգիստ Ս. Յովհաննու, i. e. Dormitio beati Ioan. apostoli. — Ecclesiae Ephesinae de obitu Io. apostoli narratio. — Ex antiqua versione Palaeo-armena in Latinum versio. Armenice et Latine cum crebris notis. Viennae, typis Mechith. 1877.

Caterdschian Samuel (Mechitharista), Constantinopoli die 19. Maii 1828 natus, Viennae in Austr. habitu s. die 21. Nov. 1843 indutus, die 21. Nov. 1845 vota emisit, et die 13. Oct. 1850 consecratus est presbyter. In monasterio docuit per aliquot annos linguam Palaeo-armenam et studia humaniora. Anno 1856 missus est Tergeste, ubi per multos annos in hospitio seu domo Mechitharistarum Viennensium fungebatur officio procuratoris congregationis. Eodem tempore peragebat officium quoque missionarii apostolici. Ab anno 1860 fuit ibidem in instituto gymnasiali congregationis (pro extera studiosa iuventute) nuper erecto, professor linguae Germanicae, Gallicae et Anglicanae, nec non studiorum humaniorum.

Opera eius typis edita:

I. Տասն չորս եղանակներք, i. e. Quatuor tempora anni, sive: Descriptio mirabilium naturae. Neo-armeniace. Viennae, typis Mechith. 1852.

II. Ցմանութիւն Ս. կուսին Մարիամու, i. e. De imitatione B. Mariae virginis liber. Versio ex ling. Germ. in Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1854.

III. Ճառ Ս. Յովհ. Ոսկեբերանի, i. e. S. Ioan. Chrysost. homilia (una) ex comment. in epist. s. Pauli ad Hebr. Versio ex textu Graeco in Palaeo-armen. Viennae, typis Mechith. 1854.

IV. Երկբլեզուեան խօսք, i. e. Dialogi in tribus linguis: Turcica (literis arabicis), Gallica et Germanica. Viennae, typis Mechith. 1855.

Cechner Hieronymus (Emautinus Montserratensis) Bohemus Pragensis, natus anno 1716, professus 1737, primitias celebravit 1740, concionator in monasterio Emautino 9 annis, in monte Mariano Montserratensi Emautino Bezděz prope Boleslaviam concionator 20 annis, prior ibidem per 8 annos, multa perpessus a Borussis, qui anno 1778 Bezděz occuparunt, ubi solus in residentia remansit, indefessus et solertissimus rerum monasterii et totius ordinis Benedictini Austriae, Bohemiae, ecclesiae memoratu dignarum scriptor, poëta egregius, cuius opera manuscripta bibliothecae Emautinae gemmae sunt pretiosae, pluribus voluminibus consistentia. Mortuus est Pragae anno 1794 die 26. Maii.

Volumina ab eo scripta, quae in bibliotheca Emautina habentur, tomos multos in folio complectuntur.

I. Paraphrases festivales ab anno 1750. Fol. 762 p. Bibl. Emaut. VIII. 57. 325.

II. Provisio annonae spiritualis seu titulus mensae. Tom. I. anno 1752. Fol. 872 p. Tom. II. 1753. Fol. 437 p. Bibl. Emaut. V. 39. 111.

III. Cythara dominicalis et variae panegyricae orationes lingua Bohemica. 1755. Fol. 616 p. Bibl. Emaut. VIII. 57. 375.

IV. Quaestiones curiosae scripturisticae, ex theologia morali, polemica, dogmatica, et historia. Tom I. 1756. Bibl. Emaut. VIII. 57. 376.

V. Mons sanctus, in quo beneplacuit Deo, constans trino culmine, Skalka alias Slovan, nunc Emaus, Serrato et Bezděz, seu: Historia Emautina, Neo-Pragae Slavorum incolatu celebris, adventu Hispanorum Montserratensium celebrior, quatuor saecula complectens a Carolo IV. imperatore incipiens atque Ferdinando III. imperatore, voto facto, hoc opus finiente, conscripta anno 1767, in triplo, in Fol. 968 paginas numerans. Bibl. Emaut. XIV. 100. E. F. G. Volumen unum in bibliotheca caesarea universitatis Pragensis habetur.

VI. Collectarium variorum miscellaneorum et multorum memorabilium ex sacra scriptura, dogmatica, polemica, poëtica, politica, historica, spiritualia, saecularia. Tom. I. ab anno 1788. 548 p. Bibl. Emaut. VIII. 57. 376.

VII. Extractus specialis ex collectario memorabilium, catalogi genuini omnium illustrissimorum et reverendissimorum abbatum et vv. confratrum monasterii B. V. Mariae de Monte Serrato in Emaus ab initio fundationis Ferdinandi III. Imperatoris. Tom. I. Fol. Bibl. Emaut. Fol. IV. 28. 15.

VIII. Nomine totius conventus composuit ingeniosum elogium in installatione perillustris abbatis Emautini Anselmi Güntter, anno 1767, in quo prolixo carmine omnes, qui usque ad hunc annum exstiterunt XI abbates Emautini Montserratenses adducuntur nomine XI patriarcharum fratrum Iosephi patriarchae cum interpretatione ipsorum nominum et prophetiis Iacobi patriarchae et cum variis elogiis et adiectis anagrammatibus totius conventus. Abbas ultimus Anselmus Güntter adducitur sub nomine Beniamin, quia matrem morte praematura amisit; quod ingeniosum carmen in sua historia Emautina descriptum servavit.

IX. Conciones scriptas dominicales et festivales multas reliquit, quae duobus fasciculis compactae vel colligatae in bibliotheca Emautina servantur, ling. Bohem. Fasc. II. 812 p. Bibl. Emaut. VIII. 57. 376.

X. Festo iubilaei montis Mariani Emautini Montserratensis Bezděz die nativitatis beatissimae virginis Mariae anno 1766 concionem habuit festivalem Bohemic., quam typis dedit et comiti Vincentio de Waldstein dedicavit. Titulo: Centifolia Rosa mystica de Monteserrato in Bezdiez plantata. Pragae 1766.

XI. Cum monasterium Emautinum in monte Mariano Montserratensi Bezděz anno 1786 abolitum fuisset, ipse sanctissimae virginis piissimus cultor, plurimis annis ibidem concionator, sacrae confessionis poenitentium minister, cultus Mariani augendi studio ardentissimus composuit egregium

carmen Latinum elegiacum inscriptum: Valedictio monti Bezdězensi, quod carmen in eius historia Emautina descriptum adservatur.

Non satis adumbrari potest, quam copiosa, at vero etiam quam exquisita indefessus Cechner in scriptis suis exegerit. Omnia, quae scripsit, volumina brevi in conspectu poni facile nequeunt. Quoad eius fieri potest, omissis plurimis, res quaedam in exemplum subiciuntur:

Enarrat merita et elogia ordinis Benedictini in Bohemia.

Habet historiam et elogia primorum sex Benedictinorum episcoporum Pragensium et archiepiscopi Zoubek de Bilenberg, Benedictini.

Enumerat omnes congregationes Benedictinas.

Omnes miraculosas et gratiosas imagines sanctas apud Benedictinos enarrat.

Ordo Benedictinus quot habeat thaumaturgos.

Habet catalogum scriptorum et doctorum ordinis s. Benedicti.

Enumerat imperatores, reges, reginas ordinem s. Benedicti professos, principissas ordinem hunc ingressas.

Habet catalogum summorum pontificum, sanctorum apostolorum, sanctorum martyrum ordinis nostri.

Habet summarium indulgentiarum crucum s. patris Benedicti.

Habet et recenset academias, quas rexerunt Benedictini.

Recenset omnia monasteria ordinis s. Benedicti, quando, ubi et a quo fundata?

Dat fusam notitiam celeberrimi montis Serrati in Hispania.

Narrat de origine cultus beatiss. virginis Montserratensis in Germania.

Habet historiam separati Viennensis montis Serrati a Pragensi et prioratus Viennensis in abbatiam elevati.

Recenset omnia opera novem classium a celeberrimo per orbem noto secundo abbate Montserratensi Emautino Ioanne Caramuele de Lobkovic edita.

Omnia opera doctissimi quarti Montserratensis Emautini abbatis Didaci a Canvero, sub quo archiepiscopalis typographia erat in monasterio Emautino.

Enumerat opera Veremundi Proche, egregii scriptoris Emautini altero proxime anno ante annum 1750 mortui.

Consignavit omnes gratias exhibitas a Matre divina in monte Mariano Bezděz.

Habet omnia elogia poëtica, adgratulationes, anagrammata abbatibus Emautinis facta; ipse quoque elogia praestantissima fecit.

Habet historiam IX pseudo-abbatum commendatoriorum in monasterio Emautino tempore hussitarum.

Habet historiam XVIII administratorum consistorii utraquistarum in monasterio Emautino-Slovanensi.

Habet bullas romanorum pontificum:

Ioannis VIII. dantis licentiam Bohemis lingua Slavica sacras missas et officia divina persolvendi.

Ioannis XIII. hoc privilegium revocantis.

Clementis VI. ad preces imperatoris Caroli IV. licentiam hanc iterum indulgentis, ut in Emaus omnia officia divina lingua Slavica persolvantur.

Alexandri VII. dispensantis a perpetuo ieiunio in Emaus, remanente nomine strictioris observantiae Montserratensis.

Clementis X. super indulgentias monasterii et creantis III. Montserratensem Emautinum abbatem Antonium de Sotto Maiorem episcopum suffraganeum Pragensis archiepiscopi Matthaei Zoubek de Bilenberg ex ordine s. Benedicti.

Innocentii XIII. dantis indulgentias altari privilegiato animarum defunctorum in ecclesia Emautina.

Describit coronationes regum Bohemiae a Ioanne Luxemburgensi usque ad Iosephum II., cuius coronatio non fuit.

Habet diplomata imperatorum et regum a Carolo IV. usque ad Mariam Theresiam.

Adfert adlocutionem summi pontificis Pii VI. ad imperatorem Iosephum II.

Habet historias bellorum in Albo Monte prope Pragam, belli Suecici ad Lipsias, ad Nordlingam, Suecici ad Pragam, Borussici Praga subacta, belli Gallici, et quadruplicis Borussici 1742, 1744, 1756, quibus scriptor Cechner ipse interfuit obses.

Habet oden iocosam in difficilem praelatorum statum, nomine „praelatura alta cura, — seu quidquid agant praelati, semper eos errare, dicit invidia“.

Habet carmen: Valedictio beatiss. virg. Maria a Iesu ante passionem.

Habet tractatus:

Religiosi non sunt oneri publico.

Sacerdotes sunt necessarii.

Habet regulae Benedictinae encomium.

Habet elucidationem textuum difficilium e scriptura sacra. Anno 1758. 337 p. Bibl. Emaut. VIII. 57. 382.

Describit missas hussitarum.

Cervus Adam (de s. Monte Pannoniae, prius S. I.), in Zboró com. Nitr. in Hungaria die 6. Maii 1732 natus, die 12. Sept. 1761 presbyter ordinatus est. S. ordinem ingressus die 30. Nov. 1779 vota sollemnia emisit. Anno 1802—3 prior in s. monte, 1803—5 director gymn. Sopron., 1805—14 spiritualis in s. monte, ubi die 9. Dec. 1814 supremum diem obiit. Scripsit:

I. Vindiciae flosculi noli me tangere Iaurinenses, adversus anonymi poetae Sabariensis metra, nomine senatus populique Sabariensis gemino idiomate inscripta ill. ac rev. domino primo episcopo Sabariensi dioecesano. Anno MDCCLXXVII. M. Iulio. (In fine: A. C. M. P. D. I. P. R., i. e. Adamus Cervus Montis Pannoniae de Iustina Paduensi Regularis.) Typis Iaurin. 4°. 4 p.

II. Benedictinus occasione restitutionis sacri sui ordinis in s. Monte Pannoniae die 25ª Apr. anno 1802 sollemniter peractae, grati erga coelestes et terrestres superos animi oestro percitus. (In fine: A. C., i. e. Ad. Cervus.) 8°. 4 p.

III. Quid est monachus? Quaestio pio et simplici rythmo pertractata. 1786. 8°. 23 p. Ms. in bibl. in s. monte.

IV. Deo gratias. Hymnus. 8°. 6 p. Ms. ads. ibidem.

V. Ének, mellet Feő Tisztelendő Cervus János Ex Jesuita, akkoriban pedig Tihanyi sz. Benedek szerzete klastromának Priorja, most pedig az Kalotsai megyében Vice öspörös és Kanonok ur heventeben tsinált, a midőn némely Weszprémi Piáristák említett Tihanyi klastromban mulatozván Vatsora alatt az Jesus társaságának elromlásán nagyon örvendeztek volna, az szerzet elbontó Ganganelli, ugymint 14. Kelemen pápát pedig azon tettiért mód nélkül fölmagasztalták volna, nem tudván, hogy Pater Cervus Prior Ex Jesuita légyen, kiknek is másnap ebéd után, a midőn a Piáristák a mult estvéli beszédjeket ismét újjéttották volna, az Pater Benediktinusok fönszóval ekképen énekelvén, az eloszolt Jesus Társasága nevében megfeleltek. (i. e. Carmen contra aliquot patres piarum scholarum, qui iesuitis obtrectarunt.) 2°. 2 p. Ms. ads. ibid.

VI. Valedictio reversuri in ordinem s. Benedicti anno 1802 restitutum ad A. R. dominos parochos distr. med. Tyb. in ultima districtuali congregatione apud se congregatos A. R. P. Adami Cervus, parochi v. a. diaconi et canonici hon. dioecesis Colocensis tempore sublati ordinis. 8°. 7 p. Ms. carmen tetrastichum ex 43 strophis constans. Ads. ibid.

VII. Ave Maria: „Üdvözlégy“. Hymnus. 8°. 2 p. Ms. ads. ibid.

VIII. Karácsonyi ének: „Pásztor pajtársim.“ (i. e. Hymnus in nativ. domini.) 8°. 2 p. Ms. ads. ibidem.

des Champs Romanus (a s. Petro Salisburgi), Bavarus ex München, natus 16. Sept. 1670, monachus professus 30. Apr. 1690, neomysta 29. Sept. 1693; variis muneribus in cura animarum functus est utpote cooperatoris in Wieting, vicarii parochiae ibidem et in Dornbach, demum poenitentiarii in Maria Plain. Per 14 annos

calculi doloribus toleratis obiit 23. Mart. 1750, professione et sacerdotio iubilaeus.

I. Der hl. Rupertus. (i. e. De s. Ruperto.) Anagramma Ter Purus, d. i. ein Reich, ein Hell- und Heilfliessender Felsen Horeb. (Lobrede.) Wien. 1710. 4°. p. 24.

II. Predigten auf drei goldenen Sambstag Abend 1732 in Maria Plain. (i. e. Conciones pro tribus sabbatis s. d. aureis.) Abgedruckt in: Uebersetzte Arche des Bundes. Salzburg. 1733. 4°. p. 56.

III. Das Leben und die brinneyfrige Tugenden des Gottseligen Heinrich Mariae Boudon der Kirchen zu Eureux Gross-Ertz-Dechant. (i. e. Vita et virtutes beati Henrici Boudon archidiaconi ecclesiae Eburovicensis.) Aus dem Französischen. Augsburg. Wolf. 1738. 4°. p. 264.

Chmel Iacobus (Břevnoveno-Braunensis), Reginaehradecii in Bohemia die 26. Oct. 1727 natus, habitum s. p. Benedicti Břevnovii induit, et 1. Maii 1748 vota sollemnia emisit. Absolutis in instituto monasterii studiis tum philosophicis tum theologicis die 6. Oct. 1754 presbyter ordinatus est. Professoris theologiae munus in monasterio adeptus eoque plures annos egregio cum successu functus officia subprioris Policii, prioris Břevnovii et collegae praesidis facultatis theologicae in universitate Pragena cum laude subiit, donec defuncto abbate Stephano ad abbatialem evectus est dignitatem anno 1786. Tandem die 21. Oct. 1805, professus et sacerdos iubilatus, pia morte terrestria deposuit.

Scripta divulgavit haec:

I. De officio hominis erga Deum. Tractatus theologico-ethicus. Vol. un. 4°. p. 262. Augustae Vindelic. sumt. Matthaei Rieger bibliopolae 1765.

II. Vindiciae concilii oecum. VI., queis aequitas et veritas censurae synodalis adversus Honorium I. P. P. eiusdemque ad Sergium patriarcham CP. epistolas postliminio vindicantur. Praemissa dissertatione historica de origine haeresis monothelitarum. Vol. un. 8°. p. 484. Pragae, sumt. Feliciani Mangoldt et filii.

III. Apologia singularis orthodoxae catholicaeque doctrinae de morali hominis impotentia, solis naturae vitiatae viribus servandi legem Dei naturalem. Volumen un. 8°. p. 326. Pragae, litteris Francisci Gerzabek. 1787.

Christen Ambrosius (Murensis), ab Ursern in Uran. Helvetiae die 25. Febr. 1805 natus, Lucernae studiis operam dedit. Ordinem s. B. ingressus ad sollemnem professionem admissus est die 1. Maii 1825. Ascendit ad sacerdotium die 15. Aug. 1829 Antea subparochus Murensis et postea 1841—45 rector collegii Sarnensis secutus est abbatem in novum domicilium Griesi abeuntem, ibique munere cooperatoris et subprioris bene functus obdormivit in Domino die 7. Ian. 1854.

Praeter aliquot sermones extant varia ipsius poëmata in festis diebus abbatum, partim typis Murensibus edita 1832—39, partim ms. in bibl. Muro-Gries. Cod. 1. 78; 2. 114.

Chvoian Theodorus (Emautinus Montserratensis), Bohemus Krašlovicensis, natus 1839, professus 1862, presbyter ordinatus 1863, professor historiae et geographiae, linguae Bohemicae et Germanicae in gymnasio Benedictino-Emautino Klattoviae emeritus, parochiae Emautinae Třebešicii administrator.

Typis edidit valde utilem libellum de verbis Germanicis inregularibus modo mnemotechnico addiscendis cum variis loquendi formulis lingua Bohemica, bina iam vice editum, Pragae proprio sumptu 1879, qui libellus pro scholis cum laude est commendatus et inscriptionem habet:

Německá časoslova nepravidelná mnemotechnicky uspořádal a úslovím opatřil Theodor

Chvoian, bývalý professor na gymnasium Klatovském. Druhé rozmnožené a opravené vydání. V Praze, 1879, nákladem vlastním. Bibl. Emautin. IX. 2. 45.

Cigoi Aloisius (San-Paulanus). Natus est in Gojaca in regione Litorali die 29. Ian. 1842, s. habitu indutus die 11. Ian. 1862, sollemniter professus die 28. Mart. 1866, sacerdos ordinatus est die 20. Iun. 1866. Studium theologiae Clagenfurti (Viruni) finitum, in universitate Monachiensi per duos annos continuabat, et post examen rigorosum, disputationem publicam et scriptionem de II. libro Macchabaeorum typis expressam doctor s. theologiae renuntiatus est. Anno 1868 professor studii biblici V. F. in instituto theologico P. Episcopi Gurc. Clagenfurti nominatus, una docet etiam hermeneuticam biblicam et introductionem in libros N. F.; aliquot annis patristicam explicabat, simul clericorum monasterii director spiritualis. Ab anno 1876 diebus dominicis in ecclesia parochiali Clagenfurtensi alterne cum confratre, prof. theol. P. Eugenio Pierl etiam conciones sacras habet. Omnia officia sollicite et bene explet.

Typis expressit opusculum sub titulo:

Kritisch-chronologische Schwierigkeiten im zweiten Buche der Makkabäer. Klagenfurt. 1868. Druck von Joh. und Friedr. Leon. p. 1—72. 8°.

Conrad Othmarus (Raigradiensis) in s. fonte Carolus Borromaeus vocatus, ex opulenta stirpe 24. Oct. 1729 Evančicii progenitus, transactis pueritiae annis in domo paterna, 1738 a parentibus Krumlovium mittitur ad patres Paulanos ad continuanda studia, quae Znoymae et deinde Brunae in gymnasiis Iesuitarum finivit. Iuvenis optimae indolis, vultu decoro, homo ad unguem factus, Conrad omnimodam sibi acquisivit dilectionem imprimis eorum, quibuscum illum conversari oportebat; quo factum est, ut, cum 1746 absolutis iam studiis gymnasialibus praepositum Raigradiensem Matthaeum candidatus adiret, consensu unanimi voti compos exsisteret et Calendis Maii monachum indueret. Absoluto novitiatus anno, ex quo P. Thaddaeo Khinell ductore optimae indolis iuvenis omnimode probatus exiit, 1. Maii 1747 coram eodem Matthaeo praep. sollemniter emisit vota, tum logicam ex praelectionibus P. Alberti Raymann, theologiam vero sub P. Richardo Schaller et Bennone Rubin in Raigrad 1749—1753 perdidicit ita, ut ex his sibi acquisitis scientiis thesibus publice defensis omnimodum plausum retulerit. Anno 1753 Brunae per cardinalem episcopum Olomucensem de Troyer presbyter ordinatus primitias celebravit Lusdorfii in Austria privato sumptu principis Emanuelis de Lichtenstein, qui hac ratione meritis patris neomystae in servitiis principis acquisitis gratiam retulit. Unde redux Othmarus refectorarius, portarius nec non concionator festorum constituitur; anno 1755 philosophiam clericis nostris tradendam suscepit, 1758 vero theologiam, quod munus una cum bibliothecarii et secretarii praepositi officio per plus unum lustrum sedulo obivit, et 1763 susceptorum noviter trium novitiorum magistrum egit, cui honos decani conventualis additus fuit. Decursu huius temporis iam 1757 ex morbo graviter decumbens, aliquot menses Evančicii in domo paterna transegit, tum ex suscepto anno 1759 mense Septembri cum P. Placido itinere per Viennam ad Cellas Marianas Styriae redux, iterum

aegrotans praecordiis conceptam mortem iam continebat; Deo vero propitio sanus factus post absolutum primum triennium professurae suae theologicae humillime 1761 praeposito Bonaventurae supplicabat, ut hanc, quam per tres annos de mandato confratribus praelegerat, theologiam publicae disputationi exponere valeret. Dictam quoque theologiam per modum thesium expositam praeposito submittit et paternae adprobationi subicit, ut si nihil in ea contra fidem, contra bonos mores et contra sanam rationem reperiretur, typis etiam dari posset. Et ita factum est. In praemium meritorum tunc praeses conferentiarum cum clericis constitutus fuit una cum P. Ferdinando. Anno 1764 Maii 15. praepositus Bonaventura vitam finivit et 10. Iulii novae electionis actus incepit praeside domino visitatore abbate Břevnoviensi Friederico. Candidati positi fuere P. Wenceslaus, Othmarus Friedericus; omnia pacifice transierunt, et electus fuit a 15 conventualibus ex 18 Othmarus praepositus Raigradiensis, qui homagio praestito Olomucii apud episcopum 13. Iul., et 24. post audientiam apud augustissimam imperatricem et depositum fidelitatis iuramentum apud ministros nec non supremum cancellariae comitem de Chotek Viennae, mense sequenti 24. in diëta Brunensi fuerat introductus, et statim deputatus pro commissariis. 14. Octobris Othmarus praepositus in ecclesia collegiata ad s. Mauritium Cremsirii per episcopum Olomucensem sollemniter fuerat benedictus, et abhinc perlongi eius regiminis fata nobis breviter veniunt referenda. Anno regiminis primo statim praelaturam in hodiernum restituit statum et suppellectili elegantiori locupletavit. Sequenti sacellum ibidem construxit sollemniter benedictum; fundamenta iacta augendae et exstruendae ecclesiae s. Crucis in oppido Raigrad, ecclesiae et turris Domašoviensis tectum renovatum, amicabilis compositio propter quosdam agros cum Rossicensibus et Aichhornensibus inita, res equaria prospere aucta est. Anno 1766 et sequentibus duobus lustris ecclesia monasterialis ruinae iteratis vicibus terrae motu 1763 propinqua ad integrum reparatur aeque ac bibliotheca, quam variis novis acquisitionibus summopere locupletavit Othmarus literarum summus fautor. Cum ab aula caesarea anno 1767 rescriptum emanasset, quo dominia tenebantur subditis domos, ubi habitarent, vendere, monasterium nostrum primum fere in Moravia fuit, quod subditos suos a servitute liberos declarans, domos ipsis hereditarias tradidit. Ecclesia s. Crucis die 3. Maii h. a. a praeposito benedicitur et ab episcopo Olomucensi parochialis in perpetuum declaratur. Anno 1768 mola in Ostrovačic parum proficua cassatur, et paulo post capitulo generali Břevnovii celebrato praepositus noster adest, in quo statuta prima vice in unum redacta fuere. Sequenti tribunalis Brunensis secretarius de Hakl omnem suam substantiam nobis cedit, ex qua varia ecclesiae utensilia parantur, villa in Hluboky exstruitur, 1772 vinea in Rybešovic in loco prius inculto et saxoso magna pecunia plantatur, cuius rei parochus Seelovicensis Ioannes Krátký legato suo praebuit occasionem. Item anno 1771 erigitur pharmacopoea in monasterio, quae autem 1801 fratribus misericordiae Brunensibus vendita est. Sacellum post incendium in pago Opatowic denuo erec-

tum benedicitur. Sequitur anno 1773 praecedentia duo legata notabile illud legatum nobilis herulae Elisabethae de Schwalbenfeld, quo ecclesia Raigradiensis 21.000 fl. accepit, eodemque anno rector collegii societatis Iesu Brunensis ultimus Martinus Raab post eius ordinis subpressionem apud nos hospitio excipitur. 1777 incendium pagum nostrum Rybešovic totum in cineres vertit, sequenti ecclesia in Syrovic erigitur, 1776 capella s. Annae in pago Hluboky exstructa ac benedicta frequentationi publicae aperitur, 1777 superior ambitus praelaturam inter et conventum aedificatur, archivum novum inceptum perficitur, totaque ecclesia restauratur monasterialis, in qua, cum novissimis diebus oratorium super sacristiam aedificatum esset, sine interruptione chorus persolvebatur. Anno 1780 traduntur nobis sollemniter qua patrono literae fundationis beneficii curati in Syrovic, ibique P. Sarcander Globisch primus denominatus curatus, sicuti quadriennio ante P. Ioannes Zvolský primus pro resuscitata post annorum 160 spatium curatia Domašoviensi. Loco statuarum in turribus ecclesiae cruces imponuntur, et 1781 sacellum, bibliotheca in praelatura eiusque pars versus molam partim restauratur, partim de novo aedificatur. Ad finem huius anni 13. Oct. edictum tolerantiae Moravicum in publicum prodiit, vi cuius per decursum triennii monasteriorum et claustrorum maxima pars abolita est; cassantur item omnes exemptiones ordinum decreto Iosephi II, hinc et nostris Raigradii tempora infausta inchoantur, domum tamen nostram singulari c. r. aulae munificentia conservatam videmus. Fratrum amore deficiente incipiunt rixae praepositum inter et conventum, cuius fomes exsistit 1784 neglecta a praeposito petitio clericorum, qui vi decreti caesarei ad lyceum mitti frustra rogabant. Simul erogationes insolitae aeque ac casus adversi in tantas rei familiaris angustias Raigradium adduxerunt, ut coenobium nostrum saluti desperare videretur. En huius documenta! Solutum ingens pretium nomine taxae confirmationis anno 1781 excipiunt commissiones sic dictae catastrales, apud nos per longum tempus nostrisque sumptibus habitantes, quarum decisionibus magnam iacturam soli agrorumque fecimus. Venduntur cauponae Ostrovačicensis et Domašoviensis ad erigendam capellaniam Domašovii; piscina, Donava vocata, cassatur in eiusque locum novus pagus Othmarovium ad nomen praepositi dictus conditur. Crescunt timores 1784 ob subpressa praecipua Moraviae monasteria, uti Zabrdovicense, Lucense, Gradicense, Velegradiense. Residentia Rybešovicensis fulmine icta tota conflagrat; incipitur ex mandato caesareo via regia Bruna versus Bohemiam per Nigrofanum, et inde magna nobis veniunt detrimenta in silvis et agris. Ostrovačicii (1786) incuria scholae rectoris magnum incendium undecim domos una cum horreis consumpsit, ibique fures sacrilegi ciborium et calicem ex sacrario rapiunt. Eodem anno propter instantem servitutis (nomine Robot) abolitionem in proprium commodum villa (seu curtis) monasterio vicina aedificatur, mola vero vix aedificata una cum mola asserina iure emphyteutico cum magno nostro damno venditur. Anno 1787 schola trivialis erigitur. A mense Aprili huius anni sic dictum „Pauschale“ solvitur et bona nostra decreto caesaris velut

vinculo ita constricta sunt, ut nec emere nec vendere quidquam ex substantia monasterii sine licentia aulae regiae possimus. Eodem anno parva culina et refectorium hiemale in ambitu conventus inferiori exstruuntur et paludes monasterium circumdantes exsiccantur; villa in Přibislavic in octo aequales partes distribuitur et sub nomine „Othmarsdorf“ novis incolis elocatur. Sequenti ecclesia Domašoviensis reparata, hortus spatiosus penes capellaniam ibidem plantatus; 18. Aug. 1789 primae noctis silentio magnum furtum in sacrario monasteriali patratum. Anno 1790 villa (seu curtis) Holasicensis, quae hucusque in medio pago sita erat, in loco altiori, ut nunc est, et in ripa fluminis extra monasterium habitaculum pistoris aedificatur. Quadriennio post praepositus Othmarus, qui in „dietam“ electus multum temporis iterata vice Viennae commorabatur, novum horreum in curti „Raihradic“ exstruxit, et 1796 nova incommoda deploravit, quae saeva tempestas cum grandine in festo corporis Christi 26. Maii circa mediam noctem territorio nostro Raigradiensi intulit. Seriem calamitatum, ne multus sim, iucundioribus claudam rebus, quae 1797 et 1803 obtigerunt, quorum priori Othmarus praepositus post annos quinquaginta secundam suam emisit professionem, posteriori vero sacerdos iubilatus ad altare stetit. Irruptiones Franco-Gallorum in Moraviam annis 1801, 1805 et 1809, quibus immensa damna monasterio sunt illata, quorumque computus ad 66.986 fl. aestimatur, nec non iussa tunc ad sublevandam belli molem patriae devoveri atque tradi utensilia argentea, quibus dissensiones in gremio fratrum accedunt, senem grandaevum ad impetrandam praepositurae abdicationem adduxerunt, quam mors inexorabilis 13. Iun. anno 1812 praevenit, quae Othmarum virum optimae indolis e tumultuosa hac vita ad requiem praeoptatam traduxit aeternam. Sub Othmaro praeposito 24 fratres professionem sollemnem et 2 iubilatam emiserunt.

Series operum omnium Conradi Othmari Raigradiensis tum typis editorum, tum manuscriptorum:

a) Typis prodierunt.

I. Assertiones theologicae speculativo-dogmaticae de sacramentis in genere et de baptismo, confirmatione et eucharistia in specie — quas praeside Richardo Schaller defendendas suscepit Oth. C. 25. Aug. 1751, — sub Bn. 13699. Typis Brunae W. Linhardt. 1751. 4°. 8 fol. sub B. II. f. 37. 1. bibl.

II. Item: Conclusiones theologico-scholastico-dogmaticae ex 1. secundae s. Thomae Aquinatis, quas defendendas suscepit Othm. Conrad 31. Aug. 1752 praeside Rubin Bennone, sub Bn. 13705. Typis Brunae W. Linhardt. 1751. 4°. 8 fol. sub B. II. f. 37. No. 3 bibl.

III. Positiones theologico-dogmaticae de gratia salvatoris nec non de incarnatione magnis coelitibus martyribusque invictis s. Defendenti et Felicissimo — ab indignis eorundem exuviarum cultoribus dicatae, dedicatae et consecratae atque in principum apostolorum basilica antiquissimi in marchionatu Moraviae liberi et exempti monasterii Raigradiensis o. s. B. pro annua disputatione expositae a . . . ex praelectionibus Othmari s. theologiae professoris. Anno 1760 die 26. Aug. horis antemeridianis. Brunae typis Eman. Svoboda. 4 fol. 4°. sub Bn. 13697. Sign. B. II. f. 37 bibliothecae nostrae.

b) Manuscripta.

I. In bibliotheca Raigradensi adservata:

I. Tractatus metaphysicus onto-pneumatologicus exceptus a theol. studioso anno 1746 et

1747. Ms. pap. in fol. p. 147, index et 208, 209, sub Msn. 225. Sign. B/K. I. ב. 11.

II. Tractatus physicus seu philosophia naturalis, exceptus anno 1748. Ms. pap. pag. div. in fol. Msn. 224. Sign. B/K. I. ב. 10.

III. Theologia dogmatica de sacramentis in specie, tractatus V, scripti anno 1751. Ms. pap. sine pag. 8°. sub Msn. 141. Sign. B/K. I. a. 8, in 4°.

IV. Theologia scholastico-dogmatica ad mentem angelici et quinti ecclesiae doctoris D. Thomae Aquinatis sec. ordinem s. facultatis theologicae Raigrad. Tractatus conscripti opera Fr. Othmari C. prof. Raigr. et in an. 4° ibidem sacrae theol. auditoris, anno qVo Vt DeVs VnVs et TrInVs nobIs fIeret propItIVs pro LoCIs TheoLogIae sVspIrabaMVs i. e. 1752, 5. Nov. Ms. pap. in 8 tomis, sub Msn. 140. I—VIII. Sign. B/K. I. a. 1—7, 7^a und 7^b in 4°. sine pag.

V. Theologia scholastico-dogmatica iuxta mentem clarissimi D. Ludovici Habert in commodum fratrum studentium in praepositura Raigradensi a D. C. s. theologiae prof. actuali anno 1756. Tomi X. Ms. pap. compact. sub Msn. 143 (I—X). Sign. B/K. I. a. 16—25. 4°. sine pag.

VI. Theologia scholastico-dogmatica ad mentem angelici doctoris, conscripta a prof. ac ibidem theol. dogm. alumni die 29. Dec. anno 1752—54. Tomi VII. Ms. pap. in crudo sub Msn. 142 (I—VII). Sign. B/K. I. a. 9—15.

VII. Lob- und Ehrenreden des P. Othmar Conrad, Professor der Philosophie und Theologie in Raigern bei verschiedenen Gelegenheiten. (i. e. Orationes panegyricae diversis occasionibus habitae.) De annis 1754—61. Ms. pap. in uno fasc. 6 tern. 4°. sub Msn. 534. Sign. F/K. II. b. 34. sine pag.

VIII. Institutiones metaphysicae in usum ff. religiosorum discentium in praep. Raigradensi noviori, breviori ac faciliori methodo accommodatae a . . . anno 1755. Ms. pap. sub Msn. 161. Sign. B/K. I. α. 22. 4°. p. 450. compact.

IX. Adiumenta physicae experimentalis in peripateticis fundamentis solidata, exposuit et in 3 partes (in 2 volum.) distribuit P. Othmar. C. Msn. 162. Sign. B/K. I. α. 23. 24. p. 693. 418 et 175. 4°. Tomi duo comp.

X. ConspeCtVs LIbrorVM In RaigraD mon. antiquo et exempto s. Petri et Pauli o. s. B. descriptus pro usu F. Othmari Conrad (1762). Ms. pap. sub Msn. 42. Sign. B/K. II. a. 20 sine pag. compact.

XI. Informatio novitii benedictini seu variae regulae et doctrinae iuxta mentem et spiritum regulae S. P. N. Benedicti non tantum per annum probationis addiscendae, sed etiam per totam vitam religiosam deinceps observandae, traditae in novitiatu Raigradensi a F. Othm. Conrad ibidem prof. professore s. theologiae et actuali novitiorum magistro. Ms. pap. sub Msn. 43. I. Sign. B/K. II. ב. 1. 4°. sine pag. cum compact. de anno 1763.

XII. Tractatus de conservanda sanitate corporis. Ms. pap. sub Msn. 163. Sign. B/K. I. α. 25. 4°. sine pag. de anno 1747.

XIII. Series librorum qui in privata bibliotheca praelati Raigrad. adservantur anno 1779 (cum variis notatis summi momenti pro historia bibliothecarum et tabulariorum tempore Iosephinismi). Ms. pap. sub Msn. 636 cum sign. F/K. I. a. 15. 4°. sine pag. compact.

II. In archivo Raigradensi deposita:

I. Protocollum authenticum, in quod omnia capitula domestica et ordinationes insertae sunt. Ms. pap. in 5 tomis de anno 1764—98, in fol. comp. sub A. XIV. 6—10.

II. Sermones, ordinationes circa disciplinam regularem et alia acta capitularia ab anno 1764 ad 1805. Ms. pap. in 4 tom. comp. sub A. XVI. 1—4. in fol.

III. Fata studii theologici Raigradensis professore seu lectore Othmaro Conrad, eiusdem notata et disputationes ab anno 1756—62. Ms. pap. 4°. sine pag. comp. sub B. II. 8.

IV. Acta quaedam memoratu digna rev. prael. Othmari Conrad, ab 1764—76. Pap. Ms. fasc. 3. in fol. sine pag. sub D. d. 1—3.

V. Notae prael. Othmari, quae a se ab anno electionis 1764 usque ad 1784 pro monasterii meliori bono facta sint, tam quoad ecclesias,

monasterio incorporatas, quam quoad aedificia, oeconomiam et supellectilem domesticam. Ms. pap. in fol. sine pag. sub D. e. 1.

VI. Relatio Othmari, quae a se pro ecclesiastica et oeconomica Raigradii et in montanis acta sint, quaeque adhucdum agenda restent, successoribus commendata (1764—1810). Ms. pap. in fol. sine pag. sub D. e. 2.

VII. Dispositio Othmari circa 30000 fl. tamquam bonum castrense etc. Ms. pap. in fol. sine pag. sub D. e. 4.

VIII. Conceptus literarum eiusdem ad diversas personas et instantias tempore sui regiminis 1764—1812. Ms. pap. in fol. sine pag. sub D. e. 5.

IX. Annales Othmari Conrad, praep. Raigrad. ab electione sua 1764—1800 propria manu scripti. Ms. pap. in fol. et in 4°. Duo tomi sine pag. sub F. 11. b. 9. 10.

X. Historia monasterii Raigrad. a quodam Raigrad. manu antiqua incepta, quae autem, quin saec. 14. attigerit, calamum excussit. Hanc reassumpsit Othmarus praep. et fata mon. descripsit ab origine usque ad annum 1770, cuius anni fata et multa memoratu digna ratione oeconomiae, agrorum dominicalium, villarum, abolitionis robbothae et censuum recensentur a pag. 1—793. Ad calcem: privilegia et instrumenta antiqua monasterii a fundatione usque ad annum 1518. Ms. pap. in fol. sine comp. p. 793, sub F. 11. b. 11.

XI. Annales seu chronicon mon. Raigrad. auctore Othmaro praep. ab origine usque ad 1600. Ms. pap. in fol. sine pag. exemplaria duo sub F. 11. c. 1. 2.

XII. Gemeiner Vorschlag, wie die bessere Pferdezucht am Lande sicherer zu erlangen wäre, dass der Landesherr sowohl, als auch die Einwohner grösseren Vortheil als bisher davon haben könnten. — Methode, rohe Pferde zum erforderlichen Gebrauche abzurichten. (i. e. De melioratione rei equariae et equis condocefaciendis.) Ms. pap. in 40 fol. de anno 1763, sine comp. sub K. a. 1.

XIII. Die bei dem Stifte Raigern eingeführte und verbesserte Stuterei betreffende Schriften. (i. e. De re equaria Raigradensi.) 1765—1809, cum indice. Ms. pap. in fol. sine pag. sub K. a. 3.

XIV. Protocollum equorum, stabulorum, curruum et eorum, quae ad haec spectant. Ms. pap. in duobus tomis in 4°. comp. ab anno 1767 ad 1795, sine pag. sub K. a. 4/1 et 4/2.

XV. Rechtfertigung des Prälaten Othmar auf die Beschuldigung, dass er mit Pferden grossen Aufwand mache. (i. e. Othmari scriptum sui purgandi causa de crimine sibi facto ob nimios in rem equariam sumptus.) Ms. pap. 4°. de anno 1768, sine pag. sub K. 11. a. 6.

XVI. Othmar Conrads obrigkeitliche Verordnung, nach welcher sich vom 1. Jänner 1876 das Domaschover Wirthschaftsamt zu verhalten habe. (i. e. Instructio Othmari pro rei rusticae administratione Domašovii.) Ms. pap. in 4 plag. in fol. sub K. 1. 4.

XVII. Conrads Instruction für die Wirthschaftsbeamten und Diener von 1780 und 1781. (i. e. Instructio pro officialibus rei rusticae Raigradii.) Ms. pap. in duobus tom. in 8 et 22 plag. in fol. sub K. i. 5 et 9.

XVIII. Correspondentia seu epistolarum commercium Othmari in permultis fasciculis sub C. e. 2—4 et 11, 25 IV, C. i. 1, C. k. 2, 7, C. l. 2, D. a. 1—16, D. b. 1—8, D. c. 1—9.

Ad finem huius scriptorum Othmari Conrad Raigradiensis seriei memoratu digna putamus tria adhuc, quae occasione iubilaei illius tum professionis, tum sacerdotii prelo fuere subiecta:

I. Elegia quum D. Othmarus Carolus Conrad Raigradensis praepositus post annos in ordine 50 exactos vota sollemnia renovaret. — s. l. (Bruna) calendis Maii 1797 duo folia auctore H. C. benedictino Břevnoviensi in nostra bibl. sub Bn. 7425. S. F. 9. No. 20.

II. Conrad Othmarus ad iubilaeum altare, in quo mysterium magnae coenae manifestatum, in 50mo sacerdotii sui anno quasi sponsus decoratus corona, in vestis nuptialis ornatu, senex introire meruit. Gratulantes: Bonaventura Grüber, prior et conventus Raigradiensis. Tom. in fol. Brunae

literis Iosefi Georgii Trassler. 1803. Folia 74, apud nos sub Bn. 7951. S. F. 9. 14.

III. Stuffler Venceslaus (parochus Modricii postea episcopus Brunensis † 24. Mai 1831). Predigt bei Gelegenheit des 50jährigen Priestertums, welches H. Othmarus Conrad am Feste der heil. Apostel Petrus und Paulus gefeiert hat. Vorgetragen von . . . . . (i. e. Concio occasione iubilaei sacerdotalis etc.) Brunae, typis F. Caroli Siedler 1803. 8°. pag. 32, apud nos sub Bn. 3301. Sign. E. II. g. 20. No. 10, cuius Ms. sub Msn. 356. Sign. F/K. II. β. 24, adservatur.

Copisi Iacobus (Cremifanensis), in provinciali civitate Wels, ad Trunam fluvium sita, die 19. Nov. anni 1742 natus, musas tam mansuetiores quam severiores in academia Cremifanensi salutavit; deinde in monasterio Cremifanensi, expleto tirocinii anno, ad sacram professionem admissus die 11. Nov. 1762 Salisburgum ad addiscenda s. theologiae mysteria missus et 28. Oct. 1766 sacerdotali dignitate auctus est. Ad docendi munus designatus primum grammaticam, deinde physicam, postea philosophiam iuvenes academicos docuit, scriptorum classicorum elegantissimas editiones magno pretio comparavit. Ex cathedra philosophica 1793 ad prioris monasterii dignitatem evectus regularis observantiae tenacissimus, 1799 ad parochiam Buchkirchen regendam e monasterio discessit; ab anno 1800 parochus in Thalheim hostium Gallorum inruptionem tam sibi quam aedibus parochialibus pessimam pertulit et malo pedum marasmoque senili fractus in Domino obdormivit die 7. Maii 1810. Linguae Italicae peritissimus multa clarissimi Metastasii dramata melica in linguam Germanicam convertit, quae textui originali addita in edendis dramatibus melicis magno auditorum commodo erant.

Praeterea manuscripta reliquit haec volumina:

I. Geschichte von Oberösterreich. (i. e. Historia Austriae superioris.) 2°. 381 p. (P. 44.)

II. Versuch einer deutschen Uebersetzung der ersten fünf Bücher des lateinischen Werkes des heil. Augustins von dem Staate Gottes. (i. e. Versio Germanica primorum quinque librorum s. Augustini de civitate Dei.) 2°. 483 p. (P. 45.)

III. Des Lukas Opalenius, gewesenen polnischen Kronmarschalls drei Bücher von den Pflichten. Aus dem Lateinischen ins Deutsche übersetzt. (i. e. Trium librorum L. Opalenii de officiis versio Germanica.) 2°. 617 p. (P. 46.)

IV. Meditationes VI. 1777. 4°. 134 p. (P. 47.)

Császár Hermannus Ignatius (de s. Monte Pannoniae), sacerdos iubilaris, in Tokod com. Strigoniensis in Hungaria die 20. Iul. 1796 natus, habitu s. die 28. Oct. 1816 indutus, die 28. Oct. 1819 vota sollemnia emisit. Ab anno 1819—21 Iaurini, 1821 ad 1822 Sopronii munere professoris functus, hoc anno in sacrum montem rediit, ut denuo studiis theologicis vacaret, quibus absolutis die 19. Sept. 1823 sacerdotio initiatus est. 1826—27 professor et studiorum praefectus apud alumnos s. ordinis Iaurini, 1827—32 orator a sacris in s. monte, 1832 ad 1841 administrator parochiae in Tényő, 1841—49 idem in s. Martino, 1849—56 orator a sacris Sopronii, 1856—64 spiritualis ibidem, 1864—66 Comaromii, 1866—75 in abbatia Bakonybél, 1875—78 subprior ibidem, ex quo anno munere prioris in eadem abbatia fungitur. Scripsit:

Szentbeszéd sz. Benedek napjára. (i. e. Oratio sacra in diem s. Benedicto sacrum.) In libellis periodicis: Pázmány-füzetek, 1859. III.

Čtvrtečka Bruno (Břevnoveno-Braunensis), ab Albendorf Bohemiae.

Natus est 6. Apr. 1843, vestem ordinis induit 1861, et emissa die 26. Nov. 1865 s. professione sollemni anno subsequenti die 15. Iul. presbyter ordinatus est. Postquam deinde ab abbate suo iussus tentamina, rigorosa dicta, ex universa theologia subierat, Pragae doctoratus laurea decorari meruit. Absolutis insuper in eadem universitate Pragensi studiis philosophicis Braunae iam catechetae et magistri in gymnasio fungitur officiis.

Scripsit honoribus domini abbatis Nepomuceni ad festa, quae quinque ab accepta benedictione abbatiali peractis lustris Břevnovii celebrabantur, carmen: „Worte der Ehrfurcht und Liebe", quod 1869, Pragae prelo submissum est.

Čtvrtečka Pius (Břevnoveno-Braunensis), ab Albendorf Bohemiae. Natus die 27. Iun. 1836, habitu religioso 1863 indutus, emisit die 28. Sept. 1867 vota sollemnia, et absoluto cursu theologico die 25. Iul. 1868 presbyter ordinatus est. Mox studiis philosophicis navavit operam, et comparatus ad docendum ac rite approbatus ab anno 1870 in gymnasio Braunensi magistrum agit matheseos et scientiarum naturalium. Quam ad describenda animalia rationem docendo didicerat aptiorem, de ea in litteris gymnasii eiusdem anno 1876 divulgatis disseruit:

Einige Bemerkungen über den zoologischen Unterricht in der Sexta, mit besonderer Berücksichtigung der vom Lehrer selbst herbeizuschaffenden Lehrmittel. (i. e. Notata quaedam circa praelectiones zoologicas.)

Cunz Hugo (Scotensis) natus Viennae in Austria die 26. Iun. 1729, monasterium ingressus est 1. Nov. 1749. Votis sollemnibus die 1. Nov. 1750 emissis celebratisque die 11. Iul. 1752 primitiis, primum philosophiae professor fuit in schola litterarum domestica. Exin, cum per breve tempus curatum egisset ad s. Udalricum in regione urbis VII., capellanus campestris copiarum imperialium designatus est. Quo munere diligenter functus, clericos in monasterio canones docuit per 7 annos, donec vicarius est factus Eggendorf in valle. Paulo post in monasterium reversus cum ibi concionatorem festivalem dein dominicalem ferventem se praestitisset, munus obiit parochi in domo pauperum et militum invalidorum 1771—1779. Ex quo ei officium subprioris et parochi in monasterio demandatum est, quod prudenter administravit usque ad mortem, quae eum oppressit annos natum 57, die 30. Ianuar 1787.

Typis edidit conciones sequentes:

I. Lobrede auf den heiligen Bonifacius. (i. e. Concio panegyrica de s. Bonifacio.) 1 vol. 8°. Viennae, 1767, typis nob. de Ghelen.

II. Predigt über den Zweck und die zweckmässige innerliche Einrichtung des Armeninstitutes. (i. e. Concio de instituti pauperum genio.) 1 vol. 8°. Viennae, 1783, typis Math. Andr. Schmidt.

Czinár Maurus Paulus (de s. Monte Pannoniae), eques ordinis ins. Francisci Iosephi I., aa. ll. et philosophiae doctor, academiae eruditorum Hungariae socius correspondens, in Szakolcza com. Nitr. in Hungaria die 30. Mart. 1787 a parentibus augustanae confessionis ortus, sed iam puer ad religionem cath. conversus, s. habitu die 31. Oct. 1802 indutus, vota sollemnia die 14. Sept. 1808 emisit. Absolutis Iaurini et in s. monte s. theologiae studiis, 1809—10 Tyrnaviae, 1810—11 Iaurini officio professoris gymn. functus, hoc anno die 23. Apr. presbyter ordinatus est. Anno 1811—12 professor in s. monte, 1812—14 Posonii, 1814—15 denuo in s.

monte, 1815—24 Iaurini apud alumnos ordinis, 1824—26 superior domus et director gymn. Iaurini, 1826—29 Posonii, 1829—42 secretarius suae illustritatis archiabbatis, 1842—70 archivarius et bibliothecarius in s. monte, 1870—75 praefectus bibliothecae ibidem, quibus officiis omnibus summa cum laude gestis et anno 1861 iubilaeo sacerdotali celebrato die 10. Febr. 1875 pie in Domino obdormivit.

In rebus in primis historicis versatissimus, summa diligentia et cura haec scripsit:

I. Damiani Fuxhoffer benedictini Pannonii Monasteriologiae regni Hungariae libri duo totidem tomis comprehensi. Recognovit, ad fidem fontium revocavit et auxit Maurus Czinár, benedictinus aeque Pannonius, archicoenobii s. Martini archivi, museorum et biblioth. custos. Curis et impensis societatis s. Stephani. Pestini. Tom. I. Typis Ioannis Herz. 1858. 4°. XIV + 346 p. Tom. II. 1860. Typis Gustavi Emich. 4°. VI + 240 p.

II. Index alphabeticus codicis diplomatici Hungariae per Georgium Fejér editi. Iussu academiae scient. Hungaricae concinnavit Maurus Czinár, o. s. B. Pestini. Impressit Gustavus Emich. 1866. 8°. XVI + 550 p.

III. Carmen iubilaeis honoribus ill. ac rev. domini domini Iosephi Vilt episcopi Iaurinensis ab exsultantibus archigymnasii Iaurin. alumnis affeCtV saCro DICatVM. Typis viduae Helenae Streibig. 4°. 8 p.

IV. Ode „Inter triumphos“ vide: „Collectio monimentorum, quae in memoriam bibliothecae Apponyianae custodita sunt.“ Posonii. Typis Caroli Suischek. 1827. 4°. p. 26—29.

V. Ode celsissimo ac rev. principi domino Ioanni Bapt. Scitovszky de Nagy-Kér metropol. ecclesiae Strigoniensis archiepiscopo, occasione sollemnis eiusdem inaugurationis VIII. Idus Ian. MDCCCL, ab archiabbatia s. Martini de s. Monte Pannoniae o. s. B. oblata. Iaurini. 1850. 2°. 8 p.

VI. Győrvármegyei Sabariáról. Székfoglaló beszéde Czinár Mór lev. tagnak. (i. e. De Sabaria in comitatu Iaurin. sita. Cum in academiam erud. Hung. adlegaretur.) In scripto period: „Uj Magyar Muzeum“. 1859. II. p. 515—526.

VII. Brevis conspectus abbatum et archiabbatum, gubernatorum et administratorum regii et native exemti monasterii s. Martini de s. M. P. ord. s. Benedicti, serie chronologica exhibitus. In schematismo ordinis anno 1841. 8°. 32 p. Id. auctus anno 1842 et 1844 et 1846. p. 30—59.

VIII. Sacer Mons Pannoniae aevo vetere et cunabula benedictina monasterii s. Martini super eo siti. Ib. 1846. p. 7—29.

IX. Catalogus librorum bibliothecae archicoenobii s. Martini de s. Monte Pannoniae o. s. B., secundum scrinia et horum series deductus. Conscripsit Maurus Czinár 1844. 1845. 2 tom. 2°. XIV + 1800 p. Ms. Adserv. in biblioth. in s. monte.

X. Repertorium librorum bibliothecae archicoenobii s. Martini cet. Confecit Maurus Czinár. Pars prior. 1845. 1846. 2°. XVIII + 466 p. Pars posterior. 1851. X + 340 p. Ms. Ads. ibid.

XI. Technophysiotameion. Catalogus collectionis naturalium et artefactorum in archicoenobio s. Martini cet. Conscribere coepit Fabianus Szeder, absolvit et repertorio instruxit Maurus Czinár. 3 vol. 366, VI + 332, IV + 262 p. Ms. Ads. ibid.

XII. Opera artefacta vetera pariter ac recentia, quae in conclavi IV° musei archicoenobii s. Martini custodiuntur. Disposuit, conscripsit, repertorio instruxit M. Czinár. 1857. 2°. IV + 164 p. Ms. Ads. ibid.

XIII. Collectiones vegetabilium archicoenobii s. Martini de s. M. Pannoniae. Conscripsit et repertorio instruxit M. Czinár. 1849. 2°. VIII + 109 p. Ms. Ads. ibid.

XIV. Collectiones mineralium archicoenobii s. Martini de s. M. Pannoniae. Conscripsit et repertorio instruxit M. Czinár. 2°. VI + 135 p. Ms. Ads. ibid.

XV. Repertorium librorum bibliothecarum filialium ordinis nostri, in abbatiis filialibus, harumque parochiis, collegiis, residentiis, praediis

et parochiis archiabbatiae existentium. Anno 1845, confectum. M. C. 2°. 116 p. Ms. Ads. ibid.

XVI. Elenchus librorum prohibitorum aut alias periculosorum. 2°. 15 p. Ms. Ads. ibid.

XVII. Catalogus collectionis numismaticae olim P. Eusebii Vidák o. s. B. ad s. Martinum s. M. P. presbyteri ab huius obitu ad s. Martinum 1855 translatae, ubi separatim custoditur. Collectionem digessit, descripsit, et indice ad calcem instruxit M. Czinár. 2°. 106 p. Ms. Ads. ibid.

XVIII. Repertorium materiale bibliothecae archicoenobii. 2°. 42 p. Ms. Ads. ibid.

XIX. Notitiae de collectionibus naturalium et artefactorum archicoenobii. 2°. 318 p. Ms. Ads. ibid.

XX. Catalogus dactyliothecae antiquae et recentioris archicoenobii. 4°. Ms. Ads. ibid.

XXI. Venerabilis viri Ioannis Gersen de Canabaco o. s. B. abbatis Vercellensis de imitatione Christi libri IV. elegiace redditi. 8°. 390 p. Ms. Ads. ibid.

XXII. Physica. 2°. 3 fasc. 42 + 143 + 129 p. Ms. Ads. ibid.

XXIII. Antiquissimi regii et native exemti monasterii s. Martini s. M. Pannoniae, o. s. Benedicti, nullius dioeceseos, s. sedi apostolicae sine ullo medio subiecti historia, iuxta seriem abbatum, gubernatorum, administratorum et archiabbatum deducta. Potissimum ex tabulario eiusdem monasterii eruit ac digessit Maurus Czinár, anno 1838. 2°. 369 p. Ms. Ads. ibid.

XXIV. Historia monasterii s. Martini de s. M. Pannoniae o. s. B. ab origine nullius dioeceseos, s. sedi apostolicae immediate subiecti. Potissimum ex tabulario eiusdem. 1848. 4°. 1176 p. Ms. Ads. ibid.

XXV. Immunitas monasterii s. Martini de s. M. P. ab omni archiepiscoporum iurisdictione. 1858. 4°. 156 p. Ms. Ads. ibid.

XXVI. Minores eius dissertationes, libros manu scriptos cet. satis sit commemorasse.

Czuczor Gregorius Stephanus (de s. Monte Pannoniae), academiae eruditorum Hungaricae socius ordinarius, in Érsekujvár com. Nitr. in Hungaria die 17. Sept. 1800 natus, s. habitu die 25. Oct. 1817 indutus, vota sollemnia die 19. Oct. 1822 emisit et absolutis in regia universitate Budapestini et in s. monte s. theologiae studiis die 26. Sept. 1824 presbyter factus est. Variis ex eo monasterii officiis uti professoris gymn. Iaurini 1824—28, linguae et litterarum Hung. apud alumnos s. ordinis ibidem 1828—29, professoris gymn. Comaromii 1829—35 laudabiliter functus, 1835—37 pronotarius secretarii academiae erud. Hung. Budapestini degit. 1837—38 vicebibliothecarius in s. monte, 1838—45 professor linguae Graecae et Hung. apud alumnos s. ordinis Iaurini, hoc demum anno permissu archiabbatis ad redigendum iussu academiae erud. Hung. magnum lexicon Hungaricum Budapestinum se contulit, ibique post varia incommoda molestiasque tempore maxime seditionis in Hungaria die 9. Sept. 1866 pie in Domino obdormivit.

Poeta Hungarus magnam consecutus gloriam haec scripsit:

I. Aradi gyűlés. (i. e. Conventus Aradinensis. Epos.) Hősköltemény öt énekben. Irta Czuczor Gergely. Kiadta barátja Toldy Ferencz. Pesten. Eggenberger és Müller. 1828. 8°. 78 p.

II. Hunyadi János viselt dolgai. (i. e. De rebus gestis Ioannis Hunyadi.) Engel és Fesslerből. A honi ifjuságnak ajánlva Czuczor Gergely által. Budán. A magyar kir. egyetem betüivel. 1832. 8°. 184 p. Ed. emend. Pesten. Eggenberger József. 1833. 8°. VI + 184 p.

III. Czuczor poetai munkái. (i. e. Opera poetica.) Budán. A magyar kir. egyetem betüivel. 1836. 8°. 243 p.

IV. Cornelius Nepos fenmaradt minden munkái. (i. e. Corn. Nep. quae supersunt in linguam Hung. conversa.) Forditotta jegyzetekkel Czuczor Gergely. Az eredeti szöveggel, Corn. Nep. életével, az általa megirt dolgok idősori tábláival,

történeti mutatóval s abroszokkal bővitve kiadá D. Schedel Ferencz, kir. prof., m. akad. titoknok. Budán. A m. k. egyetem betüivel. 1841. 8°. XVI + 308 p. IV tab. Ed. 2. emend. Pesten. 1843. Eggenberger és fia. 8°. XVIII + 252 p. IV tab.

V. Horatius levele a Pisókhoz. (i. e. Q. Hor. Fl. epist. ad Pisones in Hung. conversa.) Buda. 1842. Saepius ed.

VI. Szivhangok méltóságos és főtiszteletű Rimely Mihály Urnak üdvözletére, midőn ünnepélyes beigtatását üllené, a pannonhegyi főmonostor által ajánlva tavaszhó XVIII. 1843. (i. e. Carmen honoribus Michaelis Rimely archiabbatis occasione sollemnis inaugurationis.) Pesten. Nyomatott Landerer és Heckenastnál. 2°. 8 p.

VII. Washington élete. (i. e. Vita Washingtoni.) Sparks Jared után szabadon dolgozta Czuczor Gergely. Pesten. Hartleben tulajdona. 1845. 8°. 324 p. Ed. 2. 1875. Ráth Mórnál. Pesten.

VIII. C. Cornelius Tacitus könyve Germania helyzete, erkölcsei és népeiről. (i. e. Corn. Tac. de situ Germaniae liber in Hung. conversus.) Forditotta Czuczor G. Pest. Emich Gusztávnál. 1851. 8°. IV + 68 p.

IX. Bibliai történetek az ó és uj szövetségből és az apostolok cselekedeteiből. (i. e. Historiae biblicae). Kivonat gyermekek számára, Schmidt Kristóf négy kötetnyi bibliai történeteiből Farbmann János által, forditotta Czuczor Gergely. Pesten. Emich G. sajátja. 1853. 8°. 169 + III p.

X. Czuczor népies költeményei. (i. e. Carmina popularia.) Öszveszedte és kiadta Friebeisz István. Pest. 1854. Müller Emil. 16°. IV + 222 + IV p. Ed. 2. 1855.

XI. Mesék. (i. e. Fabulae fictae.) Franczia után Lovásztól. Ujra szerkeszté Czuczor Gergely. 8°. Budapest. In opere collect.: „Vasárnapi könyvtár".

XII. Czuczor költeményei. (Carmina.) A költő arczképével és életrajzával. Pest. 1858. Heckenast Gusztav sajátja. 8°. 3 tom. XXX + 226, XII + 244, XII + 228 p.

XIII. A magyar nyelv szótára. (i. e. Lexicon linguae Hung.) A magyar tudományos akadémia megbizásából készitették Czuczor Gergely és Fogarasi János, m. tud. akad. rendes tagok. Pest. 1862—74. Emich Gusztáv; utóbb Athenaeum irodalmi és nyomdai r.-társulat. 6 tom. 4°. VI + 164 + 664, IV + 888, IV + 792, IV + 656, IV + 754, IV + 642 + 8 p. = XXVI + 4568 p.

XIV. Czuczor népies költeményei. (Vide: X.) Budapest. 1877. Franklin-társulat. 8°. VIII + 112 p. In opere collectivo „Olcsó könyvtár".

XV. Variae minores eius dissertationes, narratiunculae, orationes, carmina cet. in his leguntur scriptis et libellis periodicis: Aurora, Athenaeum, Árvizkönyv, Uránia, Nemzeti almanach, Honderű, Őrangyal, Közhasznu honi vezér, Nefelejts, Társalkodó, Figyelmező, Koszorú, Pesti divatlap, Életképek, Mezei naptár, Komáromi kalendárium, Tudományos gyüjtemény, Tudománytár, A magyar tud. akadémia évkönyvei, Magyar tud. akadémiai értesitő, Uj magyar muzeum cet.

Dagn Gothardus (ex Fiecht in Tiroli), natus in pago s. Iohann die 18. Febr. anno 1716, vota sollemnia emisit die 8. Dec. 1743, sacerdotio insignitus fuit die 25. Ian. 1747. Fuit organoëdus et magister musices. Obiit die 18. Dec. anno 1754. Scripsit:

Kurze und gründliche Anleitung den General-Bass oder Parthitur Regelmässig zu begreiffen bestehend in zwölff Lectionen oder Lehrzeiten. (i. e. Instructio in fundamentis musicae.) Typis principalis monasterii s. Galli MDCCLIII. 4°.

Dagn Placidus (ex Fiecht in Tiroli), natus in Soell die 7. Iul. 1745, professus die 8. Oct. 1767, sacerdos die 23. Sept. 1769. Fuit lector theologiae in monasterio et per 20 annos prior; obiit die 2. Aug. anno 1817. Scripta:

I. Paraphrasis Vaticinii Iacobaei de perennitate sceptri Iuda una cum assertionibus ex universa theologia dogmatica publice propugnandis in asceterio benedictino Georgimontano. Oeniponte, MDCCLXXXIII. 8°.

II. Godescalius ab errore praedestinatianorum vindicatus. Oeniponte, 1777.

Dannerbauer Wolfgangus (Cremifanensis), antea Michael, Cremifani die 12. Sept. 1835 natus ibidem gymnasii studia absolvit; s. habitu die 31. Aug. 1856 accepto confectoque tirocinio disciplinas theologicas in instituto theologico domestico ad s. Florianum didicit, die 29. Dec. 1860 sollemniter professus et die 28. Iul. insequentis anni inter sacerdotes ecclesiae catholicae cooptatus. 1861—75 cooperator et per tempus provisor parochiae Buchkirchen; 1875—78 parochus in Rohr, initio anni 1879 ad administrandam parochiam Eberstallzell transiit. Quamquam in cura animarum occupatissimus, omne tempus officiis vacuum ad legendum scribendumque convertere solet et adhuc haec opuscula typis mandavit:

I. Kurzgefasste Chronik des eilfhundertjährigen Benedictinerstiftes Kremsmünster auf dessen Jubelfeier 1877. (i. e. Brevis historiae monasterii Cremifanensis enarratio scripta ad annum monasterii iubilaeum 1877.) Linz, Buchdruckerei des katholischen Pressvereines. 8°. 55 p.

II. Abriss der Geschichte des Stiftes Kremsmünster und seiner Pfarreien. Eine Festschrift auf die eilfte Säcularfeier dieses Stiftes. (i. e. Succincta historiae monasterii Cremifanensis et parochiarum eidem incorporatarum epitome scripta ad annum iubilaeum 1877.) Erweiterter Separatabdruck aus dem „Deutschen Hausschatz", Jahrgang 3, No. 43. Regensburg, Druck und Verlag von Pustet, 4°. 16 p.

III. Kremsmünsterer Volkskalender auf das Jahr 1878. (i. e. Calendarium in usum parochianorum Cremifanensium.) Linz, Pressvereinsdruck. 8°. 55 p.

IV. Eberstallzeller Volkskalender (i. e. Calendarium in usum parochianorum in Eberstallzell) auf das Jahr 1879. Ibid. 8°. 68 p.

Dechant Norbertus Henricus (Scotensis). Viennae in Austria vitae lumen adiit die 15. Iul. 1821, patre per 50 annos famulo in gymnasio Benedictinorum ad Scotos. Cum igitur ibidem bonis literis operam navasset, consummato in univ. Vindob. cursu philosophico, monasterium ad Scotos ingressus die 21. Sept. 1840, vota sollemni ritu nuncupavit die 24. Sept. 1843. Absolutis dein sacrosanctae theologiae studiis in univ. Vindob., die 27. Iul. 1845 neomysta factus, statim ad docendi munus in gymnasio monasterii destinatus est. Quod cum per 11 annos pro linguis classicis supplevisset, a. 1856 professor actualis designatus est, cuius partes egregie sustinuit usque ad mensem Iul. 1876, quo tempore, cum paullatim audiendi sensu careret, docendi munere se abdicavit. Insuper rei nummariae et insignium pergnarus inde ab anno 1857 custodem egit sepulchri Henrici II. Iasomirgott fundatoris monasterii B. M. V. ad Scotos Viennae et ind. ab anno 1866 nummophylacii; qua de provincia optime meritus anno 1872 moneta aurea pro litteris et artibus est insignitus, nec non societas a studio antiquitatis Viennae iam pridem eum sibi addidit sodalem.

Typis edidit:

I. Zur Primizfeier des P. Sigismund Gschwandner, Dr. der Philosophie und der freien Künste. (i. e. Carm. iamb. ad primitias P. S. Gschwandner.) Viennae, 1849, typ. Car. Ueberreuter.

II. Der Blumen Frühlingsfeier. (Hymn. iamb.) Zum Jubelfeste im Stifte Schotten am 28. Jänner 1857. (i. e. Carmen ad iubilaeum mon.) Viennae, typ. Ant. Schweiger.

III. Zur Schillerfeier am 10. Nov. 1859 vom k. k. Gymnasium zu den Schotten in Wien als Erinnerungsgabe. (i. e. Carmen iamb. in sollemnitate Schilleriana.) Typ. Anton. Schweiger.

Conscripsit porro ad 3 programm. gymnasii ad Scotos:

IV. Erklärung der wichtigeren civilprocessualischen Ausdrücke, die in Ciceros Reden vor-

kommen. (i. e. Praestantiorum verborum, quae in dicendis causis civilibus saepius recurrere fecit Cicero explanatio.) Pro anno 1862.

V. Aes grave romanum et italicum. Pro anno 1869.

VI. Der Denar, Victoriat und reducirte As der römischen Republik. (i. e. De denario, victoriato et asse rei publicae romanae.) Pro anno 1871.

VII. Kreuzfahrer-Münzen, welche in der Münzsammlung des Stiftes Schotten in Wien aufbewahrt sind. (i. e. Nummi sacrarum expeditionum tempore signati et in nummophylacio monasterii B. M. V. ad Scotos Vindobonae adservati, cum depinct. numism. fig.) 1 vol. 4°. Viennae, 1868, sumptibus auct.

VIII. Kenotaphiographia Scotensis, das ist Beschreibung aller Grabdenkmale, die sich noch jetzt im Bereiche der Stifts- und Stadtpfarrkirche zu U. L. F. bei den Schotten vorfinden, zur feierlichen Erinnerung an den siebenten Saecularlag des Hintrittes unseres erlauchten Stifters Herzog Heinrich Jasomirgott am 13. Jänner 1177. 1 vol. 4°. Viennae, 1877, typ. Guilelmi Köhler, sumpt. monasterii ad Scotos. (Cum mult. imag.)

Deppisch Godefridus (Mellicensis), Austriacus Viennensis, mundum die 18. Dec. 1696 ingressus, religioni Benedictinae per sollemnem votorum nuncupationem 1. Iun. 1713 se obstrinxit. In cura animarum eximius orator, domi variis officiis perfunctus, rei oeconomicae Viennae praefectus; domum vitae temporalis cum longo aeternitatis domicilio commutavit die 10. Febr. 1756. Scripsit:

Geschichte und Wunderwerke des heiligen Colomanni, königlichen Pilgers und Martyrers, auch sowohl des gesammten Nieder-Oesterreich, als besonders des freien und exemten Klosters Melk Schutz-Patrons. Aus den bewährtesten Urkunden und Geschicht-Schreibern mit schönen Kupfern verfasst, nebst einem Anhang, worinn das Leben des seeligen Gothalmi und die Historie von dem heiligen Melkerischen Kreutze erhalten. (i. e. Historia s. Colomanni, patroni Mellicensis cum appendice de vita b. Gothalmi etc.) Wien, bei Franz Andre Kirchberger. 1743. Fol.

Dér Engelbertus Martinus (de s. Monte Pannoniae), s. theologiae doctor, Iaurini eiusdem com. in Hungaria die 7. Nov. 1787 natus, s. habitu die 31. Oct. 1804 indutus, vota sollemnia die 20. Nov. 1808 emisit. Ab anno 1808—11 munere professoris gymn. Strigonii functus, 1811—1814 Pestini in regia universitate studiis s. theologiae vacavit, et anno 1814 die 2. Oct. presbyter ordinatus est. 1814—22 professor iuris et historiae ecclesiasticae in s. monte, 1822—23 administrator parochiae in Tárkány, quo anno die 22. Iul. vita cessit. Scripsit:

I. Institutiones theologicae. 4°. 128 p. Ms. Ads. in bibl. centrali in s. monte.

II. Historia ecclesiastica auctore Engelberto Deer o. s. B. Presbytero, s. theologiae doctore et emerito professore. 4°. 4 tomi. XX + 200, 224, 224, 164 p. Ms. Ads. ibid.

III. Chronologia iuxta Georgium Frank deducta. 4°. 88 p. Ms. Ads. ibid.

IV. Dissertatio brevis, qua facultas de promovendo a quocunque, seu ius dandi dimissorias ad quemcunque episcopum archiabbati Montis Pannoniae vindicatur. 8°. 16 p. Ms. Ads. ibid.

Derderian Lucas (Mechitharista), Constantinopoli die 31. Mart. 1819 natus, Viennae in Aust. habitu s. die 15. Aug. 1836 indutus, die 20. Maii vota emisit, et die 30. Maii 1841 consecratus est presbyter. In monasterio docuit mathematicam et physicam. Bis (anno 1852 et 1855) missus est Smyrnam, dein in Güzelhissar munere missionarii apostolici; in ultimo illo loco peregit per aliquot annos officium quoque superioris.

Opera eius typis edita:

I. Մաթեմատիկա, i. e. Mathematica pura. Vol. I: Algebra; vol. II: Geometria pura; vol. III: Trigonometria et sectio coni (Kegelschnitt). Palaeo-armenice. Viennae, typis Mechith. 1843—46.

II. Գիտութիւն վաճառականութեան, i. e. Scientia commercii. Neo-armenice. Viennae, typis Mechith. 1848.

III. Յովհաննա ա՛ Արգ, i. e. Historia Ioannae de Arc, sive puellae de Orleans (Jungfrau von Orleans). Neo-armenice. Viennae, typis Mechith. 1850.

IV. Օդերեւութաբանութիւն, i. e. Meteorologia brevis in usum plebis et scholarum. Neo-armenice. Viennae, typis Mechith. 1850.

V. Տարերք բնագիտութեան, i. e. Elementa scientiae naturalis, i. e. physicae in usum scholarum. Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1865.

Derflinger Thaddaeus (Cremifanensis), antea Antonius, in urbe Gmunden Austriae superioris die 19. Dec. 1748 natus et studia Cremifanensia insigni cum laude emensus vitae religiosae statum firmavit votis sollemnibus die 25. Nov. 1769 emissis. In universitate Salisburgensi absolutis theologiae studiis Passavii ordinatus primitias celebravit die 28. Oct. 1773. Grammaticae et deinde in lyceo matheseos professor, usque ad annum 1783 academiae nobilium subregens; abhinc P. Placidi Fixlmüllner in laboribus astronomicis socius eiusque 1791 successor; anno 1804 nummum aureum medium pro meritis ab imperatore tulit; c. r. convictus director et lycei prodirector altiorumque scholarum decanus anno 1818 reddito medio, maiorem nummum aureum cum torque accepit; professus et sacerdos iubilaeus obiit 18. Apr. 1824. Observationes astronomicas a se factas vulgare solitus est in ephemeridibus astronomicis Viennensibus (pro annis 1794—1806); in Triesnecker's „Sammlung astronomischer Beobachtungen (aus den Jahren 1805—16, fortgesetzt von David 1816—19)", in annalibus: „Berliner astronomisches Jahrbuch" (1820—26). Praeterea plures observationes ab eo factae partim in actis societatis Bohemicae litterariae vulgatae, partim ab astronomo David suis de locis geographicis quaestionibus insertae sunt. Ultimis vitae annis (1820—23) singulae eius observationes Altonam ad astronomum Schumacher transmissae vulgatae in diario „Astronomische Nachrichten".

Manu scriptae exstant dissertationes sequentes:

I. Astronomische Studien (i. e. Studia astronomica) nach P. Placidus Fixlmüllner.

II. Adnotationes ad astronomiam practicam ordine alphabetico distributae.

III. Observationes motuum coelestium ab anno 1802—24.

IV. Uebersicht der Sonnenmackeln von 1802—1824, auf unserer Sternwarte beobachtet. (i. e. Observationes macularum solis factae in observatorio Cremifanensi.)

V. Berichte und Beobachtungen und Berechnungen auf unserer Sternwarte 1806—18. (i. e. Relationes quoad observatorium.)

VI. Uhrzeit bei Beobachtungen der Blickfeuer auf dem Windfelde und dem Pöstlingberg im Juli 1820. (i. e. De mensura temporis in observationibus etc.)

VII. Versuche, das Azimuth des Pöstlingberges gegen Kremsmünster aus Culminationen der Capella zu bestimmen, 1820 und 1822. (i. e. De metiendo azimutho.)

VIII. Repertorium über von Zachs monatliche Correspondenz, Bode's Berliner Ephemeriden, die Connaissance de tems. (i. e. De litterarum commercio etc. repertorium.) Ordine alphabetico conscriptum. Haec manuscripta adservantur in archivo observatorii sig. IV. 19—26.

Devrischian Reverendissimus Emmanuel (Mechitharista), Constantinopoli die 12. Apr. 1808 natus, Viennae in

Aust. habitu s. die 2. Febr. 1827 indutus, die 15. Sept. 1828 vota emisit; die 22. Dec. 1829 consecratus est presbyter. In monasterio fuit per aliquot annos praefectus clericorum et professor philosophiae. Anno 1839 missus est Constantinopolim munere missionarii apostolici. Ibidem in hospitio, sive domi missionis Mechitharistarum Viennen. fungebatur (ab anno 1855 per novem annos). Fuit etiam in eadem civitate per aliquot annos adsessor consistorii patriarchalis. Anno 1874 pro suis meritis in ecclesia Armeno-cathol. decoratus est decreto summi pontificis Pii IX. mitra et baculo (simplicis) abbatis.

Opera eius typis edita:

I. Մահի Մէրիէմ, i. e. Mensis Mariae; h. e. Meditationes et preces in honorem B. Mariae Virginis mense Maio peragendae. Turcice. Viennae, typis Mechith. 1856.

II. Մէղհէպէ գարշը սէօպլէրէ ճէվապ, i. e. Responsa ad nugas, quas verae religionis hostes contra eamdem temere effutiunt. Turcice. Viennae, typis Mechith. 1866.

III. Ալլահը գատիմ, i. e. Deus antiquus. Versio Turcica ex opere German. Conradi Bolanden, cui titulus est: Der alte Gott. Viennae, typis Mechith. 1872.

IV. Քրիստիան թէֆէ.քքիւրլէրի, i. e. Meditationes christianae pro singulis diebus mensis. Turcice. Viennae, typis Mechith. 1875.

Devrischian Seraphinus (Mechitharista), Constantinopoli die 10. Iun. 1846 natus, Viennae in Austr. s. habitu die 2. Nov. 1862 indutus, die 5. Maii 1864 vota emisit, et die 23. Dec. 1866 consecratus est presbyter. In monasterio fuit per aliquot annos professor ling. Turcicae et Latinae, rhetoricae et philosophiae. Anno 1877 missus est Constantinopolim officio coadiutoris in collegio Mechitharistarum Viennen. et in negotiis missionis, ubi ad hodiernum tempus saepe pio fervore verbum Dei ex suggestu ad fideles Christi praedicat.

Opera eius typis edita:

I. Այրի մայրը, i. e. Vidua mater et unicus eius filius (praematura morte absumptus). Poëma lugubre in prosa, versibusque Neo-armen. Viennae, typis Mechith. 1871.

II. Ս. Յուստին. պատասխանատու. Ա. եւ Բ. i. e. S. Iustini martyris apologia I. et II. Versio Palaeo-armena ex textu Graeco. Viennae, typis Mechith. 1872.

III. Armeniaca. I. Das altarmenische Ք (= Q). Ein Beitrag zur indo-europäischen Lautlehre. Anhang: Altarmenisch-baktrische Etymologien. Viennae, typ. Mechith. 1877.

Dezső Bernardus (de s. Monte Pannoniae), s. theologiae doctor, in Üreg com. Tolnensis in Hungaria anno 1731 die 25. Ian. natus, s. ordinem ingressus, die 15. Oct. 1752 votis sollemnibus se obstrinxit et die 24. Aug. 1756 sacerdotio initiatus est. Variis monasterii officiis gestis obiit superior Modrae die 25. Dec. 1773. Edidit:

I. Lojola sz. Ignátznak Jesus társasága alkotójának ditsérete, mellyet azon Szentnek ünnepe alkalmatosságával Rév-Komáromban a Rettenetes föld-indulás után a Tisztelendő Pater Jesuiták fa-Templomában élő nyelvel mondott T. P. Deső Bernárd sz. Benedek szerzetébűl sz. Mártonban, Régi Híres Királyi Klastromban a szentséges Theologiának elmés Doctora és mostani érdemes Professora. MDCCLXIV. (i. e. Laudes s. Ignatii de Loyola post vehementissimos terrae motus Comaromii.) Alattomban, mivel a népnek nagyon megtetsze, az Author híre nélkül kinyomtattatott. Nagy-Szombatban. A Jesus Társasága Akad. Kolleg. bötűivel 1764 eszt. 4°. 28 p.

II. A keresztény oktatás tudománnya, és a tellyes Szent-Háromság egy Isten ismérete. (i. e. Scientia doctrinae christianae et s. Trinitatis.) Mellyet szent Háromság Vasárnapján, a keresztényi oktatás Fő Sátoros Innepjén, 1765-dik

esztendőben, a győri Tekéntetes Nemes Káptalan Templomában élő nyelvel hirdettetett T. P. Deső Bernard által. És egynémellynek kérésére és költségével ki-nyomtattatott. Győrben. Streibig Gergely János által, 1765-dik eszt. 4°. 22 p.

III. Dítsőséges sz. Calasanctius Józsefnek, az áhitatos oskolák szerzete alkotójának, nagy érdemű jóságiról sommás beszéd, Veszprémben 1768 a szentek közé számláltatásakor. (i. e. Laudes s. Iosephi Cal. cum inter sanctos relatus esset.) Kalocsán. 1769.

Digl Augustinus (Garstensis), die 15. Iul. 1735 natus, 13. Nov. 1757 sollemniter professus, die 4. Nov. 1759 neomysta ad aram stetit. Erat custos s. supellectilis, dein cooperator in Molln, Neustift et Styrae, unde elapso triennio ad magisterium novitiorum domum vocatus, demum subprior constitutus est et domi etiam post sublatum iam monasterium morte repentina die 1. Dec. 1787 obiit. Scripsit:

Catalogus religiosorum Garstensium cum succincta notitia fundationis nostrae, abbatum et confratrum, quanta post tot, tamque graves temporum iniurias explorari et ex residuis documentis plerumque manuscriptis hauriri potuit, conscriptus a P. Augustino Digl prof. Garstensi, subpriore, novitiorum magistro et bibliothecario 1778. Continuat. post mortem Augustini Digl a confratre eius Ernesto Koch usque ad annum 1792. 1 tom. Man. in biblioth. Gottvic. ads. No. 881.

Digl Romanus (Seitenstadiensis). Natus Cremifani in Austria superiori die 7. Dec. 1727, absolutis in schola Cremifanensi celeberrima studiis philosophicis, die 18. Oct. 1745 monasterium Seitenstetten est ingressus. Absolutis in alma Salisburgensi universitate studiis theologicis die 18. Oct. 1746 vota sollemnia emisit et primum ad aram stetit die 10. Oct. 1751. Propter magnum litterarum studium Salisburgum ad docendam theologiam et philosophiam vocatus, 1764—74 huic muneri satisfecit. Post decem annos in monasterium reversus prioris munus, deinde parochias in Wolfsbach, tum in Ibsitz, denique iterum prioratus officium administravit, donec die 12. Ian. 1795 pie obdormivit in Domino. Scripsit:

I. Conspectus historicus de ortu et progressu philosophiae. Salisburgi, typis Ioann. Ioseph. Mayr aulico-academici typographi. 1762. 4°.

II. Digressio philosophica de tollendis humanae rationis abusibus seu de praeiudiciis. Ibid. 1762. 4°.

III. Digressio philosophica de criteriis veritatis. Ibid. 1762. 4°.

IV. Theoria animae meditationi philosophicae exposita. Ibid. 1763. 4°.

V. Cursus theologicus, manusc., quatuor volumina in 8° in biblioth. Seitenstadiensi adserv.

Disch Maurus Thaddaeus (Michaelburanus). Carantanus natus s. Paul. 28. Oct. 1813, prof. 15. Apr. 1838. Sac. 1. Aug. 1838. Studiis theologicis absolutis vocatus est ad St. Stephan. Augustae Vindel., ut in gymnasio hic neo-fundato iuventutem instrueret. Revocatus in vinea Domini laboravit, modo in Dorfbeurn, modo in Lambrechtshausen, modo in Loidesthal (in Austria inferiore). Obiit 24. Dec. 1864.

Praeter carmen, quod P. Maurus in nostrum dilectum P. Dominicum Hoffer, professorem scientiae religionis inopinato modo morte abreptum (3. Ian. 1837) in Ephemeridibus Salisburgensibus inseruerat, prelo tradidit opus sequens:

Conzilien-Lexikon. (i. e. Lexicon conciliorum.) Aus dem Französischen übersetzt. (E lingua Francogallica translatum.) August. Vindel. 1844. Typis N. Schlosser, 2 tomi, 8°.

Doberschitz Laurentius (Cremifanensis), antea Richardus, in arce Alten-

hof die 29. Aug. 1734 natus, musis Cremifanensibus educandus traditus, exacto primo studii theologici anno monasterium ingressus et die 5. Oct. 1755 sollemniter professus, theologiae et iurisprudentiae cursu partim Cremifani, partim Viennae confecto atque doctrinae suae specimine publice edito sacerdotio initiatus est die 28. Oct. 1759. Professor grammaticae, rhetoricae, poeseos, feriarum tempore varias peregrinationes instituit; 1771 confessarius monialium s. Benedicti in Niedernburg Passavii, 1772 ecclesiae Passaviensis consiliarius; 1779 Cremifanum revocatus munus subprioris et novitiorum magistri adiit; adiecta 1782 rei vestiariae praefectura obiit die 9. Febr. 1799.

Linguae Gallicae et Italicae gnarus et in omni litterarum genere versatus satis magnum manuscriptorum numerum reliquit:

I. Kurze Zeit Vertreib oder die Telemachs-Begebenheiten aus dem Französischen in das Teutsche übersetzt. (i. e. Telemachi fata in sermonem Germanicum translata.) 1753 et 1754. 4°. 1129 p.

II. Von der Nachfolgung Christi das I. Buch. In teutschen Versen verfasset. (i. e. Liber I. de imitatione Christi in linguam Germanicam ligato sermone translatus.) 1756. 8. 300 p.

III. Anmuthige Abendlesung fuer Eine geistliche Ordensperson oder das I. Buch von der Nachfolgung Christi in teutschen Versen. (i. e. Idem liber denuo exaratus.) 1772. 4°. 357 p.

IV. Neu verbesserte catholische deutsche Uebersetzung des goldenen Büchleins von der Nachfolgung Christi für alle Stände überaus nützlich und heilsam. (i. e. Emendata catholica versio Germanica aurei libelli „de imitatione Christi“.) 1771. 4°. 462 p.

V. Scripta ascetica. 1754—56. 4°. 581 p.

VI. Scripta philosophica. 1752. 4°. 698 p.

VII. Historia academiae Cremifanensis per primum quadrans saeculum in duas periodos et quinque lustra posteritati descripta. 1770—79. Partes XX. 4°. 6348 p.

VIII. Labor scholasticus, quo loci rhetorici in quaestiones divisi, versus compositi, themata amplificata, tum verborum tum sententiarum figurarum paradigmata, troporum exempla, syllogismi oratorie deducti, exercitia in locos rhetoricos chriae, oratiunculae, orationes compositae sunt. 1751. 4°. 506 p.

IX. Epistolae ex Latio. Partes V. 4°. 1316 p.

X. Uebersetzte Komödien aus P. Coelestin Leuthner, Akarpius, Audifax, Philibertus. (i. e. Comoediae in linguam Germanicam translatae.) 4°. 265 p.

XI. Scripta varia (argumenti theologici). 1760—74. 4°. 455 p.

XII. Fons theologicus vivus emanans id est studium sive theologia patrum numeris omnibus minime absoluta, theologis tamen alumnis pro eruditione sat abunde completa. 4°. 797 p.

XIII. Triduum Cremifanense. Triduana spiritus Benedictini recollectio inter me et te. 1764. 4°. 575 p.

XIV. Dichterpfeile. (i. e. Sagittae poeticae.) Tomi 2. I. 1775. 4°. 331 p.; II. 1778. 4°. 416 p. continet.

XV. Rhetorica Niedernburgensia. 1779. 4°. 372 p.

XVI. Die Pflicht eines rechtschaffenen Kavalieres meistentheils gezogen aus P. Jues. (i. e. Officium hominis vere nobilis, maxime extractum ex P. Iues.) 1779. 2°. min. 231 p.

XVII. Orationes selectae (partim funebres, partim academicae). 1780—91. 2°. min. 322 p.

XVIII. Die Unschuld der ehelichen Treue oder Genofeva unschuldig falsch angegeben, lateinisch aufgeführt von der studierenden Jugend zu Kremsmünster den 5. Sept. 1724 übersetzt. (i. e. Lusus theatralis P. Ruperti Langpartner Cremifanensis: „Genofeva“ Germanice redditus.) 1790. 2°. min. 89 p.

XIX. Aus dem Französischen übersetzter Hirtenunterricht des Herrn Bischoffs, Herzog v. Langre über die Fürtrefflichkeit der Religion.

Neue Herausgabe, 1793. (i. e. Episcopi et ducis de Langre epistola pastoralis de praestantia religionis ex Gallica in Germanicam linguam versa.) 1793. 2°. 185 p.

XX. Kritische Versuche. (i. e. Scriptum polemicum). Was ist ein Pfarrer? wider den Provinzialdefinitor in Oesterreich von Eibel. (i. e. Quid est parochus? contra dominum de Eibel.) 1782. 4°. 111 p.

XXI. Warum wird Kaiser Joseph von seinem Volke nicht geliebt? verfasset von einem wahren, nicht falsch politischen Kaisersfreunde. (i. e. Quare Iosephus imperator a subditis suis non ametur?) 1787. 4°. 51 p.

XXII. Widerlegung oder Christus Verus. Was würde Christus thun, wenn Er wieder auf die Welt käme? (i. e. Refutatio sive Christus verus. Quid facturus esset Christus, si denuo incarnaretur?) 1786. 8°. 73 p.

XXIII. Belles lettres oder Unterschriebene Denkbilder. (Versus Germanici et Latini, epitaphia, epigrammata, chronographica.) Tomi 5. I. continet 301, II. 294, III. 288, IV. 291, V. 10 p. 1779—99. 4°.

XXIV. Subprioratsbriefe. (i. e. Epistolae ex subprioratu scriptae.) 4°. 316 p.

XXV. Specula Cremifanensis. 4°.

XXVI. Millenarium Cremifanense, 1777. 8°. 88 p.

XXVII. Fata Cremifani millenarii comice, ut par est, adumbrata. 1778. 4°. 325 p. Separatim scripta exstat eadem comoedia in linguam Germanicam translata sub titulo: Das tausendjährige Kremsmünster. Ein Lustspiel im J. 1778. 4°.

XXVIII. Tempus ferreum. Iniuriae temporum papyro vindicatae. Opus posthumum posteritati pro Deo et ecclesia et prudentiori futuro saeculo. 4°. 254 p.

XXIX. Rosarium Niedernburgense. 4°. 471 p.

XXX. Verdeutschter Auszug der Kremsmünster Chronik. (i. e. Epitome chronic. Cremifanensis, in ling. German. vers.) 1777. 2°. min. 133 p.

XXXI. Liber dialogorum. 4°. 137 p.

XXXII. Conferenzreden. (i. e. Orationes habitae in conferentiis conventualium.) 4°. 105 p.

XXXIII. Subprioratsbriefe. (i. e. Epistolae ex subprioratu scriptae.) 21 tom. 4°.

XXXIV. Iter Graecense I. 4°. 90 p. Iter Graecense II. 4°. 98 p.

XXXV. Iter Pragense. 4°. 176 p.

XXXVI. Iter Suevicum. 4°. 105 p.

XXXVII. Iter Romanum. 4°. 360 p.

XXXVIII. Subpriorreiseln. (i. e. Itinera vi officii subprioris facta.) 2 tom. 4°. 810 p.

XXXIX. Beichtvaterreiseln. (i. e. Itinera vi officii confessarii monialium facta.) 4°. 319 p.

XL. Meine Lebensbeschreibung. (i. e. Autobiographia.) 4°. 478 p.

Praedicti libri manuscripti adservantur in bibliotheca, Q. 1—40.

Donighian Gregoris (Mechitharista), Constantinopoli die 6. Nov. 1832 natus, Viennae in Austria habitu s. die 8. Apr. 1850 indutus, die 15. Sept. 1852 vota emisit et die 24. Dec. 1854 consecratus est presbyter. In monasterio fuit custos musei antiquorum nummorum antiquarumque rerum. Anno 1860 missus est munere missionarii apostolici Constantinopolim; anno 1872 eodem munere translatus est Smyrnam, ubi die 15. Dec. 1874, de vita decessit.

Opera eius in Neo-armeno lingua typis edita:

I. **Պատմ. նաւագնացին պատմութիւնք**, i. e. Historia vitae et trium navigationum (circa orbem terrarum) Iacobi Cook, navarchi Angli. Viennae, typis Mechith. 1857.

II. **Ընտրեալք պատմութիւնք, փր. Սուաւէի**, i. e. Selectae historiae morales ex Italico libro Francisci Soave excerptae. Viennae, typ. Mechith. 1857.

Dorfmann Hartnidus (Admont.), anno Domini 1778 die 23. Dec. Brixinae in Tirolia natus, 16. Oct. 1803 vota sollemnia professus, neosacerdos stetit ad aram 27. Nov. 1803. Prof. gymn. et humanior. Graecii, etiam praefectus in c. r. convictu inde-

fessus laboravit, et per 23 annos gymnasium Celleiense laudabiliter rexit, quapropter numismate aureo magno pro meritis est decoratus. Graecii adhuc commorans oeconomiam in castello s. Martini administravit, et a cathedra discedens, inspectionem vinearum in Razerhof curavit. Obiit tandem sacerdos et professus iubilaeus, soc. oecon. et histor. Stiriae sodalis marasmo senili 22. Aug. 1862. Scripsit:

I. Conscriptio reliquiarum ex tempore Romani in has terras imperii, quae anno 1845, cum levarentur glebae ad crepidines ferreis viarum arte nova munitarum orbitis substruendas, solo erutae sunt prope Celeiam urbem. Manuscript im Archive des histor. Vereines zu Graz.

II. Den Manen des zu früh gestorbenen Freiherrn Franz von Egger von seinem ehemaligen Lehrer H. D. Gedicht. (i. e. Elogium in honor. † lib. bar. de Egger.) Aufmerksame. 1817. 3.

III. Grabschrift für den Jüngling Albert Lohr, Schüler der I. Hum.-Classe von D. (i. e. Epitaphium.) Ibid. 1819. 73.

Dorizio Ferdinandus (Admont.) in urbe Graecensi mundo natus 8. Nov. 1787, ad vota sollemnia Admontis est admissus 4. Iun. 1809, primamque Deo litavit hostiam 23. Apr. 1810. Primo professurae in gymnasio domestico admotus, mox in curam animarum transiit, pastorem agens fidelem in Kammern, ad s. Gall., in Tauern et Landl. Hydrope laborans, domum redux obiit 28. Mart. 1835. Scripsit:

Historisch-topographische Notizen über die Pfarre Landl. 1830. (i. e. Notata quaedam hist. topogr. de parochia Landl.) Manuscript OO. 106 im Archive zu Admont.

Doslern Edmundus (de s. Monte Pannoniae), Iaurini eiusdem com. in Hungaria die 27. Sept. 1758 natus, vota sollemnia die 29. Sept. 1782 emisit et eodem anno die 20. Oct. presbyter ordinatus est. 1802—7 professor gymn. Sopronensis, 1807—9 professor, 1809—15 director gymn. Tyrnaviensis, 1815—17 prior in s. monte, 1817—26 superior domus et director gymn. Posoniensis, 1826—27 director gymn. Sopronensis, 1827—39 spiritualis ibidem, quo anno die 25. Mart. vita cessit. Scripsit:

Illustrissimo ac rev. domino domino Francisco Szányi, dum in episcopum Rosnaviensem consecratur, piis votis applaudit Nic. Edmundus Doslern, archigymnasii regii exhortator. Quinque-Ecclesiis. Typis Christianae Engel viduae. 1801. 4°. 14 p.

Drescher Ignatius (Raigradiensis), honesta ex familia Brunae ex platea anteurbana „Neustift“ anno 29. Ian. 1754 progenitus, Franciscus in s. baptismate vocatus et pie in domo paterna educatus, studiis humanioribus ibidem persolutis, iuvenis 24 annorum sacram ingressus est conversionem Raigradii 1778 et sequenti novitiatu absoluto, in festo s. Benedicti sollemnem emisit s. professionem. Studia theologica primi anni absolvit in universitate t. t. Brunae constituta, cetera vero duce P. Antonio Klappitz in monasterio more tunc consueto et postquam iam die 22. Sept. 1781 diaconatus ordinem susceperat, 27. Apr. anno 1783 Brunae in domestico sacello episcopali presbyter est ordinatus; tunc 29. Maii in festo ascensionis domini primitias celebravit, statimque fit instructor iuventutis in schola elementari penes monasterium, quam in primis linguam Germanicam docebat; triennio post iurisdictione cooperatoria accepta pro parochia Raigrad., hanc ob defectum linguae Bohemicae nonnisi ex parte exercere potuit, usque ad annum 1796 medium,

quo ob varias altercationes, quas inde iam ab anno 1784 cum praeposito in causa studiorum clericorum et rerum variarum vario cum eventu protraxerat, monasterio ad tempus valedicere ratus, cooperatoris locum parochiae saecularis in Wolframitz petiit, quo obtento ad finem usque 1797 permansit. Die 19. Febr. anno 1800 tribunus militum legionis s. d. Ollivier Wallis 29. nomine Croll ab Herzberg Ignatium nostrum epistola data, ut magistratum capellani campestris huius legionis ambiret, appellavit cohortatusque est, quo suscepto et licentia a praeposito Othmaro obtenta, statim Ingolstadium abiit. Cum praefata legione, inde ab anno 1803 „de Lindenau" vocata per decennium omnia stipendia adversus Napoleonem et Franco-Gallos fecit, in quibus, ut ex eius literis ad fratres Raigradienses datis in archivo nostro adservatis liquet, omnimodis laboribus fatigatus, cruce aurea militari pro piis meritis anno 1806 sibi comparata, anno 1809 morbo oppressus est, eoque ingravescente apoplexia tactus 8. Dec. anno 1810 diem clausit supremum Brunae ibique sepultus iacet.

Quae posthuma reliquit opera manuscripta, in bibliotheca nostra adservata, sequentia veniunt recensenda:

I. Informatio novitii Benedictini. Msn. 43. II. Sign. B K. II. n. 2. sine pag. in 4°. s. anno.

II. Hermeneutica in libros N. T. Msn. 439. Sign. F/K. II. a. 14 in uno fasc. plag. 19. 4°. de anno 1770.

III. Notata ex prima parte theologiae dogmaticae uti: de religione naturali et revelata, s. scriptura, de ecclesia et conciliis. Msn. 518. Sign. F/K. II. b. 18. in 5 plag. 4°. sine pag. de anno 1770.

IV. Ethicae christianae pars generalis et specialis. Msn. 519. Sign. F/K. II. b. 19. in 32 plag. 4°. sine pag. de anno 1780.

V. Fragmenta historiae ecclesiasticae. Msn. 439. Sign. F/K. II. a. 2. sine pag. in 4°.

VI. Relationes de expeditione Gallica, cui interfuit, epistolae inde ab anno 1800—1810. Fasc. sub l. m. 10 archivi.

Dückelmann Hartmannus (Gottvicensis), Franco-Zeilensis 9. Nov. 1739 hunc mundum ingressus est. Litteris humanioribus Bambergae, philosophicis vero disciplinis Viennae instructus, spreta saeculi fortuna, die 2. Oct. 1761 sollemnibus votis Deo sese totum in monasterio Gottvicensi dedicavit atque die 8. Dec. 1763 primum sacrificium obtulit. Paucis annis curas inter pastorales domi exactis, culinae, dein aulae Gottvicensi Viennae, tandem cancellariae praefectus est. Rara antiquitatis monumenta partim ex archivo eruta, partim aliunde conquisita indefesso labore sex voluminibus penicillo et calamo exaravit. Praematura morte obiit die 22. Oct. 1784. Eius est:

Synopsis confoederationum monasteriorum variorum cum conventu Gottvicensi factarum desumpta ex originalibus instrumentis desuper confectis et in archivo servatis cum sigillis pendulis hic pro posse designatis per P. Hartmannum Dückelmann 1776. — Item collectio quorumdam diplomatum ex originalibus accurate desumptorum et variorum sigillorum, testium in variis documentis donationis, conventionis, emtionis et venditionis occurrentium. 1 tom. man. in bibliotheca Gottvic. adserv. No. 895.

Dudík Beda (Franciscus Raigradiensis), Moravus Kojetinensis 29. Ian. 1815 natus, pueritiam usque ad decimum aetatis suae annum domi transegit, inde Kremsirii in patrum scholarum piarum gymnasio studia humanitatis anno 1834 et in lyceo Brunensi philosophiae 1836 absolvit, ubi duce P. Gregorio Volný, qui mona-

chus Raigraden. tunc historiae professor fuit, huius scientiae amore incaluit. Theologiae studiis in instituto episcopali Brunae operam dedit, ast solummodo per annum unum, quo absoluto in nostrum suscipi monasterium anhelavit, cuius voti compos factus 21. Aug. 1836 Victore abbate indutus fuit. Beda noster studia theologica Brunae, et postea Olomucii continuavit, simulque philosophicis disciplinis totus quantus se dedit. Anno 1839 Calendis Septembribus votis sollemnibus monasterio adstrictus examina rigorosa in universitate Olomucensi tanta cum laude subiit, ut theologus anni quarti philosophiae doctoratus laurea insignitus fuerit. Anno 1840 sacerdotio initiatus et primitiis Raigradii celebratis Calendis Octobribus eiusdem anni cathedram philologiae Graecae et Latinae et duobus annis post etiam historiae universalis in lyceo philosophico Brunensi, professoris Volný successor, ascendit. Sic professor publicus ordinarius denominatus, inde ab anno 1845 praelectiones extraordinarias e lingua et litteratura Bohemica primus in instituto Brunensi incepit, in quarum subsidium bibliothecam librorum huius idiomatis, discipulis summopere exoptatam, fundavit. Cum vero anno 1848 novo studiorum in Austria systemate lyceum philosophicum gymnasio c. r. superiori uniretur, Dr. Dudík, in eo professor constitutus, historiam, geographiam, nec non iam pridem adamatam rerum naturalium disciplinam tractandam suscepit. Quo munere usque ad 1854 functus sequenti in alma universitate Viennensi cathedram fontium historiae medii aevi elucubrandarum fundator ascendit, nam primus erat, qui ordine ab eo noviter exarato et ab incluto ministerio adprobato, hancce inchoavit publice docere disciplinam. Dr. B. Dudík non acquievit cathedrae; sed inde iam ab anno 1848 varios subiit labores, quos quidem rudi, ast veritati addicto calamo, modo chronologico benevolo lectori proponamus. Anno 1848 cum multa et varia, vera et falsa, circa statum Moraviae politicum et oeconomicum proferrentur ut cynosuram quandam conderet, Dudík elucubrationes sub titulo: „Statistica Moraviae“ publici iuris fecit. Eodem anno, mortuo 13. Mart. 1847 archivario et historiographo Moraviae Antonio Boczek, suscepit D. ex mandato dominorum Moraviae delegatorum non tantummodo collectionem historicam sic dictam Cerronianam critice examinare, sed et collectionem Boczekianam ita conscribere, ut inde delegati cognoscerent, quanti pretii esset, si haec collectio tanquam additamentum ad archivum terrae Moraviae publicis sumptibus compararetur. Propositione accepta et collectione acquisita novi archivi terrae Moraviae Dudík radices egit. Hisce studiis occupatus nuper exortae quaestioni de marchionatus Moraviae ad principatum Oppariense relatione, satisfecit, anno 1850 in opere, postea publicato Viennae. Quibus omnibus novum incipit P. Bedae curriculum; professoris munere ad tempus abdicato ingenii sui acies omnimode fontibus historicis indagandis dedicatur. Mense Maio 1850 delecti ordinum Moraviae, ut genus et pretium thesauri litterarii, per Suecos in bello triginta fere annos durante, ex Moravia et Bohemia ablati, cognoscerent, Bedam Dudík publicis sumptibus in Sueciam miserunt, ubi ille Stockholmiae in archivo regio diu desideratam quartam partem operis Chemnitzii,

quod inscribitur: „bellum regio-suecicum in Germania gestum“ invenit, quae res gestas a Maio 1641 ad Iun. 1646 adumbrans Stockholmiae nuper publicam in lucem prodiit. Fructus huius itineris literarii: „studia suecica“ inscriptos Dudík Brunae anno 1852 proelo emisit. Quum autem animadverteret, partem thesauri desiderati, quem supra nominavimus, haud exiguam per Christinam reginam Romam fuisse asportatam, anno 1852 in Italiam profectus et ubique locorum benevole susceptus, Romae non solum collectionem sic dictam: „Reginae bibliothecam“ 2322 manuscripta continentem perlustravit, sed etiam regestorum Vaticani archivi plus 59 tomos cum 68.000 litteris autographis; quae omnia in opere „Iter Romanum“ (I. II.) explanat. Roma vix reversus Dudík a supremo ordinis Teutonici magistro archiduce Maximiliano honorabile suscepit mandatum archivum totius ordinis Viennae erigendi. Plus uno lustro ab Augusto 1853 ad 1859 labori sibi adsignato insudavit, et, ut exspectari potuit, labore suo archivum fundavit, optimis huius generis adnumerandum. Quae studia ad nova opera edenda praebuere incitamenta; in quibus duorum praecipue: „Waldstein“ et „Sueci in Moravia“ documentis archivi bellici Viennensis innitentium mentio facienda. Insuper conceptam de tabulis publicis nova quadam ratione conformandis ideam per partes elucubratam ministerio scriptis exposuit, quam approbatam procul dubio in effectum perduxisset, nisi calamitates diversi generis, imperium Austriacum tunc temporis graviter afflictantes, continua posuissent obstacula. Anno demum 1865 ex parte quae intendebat publice demonstrare potuit. Ministerium enim perlustrationis tabularum publicarum sibi subordinatarum Bedae nostro detulit officium, ut ipsis, nova illa ratione conformandis, viam patefaceret. Initium factum cum tabulis publicis Galiciae et Lodomeriae, quarum perlustrationis fructum anno 1867 Dr. Dudík typis describendum curavit; tribus annis post „sub ministerio Giskra“ viris ad inceptum illud opus prosequendum delegatis Dr. Beda in consilium adscitus est. Quam longe lateque fama eius in hoc genere dexteritatis iam tunc temporis percrebuerit, Dr. Ruland in „dieta Bavarica“ testatur, in qua de statu archivorum regalium disputans, ad nostri Dr. Dudík iudicium adpellavit. Cum anno 1859 Dr. Dudík a Moraviae ordinibus titulo et officio historiographi Moravici insignitus esset, mox, ut huius provinciae historiam e fontibus genuinis hauriret atque scriberet, suscepit mandatum, cui per annorum decursum praeclare satisfecit. Octo enim tomi historiae Moraviae deinceps editi, quorum primus medio anni 1860 publici iuris factus est, et septimus periodum Přemyslidarum cum anno 1306 concludit, praeclarum eius ingenium animique acumen luce splendida demonstrant, in primis vero octavus, humani civilisque cultus historiam adumbrans, versatissimum antiquitatis investigatorem declarat. Neque vero, cum huic operi insudasset, alius generis studia historica neglexit. Conscripta enim et typis edita numismatica collectione ordinis Teutonici, editione charta et literarum formis ornatissima, Guilelmus archidux, supremus ordinis Teutonici magister, Bedae nostro inventarium thesauri huius ordinis insti-

tuendum magnisque sumptibus publici iuris faciendum demandavit, quod anno 1866 contigit. Eodem anno, bello in Italia commoto, Dr. Dudík ex speciali mandato imperatoris Austriae in principia castrorum ad partes belli ducis celsissimi principis Albrechti vocatur. Ex relationibus ab eo tunc emissis, ut ex fonte genuino, omnes fere ephemerides scribendi materiam hauriebant. Belli huius Italici historiam celsissimo principi hereditario Rudolfo dedicatam sub titulo: „Memoriae belli Italici de anno 1866“ publici iuris fecit. Paucis diebus ante pugnam navalem Lissensem Dr. Dudík ex mandato suae caesareae maiestatis ut archivalia, quae ad conditiones iuris Austriaci spectarent, de archivo centrali Venetiis seligeret, ei officio valde laborioso intra quatuor dierum spatium sagacitate sua satisfecit adeo, ut 19 cistas Graecium reportandas curaret, quae demum, pace ex utraque parte inita, ad penates remearunt. Hunc laborem feliciter peractum alius similis subsequitur. Ministerium Belcredi enim necessarium existimans, ut de rationibus episcopatus Cracoviensis, seminarii et institutorum ecclesiasticorum, nec non de connexu eorum cum Russia computus institueretur, Dr. Bedae hoc officium commisit, qui quinque hebdomadibus desideratum complevit, basin scilicet necessariam ad compacta anno 1875 demum absoluta. In praeclaro illo opere litterario, quod ab anno 1863 ad 1867 sub titulo: „Oesterreichische Revue“ Viennae in publicum prodiit, Dudík singulari tractatu de vi ac gravitate completi suo studio operis aeque testimonium dedit, ac de plena reformatione ordinis Teutonici novissime introducta, quam pari consilio et labore iuvabat. Variis in itineribus annis 1855—66 peractis, Dudík omnia fere imperii Austriaco-hungarici archiva seu tabularia, unum alterumve plus una vice, perlustravit, tum anno 1863 longum iter in partes orientales suscepit, qua occasione Constantinopolin, Athenas et Smyrnam visitavit, atque tribus annis post expositioni universali Lutetiis Parisiorum ad artium inventionumque historiam perlustrandam interfuit. Inde per Lugdunum, Massiliam et Centumcellas Romam se contulit ad festa sollemnia millenarii. Quae durante hocce itinere vidit et audivit, quaeque expertus est, permultis epistolis, in ephemerides Viennenses receptis, publici iuris fecit. Quum auctumno anni 1869 sua apostolica maiestas Franciscus Iosephus I. ad iter orientale se accingeret, Dudík, ut officio capellani et historiographi fungeretur, comitibus itineris adnumeratus est. Sollemnitatibus Hierosolymis nec non in auspicando canali Suezensi celebratis interfuit, et earum descriptionem typis edendam curavit, quae in 200 exemplaribus sumptibus imperatoris anno sequente in lucem prodiit. Aestate 1870 Dudík ad continuanda studia de A. Comenio, quibus iam in Suecia se accinxerat, Belgiae et Hollandiae partes peragravit, insuper vero ad determinandum, quatenus „respublicae generales“ tunc temporis seditionem Bohemicam anno 1618 et sequenti iuvissent, vel quatenus hac in re nocuissent. Inde ab aestate 1872 et per decursum 1873 Dudík omnem operam praestabat in constituendis circulis, industriam nationalem domesticam nec non rerum Moraviae pretiosiorum collectionem pro expositione Vien-

nensi repraesentantibus, quorum ipsemet catalogum confecit. In meritorum hac in re praemium duobus nummis a supremo expositionis iudicio atque regimine cum titulo: „a consiliis provinciae“ insignitus est. Anno 1877 ad congressum internationalem Kiioviam invitatus, statim illuc profectus et per decem hebdomadarum spatium in Russia commoratus, studiis archaeologicis insuper etiam Moscoviae archivalibus sedulam dedit operam. Oratio, quam Kiioviae „de tumulis praehistoricis ethnicorum in Moravia“ idiomate Russico habuit, dissertationibus congressus inserta legitur. Duobus annis post mense Augusto 1876 Dudík conventui ablegatorum, qui de anthropologia et archaeologia praehistorica Budae-Pestini agebant, interfuit, qua occasione commentationem de perforatis calvis in ossario Sedlecensi inventis relationi suae adiunxit. Ineunte Maio anno 1877 Dudík Stockholmiae postulabat conditiones traditionis 21 codicum idiomatis Bohemici, a Suecis durante annos triginta bello ex Bohemia et Moravia ablatorum, quod negotium ad optatum perduxit finem, cum secunda vice Sueciam et Russiam visitans, adductos codices iam pridem Stockholmia Brunam expediisset, ubi mense Iunio 1878 advenerunt. Petropoli bibliothecam nomine „Zaluskianam“ perlustravit eamque urbem anno 1879 currente studiorum causa iterum visitavit. In praemium laborum suorum Dudík sequentibus ordinibus et titulis insignitus fuit: Est consiliarius suae caesareae ac regiae apost. maiestatis et regiminis, possidet ordinem caes. reg. Francisci Iosephi, regiae coronae Würtembergensis, reg. Suecicum Wasae, Saxonicum Albrechti, ordinem aquilae rubrae reg. Borussici classis tertiae, s. Michaelis Bavariae classis primae, ord. Medschidije classis tertiae, vocatus eques classis secundae ordinis imperii Russici s. Annae, commendator ordinis Hierosolymitani et s. Salvatoris regni Graeciae; insignitus est c. r. cruce aurea militari pro piis meritis nec non magnis monetis aureis pro litteris et artibus regnorum Austriaci, Würtembergensis, Saxonici et ducatus Badensis. Quas monetas et insignia magna ex parte in pretiosum calicem conflari vel hunc illis exornari curavit, in perpetuam sui memoriam coenobio Raigradiensi et s. Benedicto dedicatum. Cuius calicis descriptionem, memoratu dignam in ephemeride Viennensi „Vaterland“, si placet, perlegas. Est insuper Dudík sequentium societatum membrum actuale: facultatis philosophicae in c. r. universitate Olomucensi, academiae scientiarum Viennae, Hungaricae Pestini, Bohemicae Pragae, regni Bavariae Monachii, imperii Russici Moscoviae, academiae pontificiae Romae, c. r. musaei pro artibus et industria et c. r. commissionis centralis pro conservandis et restaurandis monumentis Viennae, r. societatis pro indagandis fontibus Germaniae medii aevi Francoforti a. M., c. germ. societatis Regiomonti in Borussia, germ. musei Norimbergensis, societatis historiae marchionatus Brandenburgensis Berolini, ducatus Styriae Gradecii, nec non c. r. societatis scientiarum naturalium agrorum et historiae patriae promovendae per Moraviam et Silesiam eiusdemque sectionis historico-statisticae Brunae. Membrum ad honores vero electus fuit societatum: historiae et antiquitatis Pestini, Zagrabiae,

Carinthiae, Carniolae, Transsilvaniae et Vratislaviae.

Excepta Hispania Portugalia et Anglia haud ullam invenias regionem vel regnorum provinciam Europae, quam vir ille sagacissimus ad eruenda documenta archivalia vel archaeologica non perlustraverit. Qua ratione effecit, ut opera eius fere omnes humanae scientiae partes attingant, quorum series haec est:

A. Dissertationes variae.

a) In ephemeride edita a Dr. Adolpho Schmidl sub titulo: „Oesterreichische Blätter für Literatur und Kunst“ (Folia studio litteraturae et artis per Austriam inservientia.) Viennae:

I. Kunstschätze aus dem Gebiete der Malerei in Mähren. (i. e. Thesauri artis pictoriae in Moravia.) Anno 1844. No. 75—78.

II. Die letzten Tage des Panduren-Obersten Franz Freiherr von der Trenk auf dem Spielberge und sein Testament. (i. e. Extremi vitae dies baronis Fr. Trenk in castro Spielberg eiusque testamentum.) Anno 1845. No. 13.

III. Huldigung des Erzherzogs Mathias in Brünn als Markgrafen von Mähren im Jahre 1608. (i. e. Sacramentum dictum archiduci Mathiae ceu marchioni Moraviae. Brunae anno 1608.) Anno 1845. No. 118.

IV. Schicksale der katholischen Religion und ihrer Bekenner in der k. Grenzfestung Olmütz während der schwedischen Herrschaft im Jahre 1642—1650. (i. e. Fata, quae perpessa est religio catholica eiusque asseclae in castello Olomucensi [Eburensi] durante occupatione Suecica, annis 1642—50.) Anno 1846. No. 24. 27.

V. Ein Mordanschlag auf Kaiser Napoleon I. in Brünn 1805. (i. e. De consilio scelesto inito in imperatorem Napoleonem I. Brunae, 1805.) Ibid. No. 82.

VI. Correspondenz Wladislaw IV. von Polen. (i. e. Commercium epistolarum Vladislai IV. Poloniae regis ab anno 1632—48.) Anno 1847. No. 285.

VII. Etwas über die Einführung des Tridentinums in Betreff der Ehen in Mähren. (i. e. Quaedam de introductione resolutionum concilii Tridentini rem matrimonii in Moravia spectantia.) Ibid. No. 293.

VIII. Das Stift Raigern vor achthundert Jahren. (i. e. De monasterio Raigradiensi, quale ante octo saecula fuerit.) Anno 1848. No. 83—85.

IX. Die Gegenreformation in Böhmen. Widerlegung des gleichnamigen Buches von M. Christian Ad. Peschek. Dresden, 1844. (i. e. Reformatio adversa in Bohemia, refutatio libelli tituli eiusdem editi a M. Chr. Peschek. Dresdae, 1844.) Ibid. No. 138—144.

b) In „Zeitschrift des böhmischen Museums“ (Commentarii musaei Bohemici):

X. Vertrag zwischen Kaiser Rudolf II. und Erzherzog Mathias im Jahre 1608. (i. e. De pactione inter Rudolphum II. imperatorem et archiducem Mathiam anno 1608. Idiomate Bohemico.) Pragae, anno 1845.

c) Per „sectionem historico-statisticam Brunensem“.

XI. Chronik der Stadt Olmütz vom Jahre 1619 und 1620. (i. e. Chronicon civitatis Olomucensis ab anno 1619—20.) Brunae, 1851. 8°. Impensis eiusdem societatis historicae.

XII. Sammel-Chronik von Olmütz. (i. e. Summulae chronicae Olomucensis.) Extractus de libellis editis ab eadem societate sub titulo: „Fontes ad historiam Moraviae ac Silesiae austr. dit.“ (Quellenschriften zur Geschichte Mährens und österreich. Schlesiens.) Brunae, 1858. No. 61.

XIII. Zur Wiedertäufer-Literatur. (i. e. Res litteraria anabaptistarum.) In tomo XIV. plagellarum supradictae societatis Brunae 1865 editarum p. 372: duo manuscripta musei Bruckenthalensis Cibinii (über zwei Handschriften des Brückenthal'schen Museums in Hermannstadt); p. 382: duo manuscripta bibliothecae universitatis Graecensis; p. 389: duo manuscripta fidelis capituli metropolitani Olomucensis.

XIV. Ueber das Capitel-Archiv in Olmütz und über Ms. des ungarischen Nationalmuseums in Pest. (i. e. De archivo capituli Olomucensis et

de Ms. musei nationalis Pestini dissertatio.) In „Notizenblatt“ (plagellae scientificae). 1861, No. 3 et 1862, No. 384.

d) In „Archiv für Geschichte Oberbaierns in München“ (Archivum historicum Bavariae superioris Monachii):

XV. Documente aus der Bibliotheca Vallicella in Rom für Baierns Geschichte. (i. e. Documenta eruta e bibliotheca Vallicella Romae historiae Bavariae inservientia.) Anno 1857. 8°.

e) In „Mittheilungen des Vereines für Geschichte der Deutschen in Böhmen“ (Communicationes societatis historicae Germanae in Bohemia):

XVI. Chronik der Deutsch-Ordens-Commende zu Eger. (i. e. Chronica praefecturae ordinis teutonici Egrensis vel Agarensis de anno 1580.) Anno IX. 1870, libellus 3.

f) In „Mittheilungen der k. k. Central-Commission für Erforschung und Erhaltung der Baudenkmale“ (Communicationes commissionis principalis pro indagandis ac conservandis monumentis ac aedificiis):

XVII. Die rudolfinische Kunst- und Raritätenkammer in Prag. (i. e. Thesaurus artificiosus ac rarus Rudolphi imp. Pragae.) No. 12, ai XII. 1867. 4°.

XVIII. Neuentdeckte Fresken aus dem Leben der hl. Apostel Cyrill und Method in Rom. (i. e. Opus tectorium nuper erutum Romae spectans vitam ss. apostolorum Cyrilli et Metudii.) Editio separata ibid. ai XIV. 1869. 4°. p. 10. Cum tribus figuris, ligno incisis et 4 tabulis.

XIX. Vorchristliche Begräbnissplätze in Mähren. (i. e. De sepulcris in Moravia aevi antechristiani.) Ibid. 1875.

g) Separatabdrücke aus den Schriften der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien (Editiones separatae dissertationum per caes. academiam litterariam Viennensem promulgatarum):

XX. P. Bernard Bruligs Bericht über die Belagerung der Stadt Wien durch die Türken im Jahre 1683. (i. e. Bernardi Brulig relatio de Vienna urbe a Turcis anno 1683 obsessa.) E „Fontibus historiae“, anno 1850. 140 p. 8°.

XXI. Ueber die alten heidnischen Begräbnissplätze in Mähren. (i. e. De locis sepulturae ethnicorum in Moravia.) Cum 2 tabulis. 1854. 28 p. 8°.

XXII. Ueber die Stiftung der Deutsch-Ordensschwestern. (i. e. De fundatione congregationis sororum ordinis Teutonici.) Ibid. 1855. 22 p. 8°.

XXIII. Auszüge aus den päpstlichen Regesten für Oesterreichs Geschichte mit Urkunden. (i. e. Epitome regestarum papalium historiae austriacae inservientium cum documentis.) „Fontes“, tom. XV, anno 1856. 54 p. 8°.

XXIV. Ueber die Incorporation der uralten Deutsch-Ordens-Pfarre Mareith in Tirol. (i. e. De incorporatione parochiae pervetustae Mareith in Tirolide ord. Teutonici.) Ibid. 1856. 8°.

XXV. Stiftung des Deutsch-Ordens-Spitals zu Bozen in Tirol nach Originalien des deutschen Ordens-Central-Archivs in Wien. (i. e. De fundatione nosocomii Banzanensis in Tirolide ord. Teut. ex originalibus archivi centralis ordinis Viennae erutis.) Ibid. 1856.

XXVI. Des kais. Obersten Mohr von Waldt Hochverrathsprocess, ein Beitrag zur Waldstein-Catastrophe nach Originalien des Deutsch-Ordens-Centralarchivs in Wien. (i. e. De crimine laesae maiestatis tribuni caesarei Mohr de Waldt, accessiones novae embolium Waldsteinianum illustrantes sec. originalia archivi centralis ordinis Teutonici Viennensis.) Ibid. 1860. 94 p. 8°.

XXVII. Des Hoch und Deutschmeisters Erzherzogs Maximilian I. Testament und Verlassenschaft vom Jahre 1819. (i. e. De testamento et haereditate supremi ordinis Teutonici magistri archiducis Maximiliani I. anno 1819.) In „Archivo“ 1865. 120 p. 8°.

XXVIII. Waldsteins Correspondenz aus den Jahren 1630 bis 1632. (i. e. Litterarum commercium Waldsteinianum 1630—32.) In „Archivo“ 1865, 80 p. et 1866, 53 p. 8°.

XXIX. Statuten der Prager Metropolitankirche vom Jahre 1350. (i. e. Statuta ecclesiae

metropolitanae Pragensis de anno 1350.) Ibid. tom. 37, de anno 1867.

XXX. Kaiser Maximilian II. Jagdordnung vom Jahre 1575. (i. e. Ordo venatorius imp. Maximiliani de anno 1575.) Ibid. 1867. 78 p. 8°.

XXXI. Archive im Königreiche Galizien und Lodomerien, im Auftrage des hohen Staatsministeriums. (i. e. De archivis in regnis Galiciae et Lodomeriae iussu c. r. ministerii perlustratis et editis.) Ibid. 1868. 222 p. 8°.

XXXII. Handschriften der fürstl. Dietrichstein'schen Bibliothek zu Nikolsburg in Mähren. (i. e. Manuscripta bibliothecae Dietrichsteinianae Nicolspurgensis in Moravia.) Arch. 1868. 108 p. 8°.

XXXIII. Ueber Ablasstafeln. (i. e. De tabulis indulgentiarum.) Relationes sessionum 1868. Tom. 58. p. 155—180. 8°.

XXXIV. Statuten des Metropoliten von Prag Arnošt von Pardubitz für den Bischof und das Kapitel von Olmütz um das Jahr 1349. (i. e. Statuta episcopi metropolitani Pragensis Ernesti de Pardubitz ad episcopum et capitulum Olomucense directa de anno 1349.) In „Archivo" 1869. Tom. 41.

XXXV. Preussen in Mähren 1742, aus gleichzeitigen Relationen. (i. e. De inruptione Borussica in Moraviam sec. relationes eiusdem temporis anno 1742.) Archiv. 1869. 8°.

XXXVI. Bericht über die Diöcese Olmütz durch den Kardinal Franz von Dietrichstein im Jahre 1634. (i. e. Relationes Cardinalis Fr. de Dietrichstein de statu dioeceseos Olomucensis anno 1634.) Arch. 1870. Tom. 42.

XXXVII. Reformationsartikel des Erzbischofs von Prag, Anton Brus, aus dem Jahre 1564. (i. e. Institutiones reformatoriae archiep. Pragensis Antonii Brus de anno 1564.) Ibid. 1870. Tom. 46. 19 p. 8°.

XXXVIII. Correspondenz Kaiser Ferdinand's II. und seiner erlauchten Familie mit P. Martinus Becanus und P. Wilhelm Lamormain, kais. Beichtvätern S. I. (i. e. Litterarum commercium inter Ferdinandum II. eiusque familiam et PP. Martinum Becanum et Guilelmum Lamormain caes. confessariis.) Ibid. anno 1876. Tom. 54. 132 p. 8°.

h) In der von Dr. Mayer in Wien redigirten „Oesterreichischen Revue" (In ephemeride Viennensi „Oest. Revue" edita a Dr. Mayer):

XXXIX. Der deutsche Ritterorden nach seinen neuesten Bestimmungen. (i. e. De ordine Teutonico secundum nova eius statuta.) Anno 1866. plag. 8. p. 55—100. 8°.

XL. Die Krakauer Diöcese und Russland, im Auftrage des hohen Staatsministeriums. (i. e. De dioecesi Cracoviensi quod attinet eius ad Russiam relationes, iussu et mandato c. r. ministerii factas.) Anno 1867. plag. p. 52—68.

i) Mittheilungen des k. k. Museums für Kunst und Industrie in Wien. (Communicationes c. r. musei pro arte et industria Viennae.)

XLI. Zur Geschichte der mährischen Buchdruckerei. (i. e. Historica dissertatio de arte typographica per Moraviam.) Anno 1873. 8°.

XLII. Mährische Sphragistik, besonders die Siegel der Olmützer Bischöfe. (i. e. De arte sphragistica in Moravia et de sigillis episcoporum Olomucensium.) Anno 1873. 8°.

k) In plagellis publicatis per „Matice Moravská" Brunae idiomate Slavico:

XLIII. Úryvek z dějin Přemysla Otokara II. od června 1276 až do května 1278. (i. e. Adumbratio historiae regis Přemyslai Otocari II. inde a Iunio 1276 ad Maium 1278.) Brunae, a. 1874. 8°.

XLIV. Přemysla Otokara II. konec dne 26. srpna 1278. (i. e. De obitu Přemyslai Otocari II. die 26. Aug. 1278.) Brunae, anno 1874. 8°.

XLV. Předkřesťanská pohřebiště na Moravě. (i. e. Loca sepulturae antechristiana per Moraviam; etiam in lingua Russica Chioviae editum.) Anno 1875. 8°.

XLVI. Dějiny kněhtiskařství na Moravě od vzniku jeho až do roku 1621. (i. e. Fata artis typographicae in Moravia ab inventione ad annum 1621.) Anno 1877. 38 p. 8°.

l) Inter publicationes societatis „Königl. Gesellschaft der Wissenschaften in Prag" (Societas litteraria regia Pragensis):

XLVII. Karl von Zierotins Böhmische Bibliothek in Breslau. (i. e. De bibliotheca Bohemica

Caroli ab Zierotin Vratislaviae.) Pragae, typis Ed. Gregr. 1877. 8°. 60 p.

m) In ephemeride „Történelmi tár“ (lingua Hungarica) anno 1878:

XLVIII. Herrn von Röderns Relation über die Belagerung von Grosswardein 1598. (i. e. Relatio de obsidione urbis Magn. Varadini anno 1598.) Pestini, 1878. 8°. 10 p.

B. Opera per se exsistentia.

XLXIX. Mährens gegenwärtige Zustände vom Standpunkte der Statistik. (i. e. De statu Moraviae, qualis nunc est, respectu doctrinae statisticae.) Brunae, Car. Winiker. 1848. 8°. libelli quatuor.

L. Geschichte des Benedictinerstiftes zu Raigern im Markgrafthum Mähren. Mit steter Rücksicht auf die Landesgeschichte nach Urkunden und Handschriften bearbeitet. (i. e. Historia monasterii Raigradiensis o. s. B. in Moravia, omni ratione habita historiae patriae, innixa tabulis et manuscriptis.) Tom. I: A fundatione usque ad finem impetus belli Hussitici 1048—1449. Brunae, Carol. Winiker. 1849. 8°. XVIII et 534 p. — Tom. II: Ab anno 1449—1848. Viennae, Carol. Gerold. 1868. 8°. XVIII et 471 p. Cum duobus imaginibus aereis et descriptione aedificii.

LI. Mährens Geschichtsquellen. Im Auftrage des hohen mähr. Landesausschusses bearbeitet. (i. e. Fontes historiae Moraviae, iussu et mandato delectorum terrae editae.) Tom. II. Collectio manuscriptorum Cerroniana. Brunae, Carol. Winiker. 1850. 8°. XXIX et 570 p.

LII. Forschungen in Schweden für Mährens Geschichte. Im Auftrage des hohen mähr. Landesausschusses im Jahre 1851 unternommen und veröffentlicht. (i. e. Studia, quibus vacabat Dudík ex mandato delectorum Moraviae anno 1851, Sueciam historiae Moraviae indagandae causa peragrans.) Brunae, C. Winiker. 1852. 8°. XVI et 478 p.

LIII. Iter Romanum (iussu et mandato delectorum ut supra) anno 1852 et 1853 susceptum. Tom. I: Studia historica. Viennae, Manz. 1855. XX et 366 p. 8°. — Tom. II: Tabularium papale (Das päpstliche Regestenwesen). Viennae, apud Manz. 1855. 8°. V et 231 p.

LIV. Des Herzogthums Troppau ehemalige Stellung zur Markgrafschaft Mähren. Nach Quellen. (i. e. De ducatus Oppaviensis connexu quondam cum Marchionatu Moraviae e fontibus eruto.) Viennae, 1857. C. Gerold et filius. 8°. XVI et 374 p.

LV. Des hohen deutschen Ritterordens Münzsammlung in Wien. Mit steter Rücksicht auf das Centralarchiv des hohen Ordens geschichtlich dargestellt und beschrieben. (i. e. Nummotheca supremi ordinis Teutonici Viennensis respectu habito tabularii ordinis historice delineata et descripta.) Cum 21 tabulis aereis et una lignea. Viennae, Carolus Gerold et filius. 1858. 4°. XII et 267 p.

LVI. Ueber das Auffinden der Reliquien der heil. Elisabeth, Landgräfin von Thüringen. (i. e. De reliquiis nuper repertis s. Elisabethae landgraviae Thuringiae.) Viennae, C. Gerold. 1858. 8°. 24 p. Opusculum Hungarico quoque et Francogallico idiomate scriptum atque editum.

LVII. Waldstein von seiner Enthebung bis zur abermaligen Uebernahme des Armee-Obercommandos vom Jahre 1630 bis 13. April 1632. (i. e. Waldsteinio abrogatur supremum militiae imperium, cui iterum anno 1632 Apr. 13. sufficitur.) Secundum acta genuina c. r. tabularii militaris Viennensis. Viennae, C. Gerold. 1858. 8°. XXII et 495 p.

LVIII. Mährens allgemeine Geschichte. Im Auftrage des mähr. Landesausschusses. (i. e. Historia generalis Moraviae iussu coetus delectorum terrae edita.) Hucusque prodierunt tomi octo: I. tom.: a vetustissimis temporibus ad annum 906. Brunae, 1860. 8°. XIII et 402 p. — II. tom.: ab anno 906—1125. Ibid. 1863. 8°. 625 p. — III. tom.: ab anno 1125—73. Ibid. 1864. 8°. 419 p. — IV. tom.: ab anno 1173—97. Ibid. 1865. 8°. V et 451 p. et duob. additamentis nec non duob. tabulis. — V. tom.: ab anno 1197—1261. Ibid. 1870, 477 p. — VI. tom.: ab anno 1261—1278. Ibid. 1875, 301 p. et duae tab. — VII. tom.: ab anno 1278—1306. Ibid. 1876, 371 p. — VIII. tom.: Culturae historia ab anno

1197—1306. Brunae, 1878, 469 p. Translationis huius operis in linguam Bohemicam Pragae apud F. Tempský hucusque sex primi tomi prodierunt.

LIX. Kleinodien des hohen deutschen Ritterordens in Wien. (i. e. Insignia, margaritae gemmaeque supremi ord. Teutonici Viennae collecta.) Iussu supremi ord. magistri archiducis Guilelmi edita. — Liber et chartis et litterarum ornamentis ornatissimus cum 60 tabulis photogr. in folio. Viennae, W. Braumüller. 1866.

LX. Erinnerungen aus dem Feldzuge 1866 in Italien. (i. e. Memoriae expeditionis Italicae anno 1866 dedicatae c. r. principi haereditario Rudolfo.) Viennae, G. Braumüller. 1870. 155 p. 8°.

LXI. Die Bibliothek und das Archiv im fürsterzbischöflichen Schlosse zu Kremsier. Mit Subvention des mähr. Landesausschusses. (i. e. De statu bibliothecae et archivi in arce archiepiscopali Cremsiriensi.) Viennae, G. Braumüller. 1870. XXI et 31 p.

LXII. Synodal-Statuten der Olmützer Kirche vom Jahre 1568. (i. e. Statuta synodalia ecclesiae Olomucensis de anno 1568.) Brunae, Březa et Winiker. 1870. 8°. 91 p.

LXIII. Kaiserreise nach dem Oriente 1869. (i. e. Descriptio itineris imperatoris Austriae in orientem facti anno 1869.) Iussu imperatoris editum opus. Viennae caes. reg. aulica officina typographica. 1870. 8°. VI et 352 p.

LXIV. Statuten der Diöcese Olmütz vom Jahre 1413. (i. e. Statuta dioecesana Olomucensia de anno 1413.) Brunae, 1871.

LXV. Statuten des ersten Prager Provincial-Concils vom 11. und 12. November 1349. (i. e. Statuta primae synodi provincialis Pragensis de 11. et 12. Nov. 1349. His adnexum: De tribus punctis essentialibus christianae religionis — tractatus Thomae de Hybernia de anno 1316.) Brunae, 1872. Březa et Winiker. 8°. 113 p.

LXVI. Synodal-Statuten des Bischofs Arnošt von Pardubitz für die Prager Diöcese vom 18. Oct. 1343. (i. e. Statuta synodalia episcopi Ernesti de Pardubic pro dioecesi Pragensi de 18. Oct. 1343.) Prima vice edita ad exemplar manusc. Viennense subventione coetus delectorum Moraviae. Brunae, Březa et Winiker. 1873. 15 p. 8°.

LXVII. Catalog der nationalen Hausindustrie und der Volkstrachten in Mähren. (i. e. Catalogus industriae nationalis domesticae et ornatus populi Moraviensis.) Brunae, typis Rudolphi Rohrer. 1873. 8°. 59 p.

LXVIII. Schweden in Böhmen und Mähren von 1640—50. (i. e. Sueci in Bohemia et Moravia, dissertatio historica.) Viennae, C. Gerold. 8°. 1879. XIII et 443 p.

LXIX. Geschichtliche Entwicklung der Buchdruckerkunst in Mähren von 1486—1621. (i. e. De genesi artis typographicae in Moravia, dissertatio historica.) Brunae, R. Rohrer. 8°. 1879. 79 p.

LXX. Geschichtliche Forschungen über die Zaluskische Bibliothek in St. Petersburg. (i. e. Studia historica de biblioth. Zaluskii Petropoli). 56 p.

LXXI. Ein Olmützer Necrolog des 12. Jahrhundertes in der Stockholmer kön. Bibliothek. (i. e. De necrologio Olomucensi saec. XII. in bibliotheca Stockholmiae adservato), quae opera duo postrema nuper exarata academiae c. r. litterarum Viennensi publicanda tradidit.

En seriem perlongam operum Dr. Bedae Dudík, qui insuper commentatus est de variis quaestionibus litterariis in ephemeridibus: Wiener Zeitung, Augsburger Allgem. Zeitung, Vaterland, Mittheilungen des öst. Museums für Kunst und Industrie, Chilianeum, Allgem. Literatur-Zeitung (per longum tempus operis socius), Historisch-polit. Blätter et in variis extraneis. Novissimo tempore in redactorum numerum cooptatus est, qui novam editionem lexici ecclesiastici Wetzeriani comparant, dirigente sua eminentia cardinale Hergenröther.

Dueckern Theophilus (Cremifanensis), antea Franciscus Antonius, Salisburgi die 16. Sept. 1718 natus, absolutis in gymnasio urbis patriae studiis Cremifani s. habitum sumsit et die 1. Nov. 1738 s. votorum professione peracta philosophiam Cremifani, Salisburgi theologiam emensus et sacerdotio initiatus die 6. Oct. 1743 neomysta ad aram stetit. 1745—46 confessarius in Adlwang, 1746—48 cooperator in

Pfarrkirchen; deinde ad labores scholasticos vocatus artem poeticam, insequente vero anno rhetoricam docere iussus est, simul in academia nobilium subregentis secundi munere fungens; 1755 subregentem cum praefecto scholarum, et 1758 rhetoricam cum theologia morali commutavit, simul theatri cura ipsi imposita. Anno 1759 cooperator in Buchkirchen, 1763 novitiorum magister ac iuniorum director in monasterium rediit; 1772—74 cooperator in Gruenau, obiit 30. Oct. 1774.

Typis vulgari fecit haec dramata:

I. Des Vaters ungleiche Lieb mit dem Tod bestraffet. (i. e. Amoris paterni inaequalitas parricidio punita, seu Prusias Bithyniae rex a filio occisus.) Styrae, Menhardt. 1750. 4°. 16 p.

II. Der Mann der Schmertzen oder Christus und dieser der Gekreutzigte. (i. e. Vir dolorum sive Christus et hic crucifixus.) Styrae, Menhardt. 1751. 4°. 6 p.

III. Lilium inter spinas sive cruenta s. Benedicti de carne victoria. Styrae, Menhardt. 1751. 4°. 8 p.

IV. Der gelehrte Bauernsohn. (i. e. Doctus rustici filius.) Styrae, Menhardt. 1751. 4°. 2 p.

V. Das fromme Hinscheiden des armen Lazari etc. (i. e. Beata Lazari et infausta epulonis mors.) Styrae, Menhardt. 1752. 4°. 4 p.

VI. Wirksame Lieb des heil. Johannes Evangelist. (i. e. Operosa caritas s. Ioannis evangelistae.) Styrae, Menhardt. 1752. 4°. 16 p.

VII. Vindicans Dei manus seu tragicus Alberti iuvenis interitus. Styrae, Menhardt. 1754. 4°. 4 p.

VIII. Wamba, König von Hispanien, ernennt seinen Feind zum Nachfolger. (i. e. Wamba Hispaniae rex hostem nominans successorem.) Styrae, Menhardt. 1754. 4°. 16 p.

Dungel Adalbertus (Gottvicensis), Luggavii in Moravia die 20. Iun. 1842 natus, studiis gymnasialibus Znoymae absolutis die 8. Sept. 1861 s. habitu indutus, die 15. Oct. 1865 sollemniter professus est et s. primitias die 12. Aug. 1866 Luggavii celebravit. Ab anno 1866 usque 1868 officio curati in monasterio, 1868—69 subsidiarii in Tulln, 1869—77 professoris theologiae moralis in monasterio functus est. Ab anno 1870 officio archivarii et 1877 inspectoris silvarum et aedificiorum fungitur et 1876 a c. r. maiestate magno aureo numismate pro litteris et artibus decoratus est. Scripsit:

I. Die Hügelgräber bei Oberbergern in Niederöst. (i. e. De tumulis praehistoricis.) Blätter für Landeskunde. 1868. p. 100.

II. Die Lorcher Fälschungen. (i. e. Vitiata Laureacensia.) Ein neuer Versuch, das Entstehen der Lorcher Fabel zu erklären. Aus dem litter. Nachlasse Blumbergers zusammengestellt. Archiv für öst. Gesch. 1871. 46. B.

III. Römische Funde in Tulln und Umgebung. (i. e. Inventae antiquitates Romanae.) Mittheilungen der k. k. Central-Commission zur Erforschung und Erhaltung der Baudenkmale. 1871. p. CVII.

IV. Banntaidinge von Oberwölbling und Oberloiben. Blätter für Landeskunde. 1873, 75 p.

V. Die neueren archäologischen Funde in der Umgebung von Mautern. (i. e. Quae in circuitu Mauterensi inventae fuere res archaeologicae.) Mitth. der k. k. C. C. 1874. 163 p.

VI. Geschichte der Diöcese St. Pölten. (i. e. Historia dioeceseos s. Hippol.) I. B. I. Abtheil. Das Alterthum. Krems, 1875.

VII. Locus Veneris felicis. Eine Untersuchung über das römische Castell dieses Namens. Mitth. der k. k. C. C. 1875. 70 p.

VIII. Gösing U. M. B. in Hinsicht auf die pfarrlichen Verhältnisse und das dort bestandene Carmeliterkloster. (i. e. De parochia et monast. Carmel. in Gösing.) Blätter für Landesk. 1875. 306 p.

IX. Bericht über die Thätigkeit im Interesse der I. Section der k. k. Central-Comm. (i. e. Relatio de navitate eius etc.) Mitth. 1877. LIII p.

X. Urkundenbuch des Stiftes Göttweig, enthaltend die Urkunden von 1300—1400 mit Nachträgen aus früherer Zeit. (i. e. Diplomatarium mon. Gottvicensis.) Man. 1 tom. in archiv. Gottv. adserv.

Dunkl Opportunus (Lunaelacensis). A Buchheim in Austria superiore die 1. Oct. 1728 natus, anno 1748 in monasterio Lunaelacensi die 5. Oct. emisit vota sollemnia, atque die 1. Ian. 1753 ordinatus est sacerdos. Ab anno 1757 usque ad 1759 Salisburgi docuit philosophiam theoreticam et munere professoris iuris canonici postea per tres annos in seminario episcopali Pataviensi est functus. In monasterium Lunaelacense redux, die 9. Nov. 1773 votis confratrum suorum electus est abbas, in quorum numero ultimus erat. Die 26. Apr. 1784 pie in Domino obdormivit. Scripsit:

I. Specimen moderatae crisis in communem scholarum opinionem, quae philosophiae originem ab Adamo et antiquissimis mundi saeculis deducit. Salisburgi, 1758. 4°.

II. Tentamen concordiae duarum inter se dissentientium in scholis opinionum, quarum una plurium rerum, praecipue autem unius supremi numinis esse innatam ideam asserit, altera negat. Ibid. 1758. 4°.

III. Tentamen alterum concordiae itidem vehementer dissidentium opinionum, quarum una authoritatem in philosophia, altera eclecticam libertatem retinendam esse propugnat. Ibidem 1758. 4°.

IV. Systema mutui commercii inter corpus et animam breviter expositum. Ibid. 1759. 4°.

V. Der Vater voll der Liebe, Güte und Ehren in einer Trauerrede auf den Tod Bernards, Abten in Mondsee. (i. e. Laudes defuncti abbatis Bernardi Lunaelacensis.) Ibid. in fol.

Dzaghikian Mesrop. (Mechitharista), Constantinopoli die 5. Dec. 1828 natus, Viennae in Aust. habitu s. die 8. Dec. 1844 indutus, die 4. Oct. 1846 vota emisit, et die 1. Maii 1853 consecratus est presbyter. Per aliquot annos fuit missionarius apostolicus Smyrnae. Ab anno 1861 in eadem civitate peregit officium superioris domus missionis, tum directoris in collegio Mechith. Inde transmissus est anno 1871 Constantinopolim, ubi ad hodiernam diem missionarii apostolici munus peragit.

Opera eius in ling. Neo-armena typis mandata:

I. Պետրոս մեծին վարքը, i. e. Petri Magni Moscovitarum imperatoris vitae reformationumque historia. Viennae, typis Mechith. 1856.

II. Աշխարհագրութիւն, i. e. Geographia (brevis) politica. Viennae, typis Mechith. 1857.

Ecker Urbanus (Admontensis). Honestis in Graecensi urbe parentibus oriundus 2. Dec. 1791, votorum compos factus est Admontes 1. Aug. 1813 et primitias celebravit 24. Oct. 1813. In instituto cum philosophico tum theologico Admontensi professorem summa cum laude agens, curae animarum in Hall operam dedit, et bibliothecae una cum archivo praefectus indefessus laboravit, quamquam arthritide vehementissime cruciaretur. Doloribus infinitis tandem consumptus obiit vir doctissimus et diligentissimus 20. Iul. 1841.

I. Bericht über den Ursprung der Wallfahrtskirche Wildalpen in Obersteier. (i. e. De origine peregrinationis sacrae ad ecclesiam Wildalpen.) 1833. 8°.

II. Geschichtliche Daten zu einer Darstellung des Stiftes Admont hinsichtlich seines geistigen, wissenschaftlichen und bürgerlichen Wirkens von der Zeit seiner Gründung bis über die Mitte des 18. Jahrhundertes. (i. e. Notata quaedam historica mon. Adm. concernentia.) Mscr. in archiv. Admont.

III. Ueber das Wappen des Stiftes Admont und seiner Aebte. Ueber den Rathstitel der Aebte. (i. e. De insigni mon. et abbatum nec non de

senatoria dignitate eorundem.) Mscr. in archiv. Admont.

IV. Daten zur Geschichte der Pfarre St. Leonhard in W. B. von 1548—1792. (i. e. Data quaedam historica parochiam ad s. Leonardum concernentia.) Mscr. Q. Q. Q. 40 in archiv. Admont.

Eckstein Severinus eques de (Gottvicensis), Viennae in Austria die 1. Dec. 1775 natus, absolutis studiis iuridicis in univ. Vienn. in statum c. r. magistratus susceptus et dignitatem consiliarii provincialis adeptus est. Post mortem uxoris suae 1827 die 18. Mart. s. habitu indutus, die 7. Apr. 1828 sollemniter professus est et die 1. Nov. eiusdem anni primam hostiam Omnipotenti obtulit. Ab anno 1828 usque 1842 officio curati in monasterio, 1842—45 secretarii abbatialis functus est et die 12. Iul. 1852 obiit senio confectus. Scripsit:

I. Die Wirksamkeit der geistlichen Stifte Niederösterreichs. (i. e. Quid effecerint monasteria inf. Austriae.) Wiener Kirchenzeitung, 1848. 289 p.

II. Das Büchlein über die wahre Todesart Jesu. (i. e. De vera mortis Iesu ratione.) l. c. 1849. 241 p.

III. Ein Körbchen mit Lesefrüchten für alle Jahres- und Kirchenzeiten zur Zerstreuung und Sammlung. (i. e. Sportula fructibus variis ex libris collectis referta.) Krems, K. Mayer. 1851.

IV. Severin-Bilder. (i. e. S. Severini vitae elucubratio.) Oest. Volksfreund, 1852. 1. B. 169 p.

Eder Albertus (ad s. Petrum Salisburgi), Salisburgensis, natus in Hallein 30. Ian. 1818, novitius 23. Sept. 1839, monachus professus 3. Apr. 1843, sacerdos 1. Aug. 1843 et absolutis studiis philosophicis suprema laurea philosophiae decoratus primum per quatuor annos curae animarum in Abtenau, dein per septem annos erudiendae in gymnasio Salisburgensi iuventuti incubuit. Abbas s. Petri 17. Ian. 1857 electus rem litterariam promovit, scholas elementarias in parochiis monasterio unitis fovens, novamque pro puellis in Abtenau erigens, bibliothecam preciosis libris augens, monachos iuniores Romam, Vindobonam et Oenipontum ad studia generalia mittens et gymnasium dioecesanum missis aliquot professoribus approbatis adiuvans.

Archiepiscopus Salisburgensis 27. Maii 1876 electus edidit litteras pastorales variis occasionibus ad clerum et fideles suae dioecesis directas.

Eder David (Cremifanensis), antea Bernardus, Austriacus Welsensis, die 10. Aug. 1751 natus, humaniores litteras Salisburgi, Cremifani severiores absolvit; 10. Aug. 1775 professus, anni insequentis die 4. Aug. in sacerdotem unctus est. Cooperator in Neuhofen, Viechtwang et Steinerkirchen obiit 10. Maii 1796.

Praeter alia poemata et hymnos sacros prelo vulgavit:

I. Feldblumen zu der Urne Mariä Theresiens hingestreut. (i. e. Carmen lugubre in mortem Mariae Theresiae imperatricis.) Steyr, Wimmer. 1781. 8°. 8 p.

II. Gedanken über verschiedene Oden auf den Tod Mariä Theresiens. (i. e. De variis carminibus in mortem Mariae Theresiae conscriptis.) Steyr, Wimmer. 8°. 8 p.

Eder Odilo (Scotensis) ad s. Georgium in Austria die 29. Iul. 1750 natus, in asceterium receptus est 1769. Votis sollemnibus, die 13. Nov. 1770 emissis, adstrictus cum primitias Deo obtulisset die 29. Sept. 1773, suscepit officium catechetae in monasterii schola parochiali. Quod cum per 8 annos 1775—1783 studiose tractasset, cooperatorem egit in Gaunersdorf 1783—87

nec non in suburbio Campo Scotorum 1791—1793, donec parochus evasit in Waitzendorf ibidemque obiit anno aetatis suae 47., die 25. Ian. 1798.

Non promptus ingenio tantum sed usu etiam exercitatus, typis edidit:

Nachricht von der guten Einrichtung der Christenlehre in der Begräbnisskirche der Schottenpfarre. (i. e. Quomodo doctrina de Christiana religione in ecclesia B. M. V. ad Scotos sit instituta.) 1 vol. 8°. Viennae, 1779, in biblioth. catechet. ad st. Annam.

ab Edling Anselmus (abbas San-Paulanus). Natus est in oppido Wolfsberg in valle Lavantina in Carinthia; s. habitu indutus in s. Paulo die 22. Oct. 1758; sollemniter professus aeque ad s. Paulum; sacerdos ordinatus Salisburgi. Anno 1778 erat praefectus aerarii domestici, et die 15. Iul. eiusdem anni 36 suffragiis 39 confratrum eligentium abbas electus est. Antecessor Anselmus I. infelici rei domesticae administratione monasterium aere alieno fere oppressum reliquit successori; tentavit abbas ab Edling monasterium exonerare, et res bene successit. Ineunte autem anno 1782 quidam creditores vehementer postularunt, ut sibi solverentur debita; soluta quidem sunt, sed exorto rumore supremus Carinthiae praefectus, et per eum supremus cancellariae aulicae Vindobonae praefectus de salute rei domesticae San-Paulanae diffidere coeperunt, et posterior misit aliquos consiliarios aulicos ad rem domesticam s. Pauli cognoscendam. Re inspecta per errorem Viennam referebant, aes alienum monasterii triplo maius esse quam proprium, qua relatione imperator Iosephus II. commotus monasterium die 4. Nov. 1782 abolevit. Magna animi aegritudine abbas Anselmus sermone adhuc residuo confratribus valedicens, a s. Paulo discessit. Ab anno 1787 in oppido patrio Wolfsberg decanus et parochus, ab anno 1790 autem canonicus capituli neofundatae dioecesis Leobiensis in Stiria, et decanus ac parochus ecclesiae cathedralis in Goess, ubi episcopus Leobiensis cum capitulo residebat, functus est usque ad diem 23. Apr. 1794, quo aetatis anno 52. naturae debitum reddidit. Abbas Anselmus erat eminenti ingenio et vir politioris humanitatis, qui artes liberales a puero amabat, praesertim poësin, quam etiam abbas mirifice coluit; pastoralem curam animarum magni aestimans, eidem ad mortem usque vires et operam dicavit, ad quam rite administrandam et scriptis informare studuit.

Sequuntur eius scripta, typis expressa:

I. Trauerrede gehalten am 1. Oct. 1778 bei der feierlichen Bestattung des Hochwürdigsten Herrn Raphael, Prälaten des Praemonstratenser Chorherrnstiftes Griffen. (i. e. Oratio lugubris.) In Druck gelegt im Jahre 1778 auf Kosten des Stiftes Griffen.

II. Anselm v. Edlings Abbten zu S. Paul in Kärnten Ord. S. Benedicti Anrede an seine Geistlichen am Tage nach der Aufhebung am 5. Nov. 1782. (i. e. Oratio eiusdem habita ad suos die abolitionis mon.) Abgedruckt im Archiv für vaterländische Geschichte und Topographie. Herausgegeben von dem Geschichtsvereine für Kärnten. 5. Jahrgang. Klagenfurt, 1860. Druck von Joh. Leon. p. 23—31. 8°.

III. Briefe in Kärnten. Oder Lehrsätze für angehende Seelsorger. (i. e. Epistulae Carinthiae, dogmata pro curatis.) Klagenfurt und Laibach bei Ignaz Kleinmayer, 1786. 8°. p. 1—257.

IV. Blumauer bei den Göttern im Olympus über die Travestirung der Aeneis angeklagt. Oder: Tagsatzung im Olympus. Virgilius Maro contra Blumauer in puncto labefactae Aeneidis. Leipzig und Graz bei Ferstl, 1792. 8°.

V. Der Priester, wie man ihn wünschen mag, und — wie er nicht alle Tage zu haben ist. Ein Quid pro Quo für manche müssige Stunde des Seelsorgers auf dem Lande. (i. e. Quid requiratur a sacerdote, quod saepe frustra ab eo desideratur.) 1793. 8°. — I. Theil p. 1—223. — II. Theil p. 1—205. — III. Theil p. 1—222. — IV. Theil p. 1—200.

Edlinger Altmannus (Gottvicensis) in Furth Austriae die 20. Ian. 1837 natus, absolutis Cremsii studiis gymnasialibus s. habitu die 3. Sept. 1854 indutus, die 18. Apr. 1858 vota sollemnia emisit et die 21. Aug. 1859 primam hostiam Omnipotenti obtulit. Studiis biblicis in univ. Viennensi 1859 vacabat et 1860—78 officio professoris studii biblici v. et n. testamenti ac linguarum orientalium functus est, quo anno cellerarius constitutus est. Anno 1868 gradum s. theologiae doctoratus adeptus est, qua ex causa ab eo scripta est:

Dissertatio inauguralis de characteribus et officiis Messiae in psalmis. Man. 263 p.

Edlinger Ioachim (Seitenstadiensis). Honestis parentibus die 11. Sept. 1680 Seitenstadii natus, in monasterio fori sui die 14. Nov. 1706 votis sollemnibus Deo se adstrinxit. S. theologiae disciplinis in universitate P. P. Benedictinorum Salisburgensi absolutis ad sacerdotalem dignitatem die 25. Maii 1710 est evectus. Varia officia domi forisque sollicite gessit. Denique propter illum litterarum scientiarumque amorem, quo in Salisburgensi universitate inflammatus erat, bibliothecae custos factus est, quam curam per viginti annos erudite non minus quam utiliter gessit; confratrum commodis intentus breviarium atque missale Benedictino — monasticum commodiori ornavit methodo. Illud Styrensibus, hoc Augustanis typis est excussum. Post morbum paucorum dierum die 14. Apr. 1758 animam reddidit Deo.

Eius diligentia et industria in lucem venerunt:

I. Breviarium monasticum pro omnibus sub regula s. P. Benedicti militantibus. 4 part. 8°. Styrae, typis Iosephi Grunenwald. 1733.

II. Missale Romano-Benedictinum. Ibidem 1741.

III. Catalogus librorum in bibliotheca Seitenstadiensi adservatorum. Manusc. 2 tom. fol.

Egerer Gislarius (a s. Petro Salisburgi), Bohemus ex Tepl, natus 31. Mart. 1844, novitius 30. Aug. 1863, absoluto 1866 gymnasio 1868 Romam ad studia theologiae in collegio s. Anselmi persolvenda missus, per delegationem 28. Dec. 1868 sollemniter ad s. Paulum professus est. Ab archiepiscopo Salisburg. ad s. Callistum presbyter ordinatus ad s. Paulum extra muros Romae 12. Iun. 1870 neomysta ad aram stetit. Expugnata urbe 1870 reversus, studiis theologicis Salisburgi absolutis primum cooperator in Abtenau, dein cursu philologico Oeniponti emenso 1875 professor in archiep. collegio Borromaeo Salisburgi constitutus est.

Eius penna exarata typis prodiit:

Festpredigt (über die Missionsthätigkeit des Benedictinerordens im Allgemeinen und Kremsmünsters insbesonders) abgedruckt in der Gedenkschrift: „Die eilfhundertjährige Jubelfeyer des Benedictinerstiftes Kremsmünster". (i. e. Oratio de munere missionario ordinis Benedictini et specialiter monast. Cremifanensis.) p. 136—153. Linz, 1878. 8°.

Egerer Petrus (a s. Petro Salisburgi), Bohemus ex Tepl, natus 3. Dec. 1820, studiis humanioribus in Eger et philosophicis in Pilsen absolutis novitius 16. Sept. 1843, monachus professus 8. Dec.

1844, neomysta 8. Aug. 1847, exinde cooperator in Abtenau, catecheta scholae puellarum in Nonnberg, director instituti s. Vincentii pro pueris educandis, oeconomus monasterii, tandem vicarius parochiae in Dornbach constitutus est, aurea cruce cum corona pro meritis civilibus decoratus.

Prelo submisit opera sequentia:

I. Handbuch für den katechetischen Unterricht in den obern Classen. (i. e. Liber manualis catecheticus pro sup. class.) Salzburg, 1862. 8°. 160 p.

II. Handbuch für den katechetischen Unterricht in den mittleren Classen der katholischen Schulen. (Item pro infer. class.) Ibid. 1862. 8°. 80 p.

III. Handbuch für den katechetischen Unterricht für die lieben Kleinen in den katholischen Schulen. (Item ad erudiendos pueros.) Ibid. 1862. 8°. 68 p.

IV. Wandle vor mir und sei vollkommen! Gebet und Erbauungsbuch für Katholiken aus allen Ständen von Dr. Th. Stabell. (i. e. Liber aedificatorius.) Neu bearbeitet. Ibid. 1867. 12°. 200 p. Edit. 4. Ibid. 1873.

V. Novene zu Ehren des hl. Rupertus, Patrons von Salzburg. (i. e. Preces ad s. Rupertum.) Salzburg, 1868. 32°.

VI. Rupertus Gebetbüchlein. (i. e. Liber precationem in hon. s. Rup.) Ibid. 1869. 12°.

VII. Aufwärts die Herzen! Gebetbüchlein für katholische Christen. (i. e. Liber precationum „Sursum corda“.) Ibid. 1869. 32°. Edit. 3. Ibid. 1874.

Eichele Bertholdus (Lambacensis) ex oppido Ried tunc ditionis Bavaricae oriundus die 5. Ian. anno 1753, litteris se dedit in gymnasio S. I. Monacensi, postea theologiae studuit Lincii usquedum anno 1774 monasterium Lambacense petiit ibique vota vovit sollemnia die 6. Ian. anno 1777 et primam obtulit hostiam die 6. Oct. anni sequentis. Vir non mediocris eloquentiae pro sermonibus sacris anno 1788 ad cathedram ecclesiae cathedralis Linciensis evocatus, ibi perstitit usque ad annum 1791, quo parochiam oppidi Braunau ditionis iam tunc Austriacae obtinuit ibique triennio vix elapso obiit die 21. Aug. anno 1794.

Scripsit typisque mandavit:

I. Siegespredigt nach der Einnahme Belgrads durch Laudon. (i. e. Oratio festivalis post victoriam Taurinensem.) Linz, Feichtinger. 1789. 8°. min. 16 p.

II. Trauerrede auf den Tod Leopold II. (i. e. Oratio lugubris in mortem Leop. II.) Linz, Feichtinger. 1792. 8°. min. 16 p.

Eichhorn Ambrosius (San-Blasianus, postea San-Paulanus), natus est in Wittekofen in Würtembergia die 26. Sept. 1758, s. habitu indutus in divo Blasio die 22. Ian. 1777, sollemniter professus die 8. Nov. 1779, sacerdos ordinatus die 25. Sept. 1783. Studiis philosophicis et theologicis in divo Blasio exactis, et sacris initiatus, varia munera obibat, primum parochiae in Ursberg, deinde illi in Bernau praeerat; posthac in monasterio novitiorum magister, bibliothecae et archivo erat praefectus; postremo prior in Oberriedt, monasteriolo congregationi s. Blasii adscripto, in his omnibus locis cum laude meruit. Antiquitatum scrutator et rei nummariae peritus, a principe abbate Martino Gerbert scribendae Germaniae sacrae socius adscitus, episcopatum Curiensem exarandum habuit. Cum anno 1807 principale s. Blasii monasterium inevitabili fato occidisset, P. Ambrosius cum principe abbate Bertholdo Rottler et confratribus bene multis ad s. Paulum in Carinthia immigravit, et protenus gymnasio

Clagenfurtensi praefectus est, isque studiosis iuvenibus curam vere paternam adhibuit, eorum profectui in litteris, moralitati, immo et vitae necessariis prospexit, quantum potuit. Simul antiquitatem Carinthiae sacram et profanam multis commentationibus illustravit. Ab anno 1817 archivarius et praefectus gymnasii San-Paulani, in medio laborum cursu ex pulmonum inflammatione in ipso s. Benedicti festo die 21. Mart. 1820 placide obdormivit in Domino, vir iste sincero corde, confratrum amantissimus et omnibus hominibus amicus; quare eum omnes, quicumque noverunt, amabant et reverebantur.

Sequuntur, quae typis mandavit et manu scripta reliquit:

I. Gedanken über Freiheit für den deutschen Landmann. (i. e. De libertate monita quaedam ad ruricolas.) Wider die Revolution in Frankreich 1793. Impressum typis San-Blasianis, suppresso nomine auctoris et loco typorum.

II. Episcopatus Curiensis in Rhaetia sub metropoli Moguntina, chronologice et diplomatice illustratus. Cum codice probationum 161 documenta praecipua complectente. Typis s. Blasianis, 1797. 4°. Pars I. continet 268 p. Pars II. continet 204 p.

III. Liber precum in usum studiosae iuventutis. Clagenfurti typis Ioh. Leon. 1811. 12°.

IV. Beiträge zur ältern Geschichte und Topographie des Herzogthums Kärnten. (i. e. Notata quaedam ad historiam ant. et topographiam Carinthiae.) 1. Sammlung. Klagenfurt, gedruckt mit Leon'schen Schriften. 1817. p. 1—248. 8°. — 2. Sammlung. Klagenfurt, 1819. p. 1—302. 8°.

V. Die Stadt Friesach in den älteren und mittleren Zeiten. (i. e. De urbis Frisacensis historia pristinis diebus et medio aevo.) Abgedruckt in der Kärntnerischen Zeitschrift. 1. Bändchen. Klagenfurt, 1818, bei Johann Leon. p. 77 bis 128. 8°.

VI. Diplomatische Annalen des Herzogthums Kärnten. (i. e. Annales dipl. ducatus Carinthiae.) Abgedruckt in der Kärntnerischen Zeitschrift. 2. Bändchen. 1820. 8°. Das IX. Jahrhundert. p. 194—212. — 3. Bändchen. 1821. 8°. Das X. Jahrhundert. p. 175—208.

VII. Ursprung des Benedictinerstiftes St. Paul. (i. e. De fundatione mon. s. Pauli.) Abgedruckt in der Carinthia. Klagenfurt, bei Ig. Edl. v. Kleinmayr. 4°. 1814. No. 41.

VIII. Auszug aus den Civil- und Criminalgesetzen im Herzogthume Kärnten unter Erzherzog Ernst 1414. (i. e. Regesta legum civilium et criminalium pro Carinthia Ernesto duce.) Carinthia, 1816. No. 17.

IX. Reise in das Jaunthal. (i. e. Itineris in vallem Iuennanam descr.) Carinthia, 1818. No. 23.

X. Carenta, die Hauptstadt des Carantaner Reiches im 9. und 10. Jahrhundert. (i. e. Carentae, imperii Carantanarum capitis, descriptio.) Carinthia, 1818. No. 31.

XI. Das Frauenkloster des Ordens der heiligen Clara bei der Stadt St. Veit in Kärnten. (i. e. Monialium s. Clarae mon. in Foro s. Viti.) Carinthia, 1818. No. 45 und 46.

XII. Krieg zwischen Kaiser Rudolph und Ottokar, König von Böhmen. (i. e. De rebus gestis inter Rudolphum et Ottacarum reges.) (Fragment aus einer alten Chronik mit Anmerkungen von P. Ambros Eichhorn.) Carinthia, 1817. No. 5.

XIII. Merkwürdige Kärntner Damen des Alterthums. (i. e. Quaedam de mulieribus famosis in ducatu Carinthiae prist. dieb.) Carinthia, 1819. No. 24 und 25.

Praeter ista adhuc quaepiam scripsit breviora ad historiam Carinthiae illustrandam, iisdem ephemeridibus Carinthia dictis inserta.

XIV. Seltenheiten der vaterländischen Diplomatik. (i. e. Curiositates diplomaticae patr.) Abgedruckt im Archiv für Geographie, Historie, Staats- und Kriegskunst. Gedruckt in Wien und im Verlage bei Anton Strauss. 10. Jahrgang 1819: No. 10, 25, 26. 28. 31. 32. 40. 41. 42. 43. 44. 49. 52. 54. 56. 58. 102. 103. 104. 108. 111. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122.

123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 140. 141. 142. 143. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. — 11. Jahrgang 1820: No. 6. 8. 9. 12. 15. 19. 22. 57. 58. 66. 68. 69. 74. 79. 83. 92. 93. 112. 128. 129. 136.

XV. Kurzgefasste Geschichte der Probstei Oberried und des Thales von St. Wilhelm. (i. e. Praepositurae Oberriedensis et vallis s. Guilielmi succincta historia.) Manusc. 1805.

Manuscriptum hoc typis impressum est in ephemeridibus „Badenia“ inscriptis, editis a Iosepho Bader anno 1844. p. 137.

XVI. Probstei Bürglen sammt Zubehör. (i. e. Praépositurae Burglensis historia.) Manuscript im Archive des Stiftes St. Paul. No. 207.

XVII. Kurzgefasste Geschichte des Alpengau. (i. e. Succincta ac brevis pagi Alpensis historia.) Manuscript im Archive des Stiftes St. Paul. No. 227.

XVIII. Collectanea diplomatum, quae historiam Carinthiae concernunt, tribus tomis contenta, quorum plura vel integra vel excerpta in archivo sub titulo: „Seltenheiten der vaterländischen Diplomatik“, publici iuris facta sunt.

Elsenbaum Godofredus (Lambertinus), natus est ad s. Lambertum in Styria 29. Sept. 1837. In ipso nativitatis loco, studiis theologicis in univ. Graecensi iam absolutis, habitu ordinis nostri indutus est 11. Oct. 1859, et primo stetit ad aram 28. Oct. 1860; sollemni demum professione totum s. Benedicto se dicavit 5. Oct. 1861, et iam sequenti anno theologiae lauream in univ. Graecensi accepit. Exinde munere functus est magistri novitiorum et gymnasii domestici (1864—68 simul administravit bibliothecam), donec 1877 qua Thesaurarius missus est ad B. V. Cellensem. Edidit:

I. Joachim Suppan, Abt zu St. Lambrecht. Ein Nekrolog. (i. e. Ioachim Suppan, abbas ad s. Lambertum, necrologus.) Graz, 1865. 8°. Im Verlage des Stiftes St. Lambrecht. 70 p.

II. Catalogus religiosorum perantiqui monasterii ad s. Lambertum o. s. B. in Styria superiori. 8°. 126 p. Sumptibus monasterii Lambertini. Graecii, 1877. Cui catalogo succincta monasterii historia adnexa est.

Eminian Serapion (Mechitharista), Constantinopoli die 23. Iul. 1823 natus, Viennae in Austr. habitu s. die 3. Nov. 1840 indutus, die 14. Maii 1842 vota emisit, et die 1. Nov. 1845 consecratus est presbyter. In monasterio fuit per aliquot annos subpraefectus novitiorum et professor humaniorum studiorum. In hoc munere praematura morte de vita decessit.

Opera eius typis edita:

I. Աւանկինեայ մտածութիւնք, i. e. Vita et doctrina I. Christi in meditationis materiam distributa a P. Nic. Avancini S. I. Ex Lat. textu in linguam Palaeo-armenam translata. Viennae, typis Mechith. 1848.

II. Յիշատակարան քահանայական վարուց, i. e. Memoriale vitae sacerdotalis. Versio ex Lat. in Palaeo-armenum. Viennae, typis Mechith. 1852.

III. Բառագիրք գաղղիերէն-հայերէն-տաճկերէն, i. e. Vocabularium Gallico-Palaeo-armeno-Turcicum. II. edit. Viennae, typis Mechith. 1873.

Endel Romanus (San-Blasianus), natus est Rottwilae in magno ducatu Badensi die 8. Nov. 1705, s. habitu indutus in divo Blasio sollemniter professus in divo Blasio anno 1722, sacerdotio initiatus anno 1725. Iam sacerdos ad Senonense in Lotharingia coenobium dimissus fuit, ut praeter linguae Gallicae notitiam sub eiusdem eruditissimo abbate Augustino Calmet solidioris et sacratioris litteraturae incrementa caperet. Ad divum Blasium reversus philosophiam et theologiam fratribus clericis tradidit. Salisburgum dein anno 1741 evocatus, theologiam dogmaticam et moralem publicus eiusdem universitatis professor

cum laude docuit, privatim vero religiosos convictores aliosque in lingua Graeca et Gallica instruxit, et in cathedrali ecclesia de suggestu vernacula lingua, in aula academica ut praeses congregationis Marianae Latina saepissime cum laude peroravit. Consecutus est gradum academicum s. theologiae doctoris, archiepiscopus eum recepit inter suos consiliarios, et anno 1749 erat decanus facultatis theologicae. Elaboravit historiam universitatis Salisburgensis anno 1617 fundatae, et in sollemni millenario Lunaelacensi festivam concionem habuit cum aliis typis impressam in Mantissa chronici Lunaelacensis 1749. Vir laboriosus, cum oblata sibi munia et labores recusare non vellet, iis nimium obrutus, hypochondriae morbo multum vexari coepit, et Salisburgo domum rediit, paulo post Wislighofensi praeposituraе praefectus est, ubi se egregium oeconomum monstravit, accrescente vero malo vitam mortalem ibi deposuit die 29. Maii 1755.

Sequuntur, quae typis expressa sunt:

I. Historia almae et archiepiscopalis universitatis Salisburgensis sub cura patrum Benedictinorum. Bondorfii, 1728.

II. Tausendfältig gesegnete Rebecca, d. i. Ehr- und Lobrede in dem tausendjährigen Iubilaeo des uralt- und hochlöblichen Stiftes und Klosters Monsee, ordinis s. Benedicti, den 1. Tag Octobris vorgetragen von plurimum reverendo, religiosissimo ac clarissimo P. Romano Endel, principalis monasterii ad s. Blasium professo, s. theologiae doctore et eiusdem in universitate Salisburgensi scholastico-dogmatices professore ordinario, reverendissimi principis et archiepiscopi Salisburgensis consiliario ecclesiastico. (i. e. Oratio panegyrica in festo iubilaei mon. Lunaelacensis.)

Enderle Henricus (Scotensis-Ex-Wiblingensis), natus est in oppido Donaurieden anterioris quondam Austriae 4. Oct. 1782. Erat proxima vico patrio abbatia S. P. N. Benedicti, Wiblingen, prope Ulmam, in qua 1. Sept. 1801 habitum sanctum accepit. Professus 11. Nov. 1804, sacerdos ordinatus est Constantiae 21. Dec. 1805. Proximo anno, cum abbatia sat opulenta victoribus praeda cessisset, a regimine austriaco religiosis oblatum est, ut, quotquot vellent, in Galiciam transirent et abbatiam, Tynieci nomine prope Cracoviam, amice cum pristinis indigenis habitatoribus incolerent. Iuvenes Alemanni, quod oblatum est, studiose amplexi sunt et P. Henricus cum multis fratribus 1806 Tyniecium profectus est, unde statim Cracoviam est missus, linguam Latinam in gymnasio academico iuvenes docturus. Sed cum inde quoque bello fratres expellerentur, multi eorum in Austriam reversi, pars theologicis in univ. Vindob. magisteriis functi sunt, alii aliis in monasteriis, Henricus in asceterio B. M. V. ad Scotos Viennae 24. Iun. 1811 professus moxque in parochiam ad s. Udalricum suburbanam cooperator est missus. Die 29. Oct. 1818 P. Urbano subprior et novitiorum magister successit. Quibus muneribus abdicatis anno 1824 ad parochiam in Waitzendorf migravit. Verum proximo anno seniori administratori parochiae ad s. Udalricum adiunctus est, cui defuncto 1828 parochus successit. Paulo post vero 1830 parochus designatus est ad s. Laurentium in Hoebersbrunn. Ingravescente non tam aetate, quam infirmitate, praecipue auditu deficiente in monasterium redux ibi habitavit laetus et hilaris animo usque ad 28. Nov. 1851, quo die letum oppetiit annos natus 69.

Conscripsit:

Chronica prioris Ursbergensis seu epitome memorabilium celeberrimi s. r. i. monasterii canonicorum regularium ordinis Praemonstratensis Ursberg in Suevia. Ex actis archivi et probatissimis auctoribus ordine chronologico congesta per P. Grimonem Kormann, p. t. Priorem anno 1803. 1 vol. 4°. Mscrpt. adserv. in bibliotheca Scotensi 53, d. 9.

Enk von der Burg Michael, Leopoldus (Mellicensis), Austriacus Viennae die 29. Ian. anni 1788 natus, studiis philosophicis Viennae absolutis, die 2. Nov. Mellicii monachum induit, ubi die 2. Sept. 1810 monasterio per sollemnem votorum nuncupationem adscriptus et die 16. Sept. 1810 sacerdotio initiatus est. Eodem anno in Leobersdorf vicarii munere functus ab anno 1811, in gymnasio Mellicensi, tum in classibus grammaticalibus, tum in poësi et rhetorica assiduum maximo cum fructu professorem egit. Amicus sincerus, vir summae diligentiae ac doctrinae, linguarum Gallicae et Hispanicae perquam gnarus, sorte sua, quam instigante matre elegisse dicunt, haud contentus die 12. Iun. 1843, in praeterfluentis Danubii undis mortem quaesivit et invenit. Intimus amicus, eximius poëta Fridericus Halm (liber Baro de Münch-Bellinghausen) in coemeterio Grafenwörthensi, in cuius pagi vicinia a discipulo quondam suo cognomine Schneider undis extractus erat, memoriae eius monumentum lapideum posuit.

Scripsit:

I. Die Blumen. (i. e. Flores.) Lehrgedicht in drei Gesängen. Wien, 1822. Gerold. 8°.

II. Eudoxia oder die Quellen der Seelenruhe. (i. e. Eudoxia seu de fontibus animae quietis.) Wien, 1824. Gerold. gr. 8°.

III. Das Bild der Nemesis. (i. e. Imago Nemesis.) Wien, 1825. Gerold. gr. 12°.

IV. Melpomene, oder über das tragische Interesse. (i. e. Melpomene, seu de tragica amoenitate.) Wien, 1827. Gerold. gr. 8°.

V. Ueber den Umgang mit uns selbst. (i. e. De consuetudine cum nobismet ipsis.) Wien, 1829. Gerold. gr. 12°.

VI. Don Tiburzio. Wien, 1831. Gerold. gr. 12°.

VII. Dorats Tod. (i. e. De morte Dorati.) Wien, 1833. Gerold. gr. 12°.

VIII. Briefe über Göthes Faust. (i. e. De poem. Faust a Göthe edito epistolae.) Wien, 1834. Gerold. gr. 8°.

IX. Charaden-Almanach. Wien, 1834. Gerold. gr. 12°.

X. Von der Beurtheilung Anderer. (i. e. De aestimatione aliorum.) Wien, 1835. Gerold. gr. 12°.

XI. Ueber deutsche Zeitmessung. (i. e. De Germanorum intervallo.) Wien, 1836. Gerold. gr. 8°.

XII. Hermes und Sophrosyne. Wien, 1838. Gerold. gr. 12°.

XIII. Studien über Lope de Carpio. Wien, 1839. Gerold. 8°.

XIV. Ueber die Freundschaft. (i. e. De amicitia.) Wien, 1840. Gerold, gr. 12°.

XV. Des Horatius Epistel über die Dichtkunst. Für Dichter und Dichterlinge gedolmetscht. (i. e. Horatii de arte poetica.) Wien, 1841. Gerold. gr. 12°.

XVI. Ueber Bildung und Selbstbildung. (i. e. De educatione et disciplina.) Wien, 1842. Gerold. gr. 12°.

Erődi (antea Lafors) Daniel Iosephus (de s. Monte Pannoniae), Baiae com. Bács. in Hungaria die 15. Sept. 1844 natus, s. habitu die 8. Sept. 1861 indutus, vota sollemnia die 14. Apr. 1868 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis eodem anno die 1. Aug. presbyter factus est. Anno 1868—69 orator a sacris in s. monte; 1869—72 Sopronii, 1872—76 Strigonii, 1876—1879 iterum Sopronii officio functus est

professoris, quo demum anno dimissionem ex s. ordine petiit et accepit. Scripsit:

I. Költemények. (i. e. Carmina.) Czéh S. Győr. 1869. 16°. 189 p.

II. A nemzeti verselés szabályai. (i. e. Leges versificationis Hungaricae.) Ibid. 1870. 8°. 36 p.

III. Hódolati üdvözlet Simor János bibornok Ur ő főmagasságához a pannonhegyi sz. Ben. r. tagjaitól. (i. e. Ode honoribus Ioannis Simor Cardinalis a benedictinis de s. Monte Pannoniae.) 1874. Horák. Esztergom. 2°. 6 p.

IV. Üdvözlő dal Hollósy Justinián Urnak, a B. Szűzről címezett dömölki apátság apátjának beigtatása alkalmával az esztergomi rendház tagjaitól. (i. e. Honoribus I. Hollósy, o. s. B. abbati B. M. V. de Dömölk, die installationis a sodalibus o. s. B. residentiae Strigon.) Ibid. 1874. 2°. 6 p.

V. Költészettan. (i. e. Ars poetica.) Középtanodai és magán használatra. Esztergom. Stumpf. 1874. 8°. 195 p. Edit. 2, retractata: 1878, Budapest. Athenaeum. 8°. 299 p.

VI. Emlékbeszéd Deák Ferencz fölött. (i. e. Laudatio funebris Francisci Deák.) Tartotta az esztergomi főgymn. gyászünnepélyén 1876. Febr. 15. Győr Czéh S. 1876. 12°. 20 p.

VII. Két czikk a soproni irodalmi és művészeti kör érdekében. (i. e. Libelli duo pro societate litteris colendis.) Sopron. Reichard. 1876. 16°. 32 p.

VIII. A „Soproni és művészeti kör“ alapszabályai. (i. e. Leges societatis litteris et artibus colendis Soproniensis.) Ibid. 1877. 16°. 20 p.

IX. Erődi D. ujabb költeményei. (i. e. Carmina recentiora.) Ibid. 1878. 16°. 190 p.

X. Petőfi költészetének nemzeti idomairól. (i. e. De formis rythmicis Alex. Petőfi nationis Hung. propriis.) Sopron. Reichard és Litfon. 1879. 16°. 116 p.

XI. Idem opus in epitomen coactum in progr. gymn. Sopron. 1878/9. 8°.

Esztegar Vartanus (Mechitharista), Armenopoli (vulgo Szamosujvár) in Transsilvania die 3. Aug. 1843 natus, Viennae in Austr. habitu s. die 7. Nov. 1857 indutus, die 24. Aug. 1859 vota emisit et die 7. Sept. 1862 consecratus est presbyter. In monasterio demandatum est ei ab anno 1863 munus subpraefecti novitiorum, deinde praefecti novitiorum simul et clericorum. Ab anno 1870 peragit ille non solum munus praefecti clericorum, verum etiam officia rectoris studiorum, professoris theologiae et historiae ecclesiasticae atque directoris sacrariae.

Opera eius in lingua Neo-armena typis edita:

I. Ընտրեալ նամակագրութեան, i. e. Praeceptor epistularum, in ling. tam Gallica quam Armeniaca rite scribendarum. Cum copiosis exemplis in utraque ling. Gallic. et Neo-armen. Viennae, typis Mechith. II. ed. 1877.

II. Եկեղեցական պատմութիւն, i. e. Historia ecclesiastica, praecipue historia ecclesiae Armenae, in usum scholarum superiorum. Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1872.

Esterl Franciscus (a s. Petro Salisburgi), Bavarus ex Pfaffing, natus 4. Oct. 1781, cum humaniora in seminario Ottoburano didicisset, primum 1801 in Attl, dein 1803, suppresso hoc monasterio, ad s. Petrum novitius, absolutis studiis philosophicis 28. Nov. 1804 vota sollemnia emisit. Sacerdos 1806 ordinatus varia monasterii munia subiit, uti clericorum et novitiorum magistri, confessarii ordinarii monialium o. s. B. in Nonnberg, bibliothecarii, professoris humaniorum, demum praefecti gymnasii Salisburgensis. Obiit 31. Mart. 1848.

Publici iuris fecit:

I. Kurze gemeinfassliche Darstellung des Sonnensystems, wie es bis jetzt bekannt ist. (i. e. De systemate solari.) Aufsatz in den „Salzburgischen gelehrten Unterhaltungen“. 1812. III. Heft. p. 66—98.

II. Eigenheiten der russisch-griechischen Kirche im Vergleich mit der römisch-katholischen

Kirche. (i. e. De ecclesiae Russo-graecae proprietatibus.) Ibid. 1813. IV. Heft. p. 124—147.

III. Chronik des adeligen Benedictiner-Frauenstiftes Nonnberg in Salzburg. (i. e. Conventus monialium o. s. B. Salisburgensis chronicon.) Vom Entstehen desselben bis zum Jahre 1840 aus den Quellen bearbeitet. Salzburg. Duyle, 1841. 8°. 267 p.

Praeterea scripsit per 40 annos: „Salzburger Haus- und Wirthschafts-Schreibkalender" cum commentationibus astronomicis et historicis in illis contentis.

Ettenauer Romanus (Cremifanensis), antea Leopoldus, Styrus Ausseensis, die 5. Sept. 1716 natus, humanioribus litteris Cremifani, philosophicis Salisburgi eruditus, ad sollemnem votorum sponsionem 21. Nov. 1735, theologia et iurisprudentia absoluta ad s. peragenda die 1. Nov. 1741 admissus est. Primum principiorum, deinde philosophiae professor iure optimo „utriusque encyclopaediae vivum promptuarium et paene oraculum" dictus Leibnitzianae et Wolfianae doctrinae apud Cremifanenses pater atque propagator fuit. 1749 scholarum praefecturam gessit simulque mathesin docuit; 1755 rei granariae praefectus obiit 20. Dec. 1757.

Eruditissimus vir quamquam nihil unquam typis vulgavit, magnam tamen scriptorum multitudinem reliquit:

I. Philosophiae synopsis sive prolegomena philosophiae rationalis, de operationibus mentis, selecta ex metaphysica et physica, philosophia morali sive ethica. Haec uno volumine comprehensa sunt.

II. De officiis hominis erga se ipsum ac iuribus cum iis connexis.

III. Analysis demonstrationum in arithmetica, item in geometria Gordonii occurrentium.

IV. De praestantia atque utilitate methodi arithmeticae commentatio brevis.

V. Inquisitio in veram causam mirabilis augmenti virium per machinas.

VI. Quaestiones ex prolegomenis matheseos, ex arithmetica et ex geometria.

VII. Arithmetica, geometria, trigonometria, mechanica, optica, catoptrica, dioptrica, in tabulas mnemonicas redactae. (Quae tabulae non confundendae sunt cum iis, quas Philippus Steinmayr Soc. I. ex primis matheseos elementis Chr. Wolfii concinnavit.)

VIII. Fundamenta arithmeticae speciosae.

IX. Analysis demonstrationum.

Praedicta manuscripta adservantur in bibliotheca sign. P. 304—312.

Fábián Ambrosius Sigismundus (de s. Monte Pannoniae), in Bozzai com. Castrif. in Hungaria die 22. Aug. 1809 natus, s. habitu die 16. Oct. 1827 indutus, vota sollemnia die 24. Apr. 1832 emisit, et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 13. Iul. 1835 presbyter ordinatus est. Variis deinde officiis, uti oratoris a sacris in s. monte 1835/6, tum professoris Sopronii 1836—46, Posonii 1846—50, professoris et oratoris a sacris in s. monte 1850—52, 1852—54 professoris ibidem, 1854—1859 Iaurini, 1859—70 oratoris a sacris Sopronii laudabiliter functus, hoc anno spiritualis ibidem factus est; anno demum 1878 die 9. Dec. ibidem pie in Domino obdormivit.

Vir summa industria haec scripsit:

I. Ó és uj szövetségi történet, Schmid Kristóf nyomain. (i. e. Historia antiqui et novi foederis.) Pozsonban. 1845. 8°. 143 p.

II. A kath. egyház története és isteni tiszteletnek szelleme Hepp és Terklau után. (i. e. Historia ecclesiae cath. et mens ac ratio cultus divini.) Ibid. 1847. 8°. 142 p.

III. A kath. egyház története. (i. e. Historia ecclesiae cath.) Kiadta a jó és olcsó könyv-kiadó társulat. Pesten. 1850. 8°. 214 p.

IV. A kath. egyház története. (i. e. Historia ecclesiae cath.) Kiadta a Szent István-társulat. 1863. 8°. 160 p.

V. Örömdal, Cherrier a pozsonyi tankerület főigazgatójának beigtatásakor. (i. e. Carmen honoribus d. Cherrier, inspectoris gymn., cum inauguraretur.) Pozsonban. 1846.

VI. Erény és tudomány. (i. e. Virtus et eruditio.) In progr. gymn. Iaurin. 1857. 4°. p. 3—16.

VII. Kalászat a magyar irodalom terén. (i. e. Spicilegium in litteris Hung.) Ibid. 1859. 4°. p. 3—11.

VIII. In lib. period. „Családi lapok“: *a)* Párbaj, Beszély. (i. e. Certamen singulare. Narratiuncula.) 1854. II. *b)* Demetrio kapitány története. (i. e. Historia Demetrii centurionis.) Ibid.

IX. Orationes sacras in „Pázmány-Füzetek“ (n. 6) et in „Magyar egyházi szónok“ (n. 28).

X. Varias dissertationes aliaque minora in script. period.: „Religio, Katholikus néplap, Tanodai lapok, Családi lapok, Nemzeti ujság“, ab anno 1841 ad annum 1861.

Fabiani Severinus (Cremifanensis), antea Iosephus, Illyrius Neustadlensis, die 20. Mart. 1837 natus, studiis in scholis loci patrii absolutis indutus 26. Aug. 1855, theologicas disciplinas in instituto domestico ad s. Floriani didicit, die 8. Sept. 1859 professus et 29. Iulii 1860 sacerdotio initiatus. 1860—74 cooperator, bis provisor in Weisskirchen; 1874—77 parochus in Egendorf; nunc administrat parochiam Steinhaus.

Scripsit libellum:

Beichtspiegel für Kinder, den wohl auch Erwachsene brauchen können. (i. e. Institutio ad faciendum examen conscientiae pro parvulis, etiam adultis utilis.) 5. verbesserte und vermehrte Auflage. Linz, Druck von Feichtingers Erben. Verlag von Korb. 1878. 8°. 16 p.

Praeterea plures eiusdem dissertationes vulgatae sunt in „Linzer theologische Quartalschrift“.

Faller Luitfridus (Murensis), ortum habuit in Wey prope monasterium Murense die 18. Oct. 1741. Vota sollemnia nuncupavit die 31. Mart. 1761, et ordinem sacerdotalem accepit die 21. Dec. 1765. Munus parochiale suscepit in Homburg 1772—75, apud Muros 1775—78, in Bosvil 1791—1803. Deinde oeconomus in Diessen pie defunctus est die 25. Febr. 1812. Pauca eius supersunt manuscripta.

I. Libri precum tres. In bibl. Muro-Gries. Cod. 10. p. 59—61.

II. Leben und Martyrtod der hl. Febronia. (i. e. Vita et martyrium s. Febroniae.) Versio ex Lat. 4°. 43 p. Ibid.

Fászl Stephanus Alexander (de s. Monte Pannoniae), Ginsii com. Castrif. in Hungaria die 6. Febr. 1838 natus, s. habitu die 8. Sept. 1855 indutus, vota sollemnia die 29. Maii 1860 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 22. Aug. 1862 presbyter ordinatus est. 1861—67 professor gymn. Ginsii, ex eo tempore eodem officio Sopronii fungitur. Scripsit:

Adatok Sopron légyfaunájához. (i. e. De muscis, quae circa Sopronium inveniuntur.) In progr. gymn. Soproniensis. 1877/8. 8°. p. 3—34.

Feger Placidus (Lambacensis), Hungarus Schemnicio oriundus die 15. Aug. anno 1804 mundi lucem adspexit; studiis philosophicis et theologicis Tyrnaviae absolutis presbyter saecularis archidioecesis Strigoniensis die 25. Oct. anno 1828 ordinatus, post longam annorum seriem in cura pastorali consumptam, rector seminarii archiepiscopalis Posonii et octavo anno post vicerector collegii Pázmániani Vindobonae denominatus meruit a Papa Pio IX. adnumerari cubiculariis ad honores. Ordinem s. Benedicti Lambaci ingressus die

15. Aug. anno 1860 vota vovit sollemnia die 25. Sept. anno 1864 ibique praeses archiconfraternitatis s. Rosarii et per plures annos novitiorum magister, modo senior emeritus et presbyter iubilaeus die 3. Nov. anno 1878 a revendissimo domino episcopo Linciensi consiliarius ecclesiasticus est denominatus.

Praeter opera ante religionis ingressum conscripta edidit:

I. Handbüchlein der Rosenkranz-Erzbruderschaft. (i. e. Liber precatorius pro sodalibus s. rosarii.) Linz, Feichtinger. 1862. 8°. min. 127 p.

II. Die Geheimnisse des Rosenkranzes. (i. e. Mysteria s. rosarii.) Regensburg, G. J. Manz. 1864. 8°. min. 196 p.

III. Fasciculus florum maialium. Ratisbonae, G. J. Manz. 1866. 8°. min. 140 p.

IV. Einige Weizen-Aehren vom Acker des Herrn. (i. e. Spicae triticeae collectae in agro Domini.) Wels, Birlbauer. 1879. 8°. min. 29 p.

Typis mandanda prostant mss. penes auctorem:

I. Breviloquia (Aphorismen). gr. 8°. 163 p.

II. Einige Worte über die klösterliche Schweigsamkeit. (i. e. Quaedam de taciturnitate religiosa.) gr. 8°. 101 p.

III. Die letzte Station. (i. e. Ultima statio.) Aphorismen. gr. 8°. 88 p.

Fehér Hippolytus Colomannus (de s. Monte Pannoniae), in Visk com. Hont. in Hungaria die 11. Apr. 1842 natus, s. habitu die 8. Sept. 1858 indutus, vota sollemnia die 26. Maii 1863 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 24. Sept. 1865 presbyter ordinatus est. Ab anno 1864—74 munere professoris in s. monte functus, ex eo director est gymnasii Strigoniensis.

Praeter alia quaedam minora scripsit:

I. In lib. period. „Hazánk és külföld“: *a)* Szent István palástja. (i. e. De casula s. Stephani.) 1867. 19 n. *b)* Alvilági képek. Ibid. 19—25 n.

II. Felsőbb mennyiségtan elemei Petzvall Otto nagyobb műve és előadásai nyomán. (i. e. Mathesis sublimior.) Esztergom. Beszédes S. Lithogr. 1871. 8°. 256 p.

III. Természettani műszótár. (i. e. Lexicon verborum artis physicae.) Pannonhalma. Lithogr. 1871. 8°. 24 p.

IV. Kisérleti természettan az ujabb elméletek alapján. Szerkesztette a középtanodák felsőbb osztályai számára Fehér Ipoly. (i. e. Physica experimentalis.) Pest. Heckenast. 1871/2. 8°. 2 tomi. Tertia edit. 1878. Franklin-társulat.

V. A vegytan alapvonalai a főgymnasiumi ifjuság használatára. Dr. Kruesz Kr. után teljesen átdolgozta s az ujabb elméletek alapjára fektette. (i. e. Elementa chemiae. Opus Dr. Chrysostomi Kruesz retractavit.) Pest. Heckenast. 1872. 8°. 215 p. Tertia edit., emend. ibid. Franklin-társulat 1879.

VI. A vegytan rövid vázlata. (i. e. Epitome chemiae.) Az ujabb elméletek alapján szerkesztett kézikönyv algymnasiumok számára. Pest. Heckenast. 1872. 8°. 142 p. Edit. 3. emendata: Budapest. Franklin-társulat. 1879.

VII. Győr megye és város egyetemes leirása. (i. e. Descriptio comitatus et urbis Iaurini. Redegit Fehér; ipse scripsit in hoc libro: *a)* geographiam comitatus, item descriptionem montium et aquarum, 3—26 et 51—57 p.; *b)* descriptionem Iaurini, s. Montis Pannoniae, Hédervár, 649—674 p.) Szerkeszté Fehér Ipoly, a magyar orvosok és természet-vizsgálók XVII. nagygyülésének titkára. Budapest. Franklin-társulat. 1874. 8°. 674 p.

VIII. Napi közlöny a magyar orvosok és természet-vizsgálók Győrött 1874. évi aug. 19—27-ig tartott XVII. nagygyüléséről. (i. e. Commentarii diurni de XVII. medicorum et inquisitorum rerum naturae Hung. conventus.) Dr. Siklósy s Dr. Buzinkay titkárok közreműködésével szerkeszti Fehér Ipoly titkár. 4°. 6 n.

IX. Győr, Pannonhalma, Hédervár. (i. e. Descriptio Iaurini, s. Montis Pannoniae, Hédervár.)

Vázlatos rajz e helyek érdekességeiről. Győr. Hennicke. 1874. 8°. 24 p.

X. A magyar orvosok és természet-vizsgálók XVII. nagygyülésének évkönyve. (i. e. Annales XVII. medicorum Hungarorum conventus.) Budapest. Franklin-társulat.

XI. A főgymnasiumi segélyző-egylet alakulása. (i. e. Quomodo constituta sit in gymn. Strig. societas iuvenibus litterarum studiosis adiuvandis.) In progr. gymn. Strigon. 1876/7. p. 3—15.

XII. Az esztergomi uj főgymnasium épitése. (i. e. De aedificatione novi gymn. Strigon.) In progr. Strig. 1878/9. p. 3—16.

XIII. Denique scripsit de variis rebus, maxime ad physicam pertinentibus in encyclopaedia societatis s. Stephani.

Fehringer Otto (Seitenstadiensis), Austriacus Asbacensis die 20. Maii 1844 natus, cursum gymnasii partim Seitenstadii partim Mellicii emensus die 21. Sept. 1862 s. ordinis veste est indutus. Absolutis s. theologiae studiis emissisque die 24. Sept. 1866 votis sollemnibus insequentis anni die 28. Iul. sacerdos ordinatus est. 1867—71 professor supplens in gymnasio, 1871—74 in alma c. r. Vindob. univ. studiis philologicis vacans ad docendi munus sese praeparavit, ab anno 1874 linguae Latinae et Graecae in c. r. gymnasio Seitenstadiensi professor, ab anno 1879 simul praeest convictui monasterii. Scripsit:

Rotulas, sic dictas seu vitas monachorum Seitenstadiensium in Domino defunctorum.

Feilmayr Dominicus (Cremifanensis), antea Iosephus, Austriacus Viennensis, die 22. Apr. 1752 natus, absoluto in urbe patria gymnasii et philosophiae curriculo primum in monasterio Seitenstettensi, deinde in Cremifanensi novitius, vota sollemnia 28. Apr. 1776 emisit et insequentis anni iubilaei die 3. Aug. primam Deo hostiam obtulit. Cooperator in Sipbachzell, Buchkirchen, Neuhofen, Gruenau, nec non ad Cellas Marianas et Neostadii in Austria inferiore; postea in Pfarrkirchen et secundo in Neuhofen; 25. Dec. 1799 valetudinis causa monasterium repetiit et die 29. eiusdem mensis et anni obiit.

Typis vulgata ab eodem opuscula haec sunt:

I. Aufmunterungsrede an das Pfarrvolk zu Kremsmünster bei obschwebender Gefahr des feindlichen Einfalles, gehalten in der Stiftskirche zu Kremsmünster den 21. Aug. 1796. (i. e. Exhortatio ad parochianos Cremifanenses, imminente Gallorum invasione habita in ecclesia claustrali Cremifanensi die 21. Aug. 1796.) Steyr, Medler, 1796. 8°. 16 p.

II. Predigt über jene Menschen, welche die Neufranken ins Oesterreich wünschen. Gehalten in der Stifts- und Pfarrkirche zu Kremsmünster, 8. Sept. 1796. (i. e. Concio de hominibus iis, qui, Neo-Franci ut in Austriam veniant, exoptant.) Steyr, Medler. 1796. 8°. 16 p.

Feilmoser Benedictus (ex Fiecht in comitatu Tirolensi), natus die 8. Apr. anno 1777 in pago Hopfgarten. Versus finem anni 1789 Salisburgum perrexit, ibique studia gymnasialia absolvit. Biennium philosophicum in lyceo Oenipontano peregit. Anno 1796 ordinem S. P. Benedicti ingressus est in monasterio Fiecht, ibique utens magistro Georgio Maurer ex monasterio Villingen sibi notitiam haud exiguam in linguis biblicis comparavit. Ab abbate ad absolvenda studia theologica Villingen missus est, quibus finitis domum reversus mox clericos exegesim veteris et novi testamenti docuit. Die 30. Maii anno 1801 sacerdotio insignitus et mense Octobri novitiorum magister creatus est. Annis subsequentibus theologiam moralem necnon

historiam ecclesiasticam docuit et de more theses in publico examine defendendas imprimi curavit, quod ipsi necnon abbati ac conventui magnum fastidium procreavit. Demum professuram et post suppressionem monasterii per gubernium Bavaricum ordinem dereliquit. De hoc auctore plures scripserunt, quos videre licet in encyclopaedia ecclesiastica edita a Wetzer et Welte, tomo XII. Scripta:

I. Sätze aus der christlichen Sittenlehre für die öffentliche Prüfung in dem Benedictinerstifte zu Fiecht. (i. e. Theses ex theologia morali christiana pro publica disputatione in monasterio Fiechtensi propositae.) Innsbruck, 1803. 8°.

II. Sätze aus der Einleitung in die Bücher des alten Bundes und den hebräischen Alterthümern. (i. e. Theses ex introductione in libros veteris testamenti et ex antiquitatibus hebraicis.) — Nach den k. k. Vorlesebüchern. Innsbruck, 1803. 8°.

III. Animadversiones in historiam ecclesiasticam, quas pro publica disputatione in monasterio Fiechtensi discutiendas proposuit Benedictus Feilmoser. Oeniponte, 1803. 8°.

IV. Sätze aus der Einleitung in die Bücher des neuen Bundes und der biblischen Hermeneutik. (i. e. Theses ex introductione in libros novi testamenti et ex hermeneutica biblica.) Innsbruck, 1804. 8°.

Fektor Casparus Andreas (de s. Monte Pannoniae), s. sedis consistor. archiabbatialis adsessor, Comaromii eiusdem com. in Hungaria die 25. Nov. 1816 natus, die 16. Sept. 1838 habitu s. indutus, die 26. Iul. 1845 vota sollemnia emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 1. Aug. 1845 presbyter ordinatus est. Ex eo usque ad annum 1850 professor Tyrnaviae, 1850/1 Papae, 1851—60 Strigonii, 1860—69 administrator parochiae in Füss; ex quo anno officio magistri novitiorum fungitur. Scripsit:

Illedelmi szabályok. (i. e. Praecepta urbanitatis.) Német kútfők nyomán. Komárom. Siegler. 1872. 8°. 96 p.

Feldberger Constantinus (Scotensis), Sanhyppoliti in Austria die 26. Maii 1810 natus, habitu s. die 14. Sept. 1833 indutus, absolutis s. theologiae in univ. Vindob. studiis emissisque die 21. Sept. 1836 votis sollemnibus, neomysta factus est die 31. Iul. 1838. Curae deinde animarum admotus, cum cooperatoris officio primum in Zellerndorf deinde in Pulkau ac postremum in suburbio Vienn. dicto Campo Scotorum per 14 annos esset functus, parochus in Enzersdorf designatus est, unde debilitatis causa 1868 in monasterium redux morte occubuit die 21. Iun. 1869.

In rebus historicis versatissimus, conscripsit annales Scotorum parochiae Pulkau eo tempore, quo (1843—46) cooperatorem eiusdem parochiae egit:

Gedenkbuch der Pfarre Pulkau V. U. M. B. (i. e. Liber memorialis parochiae Pulkaviensis.) Manuscr. adserv. in archiv. paroch. Pulkau.

Felderer Hieronymus (Muro-Griesensis), Tirolensis ex Gries, natus die 13. Apr. 1840, studiis operam dedit Brixinae et Griesii, ubi professionem monasticam emisit die 6. Dec. 1862. Sacerdotium inivit die 9. Oct. 1864. Nunc professor matheseos in gymnasio Sarnensi etiam artem photographicam exercet.

Edidit:

Anleitung zum praktischen Rechnen für Mittelschulen und zum Selbstunterrichte. (i. e. Instructio ad arithmeticam practicam.) Stans ap. Casp. von Matt. 1872. 8°. 226 p. 2. edit. aucta. Ibid. 1878. 320 p.

Fellner (recte Fehlner) Colomannus (Lambacensis), natus est in viculo Pistorf parochiae Aichkirchen prope Lambach die 19. Mart. 1750. Colomannus quidam, ord. fratrum minorum, missionarius in Aichkirchen ingenium pueri perspiciens rudimenta delineandi eum edocuit usquedum Lambaci in schola normali, dein Cremifani in gymnasio et musaeo litteris et arti musicae tempus impendit. Monasterium Lambacense anno 1769 ingressus reliquit, rediit tamen anno 1772 votisque sacris se devovit die 1. Nov. anno 1774 primamque hostiam incruentam die 6. Oct. anno 1777 obtulit. Secundo anni 1778 semestri magistro usus est clarissimo tunc pictore et chalcographo Martino Schmidt in oppido Stein, et anno 1779 subrectore I. de Schmuzer in c. r. artium academia Vindobonensi ingenium suum lubentissime annuente abbate Amando Schickmayr exercuit. Domum reversus in dies nova suae artis specimina aqua forti (ätzen), acu (radiren, kratzen), caelo (graviren, graben) praeparavit collegitque sat numerosam pretiosamque artis chalcographicae monumentorum seriem, quae pie hodie quoque Lambaci conservatur et visitur. Minime artifex sibi sufficiens commercio sat amplo litterario utens in dies novo methodo incubuit ad artem promovendam simul promptissimus ad alios edocendos instruendosque. Lithographicae artis vestigia prima Monachii in itinere anno 1813 deprehendens artem hanc primus in Austria non sine felici successu exercuit. Quamquam arti suae exercendae fuit deditissimus, in obeundis muneribus monasticis aeque fuit adprime versatus utpote archivi praefectus, musices director nec non ad tempus oeconomus. Obiit die 18. Apr. anno 1818.

Edidit libellum:

Kleine Kupferstichkunde. Wien, Alberti. 1794. 8° min. 19 p. Nec non artis chalcographicae et lithographicae specimina numerosa elaboravit sculpsitque, secundum imagines Sandrartii sen., Solimenii, Carachii, da Vinci, nonnulla etiam secundam Haubenstrickerum, Dietrichium, Maulberschium aliosque, ast plurima ad imagines magistri sui Martini Schmidt Kremsensis. In primis coluit hominum imagines in aere incidere atque regionum conspectus rerumque naturalium. Omnium speciminum suorum seriem ipse adornavit exstatque adhuc in monasterio Lambacensi. Laudatissima exemplaria sunt: Circumcisio D. N. I. Ch. Fol. P. K. P. sc. Viennae 1779. — La martyre de s. Coloman 1779 (aqua forti). — S. Benoit, S. Placide Sandrartii. — Abschied Ludwig XVI. — Joseph Rosa 1789. — Jacob Schmutzer 1800. — Martin Schmidt. — Raphael Mengs. — Le cataracte de Traun.

Fellner Stephanus Carolus (Scotensis), in Weinhaus prope Viennam in Austria natus die 15. Oct. 1848, cum bonis litteris in gymnasio ad Scotos operam navasset, monasterium B. M. V. ad Scotos ingressus est die 21. Sept. 1867. Emissis die 1. Oct. 1871 votis sollemnibus consummatoque in c. r. univ. Vindob. cursu theologico, sacerdotio inauguratus est die 21. Iul. 1872, et die 4. Aug. eiusdem anni Deo primam hostiam obtulit incruentam. Haud ita multo post ad gymnasii professuram destinatus, cum die 27. Iun. 1877 tentaminibus publicis pro historia naturali approbatus esset, eiusdem disciplinae professor in c. r. gymnasio ad Scotos die 18. Sept. 1878 est designatus.

Typis edidit:

Compendium der Naturwissenschaften an der Schule zu Fulda im 9. Jahrhundert. (i. e. Com-

pendium, continens doctrinam rerum naturalium, saeculo IX. per scholas Fuldenses traditarum.) 1 vol. 8°. Berolinae, 1879, sumpt. Theobaldi Grieben.

Felloeker Sigismundus (Cremifanensis), Austriacus ex Neuhofen, die 19. Febr. 1816 natus, tam gymnasii, quam philosophici studii cursum Cremifani absolvit, ibidem s. habitum sumsit die 21. Sept. 1835. Absoluto in lyceo Linciensi theologiae studio die 23. Sept. 1839 in regulam s. P. Benedicti iuravit et die 25. Iul. 1840 sacerdotali dignitate auctus est. 1840—50 adiunctus astronomi et catecheta scholae normalis, 1851—52 professor mineralogiae et physicae supplens, 1852—53 studiis in univ. Vindob. vacavit, 1853—71 professor mathematicae, physicae et mineralogiae, 1855—56 simul in convictu praefectus, 1858—1859 simul novitiorum magister et clericorum director, 1871—76 parochus in Weisskirchen, ab anno 1876 prior et rationum praefectus, R. D. episcopi Linciensis consiliarius, consiliarius scholasticus.

Opera Sigismundi Felloeker:

I. Die barmherzigen Schwestern der christlichen Mildthätigkeit empfohlen. Eine Predigt. (i. e. Oratio sacra, qua ordo religiosus „Sororum misericordiae" christianae munificentiae commendatur.) Linz, 1843. 8°. 2. Aufl., bei Quirin Haslinger. Editio I continet 16 p., editio altera 24 p.

II. Katechetische Formulare für die heil. Sacramente der Firmung, des Altars und der Busse. (i. e. Formulae catecheticae pro s. sacramentis confirmationis, altaris et paenitentiae.) Linz, bei Quir. Haslinger. 1845. 8°. 83 p.

III. Die Feier der ersten heiligen Communion in Verbindung mit der feierlichen Erneuerung des Taufbundes. (i. e. Sollemnitas primae communionis cum sollemni renovatione foederis baptismalis.) Linz, bei Quirin Haslinger. 1845. 8°. 30 p.

IV. Religionsbüchlein für den ersten Unterricht in katholischen Schulen und Familien. (i. e. Libellus ad docenda prima religionis elementa in scholis et familiis catholicis adcommodatus.) Linz, 1872, bei Haslinger. Editio quarta emendata et aucta. 8°. 108 p.

V. Weihnachtskränze aus Dichtungen aller christlichen Jahrhunderte. (i. e. Collectio poematum ad festivitatem nativitatis D. N. Iesu Christi pertinentium congesta ex poetis omnium saeculorum.) Berlin und Münster, Verlag von Aschendorf, 1849. 8°. 495 p.

VI. Verzeichnis der von Bradley, Piazzi, Lalande und Bessel beobachteten Sterne in dem Theile des Himmels zwischen 6^h 56′ bis 8^h 4′ gerader Aufsteigung und 15^0 südlicher bis 15^0 nördlicher Abweichung berechnet und auf 1800 reducirt. Auf Veranlassung der Akademie der Wissenschaften in Berlin, akademische Sternkarte Zone VII^h, Blatt 8. (i. e. Index stellarum ab astronomis Bradley, Piazzi, Lalande, Bessel observatarum in parte caeli inter 6^h 56′ usque ad 8^h 4′ ascensionis rectae et 15^0 meridionalis usque ad 15^0 septemtrionalis declinationis computatus et ad 1800 reductus, auctoritate academiae litterarum Berolinensis.) Berlin, Druckerei der königl. Akademie der Wissenschaften. 1848. Textus continet 30 p. 2° cum charta.

VII. Gedanken und Empfindungen des wohlunterrichteten Katholiken beim Empfange des heil. Sacramentes der Busse. (i. e. Quid pii et eruditi catholici in recipiendo paenitentiae sacramento sentiant.) Linz, Verlag von Haslinger. 1845. 8°. 24 p.

VIII. Gedanken und Empfindungen des wohlunterrichteten und frommen Katholiken beim Empfang des allerheiligsten Sacramentes des Altars. (i. e. Quid pii et probe instituti catholici in recipiendo s. altaris sacramento sentiant.) Linz, Verlag von Haslinger. 1845. 8°. 28 p.

IX. Gedanken beim Empfange des heiligen Sacramentes der Firmung. (i. e. Quid in recipiendo sacramento confirmationis.) Linz, Verlag von Haslinger. 1845. 8°. 16 p.

X. Die Theorie der dreiseitigen Pyramide analytisch dargestellt. (i. e. Theoria pyramidis

triangularis methodo analytica proposita.) Gymnasialprogramm. Linz, Druck von J. Feichtingers Erben. 1855. 4°. 28 p.

XI. Funde vom Ursus spelaeus in Kremsmünster. (i. e. Quaedam reliquiae ursi spelaei prope Cremifanum repertae.) Ex relatione musei Francisco-Carolini anni 1864 separatim editae. 3 pag.

XII. Anschauungsunterricht in der Mineralogie. Für Untergymnasien und Unterrealschulen. (i. e. Libellus, quo elementa mineralogiae accedentibus demonstrationibus proponuntur.) Wien, Gerold. 8°. 52 p. Editio prima 1857, tertia 1876 prodiit.

XIII. Anfangsgründe der Mineralogie. Wien, Gerold. 8°. 99 p. Editio prima 1853, sexta 1871 prodiit.

XIV. Leitfaden der Mineralogie und Geognosie. (i. e. Compendium mineralogiae et geognosiae.) Wien, Gerold. 8°. 180 p. Editio prima 1857, tertia 1868 prodiit.

XV. Lehrbuch der Mineralogie und Geognosie. (i. e. Institutiones ad tradendam mineralogiam et geognosiam.) Wien, Gerold. 8°. 309 p. Editio prima 1852, tertia 1864 prodiit.

XVI. Die Klöster unter der Presse. (i. e. De ephemeridum inimico in societates religiosas ingenio.) Linz, Druck von Eurich. 1848. 4°. 4 p.

XVII. Ueber Lectüre für gebildete Katholiken. (i. e. De diligenti librorum ab eruditis catholicis legendorum electione.) Linz, Druck von Huemers Witwe. 1853. 8°. 7 p.

XVIII. Mittheilungen über Dr. Reusch's Bibel und Natur. (i. e. De Dr. Reuschii libro: Biblia sacra et natura.) Ex annali „Linzer theologisch-praktische Monatschrift", XVII. Jahrg. 2. Heft, 1864 separatim impressa dissertatio. Linz, Selbstverlag. Druck von J. Feichtingers Erben. 8°. 38 p.

XIX. Geschichte der Sternwarte der Benedictiner-Abtei Kremsmünster. (i. e. Historia observatorii astronomici Cremifanensis.) Gymnasialprogramme 1864—69. Cum indice personarum et rerum separatim edita. Linz, Druck von Feichtingers Erben. 4°. 322 p. Selbstverlag des Stiftes.

XX. Die chemischen Formeln der Mineralien in geometrischen Figuren dargestellt. (i. e. Formae chemicae fossilium [mineralium] figuris geometricis propositae.) Linz, Quireins Verlag. 1879. 8°. 158 p.

XXI. Stillleben eines Benedictiners im 19. Jahrhundert, P. Oddo Schima vom Stifte Kremsmünster. (i. e. Vita P. Oddonis Schima, professi Cremifanensis abscondita.) Linz, Buchdruckerei des katholischen Pressvereines. 1877. 8°. 8 p.

Fenix Wolfgangus Ignatius (de s. Monte Pannoniae), eques ins. ordinis Francisci Iosephi, doctor canonum facultatis theol. in regia universitate Budapestin. collegiatus, Papae com. Veszprém. in Hungaria die 8. Sept. 1784 natus, s. habitu die 31. Oct. 1802 indutus, vota sollemnia die 14. Sept. 1805 emisit et absolutis Iaurini et in s. monte s. theologiae studiis die 25. Sept. 1808 presbyter factus est. Variis ex eo monasterii officiis, uti professoris gymn. Strigonii 1808/9, superioris domus et directoris eiusdem gymn. 1809—17, gymnasii Comaromiensis 1817—18, subprioris et administratoris parochiae in s. Martino 1818—1819, superioris domus et directoris gymn. Iaurinensis 1819—23, administratoris parochiae in Zamárdi 1823—27, archivarii in s. monte 1827—29, prioris ibidem 1829—31, prioris in Tihany 1831—38, administratoris bonorum in s. monte 1838—40, superioris domus et directoris gymn. Iaurin. 1840—50, superioris domus Iaurin. 1850—1867 laudabiliter functus, celebrato anno 1858 iubilaeo sacerdotali, die 26. Dec. 1870 spiritualis residentiae Iaurinensis pie in Domino obdormivit. Scripsit:

I. Természetrajz. (i. e. Historia naturalis.) Gazdálkodást kedvelő köznép és serdülő ifjuság használatára kiadta Fenix Farkas sz. Ben. r. pap. Győrben. 1850. 8°. 279 p.

II. Magyar gazda-asszony. (i. e. Mater familias Hungarica.) Köznép és serdülő leánykák használatára kiadta Fenix Farkas. Ibid. 1850. 8°. 215 p.

III. Ode celsissimo ac rev. principi domino Alexandro de Rudna et Divék-Ujfalu, metropol. ecclesiae Strigoniensis archiepiscopo, die sollemnis inaugurationis eius XVII. Kal. Iunii oblata a collegio Iaurin. O. S. B. 1820. Typis Leopoldi Streibig. 4°. 6 p.

IV. Honoribus celsissimi ac rev. principis domini Alexandri de Rudna et Divék-Ujfalu, die sollemnis inaugurationis XVII. Kal. Iunii oblatum a regio archigymnasio Iaurinensi. Ibid. 4°. 8 pag.

V. Memoria sacerdotii iubilaris ill. ac rev. domini Iosephi Dresmitzer, praepositi infulati s. Salvatoris de Pápótz, Cath. eccl. Iaurin. canonici, per districtum litterarium Iaurinensem emeriti superioris regii scholarum et studiorum directoris celebrata ab ordine s. Benedicti s. Montis Pannoniae. Iaurini. Typis viduae Clarae Streibig. 4°. 8 p.

VI. A győri főtanodában mind a két nembeli szorgalmasb ifjúságnak ajándékul. (i. e. Libellus iuventuti utriusque sexus destinatus.) 1846. 16°. 10 p.

VII. Győr örömhangjai. (i. e. Laetitia Iaurini.) István cs. kir. főherczeg, magyarországi kir. helytartó ő fenségének országos körútja alkalmával éneklé a győri férfi-dalegylet Okt. 6-án 1847. Győrött. Özvegy Streibig Klára betűivel. 8°. 8 p.

VIII. Lusus chronostici fata notatu digniora abbatiae Tihon nec non gaudia sacri conventus in festo seculari enunciantes. Die XVIII. Novembris iuxta sollemnia s. Aniani quoque celebrato. Veszprimii. Typis Caroli Ramasetter. 1855. 4°. 4 p.

IX. A tükör. Erkölcsi elbeszélés. (i. e. Speculum. Narratiuncula moralis.) In lib. period: „Katholikus néplap". 1857.

X. Plures eius orationes certis occasionibus habitae variis in libris sunt publicatae.

XI. Libri eius manu scripti sunt: *a)* Boldogváry Benedek s neje Szentesy Borbála. Hunyady János korából. (i. e. De Benedicto Boldogváry eiusque uxore Barbara Szentesy.) *b)* Hazafi álma. (i. e. Somnium viri patriae amantis.) *c)* Jó révész. (i. e. Portitor bonus.) *d)* Jámborfy erélyes atyja. (i. e. Fortis Iámborfyi pater.)

Ferenczy Iacobus Sigismundus (de s. Monte Pannoniae), insignis ordinis Francisci Iosephi eques, s. sedis consist. archiabbatialis adsessor, c. r. geologici instituti Vindobonensis socius corresp., in Pér com. Iaurinensis in Hungaria die 6. Febr. 1811 natus, sacrum ordinem die 16. Oct. 1828 ingressus, emissis die 10. Dec. 1832 votis sollemnibus et s. theologiae studiis absolutis die 1. Aug. 1836 presbyter ordinatus est; ex quo tempore usque ad annum 1838 munere oratoris a sacris in s. monte, 1838—40 professoris gymn. Iaurini, 1840—50 professoris linguae et litterarum Hung. in academia Posoniensi, 1850—52 denuo professoris gymn. Iaurini, 1852—73 vero superioris domus et directoris gymn. Strigonii functus est. Anno 1873—74 bibliothecarius, ex eo iterum superior domus Strigoniensis. Scripsit:

I. Adalék honi nyelvünk és irodalmunk történetéhez. (i. e. Quaedam ad linguam litterasque Hung. pertinentia.) Pozsony. Bucsánszky. 1844. 8°. 133 p.

II. Magyar nemzeti nyelvtan középtanodák számára. (i. e. Grammatica Hungarica.) Iussu consilii locumtenentialis. 1847. 4°. Pozsony.

III. A pozsonyi akademia története. (i. e. Historia academiae Posoniensis.) Pest. 1847. 8°. 97 p.

IV. Az esztergomi nagy-gymnasium történetének vázlata. (i. e. Breviarium historiae gymn. superioris Strigoniensis.) In progr. eiusdem gymn. 1853. p. 14—20.

V. Magyar irodalom és tudományosság története. (i. e. Historia litterarum Hung.) Pest. Müller. 1854. 8°. 218 p.

VI. Magyar irók. Életrajzgyüjtemény. (i. e. Vitae scriptorum Hung.) Kiadja a sz. István-tár-

sulat. Gyüjt. Ferenczy Jakab s Danielik József. Pest. Emich. 1856. 8°. 2 t. 641 + X p.

Fiall Antonius (Scotensis), natus est Viennae in Austria die 13. Nov. 1801. Adcitus 1822 die 13. Oct. in monasterium B. M. V. ad Scotos Viennae, cum 18. Oct. 1825 sollemni votorum sponsione sese totum dedicasset Deo, die 24. Aug. 1827 absolutis s. theologiae studiis in alma univ. Vindob. presbyter est ordinatus nec non die 8. Sept. eiusdem anni primam Deo obtulit incruentam hostiam. Cooperatoris deinde officio functus est 1828—30 in Stammersdorf, 1830 vero et 1831 in suburbio Viennensi Gumpendorf dicto. Unde in monasterium redux curatum et concionatorem egit strenuum, obtento unacum sacristiae directoris munere. Anno vero 1840 rus migravit ad parochiam in Martinsdorf et 1841 in Kleinengersdorf, unde parvo temporis spatio interiecto missus est ad administrandam abbatiam de Telky in Hungaria per tres annos, quibus elapsis 1844 ad parochiam in Kleinengersdorf reversus ibidem animarum curam gessit, donec 1849 parochus idemque administrator in Breitenlee designatus est. Anno 1855 vero abbas eum parochiae ad s. Aegidium in suburbio Gumpendorf praefecit, quam 1862 cum parochia monasterii immutavit. Cui muneri immortuus est 6. Apr. 1867.

Typis edidit:

Predigt bei dem jährlichen Dankfeste des Handlungs-Kranken-Institutes in der Kapelle des heil. Schutzpatrons Joseph. Vorgetragen am Pfingstmontage den 19. May 1834. (i. e. Concio in annua sollemnitate instituti infirmorum societatis mercatorum in capella patroni s. Iosephi.) Viennae, 1834, typis Congr. Mechith.

Filz Michael Fidelis (Michaelburanus), Bavarus, Passavii natus 12. Apr. 1777, prof. 14. Iun. 1798, sacerdos 25. Mart. 1800, simul cum Mauro Berndl vocatus est, ut primam grammaticalem classem gymnasii Salisburgensis susciperet. Anno 1807, post discessum concionatoris academici et professoris P. Romani Zängerle, qui episcopus Seccoviensis electus fuerat, ei exhortationes religiosae pro academicis habendae erant, donec hoc munus vi decreti regii professori scientiae religionis pro utroque cursu philosophico demandabatur. Anno 1810 ascendit cathedram poëseos vel primae classis humanitatis, quam, cum gymnasium totum secundum ordinem in Bavaria tunc temporis usitatum ad amussim instrueretur, etiam obtinuit. Anno 1815 iussus est, vi decreti regii bavarici, loco D. Iudae Thaddaei Zauner, consiliarii Salisburgensis aulici, doctoris et professoris nuper defuncti professuram historiae mundi universalis supplere, munere suo priore retento. Anno 1817, vi caesareo-regii decreti (3. Febr.) ei provisorio modo administratio praefecturae in c. r. gymnasio tradita est. Sed cum definitivo modo gymnasium secundum ordinem caesareo-regium Austriacum instrueretur, professuram linguae Graecae suscepit; sed hac conditione, ut in lyceo ut antea praelectiones historicas continuaret. Tandem, 4. Mart. 1819, examine publico pro cathedra historiae universalis optime peracto, contigit huic viro egregio, Deo favente, gaudium, ut illam definito modo acciperet. Sed praelectiones illae amoenae, quibus noster historiographus clarissimus auditores suos delectaverat, finiendae erant, cum benevolentia imperatoris Ferdinandi I. et intercessione reverendissimi principis et archiepiscopi Salisburgen-

sis Augustini Gruber anno 1835 monasterium Augustinianorum eremitarum desolatum in suburbio Mülln prope Salisburgum nostro monasterio connecteretur, et noster reverendissimus dominus abbas Nicolaus III. (Achatz) P. Michaelem administratorem illius nobis concessi monasterii designaret. Hanc dignitatem anno 1843 cum prioratu monasterii Michaelburani permutavit. Postquam per undecim annos rebus internis monasterii nostri consuluerat, catarrho abdominali laborare coepit, et 19. die Februarii 1854 noster dilectissimus pater prior, bis iubilaeus, plenus meritis, quae sibi de cultura et propagatione scientiarum collegerat, moneta aurea maiore decoratus, membrum insigne societatum historicarum Vindobonensis et Monacensis, bonum per omnia odorem et magnum sui relinquens desiderium, nos in terris deseruit, et, ut speramus, caelestia regna intravit.

Prelo tradidit sequentia opera:

I. Historisch-kritische Abhandlung über das wahre Zeitalter der apostolischen Wirksamkeit des heiligen Rupert in Bayern, und der Gründung seiner bischöflichen Kirche in Salzburg. (i. e. Historico-criticus tractatus de aevo vero laborum apostolicorum s. Ruperti in Bavaria, et fundationis ecclesiae suae episcopalis Salisburgi.) Salisburgi, 1831. Typis Francisci Xaverii Duyle, typographi et bibliopolae. 8°. 164 p.

II. Geschichte des salzburgisehen Benediktinerstiftes Michaelbeurn. (i. e. Historia monasterii Salisburgensis Benedictinorum Burae ad s. Michaelem.) 2 Bde. Salisburgi. Typis Francisci Xaverii Duyle. 8°. I. tom. XVI et 866 p., II. tom. 874 p.

Ab eodem manuscriptum sequens restat:

Historischer Kalender. (i. e. Calendarium historicum.)

Fink Iustinus Ioannes (de s. Monte Pannoniae), Sopronii eiusdem com. in Hungaria die 26. Apr. 1801 natus, s. habitu die 28. Oct. 1816 indutus, vota sollemnia die 19. Oct. 1822 emisit. 1822—24 professoris officio Sopronii functus, redux in s. montem, studiis s. theologiae antea interruptis denuo vacavit, quibus absolutis die 17. Aug. 1826 presbyter ordinatus est. 1826—34 professor gymn. Iaurini, 1834—38 Papae, 1838—50 Ginsii, 1850/51 director gymn. ibidem, 1851—56 munus subprioris, 1856—73 prioris, 1873—75 spiritualis in abbatia de Tihany obiit, quo anno die 5. Mart. pie in Domino obdormivit. Scripsit:

Mitgabe auf die Ferien. (i. e. Adhortatio iuventutis pro tempore, quo scholae interquiescunt.) In progr. gymn. Ginsiensis 1851. 4°. 3—6 p.

Fischer Beda (Murensis), ortum traxit ex Merenschwand in Argovia Helvetiae die 29. Iul. 1799, studiis operam dedit Lucernae et in Muris et sacram monasticen professus est die 30. Apr. 1820. Accepta sacra ordinatione munus subcustodis suscepit. Tempore suppressionis monasterii fuit capellae magister in Willisau, 1846 vero secutus est abbatem ad novum domicilium Griesense. Missus denique 1849 ad Sarnense collegium ibi mortuus est die 8. Ian. 1850. Erat egregius cantor et in componendis modis musicis peritus. Monasterium Griesense conservat eius antiphonas Marianas pro 4 vocibus, organo et violoncello.

Fischer Clemens (Muro-Griesensis), natus in Dagmersellen in ditione Lucernensi Helvetiae die 25. Iul. 1856, vota religiosa nuncupavit die 12. Dec. 1875. Absolutis studiis ad sacerdotium ascendit die

13. Iul. 1879. Organoëdus et sacrae musicae amicus iam aliqua composuit:

I. Missa de requiem ad 4 voces inaequales pro convictu Sarnensi.

II. Missa sollemnis „Consolatrix afflictorum“ ad 4 voc. inaequales. Ibid.

III. Offertorium „Exsultabunt sancti“ ad 4 voc. inaequales. Ibid.

IV. Missa sollemnis in Ut cum orchestro occasione 41. anniversarii electionis abbatis Adalberti. In monast. Gries.

Fixlmillner Placidus (Cremifanensis), Austriacus Achleitensis, die 28. Maii 1721 natus, liberalibus disciplinis Cremifani institutus, exacto tirocinio sacram professionem emisit die 1. Nov. 1738. Deinde Salisburgum discessit, suprema ibidem artium liberalium et philosophiae lauro ornatus unacum s. scripturae studio ceteras theologiae partes adprime didicit et legum utriusque fori peritiam accepit; subsecivas horas sacrae et profanae historiae, mathematicis disciplinis, orientalibus et occidentalibus linguis, arti musicae consecravit. Salisburgo redux primum sacrificium eucharisticum die 29. Iun. 1745 Deo obtulit. Ab anno 1746 s. canonum in academia illustrium professor, mox iuvenum illustrium subregens, deinde regens et altiorum scholarum decanus; die 4. Nov. 1760 notarius apostolicus in curia Romana inscriptus; ab anno 1762 astronomus et speculae astronomicae praefectus domi forisque clarus, monasterii decus et ornamentum obiit die 27. Aug. 1791. (Synopticam eius biographiam vide in: „De Luca, das gelehrte Oesterreich“.)

Vir in omni fere disciplinarum genere eruditissimus haec opera partim typis vulgata, partim manuscripta reliquit:

a) Libri impressi.

I. Specimen scripturisticum seu quaestiones selectae ex priore parte Genesis, a mundo condito usque ad mortem Abrahae. Salisburgi, 1742. 8°. Huic specimini, quod cum commilitone suo Raimundo Ioly Cremifanensi Placidus Fixlmillner edidit, clarissimus P. Corbinianus Thomas professus Elchingensis praefationem adiunxit.

II. Reipublicae sacrae origines divinae, seu ecclesiae Christi exterior iunctura, imperium et hierarchia e primigenia eius institutione eruta ac demonstrata. Pars prima ecclesiam ceu rempublicam sacram cum imperio et discrimine personarum generatim exhibens. Styrae. 4°. 212 p. Altera huius operis pars typis non vulgata exstat manuscripta. 2°. 365 p. In archivo observatorii astronomici. V. 16.

III. Meridianus speculae astronomicae Cremifanensis, seu longitudo eius geographica per magnum illud solis deliquium, ipsis Calendis Aprilis anni MDCCLXIV spectatum, examinatis variorum celebrium locorum observationibus accurate investigata atque inventa, et adiectis pluribus aliis spectaculis coelestibus, ad rem praesentem illustrandam facientibus, publici iuris facta. Styrae, 1765. 4°. 134 p.

IV. Decennium astronomicum, continens observationes praecipuas ab anno MDCCLXV ad annum MDCCLXXV in specula Cremifanensi factas una cum calculis, quibus partim ad tabulas astronomicas novissimas referuntur, partim ad definiendam longitudinem et latitudinem ipsius speculae applicantur. Adiectis insuper variis adnotationibus cum ad theoriam tum ad usum calculorum astronomicorum accomodatis. Styrae, 1776. 4°. 280 p.

V. Acta astronomica Cremifanensia, divisa in partes duas, quarum prior observationes ab anno 1776—91, earum calculis et comparationem cum tabulis, posterior vero exercitationes seu enodationes variarum materiarum astronomicarum complectitur. Styrae, 1791. 4°. 556 pag. Opus hoc augustissimo imperatori Leopoldo dedicatum denuo typis impressum est Styrae, 1793. 8°.

b) Libri manuscripti.

I. Commentarius in Arnoldi Corvini ius canonicum cum epitome praenotionum canonicarum, ceu supplementum titulo primo institutionum iuris canonici Arnoldi Corvini subrogata. 2°. 30 p. V. 17.

II. Notae in ius canonicum Arnoldi Corvini. 2°. 132 p. V. 18.

III. Commentarius in Arnoldi Corvini ius canonicum. 4°. IV tomi. V. 19.

IV. Meditationes in ius canonicum Corvini. 2°. 365 p. V. 20.

V. De fugiendis falsis praeiudiciis in emendatione philosophiae libri duo. Huius operis exstant sola tria prima capitula libri primi, cetera desunt. V. 21.

VI. Demonstratur, nullam contra doctrinam Galilei constitutam esse regulam fidei et ne potuisse quidem condi. Oratio academica. V. 22.

VII. De providentia Dei per res litterarias manifestata. Oratio academica. V. 23.

VIII. De philosophica illa regione Themistii. Oratio academica. V. 24.

IX. De ignorantia ignorantiaeque causis variis. Oratio academica. V. 25.

X. De cultu maiorum et Xongthi apud Sinas. Oratio academica habita 1773. V. 26.

XI. De vanitate astrologica et vera siderum virtute e genuinis principiis investiganda. Oratio academica habita 1776. V. 27.

XII. De cometarum praesagiis. Oratio academica habita 1769. V. 28.

XIII. De magiae veritate. Oratio academica habita 1768. V. 29.

XIV. Defenditur veritas spectrorum visorum. Oratio academica habita 1776. V. 30.

XV. In laudem principum, qui iurisprudentiam naturalem docendam praecipiunt. Oratio academica habita 1752. V. 31.

XVI. De pace. Oratio academica. V. 32.

XVII. Apologia pro retinendo iure communi et civili. Oratio academica habita 1750. V. 33.

XVIII. De theoria iurisprudentiae cum praxi coniungenda. Oratio academica. V. 34.

XIX. De honore ac veneratione iurisprudentiae sacrae hodiedum debita. Oratio academica habita 1770. V. 35.

XX. De notione genuina libertatis ecclesiasticae. Oratio academica habita 1771. V. 36.

XXI. Contra occultos ecclesiae insidiatores. Oratio academica habita 1765. V. 37.

XXII. Contra obtrectatores potestatis ecclesiasticae. Oratio academica habita 1775. V. 38.

XXIII. Hostes auctoritatis ecclesiasticae pessime abutuntur Iustiniani imperatoris exemplo. Oratio academica. V. 39.

XXIV. De crimine famosorum libellorum contra personas sacras et religiosas. Oratio academica habita 1781. V. 40.

XXV. Sponsaliorum causae iurisdictioni ecclesiasticae vindicantur. Oratio academica habita 1769. V. 41.

XXVI. De divinae legis in homicidas vi perdurante deque eius mitigatione per legem gratiae. Oratio academica habita 1774. V. 42.

XXVII. De modo extorquendi confessionem criminum per diras quaestiones seu torturas. Oratio academica. V. 43.

XXVIII. De iusto ac prudenti moderamine in censura librorum. Oratio academica habita 1775. V. 44.

XXIX. In laudem venationis. Oratio academica habita 1766. V. 45.

XXX. Ostenditur religionem alienam tolerari in republica interdum posse, immo debere. Oratio academica habita 1784. V. 46.

XXXI. Ostenduntur ingentes difficultates in casu tolerandae religionis adversae ante rem ponderandae. Oratio academ. habita 1784. V. 47.

XXXII. Pro bonorum ecclesiasticorum immunitate in Germania. Oratio academica habita 1780. V. 48.

XXXIII. Ostenditur, per pacem Westphalicam nullum verum ius circa bona ecclesiastica protestantibus cessa translatum fuisse, sed nihil nisi possessionem illacessitam. Oratio academica habita 1785. V. 49.

XXXIV. Pro Bonifacio papa VIII. contra Philippum Pulchrum, regem Francorum. Oratio academica habita circa annum 1750. V. 50.

XXXV. Defenditur Bonifacius VIII. papa potestatem vindicans indirectam in temporalia Philippi IV. regis Francorum. Oratio academica habita circa annum 1750. V. 51.

XXXVI. De iurisprudentia Borussica. Oratio academica. V. 52.

XXXVII. Disseritur quaestio, sinistra Poloniae fata alienae violentiae an potius malo reipublicae nexui sint tribuenda. Oratio academica habita 1772. V. 53.

XXXVIII. De causis inconstantiae pacis. Oratio academica habita 1781. V. 54.

XXXIX. De utilitate matheseos. Oratio academica habita 1763. V. 55.

XL. In laudem studii historici. Oratio academica habita 1764. V. 56.

XLI. De vera libertate philosophandi. Oratio academica habita 1768. V. 57.

XLII. Contra impudentes laudatores huius saeculi. Oratio academica habita 1774. V. 58.

XLIII. Contra vanum novum nomen illuminati huius saeculi. Oratio academica habita 1782. V. 59.

XLIV. De praeferendo in scholis studio linguae Latinae prae vernacula (Germanica). Oratio academica habita 1764. V. 60.

XLV. De praestantia ac necessitate linguae Latinae contra eius obtrectatores male interpretantes legem de praelectionibus publicis Germanice habendis. Oratio academica habita 1785. V. 61.

XLVI. De utilitate disputationum earumque modo. Oratio academica habita 1767. V. 62.

XLVII. De vitanda hypothesium servitute. Oratio academica habita 1773. V. 63.

XLVIII. De munere notariorum ecclesiae in laudem litterarum. Oratio academica habita 1760. V. 64.

XLIX. In laudem statutorum academicorum. Oratio academica. V. 65.

L. De privilegiis adolescentium studiosorum. Oratio academica. V. 66.

LI. De disciplina pietatis maximo eruditionis subsidio. Oratio academica habita 1765. V. 67.

LII. Super dicto s. Pauli I. Cor. 8, 1: Scientia inflat. Oratio academica. V. 68.

LIII. De sapientia non sobria sive criticorum excessu vitando. Oratio academica habita 1768. V. 69.

LIV. Imitandum esse adolescentibus litterarum studiosis institutum militare. Oratio academica habita 1767. V. 70.

LV. Scholares desides et immorigeros in periculo versari, ne aliquando in miseram et vilem vitae conditionem deiiciantur. Oratio academica habita 1778. V. 71.

LVI. De lege academica popinarum aditum prohibente. Oratio academica habita 1780. V. 72.

LVII. De debitis vacunae feriis. Oratio academica. V. 73.

LVIII. De utilitate studiorum monasticorum. Oratio academica. V. 74.

LIX. De difficultatibus emendandi scholas. Oratio academica habita 1766. V. 75.

LX. Ostenditur, adolescentes litterarum studiosos aptissimos esse scholarum altiorum reformatores. Oratio academica habita 1777. V. 76.

LXI. De iure scholarum Cremifanensium publicarum. Oratio academica. V. 77.

LXII. De intemperante ac perverso quorundam fervore in reformando scholarum negotio. Oratio academica. V. 78.

LXIII. In laudem rescripti caes. regii, qua defenduntur scholae coenobiorum contra infamem quemdam libellum. Oratio academica habita die 4. Nov. 1782. V. 79.

LXIV. Ad Cremifanensium scholarum fautores. Oratio academica habita in fine anni scholastici 1783. V. 80.

LXV. De conservatione academiae nostrae. Oratio academica habita initio anni scholastici 1784. V. 81.

LXVI. Quantum ad conservationem monasteriorum valeat pietas et eruditio. Oratio habita in sollemnitate iubilaei millenarii monasterii Cremifanensis 1777. V. 82.

LXVII. Originalbeobachtungen (astronomische). (i. e. Observationes astronomicae originales cum indice a P. Thaddaeo Derflinger adiecto.) V. 103.

LXVIII. Observationes Cremifanenses una cum calculorum resultatis (sive registrum). 3 vo-

lumina. 2°. (Pars I. 1762—72, II. 1772—82, III. 1782—92.) V. 104.

LXIX. Vermuthung eines wiederkehrenden Kometen. 1789. (i. e. Expectatio cometae anno 1789 redituri.) V. 105.

LXX. Anmerkung über des Herrn Professors Kordenbusch in Nürnberg Nachricht von der Mondesfinsterniss, die sich den 18. März 1783 ereignet hat. (i. e. Adnotatio de relatione, quam D. Kordenbusch professor Norimbergensis de defectione lunae die 18. Martii 1783 facta vulgaverat.) V. 106.

LXXI. De Venere in sole apparitura die 3. Iun. dilucidatio astronomica. V. 107.

LXXII. De geometrico calculo anomaliarum in orbita planetarum. Dissertatio astronomica scripta post annum 1766, quae fundamentum dissertationis insequentis fuit.) V. 108.

LXXIII. De problemate Keppleri seu anomalia media in excentricam et veram convertenda. V. 109.

LXXIV. Ordo calculi novissimi eclipseos solaris per parallaxes. Synopsis praelectionum astronomicarum. 4°. 56 p. V. 110.

LXXV. Calculus aberrationis stellarum fixarum novis demonstrationibus illustratus. V. 111.

LXXVI. Tabulae correctionum: quadrantis azimuthalis 4 pedum, quadrantis azimuthalis 2′ 1″ 5, tubi versorii muralis (lunette meridiane) sectoris 9 pedum. V. 112.

LXXVII. Investigationes novae in longitudinem observatorii Cremifanensis. V. 113.

Idem machinam invenit, qua circuli concentrici in vitro describi possunt.

Insuper imprimi fecit: Adsertiones de iure ecclesiastico tam publico quam privato etc. praeside P. Placido Fixlmillner. Styrae, Wimmer. 1777. 4°. 12 p.

Fleischmann Virgilius (Gottvicensis) in Braunau Austriae die 13. Iun. 1783 natus, s. habitu indutus 28. Oct. 1804, vota sollemniter professus est die 14. Iun. 1807 et primitias obtulit Omnipotenti die 25. Sept. 1808. Curam animarum gessit primo in monasterio, dein in parochiis Grünau et ad s. Vitum; 1813—22 fuit regens chori et alumnorum praefectus; 1822 parochus in Purg, 1833 in Rabenstein, 1844 in Markersdorf installatus est. 1852 in monasterium reversus deficientibus iam viribus et invalescente surditate, apoplexia tactus magis ac magis contabescens professus et sacerdos iubilaeus obiit die 14. Maii 1863. Vir in musica peritissimus, compositor et organoëdus praeclarus fuit.

Ab illo exstant seq. manusc. in archivo regenschoriatus adserv.

I. Missa 4 voc. c. org.

II. Mottet: „Ecce sacerdos magnus.“ 4 voc. c. org.

III. „Vidi aquam.“ 4 voc. c. org.

IV. 3 hymni vespert. 4 voc. c. org.

V. Hymnus: „Vexilla regis prodeunt“ pro Parasceve. 4 voc.

VI. Magnificat. 4 voc.

VII. Plures cantiunculae sententiae iocosae.

VIII. Vesperae 4 voc. transmutatae ex vesperis 3 voc. Michaelis Haydn.

IX. Adcommodationes oratoriorum: „Die Jahreszeiten und die Schöpfung“ et operarum: Titus, Zauberflöte, Entführung aus dem Serail, Così fan tutti, ad chordarum instrumenta.

Flor Carolomannus (San-Paulanus), natus est ad s. Paulum in Tiroli die 16. Nov. 1801; s. habitu indutus die 24. Oct. 1824; sollemniter professus die 28. Apr. 1828; sacerdos ordinatus die 8. Aug. 1830. Studiis philosophicis et theologicis in lyceo Clagenfurtensi anno 1831 absolutis, parocho ad s. Paulum in cura animarum gerenda cooperatus est. Ab anno 1833—35 professorem agebat classium grammaticalium in gymnasio Clagenfurtensi. Cum autem anno 1835 Ludovicus I. rex Bavariae monasterium, gymnasium et lyceum s. Stephani Augustae Vindelicorum Benedictinis ex Austria vocandis traditurus

esset, P. Carolomannus ab abbate Meinrado illuc deputatus est, et ibi docebat in gymnasio, plerumque in lyceo ab anno 1835—39, et ab anno 1843—47 archaeologiam, historiam, philosophiam, explicavit auctores classicos Graecos et Latinos tanto studiosorum in illis scientiis progressu et cum tanta superiorum laude, ut facultas philosophica universitatis Monachiensis eum doctorem philosophiae honoris causa renuntiaverit, et discedentem praeses collegii regiminis aegre et cum honorificentissimo testimonio dimiserit. Annis intermediis vel professor gymnasii ad s. Paulum vel parochus ad s. Georgium erat; ab anno 1849 iterum professor gymnasii superioris Clagenfurtensis explicabat auctores classicos Graecos et Latinos multo amore et insigni studiosorum fructui; istos quippe scriptores noctu diuque manu versabat, ad docendum semper paratus. Anno 1866 cathedra descendens, ad s. Paulum concessit, litteris vacans et parocho cooperans. Anno 1870 in Tirolim profectus Brixinae aegrotavit ex pulmonum inflammatione, et die 28. Oct. pie in Domino defunctus est. Erat vir multae eruditionis, praeter linguas antiquas Gallicam et Italicam bene cognitas habebat; erat poëta, egregia poemata stilo potissimum Latino magna facilitate contexuit, et vel in ephemeridibus: Carinthia inscriptis, vel data occasione seorsim typis expressit praeterea societatis historicae pro Suevia et Carinthia erat sodalis et delectus ad deliberandum; nec non sodalis academiae „degli Quiriti".

Sequuntur eius scripta typis impressa:

I. De antiquae tragoediae praestantia, qua ad actus sollemnes in regio instituto litterario catholicae confessionis ad s. Stephanum Augustae Vindelicorum XII. Calendas Sept. anni 1838 rite celebrandas invitat Carolomannus Flor, philologiae et historiae in lyceo professor. Augustae, typis Lauterianis. LXXI p. 4°.

II. Die classische Lectüre vom Standpunkte der christlichen Anschauung. (i. e. De modo lecturae christianae.) Programm des k. k. Staatsgymnasiums zu Klagenfurt am Schlusse des Studienjahres 1855. Druck bei Johann Leon. p. 1—44. 8°.

III. Die classische Lectüre vom Standpunkte der christlichen Anschauung. (Item ut supra.) Fortsetzung und Schluss. Programm des k. k. Gymnasiums zu Klagenfart. Am Schlusse des Studienjahres 1856. Klagenfurt, Druck von Joh. Leon. p. 1—86. 8°.

IV. Zur Geschichte der Pelasger. (i. e. Ad historiam Pelasgorum notata.) Programm des k. k. Gymnasiums zu Klagenfurt. Am Schlusse des Studienjahres 1859. Klagenfurt, Druck von Joh. Leon. p. 1—72. 8°.

V. Zur Geschichte der Pelasger. (Item ut supra.) Schluss. Programm des k. k. Gymnasiums zu Klagenfurt am Schlusse des Studienjahres 1860. Klagenfurt, Druck bei Joh. Leon. p. 1—59. 8°.

VI. Ueber eine hetrurische Inschrift auf einer Sphinx von Bronze. (i. e. Inscriptio Etruscica in sphinx aerea.) Abgedruckt im Archiv für vaterländische Geschichte und Topographie. Herausgegeben von dem historischen Vereine für Kärnten. Klagenfurt, Druck von J. Leon. 4. Jahrg. 1858. p. 22—30. 8°.

VII. Ueber eine kleine bronzene Sphinx aus Siebenbürgen. (i. e. Sphinx parva aerea in Transylvania inventa.) Archiv, 4. Jahrg. p. 95—110.

VIII. Ueber die erloschene etruskische Inschrift am Spitzelsofen in Unterkärnten. (i. e. Inscriptio deleta Etruscica in Spitzelsofen.) Archiv, 5. Jahrg. 1860. p. 89—110.

IX. Ueber den seligen Domitian, Herzog in Kärnten. (i. e. Beat. Domitian, dux Carinthiae.) Archiv, 7. Jahrg. 1862. p. 1—32.

X. Ueber ein Pestkreuz. (i. e. De cruce contra pestem erecta.) Archiv, 10. Jahrg. 1866. p. 243—252.

XI. Die hetrurische Inschrift ob Würmlach in Oberkärnten. (i. e. Inscriptio Etruscica prope Würmlach in Carinthia superiori.) Carinthia, 9. Jahrg. 1858. No. 9. p. 33—35. 8°.

XII. Zur Geschichte der deutschen Mundarten. (i. e. Ad historiam dialectorum linguae Germanicae.) Carinthia. No. 25. p. 97—99.

XIII. Die Grafen von Widman. (i. e. De comitibus Widman.) Nach einer Handschrift mitgetheilt. Carinthia, 1858. No. 32. 33. 34. 35. 36. 44.

XIV. Die Wälschen in der Sage. (i. e. Wallones in mytho Carinthiae.) Carinthia, Jahrg. 1865. No. 1. p. 57—66. gr. 8°.

XV. Ueber die altslavischen Alterthümer in Kärnten. (i. e. De antiquitatibus Slavicis praehistoricis in Carinthia.) Carinthia, 1865. No. 8. p. 318—330.

Foffa Bonaventura (Muro-Griesensis), natus Monasterii in Rhaetia die 24. Aug. 1828, Merani studuit et absoluto gymnasio ingressus ordinem s. Benedicti vota emisit sollemnia die 16. Sept. 1849. Sacerdos inauguratus die 31. Aug. 1851 mox docere incepit mathesim et physicam, postea vero disciplinas theologicas tradidit in monasterio. Parochiam Griesensem qua vicarius administravit, 1856 magister novitiorum et subprior, 1860 decanus nominatus est, muneri docendi semper insistens. Plura, quae historiam statumque monasterii respiciunt, collegit.

Inter alia scripsit etiam:

I. Instructiones pro novitiis et fratribus clericis professis. 4°. 124 p., in instruct. Muro-Gries.

II. Exercitia octiduana spiritualia, in variis fascic. ibid.

III. Instrumenta bonorum operum iuxta regulam s. P. Benedicti exposita et illustrata. Ibid.

Fojtényi Cassianus Franciscus (de s. Monte Pannoniae), Strigonii eiusdem com. in Hungaria die 15. Sept. 1812 natus, s. habitu die 16. Oct. 1829 indutus, emissis die 1. Apr. 1839 votis sollemnibus et studiis s. theologiae absolutis die 26. Iul. 1837 presbyter ordinatus est. 1837—38 orator a sacris in monte s., 1838—43 professor gymn. Iaurini, 1843—47 Strigonii, 1847—49 professor doctrinae religionis in academia Posoniensi, 1849—50 orator a sacris in monte s., 1850—51 ibidem professor et promagister novitiorum, 1851—66 professor Iaurini, 1866—70 denuo professor et promagister novitiorum in s. monte, nunc Comaromii otio fruitur.

Vir litterarum Lat. et Hung. studiosissimus haec edidit:

I. Égi lant. Vagyis egyházi énekek, litániák és imádságok. A tanuló ifjuság egyházi használatára. (i. e. Lyra caelestis ad usum iuventutis studiosae.) Győr. 1841. Ed. 11. Győr. Fischer. 1872.

II. A görög régiségtan rövid egybefoglalata. (i. e. Breviarium antiquitatum Graec.) A magyar ifjuság használatára. Buda. 1846. 8°. 147 p.

III. Görög régiségtan. (i. e. Antiquitates Graecae.) Győr. Sauerwein. 1852. 8°. 279 p.

IV. Egy tekintet Horatius Flaccus Quintus műveire. (i. e. Quaedam de carminibus Q. Horatii Flacci). In progr. Iaurin. 1852/3. 4°. p. 3—11.

V. Quintus Horatius Flaccus énekei IV. könyvének 9-ik éneke magyarul. (i. e. Carm. Horatii l. IV. c. 9 in Hung. conversum.) Ibid. 1855/56. 4°. p. 3—7.

VI. Balde Jakab, a nagy német-latin költő. (i. e. De Iacobo Balde poeta.) Ibid. 1859/60. 4°. p. 1—23.

VII. Complura eius carmina Hungarica et dissertationes minores in diversis libellis period. in lucem prodierunt.

Förster Carolomannus (Gottvicensis) in Lindenau Silesiae die 15. Mart. 1722 natus, Hornae in Austria in litteris excultus in monasterio Gottvicensi se totum Deo dicavit per sollemnem professionem die 15. Nov. 1741. Theologicis studiis domi optime imbutus primam Deo hostiam

obtulit 1747 die 8. Nov. Alumnos musicos per plures annos bonis artibus excoluit, ac demum primo in abbatia Szalavár in Hungaria, postremo in parochia Pfaffendorf in Austria zelosissimum cooperatorem egit, ubi vitam finivit die 21. Iun. 1760. Exstat:

Collectaneorum historicorum conscriptorum a P. Carolomanno Förster tom. secundus (primus deest). 1 vol. man. in biblioth. Gottv. adserv. No. 1064.

Forsthuber Edmundus (Cremifanensis) antea Franciscus X., in parochia Gruenburg superioris Austriae die 26. Nov. 1811 natus tam gymnasii quam philosophiae studia Cremifani absolvit; quadriennii theologici tribus annis in lyceo Linciensi confectis s. habitu die 21. Sept. 1835 sumto die 22. Sept. anni insequentis in regulam s. P. Benedicti iuravit et ultimo cursus theologici anno Lincii absoluto ad presbyteratus dignitatem die 18. Mart. 1837 evectus est. Prioribus duobus vitae sacerdotalis annis partim subsidiarius in Pfarrkirchen, partim professor in gymnasio supplens, 1839—50 classium grammaticalium, deinde humanitatis professor; 1850—1867 professor linguae Latinae et Graecae in gymnasio superiore, simulque praefectus bibliothecae academicae; 1867 e gymnasio ad parochiam Neuhofen discedens, aurea c. r. cruce cum corona pro bonis meritis decoratus, 1870—71 in Weisskirchen, 1871—79 in Ried parochus, nunc parochiae Pettenbacensi praeest.

Publici iuris fecit:

I. Predigt bei der siebenhundertjährigen Jubelfeier des Cistercienser Stiftes Wilhering den 10. Sept. 1846 gehalten. (i. e. Oratio sacra ad iubilaeum annum monasterii Hilariensis, ord. Cist.) Linz, gedruckt bei Feichtingers sel. Witwe. 1847. 8°. 23 p.

II. Predigt bei der Primizfeier etc. in der Stiftskirche Kremsmünster gehalten. (Oratio s. habita in ecclesia Cremifanensi, cum etc. primitias celebraret.) Linz, Schnellpressendruck von Feichtingers Erben, 1851. 8°. 15 p.

III. Marcus Antonius Flaminius, poeta latinus saeculi XVI. Gymnasialprogramm. Linz, Druck von Feichtingers Erben. 1856. 4°. 18 p. Verlag der Gymnasialdirection.

Praeterea conscripsit epistulas, quas dicunt, rotulares 46 defunctorum monachorum Cremifanensium. Lincii, typis Feichtinger heredum, sumtibus Cremifanensibus. 2°.

Frauenberger Ernestus (Cremifanensis), Austriacus Wimsbacensis, die 3. Ian. 1769 natus, humaniorum et philosophicorum studiorum cursum in scholis Cremifanensibus confecit; die 8. Sept. 1790 s. veste indutus; theologicis disciplinis Viennae in seminario generali imbutus die 6. Ian. 1793 vota sollemnia emisit, et die 6. Mart. eiusdem anni primum ad altare Dei sacerdos introiit. Cooperator in Viechtwang et Vorchdorf; 1808—1824 ad s. Conradi, 1824—30 in Kirchham, 1830—32 in Weisskirchen et ab anno 1832 in Steinerkirchen parochus obiit die 24. Apr. 1840.

Reliquit sequentes cantus vocum sonis rescriptos, quibus non suum nomen, sed nomina: Donnamonte, Donemontano, Arnustus Mannthaler adscripsit: 8 Missas, 1 Requiem, gradualia et offertoria, 1 Stabat mater, 2 Miserere, multas antiphonas de Beata, 1 Tantum ergo, 1 Asperges me, cantilenas nuptiales, melodramata: „Der Mair in Faistenbuehel“ et „Der Meisenfang“, quorum textum P. Leopoldus Koplhuber (vide: Koplhuber Leopoldus Cremifanensis) conscripsit, et cantica P. Mauri Lindemayr Lambacensis dialecto Austriae superioris scripta vocum sonis expressit.

Freh Alphonsus Alexander (de s. Monte Pannoniae), Ginsii com. Castrif. in Hungaria die 11. Aug. 1832 natus, s. ha-

bitu die 15. Sept. 1850 indutus, vota sollemnia die 29. Maii 1855 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 31. Aug. 1857 presbyter ordinatus est, ex quo tempore Ginsii degit, et quidem 1857—63 professor gymn., 1863—67 orator a sacris, dehinc denuo professor. Scripsit:

I. Kőszeg viránya. (i. e. Herbarum genera, quae Ginsii nascuntur.) In progr. gymn. Ginsiensis 1875/6. 8°. p. 3—33.

II. A kőszegi kath. kisgymnasium terménytári gyüjteményei. (i. e. De thesauro rerum naturalium gymnasii minoris cath. Ginsiensis.) Ibid. 1877/8. 8°. p. 1—37.

Frei Ursus Victor (Murensis), in Olten Helvetiae in lucem editus 1710, ad professionem s. pervenit 1727. Qua parochus multum pro gloria Dei et salute animarum laboravit tam in Buenzen quam apud Muros et in Bosvil. Mortuus est die 12. Apr. 1768. Compilavit:

I. Chronik für die Pfarrei Buenzen. (i. e. Liber chronicorum parochiae Buenzen.) In archiv. paroch. Buenz.

II. Chronik für die Pfarrei Bojvil. (i. e. Liber chronicorum parochiae in Bojvil.) In archiv. eiusdem.

Frida Hieronymus (Břevnoveno-Braunensis), Bohemus Curimensis (Kouřim), natus 19. Sept. 1729, professione s. Deo sese dedicavit die 31. Maii 1751, ac die 21. Mart. 1756 presbyter ordinatus est. Doctoris philosophiae lauream adeptus suscepit munus professoris theologiae in instituto monasterii, postea vero in universitate Pragena professor hermeneuticae V. T. et linguae Hebraicae constitutus est. Ab anno 1792, quo apoplexia tactus est, infirmus die tandem 25. Sept. 1806 huius vitae miseriis eripitur.

Ab ipso in publicum prodiit:

Institutiones hermeneuticae veteris testamenti utilitati suorum auditorum adcommodatae. Vol. unum. 8°. 327 p. Pragae litteris Ioann. Car. Hraba. (Sine anno.)

Frieb Bernardus Iosephus (Scotensis), Iglaviae in Moravia natus die 24. Dec. 1818, cum gymnasii studia Iglaviae et philosophica in univ. Vindob. coluisset, monasterium B. M. V. ad Scotos Viennae ingressus est die 5. Oct. 1836, ibique die 29. Sept. 1840 vota sollemnia emisit. Absolutis deinde s. theologiae studiis in univ. Vindob. rem sacram primo 1. Ian. 1842 perpetravit. Neomysta pueris cantoribus educandis praefectus cum per aliquot menses hoc munus obiisset, cooperator missus est ad s. Georgium in Gaunersdorf. Unde in monasterium revocatus 1844, professorem egit supplentem nec non exhortatorem in c. r. gymnasio ad Scotos, donec tentaminibus publicis anno 1843 pro class. gramm. nec non anno 1847 pro class. hum. adprobatus, anno 1849 actualis linguae Graecae professor in eodem gymnasio est designatus, cuius partes usque adhuc sustinet. Anno 1873 iterumque 1876 atque tertia vice 1879 cooptatus est in amplum collegium virorum, qui urbis Vindobonensis res civicas curant.

Conscripsit ad programmata gymnasii ad Scotos:

I. Pro 1854: Das Fuhrwerk bei Homer. (i. e. Vehicula Homeriaca.)

II. Pro 1868: Das Wohnhaus bei Homer. (i. e. Aedificia Homeriaca.)

Friess Godofredus (Seitenstadiensis), Waidhofii ad Ibbisam, in Austriae inferioris oppido die 1. Oct. 1836 natus, absolutis gymnasii Cremifanensis studiis die 17. Oct. 1857 in monasterio Seitenstadiensi

s. ordinis nostri veste indutus, die 20. Apr. 1862 suscepit vota sollemnia. Sacerdos die 27. Iul. 1862 inauguratus professor supplens in c. r. gymnasio Seitenstadiensi per duos annos historiam ac geographiam docuit. Ab anno 1864 universitatem Vindobonensem frequentans studiis historicis operam navavit. Unde examinibus absolutis domum reversus iam inde ab anno 1866 in gymnasio monasterii historiam universalem et geographiam docet atque anno 1873 bibliothecae, 1879 tabulario Seitenstadiensi est praefectus. Librorum editorum nomine dictus est conservator c. r. monumentorum artis et historiae Austriae inferioris, doctor philosophiae, liberi Germanici collegii Francofurti ad Moenum sodalis honorarius et magister, societatis geograph. et historicae Austriae inferioris correspondens, qui vocatur, et complurium imperii Austriaco-Hungarici et Germanici litterarum societatum verus sodalis.

Edidit hos libros:

I. Geschichte der Stadt Waidhofen an der Ibbs. (i. e. Historia urbis Waidhofii ad Ibbisam.)

II. Geschichte der Stadt Ibbs in Niederösterreich. (i. e. Historia urbis Ibissae in Austria inferiore.)

III. Geschichte des Marktes Scheibbs. (i. e. Historia oppidi Scheibbs.)

IV. Geschichte der Eisenindustrie in Niederösterreich. (i. e. Historia fabricae ferrariae in Austr. inferiore.)

V. Ordalien in Niederösterreich. (i. e. Ordalia in Austria inferiore.)

VI. Geschichte des Einfalles der Baiern in Niederösterreich 1741. (i. e. Historia Bavarorum anno 1741 Austriam inferiorem invadentium.)

VII. Briefe den Aufstand der Wiener im Jahre 1462 betreffend. (i. e. Epistulae seditionem civium Vindobonensium anno 1462 illustrantes.)

Haec omnia in annalibus societatis historicae Austriae inferioris pernoscendae continentur.

VIII. Die Dioecesan-Synode zu Passau im Jahre 1419. (i. e. Synodus dioeceseos Pataviensis anno 1419 habita.)

IX. Klehsl und der Rat zu Wien. (i. e. Klehselius et magistratus civitatis Viennensis.)

X. Geschichte des Protestantismus in Waidhofen an der Ibbs. (i. e. Historia reformationis in urbem Waidhofiensem introductae.)

XI. Die Häretiker des XIV. Jahrhunderts in Niederösterreich. (i. e. De haereticis saeculo XIV. in Austria inferiore versantibus.)

Haec ephemeride „Hippolyto“ dioeceseos San-Hippolytanae complexa sunt.

XII. Geschichte des ehemaligen Collegiat-Stiftes Ardagger. (i. e. Historia antiquae ecclesiae collegiatae Ardagger.)

XIII. Fünf unedirte Ehrenreden Peter Suchenwirts. (i. e. Petri Suchenwirt poëtae Austriaci saeculo XIV. viventis quinque poëmata nondum edita.)

Haec in libris caes. reg. academiae litterarum Vindobon. continentur.

XIV. Studien über das Wirken der Benedictiner in Oesterreich. (i. e. Commentationes labores monachorum ordinis s. P. Benedicti in Austria illustrantes.) 5 Hefte. In annalibus c. r. gymnasii Seitenstadiensis 1868—72.

XV. Die Herren von Kuenring. (i. e. Historia gentis dominorum de Kuenring.) Wien, 1873.

XVI. Geschichte des Wallfahrtsortes Sonntagberg. (i. e. Historia montis sancti peregrinationibus sacris celeberrimi.) Waidhofen 1875.

XVII. Geschichte des Bistums St. Pölten im Mittelalter. (i. e. Historia dioeceseos Sanhippolytanae aevo medio.) Wien, 1876.

XVIII. Ludwig Ströhmer, Abt zu Seitenstetten. Necrolog. (i. e. Narratio de vita et factis defuncti Ludovici Ströhmer abbatis Seitenstadiensis o. s. B. bene meriti.) Waidhofen, 1868.

XIX. Begharden und Waldenser in Oesterreich. (i. e. Historia haereticorum Beghardensium et Waldensium in Austria versantium.) Wien, 1875.

XX. Historia ordinis s. P. Benedicti in imperio Austriaco-Hungarico. (Introductio in „Scriptores ordinis s. P. Benedicti“ in eodem imperio degentes historica.)

Manuscripta:

XXI. Beiträge zu einer Geschichte der Hussiteneinfälle in Niederösterreich. (i. e. Nonnulla ad historiam Hussitarum in Austriam inferiorem invadentium attinentia.)

XXII. Diplomatische Regesten über das Geschlecht der Herren von Meissau. (i. e. Regesta diplomatica ad gentem dominorum de Meissau spectantia.)

XXIII. Die Herren von Pilichdorf. (i. e. Historia gentis dominorum de Pilichdorf.)

XXIV. Diplomatische Regesten über das Geschlecht der Herren von Ebersdorf. (i. e. Regesta diplomatica ad gentem dominorum de Ebersdorf spectantia.)

XXV. Geschichte von Garsten. (i. e. Historia monasterii o. s. B. Garstensis.)

XXVI. Diplomatische Regesten über das Geschlecht der Herren von Pottendorf. (i. e. Regesta diplomatica ad dominos de Pottendorf spectantia.)

Fritz Franciscus (San-Blasianus, postea San-Paulanus), natus est in Grafenhausen in magno ducatu Badensi die 20. Nov. 1786; s. habitu indutus in divo Blasio die 8. Nov. 1803; sollemniter professus in divo Blasio die 20. Sept. 1807; sacerdos ordinatus ab episcopo Lavantino die 3. Sept. 1809. Omnibus litterarum studiis in divo Blasio absolutis, anno 1808 in univ. Vindob. praecipuam operam insuper navavit s. scripturae et linguis orientalibus, et anno 1810 in lyceo Clagenfurtensi professor constitutus est studii biblici V. F. et linguarum orientalium, pluribus annis simul studii biblici N. F. In lingua Latina et Graeca optime versatus, professorem eximium egit, suavitate oris, facilitate et elegantia sermonis Latini, claritate expositionis, iusta rerum et argumentorum dispositione auditores alliciebat et convincebat. Praeter doctas praelectiones per plures annos omnibus theologiae alumnis s. scripturam ad usus practicos explicabat; et per plures annos etiam director spiritualis erat fratrum clericorum, in spiritu s. Benedicti eos educans. Ab anno 1836 usque 1839 simul studii theologici director functus est. Anno 1837 a cathedra theologica avocatus, praefecturam gymnasii Clagenfurtensis suscepit et tenebat usque 1848, de cultura studiosorum in scientiis et moribus vitae optime merens. Tot et tantis in ecclesiam et civitatem meritis insignis, ab imperatore Ferdinando moneta maiori aurea cum fascia pro meritis decoratus est anno 1844. Societatis historicae Carinthiae anno 1843 fundatae proto-director erat constitutus, a quo loco sponte recedens manebat societatis sodalis et delectus ad deliberandum; ab anno 1844 etiam collegio Clagenfurtensi superior praeerat. Multis hisce negotiis occupatus, anno 1848 apoplexia ictus collapsus, lentam sustinens corporis resolutionem, die 18. Sept. 1849 pie et placide in Domino obdormivit. Erat vir acutissimi ingenii, multiplici eruditione excultus, linguas classicas, orientales, Gallicam et Italicam bene doctus, animo Nathanael, sincerus s. Benedicti filius, sacerdos intemeratus; omnium amor laborum eius quaestus.

Scripsit latiorem narrationem vitae Trudperti Neugart (Benedictini San-Blasiani, postea San-Paulani) typis impressam in: Kaltenbäcks Oesterreichischer Zeitschrift für Geschichte und Staatskunde, 1836. No. 22. sqq.

Alius falso se auctorem subscripsit.

Porro rogatus a directore studii theologici Clagenfurtensi anno 1835 scripsit iudicium de ratione studii theologici tunc in Austria vigente, accuratum et subtile, ad supremum studiorum senatum Vindobonensem transmissum, quod diu post ipsius obitum typis expressum est in ephemeride Augustana: „Sion“ inscripta, et quidem in utroque volumine mensis Octobris 1856 sub titulo: Ueber den gegenwärtigen theologischen Studienplan in Oesterreich. Von einem ehemaligen Professor der Theologie.

Frölich Colomannus (Mellicensis), Austriacus Gemnicensis, natus die 3. Iunii 1700; 3. Ian. 1723 vota sollemnia emisit et die 21. Mart. 1729 sacerdotio initiatus est. Artis commode scribendi et musices gnarus post ordinationem regens chori et scriba granarii in monasterio fuit, annis 1739—44 parochus in Gainfahrn exstitit, unde infirmus in monasterium rediit. 1747 fuit vicarius in Immendorf, 1784 in aula Viennensi registrator et die 9. Nov. 1763 in monasterio supremam obiit diem.

Scripsit:

Goldenes Büchlein Von der Betrachtung und Gebeth, Welches der Heilige, Erleuchteste, Ehrwürdige P. Fr. Petrus v. Alcantara aus dem Orden des H. Franciscus der Mindern Brüdern, der strengeren Observanz, in Spanischer Sprache geschrieben: Nachmals Fr. Antonius von Dulcken, Carthäuser zu Cöln ins Latein übersetzet, wiederum ihrer Vornehmlichkeit wegen im Jahre 1747 eine Hochwürdige Weltliche Geistlichkeit zu Tyrnau in Druck gegeben: Nunmehro aber Besonders zu Nutzen der Anfänger des Geistlichen Lebens In Deutscher Sprache verfasset hat P. Colomannus Fröhlich, aus dem Orden des H. Erzvaters Benedictus in dem freyen Stifte Mölck. (i. e. Libellus aureus de arte orandi et meditandi, sec. s. Patrum de Alcantara aliorumque editiones Germanica fide reddidit Fröhlich Colom.) Cum Licentia Superiorum. Krembs, gedruckt bey Ignatz Anton Präxel. 1762. 8°. min.

Fuchs Beatus (Murensis), natus Einsidlae in Helvetia die 12. Aug. 1777, Deo se dicavit sollemnibus votis die 29. Iun. 1794 et ad sacerdotium evectus est die 19. Sept. 1801. Homo fuit magnae eruditionis et pietatis, qui philosophiam et theologiam docuit, studiis praefuit, abbati qua secretarius adstitit, etiam oeconomiam gubernavit, ut superior collegium Sarnense rexit, tandem in osculo Domini diem supremum clausit Griesi die 6. Apr. 1853. Multa scripsit, quin aliquid typis mandaret.

I. Diaria nonnulla pro historia sui temporis, monasterii Murensis et reipublicae Helveticae haud exigui momenti. In archiv. Muro-Gries.

II. Miscellanea. Philosophische Betrachtungen über verschiedene Gegenstände. Sammlung religiöser Sprüche. Poetische Stücke. Nützliche Hausmittel. In bibl. Muro-Gries.

III. Entwurf einer Geschichte der Muri-Ereignisse vor 1835. (i. e. Eventuum mon. Murensis ante annum 1835 delineatio.) Cui praefixit titulum:

Qui Vulpes fueram dictus, vocor, ecce, Beatus.
Si vulpem exuero, quidni beatus ero!

IV. Copiam cum animadversionibus fecit manuscripti P. Geroldi Brandenberg, monachi s. Galli „adversaria ab anno 1770 ad 1800“, quae agunt de casu monasterii s. Galli. In bibl. Muro-Gries. Cod. 2. 26.

Fuchs Benno (Cremifanensis), Austriacus Oehlingensis die 3. Maii 1813 natus, humanitatis studia in gymnasio Mellicensi, philosophiam in lyceo Cremifanensi edoctus, s. ordinis vestem accepit die 19. Sept. anni 1834; haustis in lyceo Linciensi theologiae mysteriis die 24. Sept. 1838 professus et insequentis anni die 15. Iul. sacris initiatus est. 1839—41 in diversis parochiis subsidiarius, 1841—53 professor classium grammaticalium in gymnasio, deinde per biennium secretarius RR. abbatis Thomae

Mitterndorfer, ab anno 1855 rebus monasterii oeconomicis praeest.

Typis excudi fecit:

I. Gespräch zwischen einem Pfarrer und Bauer über die heil. Kirchenpatrone und verschiedene christliche Wahrheiten. (i. e. Confabulatio parochum inter et rusticum de s. patronis ecclesiarum et de diversis doctrinis fidei christianae.) Linz, Druck von Feichtingers Erben. 1851. 12°. 76 p.

II. Predigt am Feste des heil. Pankraz. (Oratio s. habita in festo s. Pancratii martyris.) Linz, ibid. 8°. 11 p.

III. Predigt zur Primizfeier des etc. gehalten zu Haag in Unterösterreich am 7. Aug. 1853. (i. e. Concio sacra dicta occasione sollemn. primitiarum.) Linz, ibid. 8°. 14 p.

Praeterea in ephemeridibus „Katholische Blätter“ multas dissertationes vulgavit et tractatus aliquot de rebus oeconomicis scripsit.

Fuchsz Bonifacius Franciscus (de s. Monte Pannoniae), s. theologiae doctor facultatis theol. in r. univ. Budapest. collegiatus, Ginsii com. Castrif. die 17. Nov. 1839 natus, die 8. Sept. 1855 s. habitu indutus, die 8. Aug. 1861 vota sollemnia emisit. Absolutis in regia scientiarum univ. Budapestin. s. theologiae studiis die 11. Ian. 1863 presbyter ordinatus est, ex quo tempore ad annum 1879 professor iuris et historiae ecclesiasticae in s. monte, caerimoniarius, tum secretarius ill. d. archiabbatis, ab anno 1879 Sopronii officio superioris domus et oratoris s. festivalis fungitur. Scripsit:

I. Predigt beim feierlichen Erstlingsopfer des Leopold Fr. Bierbauer, Benedictiner u. s. w. (i. e. Oratio sacra, cum L. Bierbauer o. s. B. primam Deo offerret hostiam.) Gehalten in Güns, 26. Dec. 1864. Gedr. Güns. Bertalanffy 1865. 8°. 15 p.

II. Egyházi beszéd, melyet nt. Bertalanffy Theodóz Szombathelyen 1865. Okt. 1-én tartott ujmiséje alkalmával mondott. (i. e. Oratio s. occasione primitiarum Theodosii Bertalanffy o. s. B. habita.) Szombathely. Bertalanffy. 1865. 14 p. 8°.

III. Egyházi beszéd, melyet ft. Szkalka Kandid aranymiséje alkalmával mondott 1873. szept. 28. (i. e. Oratio s. occasione sollemnium semisaecularium Candidi Szkalka o. s. B.) Győr. Czéh. 1873. 8°. 15 p.

IV. De declaratione Cleri Gallicani de 19. Mart. 1682. Dissertatio pro obtinendis gradibus theologicis, a. 1865. Ms. 2°. 138 p.

V. Scripsit de variis rebus (num. 81) in encyclopaedia societatis s. Stephani. Budapest. 4°.

VI. A pannonhalmi főapátság elkülönitett egyház-területe. (i. e. De separato territorio archiabbatiae de s. M. Pannoniae). Et: A pannonhalmi székesegyház és főmonostor. (i. e. Ecclesia cath. et monasterium de s. M. Pann.) In opere: Győr megye és városa cet. (V. Fehér Hipp.) p. 206—8 et 439—46.

Fuchs Gregorius (Admontensis), in pago Kloech Stiriae inferioris natus 20. Oct. 1821, vota sollemnia emisit 11. Iul. 1846, et 23. Aug. eiusdem anni primitias celebravit. Per totam fere vitam sacerdotalem erudiendae iuventuti addictus, cum in gymn. domestico tum Iudenburgensi Leobiensique professorem et directorem egit. Per aliquot annos insuper cancellariae et rei vinariae praefectus etiam prioris munere functus est 1863—66. Studiosae iuventutis pater et fautor, historiae paternae amator, obiit vir valde honorandus apoplexia cerebri tactus Leobii 24. Febr. 1878, doctor philosophiae, reverendissimi principis episcopi Seccov. consiliarius et pluribus societatibus qua membrum activum adscriptus.

Scripsit:

I. Errichtung der Silbergruben in Zeirnig. (i. e. De metallis argenti in Zeirnig.) Graz, 1855.

II. Die Gründung des Hospitales in Sauerbrunn. (i. e. De fundatione nosocomii in Sauerbrunn.) 1855.

III. Geschichte des Gymnasiums zu Judenburg. (i. e. Gymnasii Varunensis historia.) 1855.

IV. Geschichte des Benedictiner Ordens. (i. e. Ordinis s. Benedicti historica delineatio.) 1856.

V. Die letzten Lebensjahre Ulrichs von Lichtenstein. (i. e. De ultima Udalrici ab Lichtenstein vivendi ratione.) 1856.

VI. Der Dom zu Seckau. (i. e. Ecclesia cathedralis Seccoviensis.) 1856.

VII. Historische Rundschau um Judenburg. (i. e. Investigationes historicae in circuitu Varunensi.) 1857.

VIII. Geschichte des Bisthums Seckau. (i. e. Dioecesis Seccoviensis historica descriptio.) 1858.

IX. Die ältesten Pfarren in Steiermark. (i. e. Antiquissimae parochiae in Stiria.) 1859.

X. Kurzgefasste Geschichte des Benediktinerstiftes Admont. (i. e. Brevis historiae Admontensis delineatio.) Graz, 1859. 8°.

XI. Abt Gottfried von Admont. (i. e. Godefridus abbas Admontensis.) Mittheil. des histor. Vereines für Steiermark, 1861.

XII. Abt Irimbert von Admont. (i. e. Abbas Irimbertus Admontensis.) Ibid. 1861.

XIII. Abt Engelbert von Admont. (i. e. Abbas Engelbertus Admont.) Ibid. 1862.

XIV. Abt Heinrich II. von Admont und seine Zeit. Ein kulturhistor. Zeitgemälde aus dem Mittelalter. (i. e. De abbate Henrico II. Admontensi suoque aevo disquisitio historica.) Graz, 1869.

XV. Das Admontthal. Geographische Skizze. (i. e. Vallis Admontensis delineatio geographica.) Leobner Gymn. Progr. 1872.

XVI. Die Gründung der Benediktiner Abtei Admont vor 800 Jahren. (i. e. De fundatione abbatiae Admontensis o. s. B. ante VIII saec.)

Fuxhoffer Damianus (de s. Monte Pannoniae), in Jaák com. Castrif. in Hungaria die 11. Ian. 1741 natus, vota sollemnia die 15. Oct. 1759 emisit et die 16. Mart. 1766 sacerdotio initiatus est. Tum s. ordine sublato tum eo anno 1802 restituto usque ad annum 1809 officio administratoris parochiae in Aszófő laudabiliter functus, reliquam vitae partem spiritualis in abbatia de Tihany degit, ubi die 27. Febr. 1814 piam Deo reddidit animam.

Omnibus fere auxiliis destitutus, summa tamen diligentia curaque scripsit:

I. Damiani Fuxhoffer benedictini Pannonii, in alma dioecesi Veszprémiensi parochi Aszófoinsis et ven. districtus Füredіensis vice-archidiaconi Monasteriologia Regni Hungariae, in qua libris V synoptice, originario-diplomatice describuntur omnia singulorum religiosorum ordinum monasteria, quae unquam ab ingressu Hungarorum in Pannoniam fundata fuerunt. Weszprimii. Typis et sumptibus Michaelis Sammer. Anno MDCCCIII. Duo tantum libri (2°. IV + 264, IV + 301 p.) editi sunt; primus complectitur monasteria ordinis s. Benedicti, alter monasteria ordinum: Praemonstratensis, Cisterciensis, Crucigerorum, s. Ioannis Hierosolymitani, Templariorum, Equitum Teutonicorum, Canonicorum regularium s. Augustini, s. Sepulchri, Superpelliciatorum et Eremitarum s. Augustini in Hungaria domiciliatorum. Tres libri posteriores manu scripti adservantur in bibliotheca centrali in s. monte; complectuntur autem (lib. III. 2°. 163 p.): monasteria s. ord. Carthusianorum, Dominicanorum, s. Francisci conventualium et observantium, Guilelmitarum, Camaldulensium; (lib. IV. 2°. 195 p.): prioratus PP. Paulinorum, Servitarum, Carmelitarum, Trinitariorum, Iesuitarum et Piaristarum collegia, monasteria seu nosocomia FF. Misericordiae, Camillanorum, Nazarenorum, Canonicorum s. Antonii et s. Lazari, denique a rubea stella; (liber V. 2°. 78 p.): monasteria omnium sanctimonialium virginum, quaecunque ab ingressu Hungarorum in Pannoniam fundata fuerunt.

II. Damiani Fuxhoffer benedictini Pannonii cet. Principia generalia iuris Hungarici (Verbőczius compendiatus). 1792. 4°. 99 p. Ms. Ads. in bibl. centrali.

III. Damiani Fuxhoffer cet. Episcopi Nitrienses. 1801. 4°. VIII + 60 p. Ms. Ads. ibid.

IV. Damiani Fuxhoffer cet. De statu ecclesiae Pannonicae libri V. 1806. 4°. t. 1. (liber 1—3) 177 p.; t. 2. (liber 4) 111 p.; t. 3. (lib. 5) 32 p. Ms. Ads. ibid.

V. Damiani Fuxhoffer cet. Museum Benedictinum de monasteriis o. s. B. 4°. 903 + XXIV p. et quidem: Pars I. Complectens monasteria Germaniae et Belgii, tamquam Germaniae inferioris: *a)* Germania benedictina 424 p. *b)* Germania transrhenana 56 p. *c)* Belgium benedictinum 39 p. *d)* Supplementum ad monasteria Germaniae o. s. B. 71 + XXIV p. — Pars II. Complectens monasteria Galliae, Angliae et Siciliae: *a)* Gallia benedictina α) Coenobia o. s. B. in Gallia 44 p. β) Coenobia sanctimonialium o. s. B. in Gallia. 10 p. *b)* Anglia benedictina. 192 p. *c)* Sicilia benedictina. 72 p. — Pars III. De sacris ordinibus regularibus sub regula s. Benedicti institutis. 78 p. — Pars IV. De variis congregationibus, reformationibus, statutis in ordine benedictino. 57 + 60 p.

Füredi (antea Pukli) Albinus Franciscus (de s. Monte Pannoniae), Baiae com. Bács. in Hungaria die 30. Iun. 1848 natus, s. habitu 8. Sept. 1866 indutus, die 5. Oct. 1871 vota sollemnia emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis, die 28. Iul. 1872 presbyter ordinatus est, ex quo tempore ad annum 1877 officio professoris Papae est functus, quo anno s. ordinem deseruit. Scripsit:

I. A spanyol inquisitio vázlatos története. (i. e. Brevis historia inquisitionis Hisp.) In progr. gymn. Papensis 1875/6. 4°. p. 3—14.

II. Pápai lapok. (Lib. period. Papenses.) Redegit anno 1876.

Füssy (antea Fuchs) Thomas Aloysius (de s. Monte Pannoniae), director societatis s. Stephani, in Zimony in confiniis militaribus die 11. Apr. 1825 natus, die 15. Sept. 1841 s. habitu indutus, vota sollemnia die 6. Sept. 1849 emisit et eodem anno die 16. Sept., absolutis in s. monte s. theologiae studiis, presbyter factus est. 1849—55 professoris, 1855—64 directoris gymn. Papensis officio laudabiliter functus, ex eo director societatis, quam diximus, permissu ill. d. archiabbatis, Budapestini degit.

Vir summae industriae atque assiduitatis haec scripsit:

I. Átalános földrajz. (i. e. Geographia universalis.) Az algymnasiumi 1. osztály számára. Kiadja a jó és olcsó könyvkiadó társulat. Pest. 1851. Müller Emil könyvnyomdája. 8°. 30 p., cum tabella geogr. Ed. 2. 1854. Ibid.

II. Egyetemes földrajz. (i. e. Geographia universalis.) Középtanodai használatra. Pest. 1862. Emich. 8°. 226 p. Edit. 2. Ibid. 272 p.

III. Világtörténelem a katholikus tanodák számára és magánhasználatra. (i. e. Historia universalis pro scholis cath. cet.) Scrips. Th. Füssy et Cl. Vaszary. 1. et 3. t. Pest. 1863. Wodianer. 8°. 253, 284 p. 2. t. Esztergom. 1863. Horák. 8°. 232 p.

IV. A szentirás uj Concordantiája. (i. e. Novae concordantiae bibliorum.) Ed. Füssy. Pest. 1871. Hunyadi Mátyás-intézet. 8°. 678 + XII p.

V. VII. Pius pápasága. (i. e. De pontificatu Pii VII.) Budapest. Kiadja a sz. István-társulat. Nyomat. Athenaeum. 8°. 2 t. XVI + 430, XVI + 442 p. Collectionis, quae „Házi könyvtár" inscribitur, 23. et 24. t.

VI. IX. Pius pápasága. (i. e. De pontificatu Pii IX.) Cetera ut supra. 1878. 1. t. 8°. XVI + 640 p., 2. t. XVI + 560 p. (Coll. 28. et 29. t.) Opus nondum perfectum.

Ex aliis linguis in Hung. convertit haec:

VII. Welter világtörténelme. (i. e. Hist. univ. Th. B. Welter.) Ed. 2. Pest. 8°. Lampel Róbert. 1871. 3 fasc.

VIII. Schmid Kristóf ifjusági iratai. (i. e. Libri Christophori Schmid iuventuti destinati.) 10 t. 12°. 1859 sqq. Pest. Emich.

IX. Balmes. A gyakorlati ész. (i. e. Ratio practica. Scrips. Balmes.) Arany könyvecske mindenki számára. Kiadja a sz. István-társulat Emich G. nyomdásznál. Pest. 1864. 8°. VI + 102 p.

X. Dupanloup B.: A september 15-diki conventio és a december 8-diki encyclica. (i. e. Conventio de die 15. Sept. et encycl. dd. 8. Dec.

Scrips. Felix Dupanloup.) Pest. 1865. Emich. 8°. 96 p.

XI. Wappler. A katholikus egyház története főgymn. felsőbb osztályok számára. (i. e. Historia ecclesiastica.) Pest. Hunyadi Mátyás-intézet. 1870. 8°. 205 p. Sine nomine.

XII. Tanulságos történetkék jó gyermekek számára. Schmid Kr. hátrahagyott irataiból. (i. e. Narratiunculae utiles ex relictis Chr. Schmid scriptis.) Eger. 1875. Érs. lyc. nyomda. 16°. 64 p.

Varia opera redegit, ut:

XIII. Ifjusági Plutarch. (i. e. Plutarchus pro iuventute.) Simul cum Claudio Vaszary et Attilio Méry redegit. Eger. 1858—60. Érs. lyc. könyvnyomda. 6 fasciculi. Füssy haec scripsit: *a)* Szent Benedek. (i. e. Sanctus Benedictus.) I. 1. p. 1—21. *b)* Paulai sz. Vincze. (i. e. S. Vincentius de Paula.) Ibid. p. 229—54. *c)* Schmid Kristóf. (i. e. Vita Christophori Schmid.) I. 2. p. 187—210. *d)* Pirker János László. (i. e. Vita I. L. Pirker.) I. 3. p. 90—118. *e)* Eszterházy Miklós. (i. e. Vita Nicolai Eszterházy). I. 4. p. 18—46. *f)* Maria Stuart. II. 1. p. 102—21.

XIV. Szünórák. (i. e. Horae subsicivae.) Pest. 1862. Emich G. 8°. 4 t.

XV. Kath. lelkipásztor. (i. e. Collectio orationum s.) 1866—68. Pest. Emich. 6 t. Ed. Talabér és Füssy. 1869—70. Pest. Athenaeum. 2 t. Red. et ed. Th. Füssy.

XVI. Családi olvasmányok. (i. e. Lectiones domesticae.) Kiadja a sz. István-társulat. Pest. 1867/8. Emich G. m. akad. nyomdásznál. 2 t. 8°. 248 et 240 p.

XVII. Katholikus néplap. (Libelli periodici pro populo.) Pest. 4°. 1865—74.

XVIII. Szent István-társulat naptára. (i. e. Calendarium societatis s. Stephani.) Pest. 8°. 1865—75.

XIX. Jelenkor. (Fasciculi ecclesiastico-historici.) Kath. egyháztörténelmi közlöny. Red. J. Talabér et Th. Füssy. Budapest. 1874. Hunyadi Mátyás-intézet. 8°. IV + 832 p.

XX. Jelenkor. (Ephemeris politica, sòcialis, litteraria, oeconomica.) Red. J. Talabér et Th. Füssy. Budapest. 1875. Athenaeum. 2°.

XXI. Tájékozó. (Fasciculi ecclesiastici.) Red. et ed. Th. Füssy. Budapest. 1878 sqq. 8°.

XXII. Alkalmi beszédek. (i. e. Orationes pro certis occasionibus.) Pest. 1868. Emich G. 8°. 216 p.

XXIII. Piros könyv. (i. e. Liber ruber, lectiones iucundae.) 2 t.

XXIV. Halotti beszédek. (i. e. Orationes funebres.)

XXV. Programmata gymnasii Papensis, in quibus scripsit: *a)* Néhány szó a görög nyelvről és nemzetről. (i. e. Quaedam de lingua et natione Graeca.) 1850/1. 4°. p. 3—6. *b)* Az egyház áldásos befolyása Európa sorsára nézve a népvándorlatok alkalmával. (i. e. Quantum ecclesia Europae profuerit tempore migrationis populorum.) 1852. 4°. p. 3—6. *c)* A szent irodalom s egyházi remekirók használatáról az iskolákban. (i. e. De optimis ecclesiae scriptoribus in scholis legendis.) 1853. 4°. p. 3—7. *d)* Madártömésről. (i. e. Pelles avium quo modo possint tomento veris avibus adsimilari.) 1855. 4°. p. 3—6. *e)* A tanoda s a szülék vagy helyetteseik közti viszony gyermekeik oktatását és nevelését illetőleg. (i. e. Parentes [vel qui officio illorum funguntur] debere una agere cum professoribus in liberis docendis et educandis.) 1855/6. 4°. p. 3—9.

XXVI. Minores demum eius dissertationes, narratiunculae cet. tam in illis, quae redegit, operibus, libellis, ephemeridibus, quam in his sunt vulgatae: Religio, Győri közlöny, Életképek, Családi lapok, Tanodai lapok, Magyar sajtó, Pesti hirnök, Budapesti közlöny, Idők tanuja, Magyar állam, Gyermekek lapja, Bokréta, Monde (Paris), Salzburger Kirchenblatt, Magyar korona, Szent István-társulati encyclopaedia, Pázmányfüzetek, Tanférfiak, szülők s nevelők évkönyve. Uj magyar Sion, Hazánk, Divatcsarnok cet.

Gabely Emericus Leopoldus (Scotensis), in Hungariae vico Ienoe, qui pertinet ad abbatiam Scotensem de Telky, natus est die 2. Iun. 1825. Qui bonis in litteris eruditus in gymnasio Budensi post philosophiae cursum consummatum in lyceo episcopali Vacii in Hungaria castra s.

Benedicti secutus et in monasterio B. M. V. ad Scotos s. habitu indutus est die 21. Sept. 1845. Votis igitur sollemnibus nuncupatis die 29. Sept. 1849, cum s. theologiae praelectiones in univ. Vindob. excepisset, presbyter ordinatus est die 3. Aug. 1850 et die 11. Aug. eiusdem anni in vico patrio incruentum Deo sacrificium obtulit. Deinde docendi in gymnasio ad Scotos munus obiit. Quod cum per aliquot annos supplevisset, die 15. Iul. 1853 tentaminibus publicis pro mathematicis et physicis approbatus, professor p. o. est designatus die 16. Aug. 1856, cuius partes usque adhuc sustinet. Eidem monasterii clerici in lingua Hungarica erudiendi tradebantur inde ab anno 1859. Die vero 9. Febr. 1858 aa. ll. et philosophiae doctoris in univ. Vindob. obtinuit gradum posteaque bis anno 1864 et 1873 collegii doctorum facultatis philosophicae in eadem universitate decanus electus, ibidemque procurator nationis Hungaricae die 2. Apr. 1871 postulatus est. Fuit praeterea unus ex iis, qui societatem meteorologicam Viennae die 1. Maii 1866 fundavere.

Conscripsit ad programm. gymnasii ad Scotos:

I. Pro anno 1860: Das Problem des Apollonius. (i. e. Apollonii problema.)

II. Pro anno 1864: Ueber Witterungsverhältnisse. (Agitur de meteorologicis.)

Typis porro edidit hanc orationem nuptialem:

III. Herzliche Worte gesprochen bei der Trauung des H. Ferdinand Weindl, Ingenieur, mit Frl. Marie Hayek in der Pfarrkirche zu den Schotten. 2 fol. 4°. Viennae, 1872.

Gácser Leo Ioannes (de s. Monte Pannoniae), abbas B. M. V. de Dömölk, aa. ll. et philosophiae doctor, facultatis phil. in regia univ. Pestinensi collegiatus, s. sedis consistorialis archiabbatialis adsessor, Posonii eiusdem com. in Hungaria die 8. Apr. 1787 natus, die 5. Nov. 1803 s. habitu indutus, vota sollemnia die 14. Apr. 1808 emisit et absolutis Iaurini et in s. monte s. theologiae studiis die 30. Aug. 1810 presbyter ordinatus est. Variis deinde monasterii officiis, uti professoris gymn. Tyrnaviensis 1810—16, Posoniensis 1816—1818, prioris et professoris in abbatia de Bakonybél 1818—21, historiae universalis et pragmaticae regni Hung. apud alumnos s. ordinis Iaurini 1821—23, subprioris et magistri novitiorum in s. monte 1823—32, magistri novitiorum 1832—34, prioris ibidem 1834—38 maxima cum laude functus, hoc anno abbas Dömölkiensis nominatus est, ibique die 28. Sept. 1856 pie in Domino obdormivit.

Rerum in primis asceticarum peritissimus scripsit:

I. Epipompethicon honoribus celsissimi ac rev. domini Ernesti S. R. I. principis in Schwarzenberg, ducis Crumloviae cet. Dei et apost. sedis gratia episcopi Iaurinensis. Dum sollemni ritu inauguraretur, dicata a clero iuniore s. Montis Pannoniae o. s. B. Anno 1819 die 24. Mart. Typis Leopoldi Streibig. 4°. 4 p.

II. Ascesis benedictina Leonis Gácser. 4°. 80 p. Ms. Ads. in bibliotheca centrali in s. monte.

III. Meditationes. 4°. 200 p. Ms. Ads. ibid.

IV. Rude sceleton, quo primas lineas disciplinae monastico-benedictinae adumbrare tentavit atque venerabili conventui s. Martini de s. M. P. in eiusdem obsequium debita cum subiectione humillime substravit Leo Gácser o. s. B. abbas B. M. V. de Dömölk. Mensis Mart. die 9. 1842. 2°. 28 p. Ms. Ads. ibid.

Gaes Edmundus (San-Blasianus), natus est Friburgi in Brisgovia. Ab

ineunte aetate morigeri animi, et optimi ingenii cum industria coniuncti specimina dedit, pietate sua, comitate morum aliisque virtutibus, superioribus et confratribus omnino acceptus, qui magnam ideo de eo spem concipiebant, cui explendae nil nisi firmior valetudo defuit. Post restauratum conventum San-Blasianum, recens adsumptis fratribus theologiae magister exstitit, posthac sacellanus reverendissimi, sed phtysi consumptus, cum omnimoda in divinam voluntatem resignatione, die 27. Apr. anni 1777 piissime obiit, anno aetatis 37mo, magno sui apud omnes relicto desiderio.

Sequitur eius manuscriptum:

Diarium monasterii s. Blasii 1775—77. Continet (in folio) 200 folia. Ads. in archivo San-Paulano No. 164.

Gärtner Corbinianus (a s. Petro Salisburgi), Tirolensis ex Schwaz natus 14. Iun. 1751, absolutis Halae et Oeniponti studiis humanioribus et Salisburgi philosophicis, monasterium ingressus mense Oct. 1769, votis sollemnibus 22. Oct. 1770 emissis, 12. Iun. 1774 primam missam celebravit. Post absoluta studia theologica ex iisdem pro suprema laurea examinatus et approbatus, iuridico studio operam dare iussus simul fratribus iunioribus theologiae repetitor praefectus est. Anno 1781 ex utroque iure universo pro laurea suprema examinatus et approbatus per quatuor annos confessarius monialium s. Ursulae Salisburgi exstitit. Anno 1786 suadente principe archiepiscopo Herbipolim, Moguntiam, Wezlariam, Göttingam, demum Lutetiam Parisiorum contendit, ut in utroque iure et disciplinis historicis et diplomaticis perfectius excoleretur. Anno 1789 redux doctor utriusque iuris creatus in univ. Salisb. ss. Canones, ius Germanicum privatum et rem diplomaticam docuit, ad quas disciplinas anno 1805 accesserunt praelectiones ex iure feudali et causis civilibus. Anno 1806 rector universitatis electus hoc munere functus est usque ad transformationem universitatis in lyceum 1811. Praeterea ab anno 1805—10 actualis adsessor seu consiliarius in iustitiae administratione supremae instantiae sub regimine electorali, Austriaco et Bavarico functus est. Demum laboribus fessus ex universitate in monasterium redux litterarum studiis privatis vixit. Obiit 24. Maii 1824 professione iubilaeus.

Sequuntur eius scripta:

I. Lamberts Jos. Christenlehrpredigten oder Anweisung über die Gebothe Gottes und der Kirche, für das Landvolk an den Sonntagen das Jahr hindurch zu gebrauchen. (i. e. Instructio catechetica de decalogo et praeceptis ecclesiae.) Aus dem Französischen übersetzt. Augsburg, Wolf. 1786. 8°. 781 p.

II. Das grosse Officium Mariae in einer verständlichen Uebersetzung zum Behufe derer, die dasselbe beten sollen oder wollen. (i. e. Officium magnum Marianum Germanicae fidei reddidit.) Salzburg, 1786. 8°.

III. De iure capitulorum Germaniae condendi statuta. Commentarius specialis. Salzburg, Duyle. 1794. 8°. 40 p.

IV. Akademischer Versuch über das Vogteirecht im Allgemeinen, mit Anwendung auf das hohe Erzstift Salzburg. (i. e. De iure praefecturae.) Ibid. 1794. 8°. 80 p.

V. Apologie des akademischen Versuches über das Vogteirecht. (i. e. Praecedentis tractatus apologia.) Ibid. 1796. 4°. 8 p.

VI. De iure summi pontificis in erectione academiarum Germaniae catholicarum. Ibid. 1795. 4°. 16 p.

VII. Corpus iuris ecclesiastici catholicorum novioris, quod per Germaniam obtinet. Salis-

burgi, Zaunrith. 1797 et 1799. 8°. Tomi 2. I. p. 521. II. 498 p.

VIII. Geschichte und Verfassung des 1701 für den Salzburger Landadel errichteten militärischen Ruperti-Ritter-Ordens nebst dem Ordenscodex und einem Verzeichnisse aller bisherigen Ritter mit kurzen Nachrichten von ihrem Leben. (i. e. De ordine equestri militari s. Ruperti.) Ibid. 1802. 8°. 217 p.

IX. Ioan. Christoph. Gattereri epitome artis diplomaticae. Editio nova et completa. Ib. 1806. 8°. 339 p.

X. Das besondere österreichische Kirchenrecht, in Aphorismen. (i. e. Ius canonicum Austriacum speciale.) Ibid. 1807. 8°. 188 p.

XI. Urkunden über die Entstehung und Verfassung des Gymnasiums und der hohen Schule zu Salzburg. (i. e. De institutione et statu gymnasii nec non universitatis Salisburgensis litterarum monumenta.) Sine loco. 1808. 8°. 56 p.

XII. Von den Freiheiten der gallikanischen Kirche. (i. e. De libertatibus ecclesiae Gallicanae.) Aus dem Französischen des Peter Pithou übersetzt. In der Quartalschrift für katholische Geistliche. Salzburg, 1812. 8°. p. 193—237.

XIII. Salzburgische gelehrte Unterhaltungen. (i. e. Amoenitates litterariae Salisburg.) Salzburg, Duyle. 1812 et 1813. 8°. 4 Hefte. I. 116 p.; II. 182; III. 198; IV. 160.

XIV. Lebensgeschichte des hochwürdigsten Fürsten und Herrn Hieronymus Ioseph Erzbischofes zu Salzburg. (i. e. Archiepiscopi Salisburgensis Hieronymi vitae delineatio.) Ibid. 1812. 8°. 55 p.

XV. Katholische Glaubens- und Tugendlehre für die gebildete weibliche Jugend. (i. e. Institutio dogmatico-moralis pro iuventute feminea.) Salzburg, Mayr. 1814. 8°.

XVI. Chronik von Salzburg von Judas Thaddäus Zauner fortgesetzt. (i. e. Libri chronicorum Zauneri continuatio.) Salzburg, Mayr. Theil VIII: 1816. 8°. 587 p. Th. IX: 1818. 620 p. Th. X: 1821. 720 p. Th. XI: 1826. 704 p.

XVII. Einleitung in das gemeine und deutsche Kirchenrecht mit besonderer Rücksicht auf Baiern und Oesterreich. (i. e. Institutionis iuris canonici Germanici programma.) Nach dem System des Maurus Schenkl. Augsburg, Wolf. 1817. 8°. 397 p.

XVIII. Elisabeth, die heilige Landgräfin von Thüringen. Ein Erbauungsbuch zunächst für das weibliche Geschlecht. (i. e. S. Elisabetha landgravia Thuringensis, — liber precum pro iuventute feminea.) Augsburg, Wolf. 1819. 8°. 132 p.

XIX. Vollständiges Gebetbuch für katholische Christen. (i. e. Liber precationum.) Augsburg, Wolf. 1824. 8°.

Galle Alexander (Mellicensis), Moravus Twaroznensis, natus est die 25. Ianuarii 1766 et absolutis studiis philosophicis die 15. Aug. 1790 vestem s. Benedicti induit. Emissa die 24. Aug. 1791 sollemni professione die 12. Oct. eiusdem anni sacerdotio initiatus est. Post ordinationem primo vicarium in Wullersdorf, dein professorem theologiae moralis et pastoralis et sacristam egit. Ab anno 1799 curae animarum in Fahndorf, 1809 in Zwerndorf, 1813 in Lassee, dein iterum in Zwerndorf et Fahndorf operam dedit. Anno 1833 ultimo Sept. haeres a fratre in dignitate militari constituto per testamentum designatus, a summo pontifice Gregorio XVI. ordinis et monasterii deserendi facultatem petiit, et approbante hoc consilium episcopo Sanhippolytano Iacobo Frint et permittente abbate Mariano obtinuit, ut sibi liceret e monasterio egredi, et ad clericatum saecularem transire, ea tamen lege, ut ordinis, cui sollemni voto adstrictus erat, signum aliquod saltem interius semper gestaret. Anno 1836 Viennae supremum obiit diem. Scripsit:

I. Populäre Moral der christlichen Religion. (i. e. Liber moralis vulgari genio confectus.) Wien, 1813. 8°.

II. Kurzer Unterricht in der christkatholischen Religionslehre. Zur nützlichen Erläuterung

und Wiederholung des vorgeschriebenen Katechismus, in Fragen und Antworten. (i. e. Instructio brevis religionis catholicae.) Wien, 1817. Bei B. Ph. Bauer. 8°.

III. Sieben Predigten über gute christliche Kindererziehung. (i. e. Conciones septem de educatione catholica.) Wien, 1812. 8°.

Eques de Gallenstein Meinradus (San-Paulanus), natus est Graecii in Stiria die 25. Mart. 1811; s. habitu indutus die 28. Sept. 1830; sollemniter professus die 1. Apr. 1834; sacerdos ordinatus die 6. Aug. 1834. Studiis theologicis in lyceo Clagenfurtensi anno 1835 absolutis, parocho ad s. Paulum cooperari coepit, et morbo cholera affectos intrepide et indefesse providendo egregie meruit. Ab anno 1838 in gymnasio San-Paulano, postea Clagenfurtensi erat professor classium grammaticalium, et ab anno 1849 in gymnasio Clagenfurtensi inferiori docebat linguam Latinam, Germanicam et historiam naturalem usque ad annum 1870, quo oculis laborare coepit, et obcoecatione increscente muneri docendi renuntiavit; remediis frustra tentatis, multa passus die 3. Augusti 1872 in Domino obdormivit. Ratione docendi excellebat, discipulos prudenter et strenue tenens. Studio naturae rerum totus deditus, magnam copiam scarabaeorum, concharum, plantarum et mineralium collegit et conservavit, eamque publico usui conferens, auctor erat musaei historico-naturalis Carinthiae. Societatum, quae historiam naturalem colunt, sodalis erat Ratisbonensis, Bambergensis et Carinthiae; societatum agragiarum Moraviae, Silesiae, Stiriae et Carinthiae erat sodalis, et illius in Neutitschein correspondens.

Sequuntur, quae typis expressit:

I. Kärntens Land- und Süsswasser-Conchylien. (i. e. De conchyliis Carinthiae.) Klagenfurt, 1852. Gedruckt bei Ferdinand v. Kleinmayr. 78 p. 8°.

II. Kurze Anleitung für Studierende zum Sammeln und Conserviren der verschiedenartigen Naturalien behufs der Anlegung kleiner Sammlungen. (i. e. Brevis instructio ad colligenda et conservanda rerum naturalium exempla.) Programm des k. k. Gymnasiums in Klagenfurt. Am Schlusse des Studienjahres 1854. Druck von Johann Leon. p. 1—35. 8°.

Gangginer Bonifacius (Murensis), Suitensis ex Lachen in Helvetia natus 1738, emissis votis in monasterio receptus 1756, parochiam Murensem 1768—75 et Homburgensem 1775—76 administravit, postea decanus in coenobio, tandem oeconomus in Klingenberg, quo in loco decessit ex hac vita die 23. Iun. 1800.

Scripsit asceticos et historicos libellos:

I. Anleitung zur geistlichen Gemüthsversammlung oder h. Exercitien. (i. e. Directorium exercitiorum pro sanctimonialibus Hermetis villae o. s. B.) 4°. 112 p. In bibl. Muro-Gries. Cod. 10. 115.

II. Historisches aus der Zeit der Fürstäbte Fridolin, Bonaventura II, Gerold II. (i. e. Historicorum ex tempore abbatum . . . collectio.) Fol. in archiv. Muro-Gries. G.

Gasser Vincentius (Muro-Griesensis), Tirolensis ex Welschellen natus die 20. Iul. 1840, vota nuncupavit monastica die 6. Dec. 1862 et die 9. Oct. 1864 sacerdos inauguratus est. Docuit in monasterio disciplinas philosophicas usque 1868, quo anno variarum linguarum intellegens professor in gymnasio Sarnensi nominatus est. Edidit:

I. Abstammung der italienischen und französischen Sprache und ihr Lautverhältniss zur lateinischen Schriftsprache. (i. e. De origine linguae Italicae et Gallicae earumque connexu cum

Latina.) Programm der Lehranstalt in Sarnen. Stans ap. C. von Matt, 1879. 4°. 12 p.

II. Kurzgefasster geschichtlicher Abriss der Prälatenklöster Deutschtirols. (i. e. Ms. historia monasteriorum Sonnenberg, Marienberg, Wilten, Fiecht, Neustift, Gries, Stans.) 4°. 87 fol. 1869. Bibl. Muro-Gries. Cod. 3. 103.

III. Blumenstrauss aus den Tiroler Alpen. (600 biographiae scriptorum, artificum vel aliorum distinctorum Tirolensium.) 2 vol. 4°. continuatur.

Gassner Theodorus (Admontensis), in Austria superioris pago Laakirchen natus 3. Oct. 1804, Admontis votorum compos factus 18. Nov. 1827, primit. celebravit 3. Febr. 1828. Primo cooperator in Landl constitutus, iam anno 1829 ad iuventutem erudiendam transiit in gymn. Iudenburgense ad 1836, Graecense 1836—49, ab anno 1844—48 simul munere vicedirectoris in c. r. convictu Graecensi fungens. Graecium relinquens Celleiense gymnasium rexit 1850—51, Budense 1851—61, dein illud Oeniponti 1861—72. Merita huius viri de re scholastica erant talia, ut imperator Franciscus Iosephus virum doctum cruce aurea pro meritis cum corona et postea cruce equitum ordinis Francisci Iosephi condecoraret et titulo consiliarii scholastici insigniret. Pluribus societatibus adscriptus etiam inter alios vocatus est ad regendam rem scholasticam in provincia Tirolensi. Otio optime promerito utens, Theodorus die natali montem Kitzbüchlerhorn ascensurus apoplexia tactus sub divo animam Deo reddidit 3. Oct. 1874 et in coemeterio oppidi Kitzbühel sepultus est. Scripsit:

I. Albert von Muchar. Necrolog. (i. e. Alberti de Muchar vitae delineatio.) Mitth. des hist. Vereines für Steiermark. I. 13.)

II. Botanische Notizen über den Hochwart im Judenburger Kreise. (i. e. Notata botanica de monte Hochwart in districtu Verunensi.) Mittheilungen von Freunden der Naturwissenschaften. Wien, 1849. V. Bd.

III. St. Stephan, König von Ungarn. (i. e. De S. Stephano Hungarorum rege.) Ofner Gymn. Progr. 1854.

Gatscher Leonardus (Seitenstadiensis). In arce Rohrbach parochiae Weistracensis Austriae inferioris die 6. Dec. 1841 natus, absolutis gymnasii studiis in monasterio Seitenstadiensi die 22. Sept. 1859 s. habitu s. P. Benedicti est indutus eodemque die anni posteri, vota simplicia, quae dicuntur, suscepit. Nuncupatis die 24. Sept. 1863 votis sollemnibus die 31. Iul. 1864 primum obtulit missae sacrificium. Per duos annos in c. r. gymnasio Seitenstadiensi professoris supplentis munere functus, per triennium in univ. Vindob. litterarum studiis operam dedit; quibus absolutis ab anno 1869 in c. r. gymnasio Seitenstadiensi professor historiae universalis est constitutus idemque ab anno 1871 convictui monasterii praefectus.

Scripsit et litteris gymnasii Seitenstadiensis 1879 anno editis inseruit:

Drei Sagen aus der Geschichte Oesterreichs zur Zeit der Babenberger. (i. e. Tres fabulae de rebus Austriacis ex tempore Babenbergensium.)

Gatscher Norbertus (Seitenstadiensis). Natus die 16. Apr. 1844 in arce Rohrbach parochiae Weistrach Austriae inferioris, absolutis gymnasii studiis in monasterio Seitenstadiensi et Mellicensi, coetui s. P. Benedicti die 21. Sept. 1862 est adscriptus. Votis sollemnibus die 24. Sept. 1866 nuncupatis atque theologiae s. studiis absolutis die 4. Aug. 1867 primam obtulit hostiam incruentam. Per duos annos in c. r. gymnasio Seitenstadiensi professoris

supplentis munere functus, per triennium candidatus magisterii in univ. Vindob. in litterarum studia incubuit, quibus absolutis anno 1872 professorium linguas classicas docendi munus repetiit idemque anno 1878 convictui monasterii Seitenstadiensis est praefectus. Scripsit:

Der Benedictinerorden und die Wissenschaft. Predigt, gehalten bei Gelegenheit der eilfhundertjährigen Jubelfeier des Stiftes Kremsmünster. (i. e. Ordo Benedictinorum et litterae. Concio habita Cremifani, cum sollemnia saecularia undecima huius monasterii agerentur.) Linz, Quirin. 1878.

Gerbert ab Hornau Martinus (Princeps abbas San-Blasianus), natus est Horbae ad Nicarum civitate — tunc anterioris Austriae — nunc Würtembergiae die 12. Aug. 1720; Pater Antonius erat eiusdem civitatis capitaneus, patrinus princeps abbas Murensis Placidus Zurlauben. Puerulus 5 annorum graviter aegrotus, incendio urbis patriae ereptus, postea rudimenta linguae Latinae Ehingae auspicatus est; deinde translatus Friburgum Brisgoviae grammaticae navavit operam apud P. P. societatis Iesu, quibus renitentibus a fratre germano Francisco occulte et furtive quasi ad s. Blasium deductus fuit. Magistrum habuit P. Gregorium Reble, cultioribus litteris rite imbutum, cui libros Latinos, classicos praesertim occulte surripuit, et in campanili absconditos recreationum horis evolvit, haud vulgarem inde Latinae linguae usum iam in scholis humanioribus nactus, quem in operibus eius prelo commissis laudarunt docti. Duodennis igitur puer suscepto habitu togatis s. Blasii scholaribus fuit adsociatus, et sedecim annorum iuvenis anno 1736 die 28. Oct. cum novem sociis studiosis novitiatum ingressus. Expleto anno sequenti 1737 tyrocinio eodem 28. Oct. vota sollemnia emisit, annos aetatis habens 17 cum duobus mensibus. Musices amator et peritus frater clericus adhuc missas aliquot composuit atque offertoria pro festis Domini et sanctorum, quae unacum iis P. Remigii Kleesattel typis Augustae Vindelicorum publici iuris factae fuere. Haec offertoriorum publicatio multum postea animum auctoris afflixit, fastidientem immo abominantem eiusmodi musicam instrumentalem. Theologiae candidatus scholasticarum quaestionum et sophisticarum tricarum osor acerrimus, totum theologiae dogmaticae, sanctorum patrum et conciliorum studio se dedit, quorum quidem sententiis referta sunt omnia eius opera theologica. Absoluto in scholis cursu theologico, plenam aetatem ad sacerdotium cum non haberet, ductore P. Laurentio Gump, mathematicis disciplinis rite informato, operam dedit arithmeticae et algebrae. Anno 1744 die 30. Maii presbyter ordinatus, biennio post theologiam dogmaticam iunioribus confratribus tradere coepit, et absoluto cursu fere decem annorum, bibliothecarii munus eo lubentius cum exceptione a choro suscepit, quo nil illi carius acceptiusque fuit, quam studiis vacare; atque abhinc totius vitae tempus, exceptis officiorum negotiis, lectioni et scriptioni optimorum librorum consecravit. Initium scribendi fecit a praxi regulae, ex Gallica in Latinam linguam translata. Adparatum deinde et principia theologiae, aliaque complura opera theologica et historica conscripsit, quorum elenchus typis impressus prostat. Insigniora vero, quae tum elucubrare et edere parabat, opera fuere: De musica et cantu ec-

clesiastico; itemque de Liturgia Alemannica. Utrumque opus ad sua et eruditorum vota exacte perficiendi causa, magnam Germaniae, Italiae et Galliae partem peragravit, sumtus ad ea itinera libenter subministrante abbate Meinrado, qui eum potissimum in finem typographiam inter aedes conventus San-Blasiani induxit, ut religiosis suis ad scribendos libros animum faceret. Ad praelatos Germaniae litteras commendatitias ab eminentissimo cardinale de Rodt ordinario suo detulit, qui antea P. Martinum honorifico titulo theologi aulici ornaverat. Ad invisendam vero Italiam ab illustrissimo comite Iosepho de Garampi, secretiorum archivorum Romae praefecto, postea nuntio apostolico Viennae et r. e. cardinali fuit inductus, cui Iter suum Italicum inscripsit. Cum eruditis Benedictinis congregationis s. Mauri in Gallia diu iam antea commercium litterarum habuit, atque e Gallia redux abbas etiam continuavit. Sic factum, ut potentum suffragiis eruditorumque mutuis auxiliis munito bibliothecae et archiva ubique paterent, eruditi vero, a quibus in publicas societates litterarias amice introductus fuit, eiusdem amicitiam et studiorum societatem sibi expeterent. Monachii et Roboreti academiae litterariae sodalis adlectus fuit, quem gradum honoris posthaec plures aliae in Germania et Italia academiae non quaerenti ultro detulerunt. Tot in bibliothecis et archivis publicis et privatis non modo plurima, quae ad usum esse poterant, excerpsit ac descripsit, sed et integros codices mutuo aut dono accepit, aliaque ratione acceptos domum retulit anno 1762, atque in ordinem redigere paravit, laetus et locuples thesauris litterariis undequaque corrasis. Bibliothecae curam, quam diu absens, alteri interim reliquerat, iterum adsumsit, nihilque minus optabat, quam ad honorifica officia, quae ab aliis saepe avide expetuntur, promoveri. Quo vero commotione aliqua corporis sanitati consulere posset, cura animarum in Menzenschwand, quam e monasterio sustineret excurrendo, illi commissa fuit, peroptanti, ut omnibus vitae suae annis studiis litterarum vacare, et quae animo conceperat, litteraria opera, prelo committere posset, sed aliter superis visum est.

Post obitum quippe abbatis et principis Meinradi, qui die 12. Oct. 1764 obtigerat, die 15. eiusdem Octobris P. Martinus per vota eminenter maiora confratrum suorum abbas et princeps electus, die 11. Nov. autem per cardinalem de Rodt abbatialem benedictionem accepit. Sequentis Decembris die 3. in atrio arcis in Bonndorf subditi dynastiarum Bonndorf, Blusneggen, Gatterburg unacum monte Beroviensi homagium et iuramentum fidelitatis, et die 6. Dec. moniales o. s. B. Beroviae in sua ecclesia neo-electo abbati homagium et obedientiae professionem praestiterunt. Investituram autem in regalia in supra dictis dynastiis anno 1766 per delegatum imperatoris Iosephi II. obtinuit. Stupebant extranei de electione Martini, expertis hucusque et imperiti rerum temporalium administrationis, quam vero cum stupore omnium felicissime gessit, et fere supra spem. Abbas primam curam posuit in restituenda avita disciplina monastica San-Blasiana et condendis novis constitutionibus monastico-religiosis, quibus pietati et profectui morali singulorum, pacis tranquillitati et saluti totius congregationis consuleret.

Opus hoc suis auspiciis coeptum et perfectum est in primis opera Pauli Kettenacker et consilio seniorum patrum a capitulo delegatorum. Et istas constitutiones, praefatione a se scripta munitas et iuste promulgatas, ut omnes reverendi patres, fratres clerici et fratres conversi bene servarent, tum per decanum conventus tum ipse strenue quidem sed paterno semper affectu curabat. Porro haereditarium acceperat magnum aes alienum; abbas nimirum Coelestinus tum propter belli exactiones, rebellantium Hauensteinensium tumultus, tum in novum monasterium a se exstructum aliaque extraordinaria expensa supra decies centena millia florenorum expendere debebat. Abbas Martinus antecessorum honori et rei domesticae bono consulere volens, primis statim regiminis annis supra dimidium aeris alieni dissolvit, et tamen adhuc ingentem pecuniarum summam in nova aedificia exstruenda contulit. Verum dies 23. Iul. anno 1768 coenobio s. Blasii irreparabile fere damnum intulit; post horam quippe undecimam die sabbati in parva turri aulaeo conventus imposita, repente ignis prorupit, et flante austro incredibili celeritate tecta totius monasterii, ecclesiae et abbatiae ita consumsit, ut intra tres ad summum horas non ista grandia tantum aedificia, sed et pistrinum, laniena et officialium duo habitacula igni praedae cederent. In tertium usque diem conflagratio perduravit, omniaque sibi obvia consumpsit, quae non celeri fuga eius furori subtrahi poterant. Ad vesperam huius diei lugubris monachis nec lectus nec tectum superfuit, imo nec panis, quo famem sedarent. Sanctissimum cito servatum; servata etiam sunt complura vasa sacra, dein officina medicamentorum et typographia, aerarium abbatis, archivum, nummophylaceum et bibliothecae vix decima pars, caetera omnia flammis absumta. Terrore animis excusso, superiores primum agitabant mente, qui tandem tot confratribus hospitia providerent. Cum sapientissimum abbatis consilium, ex quo saltem duodecim presbyteri Blasiani cum superiore in asceterio Augiae divitis regularem vitam ad mores Blasianos adcomodatam continuarent, episcopo quidem, non autem curiae Constantiensi placuerit, quae nescio quid de eiusmodi Blasianorum colonia timebat, quattuor tantum illuc dimissi, plures in monasteriis Rhenaugiensi, Zwifuldensi, San-Gallensi, Einsiedlensi, Fischingensi et s. Petri Salisburgensi omni caritatis officio excepti sunt. Seniores patres et fratres conversi meliorem sortem nacti sunt, in praeposituris s. Blasii aliisque domibus extraneis commorantes. Ad rudera s. Blasii penes celsissimum abbatem subsistebant P. decanus, cellerarius Magnus aliique pauci, qui parochianis in sacello s. Michaelis extra muros vel sub dio praedicabant et divinum officium peragebant. Habitabant in domo cancellarii et officialium monasterii.

At mox animum adiecit celsissimus princeps ad instauranda, quantocius fieri posset, devastata aedificia; consiliis conlatis cum architectis et viris rerum peritis, auctoque operariorum numero factum est, ut abbatiae et coenobii moles intra quatuor annos novo splendore exsurgeret, et abbas iam auctumno anni 1771 abbatiam inhabitare, et monachi dispersi auctumno 1772 ad aedes suas redire potuerint. Illud vero aerario San-Blasiano grave

accidit, ut in ipsis annis 1771 et 1772 ob annonae caritatem fruges insolito prorsus pretio constarent, et operarii tot mercedem solito maiorem iuste exigerent. Quae tamen omnia animum abbatis minime deiecerunt, quin generoso ausu templum satis amplum et augustum ad exemplar Mariae della rotunda Romae ex lapidibus quadris Deo exstruere incepit. Quo vero tanti operis templum intus forisque omni ex parte redderet absolutum, architectos et artifices maxime celebres magno pretio conduxit, in primis consuluit architectum Gallicum Dynard, qui ectypon ab academia scientiarum Parisiensi diiudicari et approbari curavit, et illum electoris Palatini in Manheim. Et indefessa cura principis abbatis, qui fere quotidie praesens artifices et operarios ad diligentiam incitabat, effectum est, ut anno 1783 templum erectum exstaret: et infandum gaudium et ingens admiratio omnes incessit, qui templum hoc omnibus numeris absolutum inspexerunt, quod, sine ullo adscititio ornamento, sola simplicitate et maiestate sua animos intuentium suspensos tenebat. (Templum hoc, cum multis aedificiis olim monasterii die 7. Febr. 1874 diro incendio devastatum, anno 1879 imperium denuo reaedificari curavit.)

Usque huc Blasiani usi erant breviario Einsiedlensi, quod cuiusvis fere nationis festis adeo refertum et auctum erat ipsis quoque diebus dominicis, ut illis celebrandis vix totius anni dies sufficerent; lectiones festorum non raro continebant, quae nec pietatem fovebant, nec ad criteria veritatis historicae exacta erant, et ratio huius divini officii ab illo, quod s. Benedictus in sua regula adcurate praescripsit, longissime distabat: ex mente abbatis Martini P. Aemilianus Ussermann pro Blasianis novum breviarium scribere intendit. Opportune autem innotuit, a Benedictinis congregationis ss. Vitoni et Hidulphi in Lotharingia novum breviarium monasticum iuxta regulam s. Benedicti ac missale breviario adcommodatum Nancei annó 1777 typis esse excusum, quod sua cum sancta regula conformitate et argumenti praestantia adeo se omnibus commendavit, ut abbas Martinus cum capituli die 6. Sept. congregati consensu illud utrumque pro choro San-Blasiano et officio divino ipso anno 1777 susceperit. At antiphonaria et ceteri libri chorales, qui usque ad id tempus in usu erant, novo breviario non conveniebant, quare abbas P. Frowino Länder musices satis perito commisit, ut modulos pro hymnis, antiphonis et responsoriis atque omnibus, quae iuxta novi breviarii formam cantanda erant, componeret, qui libri chorales dein typis propriis nitide et correcte excusi multam cantantibus praebuere facilitatem. Placuit etiam devotissimo abbati statuere ut pro reverentia tremendi mysterii in missa conventuali ante elevationem s. hostiae et calicis omnia instrumenta musica, etiam organum usque ad orationem dominicam silerent, nilque tunc cantaretur, nisi trisagion in lingua vernacula, aut: O salutaris hostia a quatuor vocibus. Et cum religiosi Blasiani satis animadverterent, optimo abbati universim musicam instrumentalem seu figuralem in ecclesia omnino non placere, capitulariter statuerunt, ut ea deinceps penitus omitteretur, et cantus choralis in eius locum succederet. Et ita pius abbas omnia tentavit, ut cultus divinus in s. Blasio pietatem redoleret, ad sanctissimo-

rum mysteriorum venerationem conduceret, et honestatis sensum iuvaret.

Dedicatio novi templi demum anno 1783 ab 21. ad 28. Sept. sollemnissime celebrata est, et annum hunc tantae sollemnitati studiose reservavit abbas Martinus, quod diploma fundationis abbatiae ad s. Blasium ab Ottone II. imperatore anno 983 publicatum fuerit, fundatori b. Reginberto a patre eius imperatore Ottone I. diu ante promissum, ut adeo unacum novi templi dedicatione saeculum octavum abbatiae s. Blasii simul celebraretur, et benignissimo Numini non modo pro restauratione combusti templi et monasterii, sed et pro immensis abbatiae et congregationi San-Blasianae per integra octo saecula datis beneficiis per integros octo dies gratiarum actiones publice et festive persolverentur; abbatiae quippe s. Blasii erat saeculum octavum; etenim monasterium sub nomine „Cellae fratrum ad Albam“ iam diu ante orbi notum erat. Qua ratione sollemnitas haec dedicationis templi die 21. Sept. peractae divino officio in summo altari ab abbatibus confoederatis decantato et concionibus sacris ab oratoribus insignibus habitis in dies celebrata fuerit, patet ex libello typis San-Gallensibus edito sub titulo: „Feierlichkeit des in S. Blasien eingeweihten neuen Tempels“. Ad compensandas reliquias sanctorum incendio deperditas, pio labore ac studio ad sexaginta et ultra sanctorum exuvias collegit abbas Martinus; nobilissimas ex munificentia Augustae Mariae Theresiae accepit, scilicet s. Pirminii ep., s. Fridolini abb., s. Leopoldi march. et s. Iohan. Nepomuceni m.; ex familiari amicitia archiepiscopi Vindobonensis cardinalis Migazzi s. Gervasii et Protasii m. et s. Morandi abb. in Alsatia; a quibusdam Germaniae episcopis, abbatibus aliisque patronis reliquas omnes cum authentiae testimoniis obtinuit. Defectum sacristiae etiam supplebat comparatis pluribus paramentis ac vestibus sacris pretiosis ac melioribus ac prius erant, ornatu praesertim pontificio ex holoserico rubri coloris filo argenteo intexto, quem Argentorato repetiit, et alia plurima vasa sacra fieri fecit.

Nimis longum est, singillatim enarrare, quae et quot alia adhuc aedificia vel vetustate corrupta et ruinae proxima restauraverit, vel e fundamentis exstruxerit. Non solum in divo Blasio extra muros plures aedificationes fecit necessarias omnino et utiles, sed foris in multis locis sacella et ecclesias vel reparavit ornavitque vel funditus aedificavit, item aedes pro expositis Blasianis parochis, horrea et alia pro re rustica necessaria aut utilia aedificia, domos pro variis officialibus, silvarum curatoribus aliisque muneribus praefectis construxit; erexit hospitia peregrinorum et pauperum; fecit pontes, stravit vias; insuper quotannis ratam partem magnam conferre debebat in ecclesias et domos pastorum acatholicorum marchionatus Durlacensis ad maiorem pastorum, coniugum et prolium vitae commoditatem. Ad haec omnia praestanda immensam fere pecuniarum summam expendit, multo maiorem ullo abbate antecessore.

Etiam patrimonium s. Blasii augere non omittebat. In pago Grafenhausen emit hospitium cum praediis et domum pro habitatione silvarum praefecti, et prope Grafenhausen aliud hospitium, ut ibi vina s. Blasii iusto pretio divenderentur. In loco

Bonndorf aliam domum coëmit pro habitaculo quaestoris. Maioris ponderis autem et utilitatis erat plena iurisdictio cum adhaerentibus censibus aliisque fructibus in pago Buggenried, quam a monasterio Rhenaugiensi, lite diu agitata demum composita, solutis ter mille florenis et concessis quibusdam annuis censibus in Cleggovia et pago Fuezensi, feliciter adquisivit. Dein officinam ferrariam ad pontem Albae fluminis prope Togeren sitam a domo Austriaca pro magno pretio 90000 florenorum patrimonio s. Blasii addidit tam ob spem lucri inde capiendi quam et in primis ob metum damni pro silvis circum s. Blasium diffusis, si officina haec alii emptori cessa fuisset. Rei oeconomicae et aerario proficua erat domus et fabrica, quam pro coquenda et subditis divendenda cerevisia prope hospitium anno 1792 erexit. Huc denique pertinet monasteriolum Mengense (in Würtembergia) divo Blasio retrusum, patrimonio divi Blasii minime profuturum. Monasteriolum hoc, quondam Wilhelmitarum, cum duobus aliis in Oberriedt et Sion pontificia, caesarea et ordinaria auctoritate congregationi San-Blasianae incorporatum, ab abbate Francisco II. anno 1741 Benedictinis Petrihusanis traditum erat; qui autem posthac ob plurimos sumtus in istas aedes factos a s. Blasio compensationem exposcebant. Liti diu agitatae abbas Martinus amore pacis anno 1774 finem fecit magno quidem confratrum Blasianorum incommodo, qui a reliquo corpore Blasiano propter loci distantiam quasi separati vivebant, nec minori aerarii Blasiani damno, quod non tam ad alendos tres religiosos, quam ad hospitalitatem aliaque expensa quotannis facienda exiguos monasterioli proventus supplere debebat.

Cum antecessor Martini princeps Meinradus in eligendis officialibus haud felix fuerit, postulatis P. P. capitularium satisfacturus ac bono subditorum et monasterii consulturus, mox duos officiales rerum et negotiorum peritissimos elegit, primarium pro rebus politicis, civilibus et publicis, alterum reditibus administrandis, et iustam rationem negotiorum et rerum sub ipsius principis praesidio tractandarum constituit. Saluti temporali et spirituali subditorum plurima et optima providit. Quo vero rem a fundamento exordiretur, praeprimis curabat, ut iuventus rustica in scholis in religionis principiis, arte legendi et scribendi bene instrueretur; pro ludimagistris usque huc vili mercede conductis adsignavit mercedem laboribus congruam; etiam libros his scholis necessarios et aptos typis San-Blasianis imprimi fecit, quempiam e suis religiosis instituit, qui quotannis scholas visitaret, ludimagistrorum scientiam et industriam exploraret, ineptos dimitteret, aptiores adsumeret, et omni modo prospiceret, ut pia principis vota adimplerentur. Quo quidem evenit, ut scholae San-Blasianae prae ceteris multum efflorerent. Etiam de cultura silvarum, de modo ligna subditis permittendi, et ne ferae silvestres eorum frugibus damnum inferre possent, bene praecepit. Porro ad mandatum principis officiales in bona immobilia ac debita singulorum subditorum adcurate inquirebant, et exploratum statum sub cuiusvis nomine proprio in tabellas et libros ad hoc destinatos inscribebant, ita ut facile perspectu esset, quale quisque de bonis suis vectigal domino deberet, num rem suam

sollerter an neglegenter administret; num solvendis contractis debitis par esse queat; num tuto illi deinceps pecunia pro foenore credi possit, aliaque. Quae quidem omnia domini, subditorum et foeneratorum commodo erant adeo evidenti, ut vicinorum principum subditi parem providentiam sibi frustra peroptarent. Paterna dein commiseratione erga pupillos, quorum patrimonium saepissime incuria tutorum pessumit, pie sanxit, ut bona pupillorum in fiscum publicum pro foenore elocentur sub tutela quaestoris Blasiani in Bonndorf, donec pupilli adoleverint, et rebus suis ipsi prospicere possint. Similiter sanxit de bonis haereditariis miserabilium et absentium, ut vere tutor et pater pupillorum dici potuerit. Maximum vero opus pietatis charitatisve aggressus est, condendo, venerabili capitulo San-Blasiano assentiente, amplum hospitale in Bonndorf, ad cuius perpetuam sustentationem 80000 florenos ex s. Blasii proventibus devovebat, subditis tantum 9000 conferentibus: idque ex dupplici fine, ut subditi aetate, aegritudine vel inopia pressi, aut membrorum recto usu destituti, adeoque pani lucrando impares honeste sustentarentur, et ut locus iste inserviret ad puniendos et corrigendos fornicarios, prodigos, inoboedientes, aliis vitiis infames. Utique iam antecessor Meinradus de eiusmodi instituto cogitaverat, verum morte praeventus successori Martino reliquit, ut perficeret. Et revera post feliciter restitutas s. Blasii aedes, et felicius adhuc compositam cum serenissima domo Austriaca gravissimam litem, in perpetuum gratitudinis erga Deum monumentum fundare statuit illud hospitale. Die 29. Iun. 1781 abbas Martinus sollemniter primum aedificii lapidem posuit. Post triennium aedibus, utensilibus aliisque necessariis rite dispositis die 14. Nov. 1784 primitias pii instituti, decem pauperes et miseros, publica processione e parochiali ecclesia eo introduxit, simul sacellum in honorem s. Laurentii diac. et mart. consecravit, annua insuper remuneratione P. P. Paulinis promissa, ut unus eorum singulis diebus dominicis et festivis in sacello sacra faceret, et praelecti evangelici segmenti morali explicatione incolas rudes plerumque, male educatos, infimae plebis homines, qui ecclesiam parochialem adire non possent, instrueret, et ad servandam concordiam, patientiam aliasque virtutes colendas commoneret, quae hoc hominum genus decerent. Numerus incolarum huius hospitalis in dies augebatur. (Grata posteritas abbatem Martinum anno 1856 insigni monumento in eius memoriam in Bonndorf collocato digne honoravit; et anno 1868 tota civitas Bonndorfensis eodem grato animo sollemniter celebravit benignam curam, qua ante centum annos fiscum in gratiam pupillorum fundaverat.) Porro etiam de abigendis perniciosis vagabundis e territorio suo, de inquirendis et sublevandis mendicis et sinistra fortuna in egestate degentibus, et quoadusque quodvis commune pauperes sui loci alere teneretur, sapienter praecepit et benigne. Ne patresfamilias incendio aedium atque supellectilis ad extremum inopiae venirent, illis auxilium adlaturus, inter subditos ditionis imperii saluberrimam societatem fundavit, ut ex pecuniis pro rata parte ab omnibus incolis numeratis tanta summa subrogaretur illi, qui damnum passus est, quanta aequat pretium aedium combustarum. Praeterea

effusum luxum, quem gens rustica et opificum grex aeque ac nobiles et huius saeculi divites in vestibus fecerunt magno cum damno familiarum, cohiberi voluit legibus, quibus quoad materiam et formam decentem vestitum utriusque sexus determinavit. Nec non convivia nimis lauta in nuptiis, puerperio et infantium baptismo apparari solita restringi praescripsit. Denique non potest silentio praeteriri principis circumspicientia, quam subditis adhibuit annis 1771 et 1772, qui in summa annonae caritate erant, ut fruges ad panem quotidianum et conserendos agros vix maximo pretio haberi possent, multique in exteris terris fere fame perirent, aut ad panem comparandum extremum, ut aiunt, nummum expendere coacti essent. Cavit sollicitus princeps sub gravissima mulcta, ne fruges in solo Blasiano natae eveherentur, aut iis venderentur, qui tantum turpis lucri gratia emunt, ut quam plurimo iterum vendant insuper habita publica calamitate. Quo factum est, ut subditi fruges minori pretio habere possent, et pauperibus turmatim confluentibus eleemosyna non deesset. His aliisque beneficiis, etiam ex aerario s. Blasii large in subditos delectis et domini seu regentis officium implevit, et patris affectum abunde commonstravit optimus princeps.

Semper memor officiorum principis seu regentis, etiam legibus intendit, ut subditi supremi domini leges observarent, et vitam degerent christiano nomine dignam. Cum compertum haberet, vitia carnis et pessimam iurandi et peierandi consuetudinem inter subditos grassari, ad ea abolenda severas leges cum mulctis et poenis corporalibus aut etiam sanxit exsilio. Pluribus diebus feriatis pontificis supremi auctoritate in commodum rusticorum et opificum eo potissimum fine abrogatis, ut deinceps diebus dominicis et de praecepto festivis populus christianus eo sanctius et devotius Deo serviret, subditis severe praecepit, ut his diebus concioni, catechesi, sanctissimae missae sacrificio et vesperis devote adsisterent, ab omni opere servili, commercio, publicis choreis diligenter et accurate se continerent. Voluit simul, ne eos conviciis impeterent, qui in abrogatis feriis domi aut ruri opus facerent, cum certum sit, concesso honesto labore melius Deo serviri, quam pravo aut saltem inutili otio. Subditorum spiritualibus indigentiis celebratione sacrorum et doctrina religionis consulturus, in Eschbach, Brenden, Höchenschwand et Ibach pastores proprios, parochos quippe instituit, qui in illis pagis residebant, curae animarum sibi commissarum vacantes; in Albbrugg autem sacellum amplum et decorum exstruxit in gratiam opificum officinae ferrariae, et in proxima parochia Tongerensi proprium vicarium institui fecit, qui in isto sacello sacra faceret, et omnes partes pastoris sustineret in operarios.

Monasterium monialium o. s. B. a venerabili abbate Rusteno in monte Beroviensi fundatum, inde ab origine quoad spiritualia et temporalia abbatibus s. Blasii erat subiectum, eorumque munificentia, sexies igne consumtum, pulchrius semper et aptius restitutum. Post obitum praepositae Victoriae Meyer, quae moniales nimium quantum auxerat, reditus coenobii, nunquam copiosi, tanto numero monialium vix suffecturi credebantur; at abbas Martinus pro sua in filias clementia periclitanti

rei familiari subvenit, ac celerem et copiosam tulit opem; simul totam illius administrationem ita disposuit, ut in posterum eiusmodi periculum vitaretur. Praecipuam autem gratiam et benevolentiam devotissimi patris sibi collegerunt filiae in Christo, cum, ipso hortante, perpetuam adorationem sanctissimi altaris sacramenti, saeculo XVII. a monialibus o. s. B. in Lotharingia coeptam, unanimi consensu in se receperunt. Adorationem pie auspicatae sunt die 15. Aug. 1771 praesente principe, qui de opere tam pio, tam Deo grato et sacris virginibus salutari, sibi ipsi et monialibus festivo sermone congratulatus est. Ab isto die diu noctuque singulis horis extra chorum duae, tres vel quatuor moniales sibi continuo succedentes in oratorio precibus et canticis in aedificationem populi christiani Deum laudare nunquam desinebant. Quo vero psallentes in choro virgines ad pietatem erga augustissimum altaris sacramentum magis accenderentur, omnem suam devotionem eo dirigerent, monialibus breviarium ex facultate sedis Romanae novum, ad declarandum et dilaudandum hoc ipsum divinae pietatis inscrutabile mysterium perbene dispositum et adcomodatum tradidit, quo continuo uterentur, omissis omnibus aliis etiam domini et summis festivitatibus. Breviarium istud in duabus columnis textum Latinum et versionem Germanicam intellectu facilem continet; putabat nimirum abbas, virgines istas, linguae Latinae ignaras, maiori cum pietatis fructu lingua sibi vernacula psallere aut canere; verum ab illis non obtinuit, nisi ut extra chorum horas canonicas recitantes versione Germanica uterentur. Ceterum breviarium hoc typis San-Blasianis impressum quam plurimis laicis multum placuit, in primis piissimae reginae M. Theresiae, quae plura eiusdem exemplaria in suum et domesticorum suorum usum sibi comparavit.

Abbates antecessores ad monasterii et statuum anterioris Austriae tuenda iura et negotia expedienda officiales et capitulares suos, plerumque cellerarium magnum Vindobonam miserunt; princeps Martinus ipse quinquies quidem ad aulam caesaream profectus est, etsi non semper cum pleno, nunquam tamen sine prospero eventu. Primum iter suscepit anno 1771, propter varias tunc latas leges monasteriis periculosas, in primis, quod novitii ante annum aetatis vigesimum quartum completum ad profitenda sacra vota admitti non deberent. Et inimicus domesticus, Marcellus Granicher, antea consiliarius aulicus in divo Blasio, Viennae plura machinatus adversus congregationem Blasianam, in primis diploma imperatoris Ottonis II. primum et praecipuum fundationis s. Blasii fundamentum suspectum reddidit. Verum princeps a piissima imperatrice M. Theresia benigne susceptus obtinuit, ut in divo Blasio novitii iam anno aetatis vicesimo primo ad professionem admitti possent; diploma Ottonis Friburgi et Viennae authenticum agnitum et declaratum, et princeps pretiosis donis ab imperatrice ornatus, gratiosissime dimissus est. Secundum iter fecit anno 1776. Ingratus ille et perfidus, supra nominatus Marcellus Granicher officialibus praesertim, qui reditibus publicis administrandis augendisque praepositi erant, persuasum esse voluit, domui Austriacae competere ius colligendi in tribus dynastiis Blumegg, Bettmaringen et Guttenburg cum monte Beroviensi, quod pro-

bare adnitebatur ex documentis archivi Blasiani a se inspectis, verum sinistre intellectis. Et praefectus aerarii publici ab imperatrice decretum extorsit ad regimen Friburgense datum, vi cuius monasterium s. Blasii proventus istarum dynastiarum continuo indicare, et ius colligendi domui Austriacae sub comminatione exactionis per milites cedere iubebatur. Ad tantam iacturam redituum avertendam, rogatus a capitulo Blasiano et plena potestate instructus, rem hanc conficiendi, prouti ipsi visum fuerit, iterum Viennam profectus est. Verum plerosque aulae caesareae ministros et consiliarios in hac causa male praeoccupatos invenit, praeter supremum aulae ministrum, principem Kaunitz de Rietberg, utpote iurium imperii bene peritum, paratumque ad ea etiam contra aulam tuenda, qui causae discussionem ad legitimum forum devolvi curavit, a quo ad aliud iterumque aliud delata et tanto favore agitata est, ac si de integra provincia domui Austriacae recens addenda ageretur. Atque sic princeps ultra septem menses Viennae detentus est, inter spem et metum fluctuans. Demum supremum tribunal, causa cognita, dixit sententiam, domum Austriacam in istis dynastiis ius colligendi possidere probari non posse, et post transactionem cum principe Blasiano conventum et litteris die 13. Apr. 1777 statutum erat, abbatem s. Blasii quotannis ad aerarium anterioris Austriae solvere debere sexcentos florenos, domui Austriacae autem in dictis dynastiis nec ius colligendi nec ullum aliud esse, aut umquam praetendi posse. Discessuro principi Augusta M. Theresia materno affectu condoluit, quod durius sit habitus, pretiosa cruce pectorali aliisque donis honoratum dimisit, oblatis praeclaris honoris titulis et praerogativis, quas tamen abbas modeste recusavit. Tertium iter fecit anno 1782 ob pietatem et reverentiam erga Christi in terris vicarium, summum pontificem Pium VI., qui inaudito a saeculis exemplo, et affectu plus quam paterno longum iter suscepit, ut Iosephum II. imperatorem contra sacram hierarchiam et iura pontificis prava molientem ad saniorem sensum revocaret. Nuntius apostolicus comes de Garampi abbatem Martinum repetitis litteris quippe urgebat, ut Viennam adveniens sanctissimo patri iura sua et ecclesiae tueri volenti, consilio adesset et adiumento. Licet abbati animus promptissimus esset, vix quid proficere potuisset, cum ipse summus pontifex paternis monitis, precibus, gravissimis rationum momentis apud caesarem parum aut nihil omnino proficere videretur, abbatem gemebundus ita affatus: O mi bone abbas! volui ovem perditam quaerere, sed non inveni. Papam Romam per Augustam Vindelicorum et Monachium revertentem abbas Martinus cum sacellano suo P. Trudperto Neugart s. theologiae doctore et D. Gerbert consiliario aulico comitatus est, eique omnem, quem potuit, deferebat honorem et reverentiam. Quartum iter fecit anno 1786. Cum nimirum Iosephus II. omnes haereditarias suas terras, regna et provincias sub unam eamdemque regiminis formam redigere statuisset, nulla ratione habita singularium iurium et privilegiorum, quae eius antecessores ipseque avus Carolus VI. et mater M. Theresia statibus anterioris Austriae concesserant et confirmaverant; cum subditis, colonis, rusticis parsurus, dominia, fundorum et praedio-

rum possessores, ademtis ipsorum iuribus et valde imminutis reditibus, ad inopiam fere redegisset, a singulis fere ordinum anterioris Austriae membris rogatus, ut sibi auxilio esset et denuo ad aulam caesaream pergeret, cognita rei difficultate aegre, pro suo tamen religionis et patriae amore tandem consensit et Viennam abiit abbas Martinus. Multum quidem aulae et civitatis faciem et non in melius immutatam invenit, nec tamen frustranei erant eius labores, cum proceres et praesides variorum senatuum, ab ipso et praeside ordinis equestris L. B. de Baden verum rerum anterioris Austriae statum edocti, ad mitiora consilia commoverent imperatorem; et post quatuor menses Viennae exactos libentissime ad suos rediit. Quintum iter fecit anno 1790. Imperator Leopoldus II., verbis et opere significans, se multa a fratre germano Iosepho II. gesta minime approbare, a subditis sibi delata gravamina benigne audiebat, et omnibus levamen pollicebatur. Quo factum, ut, cum fere ex omnibus provinciis deputati Vindobonam devenirent, anterioris quoque Austriae ordines, in primis ecclesiasticus suum praesidem, principem Martinum vehementer urgerent ad iter pro salute patriae faciendum, quod et summa cum fiducia Viennam fecit. Et revera ab imperatore impetravit, ut omnia privilegia etiam illa ab augusta M. Theresia recens concessa, s. Blasio confirmaret. In suum locum Viennae substituit vices gerentem P. Mauritium Ribbele, qui cetera monasterii negotia et ordinum anterioris Austriae praesertim ecclesiastici curaret, quae et multa industria et dexteritate perfecit. Ceterum facile est iudicare, tot itinera magnos sumptus importasse, et aerario s. Blasii damnum haud exiguum fecisse, licet princeps nunquam non memor religiosae paupertatis superflua expensa studiose evitarit. Non minus liquet, abbatem muneri perpetui ordinis ecclesiastici anterioris Austriae praesidis abunde fecisse satis; verum gratiarum actionis loco, ab iis ipsis, quorum commodis diligentur serviverat, invidiis, conviciis, immo calumniis impetitus et honoratus est.

Verum nec recensita itinera, nec curae et sollicitudines, quas ipsi congregatio religiosorum sibi commissa, subditi et anterioris Austriae ordines ecclesiastici afferebant, nec quotidiani officii labores aliaque negotia quam plurima abbatem a teneris litterarum amantem detinere poterant, quin etiam nunc adsuetis studiis fere totus vacaret, pluraque opera in lucem emitteret, annum perdidisse existimans, quo non opusculum aliquod, vel operis maioris partem elaboratam prelo commisisset. P. Marquardus Herrgott et P. Rustenus Heer, ultimam monumentorum Austriacorum partem, taphographiam quippe imperfectam reliquerant; cumque inter suos abbas tum neminem haberet, cui hanc provinciam tuto committeret, ipse operi manum admovit, et perfectum in primo suo itinere Vindobonensi imperatrici Mariae Theresiae obtulit, ab illa clementissime acceptatum, ut quae erga maiores suos tenerrime adfecta, honores istis habitos, ac sibi factos censebat. Codicem dein epistularum Rudolphi I. Habsburgici, ab aliis iam pridem editum, sed multis adcessionibus nunc auctum, et ordine chronologico dispositum, notisque criticis exornatum, Iosepho II. imperatori inscripsit eique in secundo itinere Vindobonensi ad manum obtulit, non

tam festive acceptum, ac taphographia ab augusta M. Theresia, cum imperator litteras haud magni aestimaret, saepeque dicere auditus: Se Lotharingum esse, non Habsburgicum. Inter alia opera, quae iam abbas elucubravit, aut perfectius elaborata in publicum emisit, magni ab eruditis existimatur Vetus Liturgia Alemannica, suae sanctitati, pontifici Pio VI. dedicata, quae post editas Italiae, Galliae et Hispaniae liturgias sola adhuc desiderabatur, et cuius concinnandae gratia praecipuas Germaniae ecclesias cathedrales et monasteriorum bibliothecas perlustraverat. Alterum deinde opus, quod inscripsit: Historia nigrae silvae ord. s. Benedicti Coloniae, non modo res ordinis s. Benedicti, seu historiam omnium utriusque sexus monasteriorum sub regula s. Benedicti militantium, quae olim in late diffusa nigra silva exstiterunt, et hodie exsistunt, praesertim congregationis San-Blasianae a saeculo septimo usque ad medium decimi octavi, sed et hierarchiam ecclesiasticam episcopatuum Constantiensis, Argentoratensis, Spirensis et Basileensis describit, addita insuper illustrium in silva nigra familiarum, antea oblivione obrutarum historia. Nec minori laudi cedebat abbati opus diligenter elaboratum de cantu et musica sacra a prima ecclesiae aetate usque ad praesens saeculum. Brevitatis causa plura alia opera ab abbate conscripta sileantur hic, cum eorum elenchus typis expressus exstet. Demum venerabilis senex septuagenario maior adhuc scripsit de sublimi in evangelio Christi, in gratiam confratrum, ut eos ad studium s. scripturae excitaret, quod opus eius successor abbas Mauritius typis mandavit. Haec abbatis opera simile cum aliis praeclaris etiam operibus fatum experta sunt, a vere doctis multum laudata, male notata a semidoctis et novatoribus illius saeculi, qui se illuminatos dicebant, et — ipsi duces coeci — alios inluminare praetendebant; veritas quippe odium parit. Litterarium commercium frequens habuit cum inlustribus et eruditis Germaniae, Galliae et Italiae viris, inter quos plures erant vel nobilitate generis vel ecclesiastica aut saeculari dignitate insignes, acatholici etiam non pauci. Harum epistularum complura volumina in ordinem redacta exstant, quae cum plurimis aliis perpetuum doctissimi abbatis monumentum erunt. Etsi vero humilis abbas diu noctuque studiis vacando minime nominis famam aut hominum laudem quaesivit, sed solum pro confirmanda religione, dilucidanda veritate historica et saluti hominum scripsit, magnum tamen nomen inde sibi comparavit, et existimationem haud vulgarem apud aulae caesareae proceres praesertim, qui, quamvis non litterati, litterarum tamen cultores esse aut videri volebant. Quare ipsi facilis et erat ad illos accessus; et negotia sua facilius et citius expedire poterat. Nil magis in votis habuit optimus pater, quam ut verbo et exemplo filios sibi similes redderet, disciplinae regularis, studiorum et laborum amantes; quem in finem subsidia litteraria, quae incendio perierant, resarcire, immo et augere studuit. Bibliothecam vix exstructam quam plurimis et melioris notae libris undique conquisitis, archivum manuscriptis ornavit pretiosis, nummophylacium rariorum nummismatum adcessionibus locupletavit, instrumenta mathematica et physica et magnam cochlearum et fossilium congessit copiam, et typographiam comparatis

nitidioribus typis et omnis generis formis quasi novam fecit. Tot et tantis litterariis subsidiis muniti, exhortatione et exemplo abbatis excitati, et sua sponte monachi San-Blasiani ad litterarum studia se conferebant, in quibus multum profecerunt, id quod publicis editis monumentis contestati sunt. Sic Trudpertus Neugart, ut sacerdotibus in ardua adeo administratione sacramenti poenitentiae normam traderet, quam secure sequerentur, opus anno 1706 Rotomagi editum, multis adcessionibus auctum, et eruditis notis inlustratum anno 1787 prelo submisit sub titulo: Doctrina de sacramento poenitentiae rite administrando. Franciscus Kreutter historiam anterioris Austriae in usum scholarum ex authenticis documentis haustam, et Vincentius Ilger observationes in saecula christiana edidit in usum utriusque cleri regularis et saecularis, et posterioris quam maxime, qui in scholis theologicis de disciplina, legibus et moribus antiquae ecclesiae vix aliquid perceperant. Cum bene sciverint, abbatem iam diu cogitare de Germania sacra edenda, vix dici potest, quanta laetitia animum optimi patris affecerint dilecti filii, cum die ipsius nominis festivo, die 11. Nov. 1783, ultro se offerrent ad hanc episcopatuum Germaniae historiam diligenter scribendam. Mox primas operis lineas designavit, labores et res gerendas singulis distribuit, aliquos litteris commendatitiis instructos ablegavit, ut in bibliothecis et archivis operis subsidia quaererent, nulli labori, nullis sumtibus parcens ad laborem suorum iuvandum. Coniunctis viribus opus fecerunt Trudpertus Neugart, Aemilianus Ussermann, Ambrosius Eichhorn, Anselmus Buss, Victor Keller, Ignatius Kopp aliique, quibus monasterii dissolutio impedimento erat, quominus susceptum opus integrum perficerent. Ceterum adeo in dies increvit fama studii litterarum in divo Blasio, ut a congregatione Benedicto-burana professor s. scripturae et linguarum orientalium postularetur; et illuc abiit P. Aemilianus Ussermann, posthac professor universitatis Salisburgensis: Friburgum abierunt P. Trudpertus Neugart, professor s. scripturae et linguarum orientalium; Bertholdus Rottler professor diplomaticae, numismaticae et heraldicae, uterque in universitate, Anselmus Buss professor poeseos in gymnasio. Eadem fama inducti abbates, uti s. Magni ad Fauces Iulias, Campidonensis, et ord. Cisterciensium suos clericos illuc miserunt, ut sub egregiis professoribus studio linguarum orientalium, theologiae dogmaticae et moralis, et iuris canonici vacarent, et miserunt iuniores patres, qui studia iam absolverant, ut ampliores facerent progressus in litteris, et rationem adornandae bibliothecae, instruendi archivi et legendi diplomata addiscerent.

Praesuli tot plagis fortunae afflicto praepotentes amici et fautores multi solatio erant, quos Deo propitio nactus est. Ante omnes praeeminet augusta Maria Theresia, quae ipsi, saepissime negotiorum causa audientiam quaerenti, facilem prae potentioribus etiam adcessum et aurem praebuit, praeter negotia de multis aliis rebus, ecclesiasticis quoque familiariter et amice ei collocuta, abeuntem pretiosis et regiis plane donis, duobus quippe pectoralibus, ornatu pontificali, ut vocant, lugubri propria manu texto, vasis fictilibus sinicis Viennae artificiose elaboratis et

pictis, sacris etiam reliquiis, et quod profanis hominibus maius videri vult omnibus istis, vix Vienna ad divum Blasium reversum, amicissimis litteris bis dignata est honorare. Filius Mariae Theresiae primogenitus, imperator Iosephus II., etsi monachis minime amicus, tamen, cum sermo incidisset de abbate s. Blasii, dicere auditus est: Optare se, ut suis in regnis multos numerare posset abbates huius similes. Alter magnae Theresiae filius, imperator Leopoldus II. adeuntem et instanter rogare ausum, ne Iansenistis et novatoribus facilem aurem praeberet, haud aegre ferre visus est, serio pollicitus, se id, si opus esset, fore testaturum. Quid mirum, quod hanc reginae in abbatem existimationem etiam regii ministri et aulae proceres habebant? Quos inter primus supremus consiliorum minister princeps Kaunitz de Rietberg abbatem semper benignissime excepit, et quondam in atrio reginae inter primi ordinis ministros exspectanti, mox ac viderat, amice occurrens blande allocutus est: „Ecce virum iuxta cor meum.“ Is ipse, quem extranei Austriae Nestorem appellare solebant, abbati ectypon suum ad vivum aeri incisum transmisit, apposita honorifica inscriptione; et nullo non tempore se coenobii s. Blasii patronum ostendit. Parem fere amicitiam abbati exhibuit comes de Blömichen supremus aulae cancellarius et L. B. de Bartenstein tunc imperialis iudicii aulici vicepraeses, in scholis Blasianis olim educatus. Plures adhuc alios aulae caesareae ministros et collegiorum praesides publica litteraria fama, modestia et morum comitate sibi et monasterio devinxit. Ludovicus Eugenius princeps, postea dux Würtembergiae religiosam et arctam per epistulas cum abbate Martino fovit amicitiam, et de eius obitu a successore abbate Mauritio certior factus, doluit rescripta epistula defunctum appellans orbis eruditi fulgentissimum lumen, et ecclesiae defensorem ferventissimum. Ex ordine ecclesiastico paucos tantum Martini amicos et fautores, sed summae dignitatis viros vel nominasse sufficiet. Ipse Christi in terris vicarius, summus pontifex Pius VI. eundem ex nigra silva Viennam ad se venientem paterne et amice excepit, multa cum illo de restituenda sacerdotium inter et imperium concordia conferens consilia, plerumque autem pertinacia contradicentium elisa. Aliquot annis post per reverendissim. dom. Chaleppi, rotae Romanae auditorem, Martinum abbatem rogatum voluit, ut suo nomine et delegatus pontificis dissidia inter principem abbatem Campidonensem et eius ducale capitulum componeret et pacem restitueret; quamvis in deliciis habuisset, sanctitatis suae voluntati obtemperare, iam non poterat, Deo interim disponente, ut princeps Campidonensis vomitu cruoris correptus die 8. Augusti eiusdem anni vitae suae et suorum querelis finem faceret. Inter purpuratos numeravit amicos cardinalem comitem de Migazzi, archiepiscopum Viennensem, cardinalem Franciscum de Rodt, episcopum Constantiensem et cardinalem Garampi. Elector denique et archiepiscopus Moguntinus Fried. ab Erthal amicissimis litteris abbatem non semel salutavit, amicum admodum dilectum appellans, aliquoties ut Moguntium ad se veniret, humaniter invitatum. Quam plures alios ex cardinalibus, episcopis et clericis minoris dignitatis cum ipso amicitiae et charitatis vinculis fuisse

constrictos, epistulae variis in rebus et causis ad eum scriptae testantur.

Monasterio s. Blasii, etsi inter opaca nigrae silvae nemora, ad quae circumquaque difficilis erat accessus, sito nunquam hospites defuerunt. Nunquam vero tanta copia aderant et tantae dignitatis, quam sub regimine principis Martini II., qui tunc in viis ab antecessore Meinrado stratis et bene paratis facilius advenerunt partim visendi causa propter mirum templum, cum maxime autem ut suavi familiaritate amici abbatis uti possent. Eminent inter hos cardinalis Conradus, eius frater germanus et in Constantiensi episcopatu successor Maximilianus de Rodt, qui uterque cum multo nobilium comitatu advenerat; duo episcopi in p., nuntii apostolici Caprara et Bosca, prior ad Helvetiae pagos, ad Belgii provincias alter, inopinato ad divum Blasium divertentes, diu cum abbate de legationum suarum negotiis conferebant. Suffraganei Constantienses, episcopus L. B. de Hornstein, et eius successor episcopus Milevitanus L. B. de Baaden, nec non suffraganeus Wormatiensis de Würthwein saepius ad divum Blasium gratissimi hospites erant. Qui dignitati et iurisdictioni episcopali proxime accedunt, abbates o. s. B. congregationum Helvetiae et Sueviae, Lotharingiae, ordinis Cisterciensium, canonicorum regularium omnes abbati Martino acceptissimi erant hospites; etiam generalis ordinis Eremitarum, provinciales ordinis Minoritarum, Recollectorum et Capucinorum plures venerunt, abbatem Martinum salutaturi; nec deerant abbatissae o. s. B., quas veneratio in abbatem adduxit. Inter principes civiles et insigniores hospites laicos primo loco nominari meretur Carolus dux Würtembergiae, qui anno 1783 cum uxore sua secunda comitissa de Hochheim ad s. Blasium divertens, adspectu templi stupefactus, illud artis opus dicebat, decus et ornamentum Germaniae. Principem dein Martinum sequenti anno ad se Stuttgardiam venientem adeo honorifice et splendide excepit, ut natis principibus plus honoris vix posset exhibere. Carolus Fridericus Marchio Badensis cum filio principe natu secundo magna reverentiae et laetitiae testificatione in divo Blasio fuit exceptus in vigilia omnium sanctorum. Porro Ioannes princeps de Schwarzenberg cum uxore, eiusdem matre ac duobus filiis gemellis, in quorum gratiam adventarat Elisabetha Ludovici Marchionis Bado-Badensis catholica unica filia, et filius haeres. Iosephus princeps de Fürstenberg cum coniuge Iosepha, filia unica principis Hohenzollern-Hechingen, iam antea devotus abbatis amicus, eiusdem germanus frater Carolus, et utriusque mater, nata comitissa de Truchsess abbatem Martinum in divo Blasio et in arce Bonndorf inviserunt. Praeterea abbatem sua praesentia in divo Blasio dignati sunt Antonius princeps de Hohenzollern-Sigmaringen, eius soror Crescentia canonissa in Buchau et agnatus comes de Hohenzollern canonicus Coloniensis. Et iuvenis princeps ex illustrissima familia principum de Gallizin, praecipuas Germaniae provincias et celeberrimas civitates perlustrans, etiam coenobium s. Blasii invisere, operae pretium esse duxit. Post principes inter insigniores hospites nominari meretur Beatus Fidelis Zurlauben de Thurn, regis christianissimi mareschallus, et generalis emeritus, vir litteratissimus, et musis Blasianis addictissimus, qui

ad edendam Germaniam sacram omnia diplomata manuscripta, quae magno numero collegerat, liberaliter permisit. Etiam Borussiae regis consiliarius intimus L. B. de Domm in itinere suo non omisit invisere abbatem Martinum. Quamplures comites, barones, equites ordinis Teutonici et Melitensis, ecclesiarum cathedralium praepositos, decanos et canonicos, caesarei exercitus generales, tribunos et centuriones nominare velle, nimis longum foret. Unicum nominasse libet, L. B. de Bosch, regiminis anterioris Austriae praesidem, qui filium unicum scholis Blasianis committere maluit quam gymnasio publico Friburgensi. Liberali et hospitali antistiti vel maxime honori et decori est, quod non modo illustres hospites, aut iuxta sententiam regulae s. Benedicti divites, quorum terror ipse sibi exigit honorem, sed et pauperes plebeios, confratrum suorum parentes et agnatos praecipue ad se facile admissos, mira sua ex oculis, sermone et toto habitu elucente humilitate et affabilitate, mulsos consolatione laetosque a se dimiserit. Idem sanctissimus legislator Benedictus non solum liberalitatem in hospites, sed cum maximam pauperum et peregrinorum suscipiendorum curam praecepit, quia in ipsis Christus magis suscipitur. Quam strenue huic s. regulae mandato morem gesserit abbas Martinus, nosocomium demonstrat, extra monasterii muros ad ripam Albae ab ipso conditum, quod, etsi satis amplum, recipiendae multitudini confluentium peregrinorum vix sufficit, e quibus multi iam longa aegritudine consumpti, ad mortem usque temporalibus et spiritualibus subsidiis abunde provisi in Domino ibidem obierunt, post se relictis pupillis, quorum dein curam in se suscepit piissimus abbas. Memoratu dignum est, quod in hoc recens exstructum nosocomium mendici, peregrini et vagabundi inducti fuerint eodem die 11. Nov. 1781, quo publica cum gratiarum actione ob aedes s. Blasii singulari Dei auxilio feliciter restauratas prima vice in ecclesia nondum consecrata sollemne officium decantatum fuerat, ut etiam in vivis Dei templis, pauperibus quippe, ille honoraretur, cuius solius honori et gloriae s. Blasii templum erectum erat. Ceterum erga egenos quoscumque, eos etiam, qui pro misera vitae conditione fodere non valent, mendicare erubescunt, semper liberalis, postremis regiminis annis, aere alieno soluto, aedibus restauratis, cunctisque incendii damnis compensatis, liberalior adhuc et benignior fuit, vel occulte vel per officiales publice magnam pecuniarum summam distribuens, ita ut largissimis eius eleemosynis ob amorem Dei datis merito adscribatur prosperrimus successus, quem ipsi et diuturnae rei domesticae administrationi largitus est, qui in pauperibus suscipitur, Christus Dominus.

Durante regimine Martini II. plura etiam sinistra acciderunt. Horribile fulmen die 25. Maii 1768 circa meridiem magno fragore in aedes abbatis e caelo adlapsum, sequentium malorum quasi praesagium, puellae subito fenestras claudere volenti vitam ademit, et aliquos patres Blasianos transeuntes in terram prostravit, illaesos tamen. Praeter stragem die 23. Iul. 1768 incendio aedibus s. Blasii et rei domesticae illam disciplinae regulari inflictam dolebat potissimum, in epistula encyclica die 3. Sept. eiusdem anni ad Patres expositos data, deplorans interruptum chori officium

et omissa exercitia regularia. Accessit annonae caritas ab hominum memoria inaudita, ut anno 1771 et 1772 nuntii tristes de vita periclitantibus ob victus penuriam adferrentur. Vindemiae quoque per plures annos tam exiguus erat proventus, ut ad proprium usum vina caro pretio emendi dira exsurgeret necessitas. A foris acerbi nuntii de domibus, quae ad s. Blasium spectabant, incendio consumptis, agris et vineis grandine devastatis, lue in gregibus pecorum grassante animum abbatis afflixerunt. Steinae intra, et Albae extra muros s. Blasii defluentis inundatio anno 1778 praeter ingens detrimentum pratis, lignis et viis publicis importatum, pontem e lapidibus quadris Albae impositum, qui decem mille florenis steterat, funditus evertit. Post fulmen, quo secunda vice anno 1775 die 6. Iun. de mane in aedes portae maioris inlapsum fuit, consumens tectum ampli aedificii recens erecti, exterritus ad expositos patres inter alia scripsit: „Misericordiae Domini, quia non sumus consumpti“. Eiusmodi mala a Deo per vires naturae immissa, licet gravissima, mitius plerumque perferuntur, quam nequitia hominum intentata et inflicta, ac quorum plurima optimum praesulem percellebant. Sic ipsi acerbum dolorem effecit ab aula caesarea aliorumque principum exorsa, sub specioso reformationis titulo occultata persecutio ecclesiae. Postulabantur conscriptiones redituum et proventuum a coenobiis mendicantium, parochiarum rectoribus, et piarum sodalitatum administratoribus; et cum clerus ab episcopis prohibitus tradere recusaret, renitentibus mulctae erant inrogatae cum comminatione exactionis per milites. Toleranda fuisset temporalis haec iactura, nisi etiam immunitas ecclesiastica eo usque a catholicis principibus sancte observata, variis dirisque modis lacessita et restricta esset. Praeterea dominiorum passim violata iura, abrogata antiquissima privilegia, concordata inter principes et ordines provinciarum quondam inita et nunc perfricta et nihili aestimata Martino immensos pro sui et anterioris Austria coenobiorum conservatione conciverunt labores et curas. Subditi dominiorum imperia respuere, vectigalia, tributa et quaecumque praestare soliti erant, abnuere, et quidquid lubebat, attentare ausi sunt. Accessit ad malorum cumulum detestabilis perfidia supra memorati Marcelli Graenicher et ingrati clerici, qui, quamvis titulum mensae a s. Blasio acceperit, s. Blasii subditos concitare adgressus est, ut, abiecto iugo Blasiano, ad libertatem Austriacam adspirarent, sed cum insulsis, frivolis et calumniosis querelis a supremo imperii aulici senatu cum indignatione reiectus est. Quid mirum, si tot et tantis oppressus calamitatibus abbas publice professus est: „Nil lubentius faceremus, quam officio, in quo quotidie novis obruimur malis, sponte cedere“. Piget hic addere, optimum patrem praeter hostes externos inter filios quoque, quos paterno semper amore complexus est, adversarium fuisse expertum, qui, nescio qua capitis vertigine laborans, cum de violatis capituli Blasiani iuribus somniaret, a nemine rogatus aut impulsus, eorum defensorem agere volens, gravamina occulte ad nuntium apostolicum D. Buffalini Iconii episcopum Lucernae commorantem detulit, qui sapientissimus praesul iurium abbatis optime gnarus inquietum ab insano proposito litteris die 8. Maii 1775 ad eum datis

dehortatus est. Rumor insolentis facti tardius ad aures abbatis delatus animum ipsius vehementer afflixit, deposuit autem maerorem, postquam omnes patres capitulares ore et calamo contestati sunt, sese huius facti nec conscios, nec consortes, multo minus instigatores fuisse; et ipse falsus accusator traditis p. decano istis nuntii apostolici rescriptis litteris, errorem confessus, veniam humiliter petiit, atque ab indulgentissimo patre non hanc solum, sed et oblivionem reatus sui impetravit, honorifico officio supra merita, benigne magis quam iuste admotus illique immortuus. Suppressionem societatis Iesu graviter maerebat, saepe ingeminans: „Si hoc in viridi ligno, in arido quid fiet?“ Facile enim ominari quisque prudens poterat, ceteris quibusvis religiosis sodalitatibus extremum malorum pertimescendum esse. Acerrimus religionis, sacrae hierarchiae, in primis primatus sedis Romanae adsertor abbas Martinus plura in eam rem edidit opuscula, praesertim illud: De communione potestatis ecclesiasticae inter summos principes, pontificem et episcopos, quod a censura aulica Viennensi, contrariis principiis imbuta, male notatum fuit; et eius „Ecclesia militans“ conviciis excepta a novatoribus, quae quidem convicia honori sibi ducebat, eligens magis vituperari quam laudari a perversis theologis nihil non molientibus, ut Romani pontificis auctoritatem et iurisdictionem convellerent concuterentque. Ex eadem causa Honthemio Trevirensi suffraganeo, qui sub nomine Iustini Febronio libellum emisit: de statu ecclesiae et legitima potestate ad reuniendos dissidentes in religione christiana, ad retractandum suasor erat, nec sine fructu, ut ipse Honthemius abbati Martino anno 1779 rescripsit. Vana nempe opinio, posse lutheranos ad unionem catholicae ecclesiae reduci, si sedes apostolica de avito suo iure aliquid cederet, Honthemium multosque catholicos decepit, eos etiam, qui ad conventum desuper Fuldae habitum, abbatem Martinum invitare et in partem laborum trahere adnisi sunt, quibus ipse cordate rescripsit: „Quoad protestantes id sperare non posse, ut qui iam a suis libris symbolicis, quae prius ipsis pro fidei regula erant, nullo agnito controversiarum iudice, in rebus fidei recedant: catholicis vero timendum esse, ne, dum nimium ad acatholica principia pacis et unionis causa declinant, sensim a catholicis principiis abeuntes, tandem penitus fide excidant“. Maxime autem piissimi patris et omnium orthodoxorum animos afflixit mysterium iniquitatis, quod cum diu iam in Gallorum cerebris parturisset, tandem monstrosum foetum edidit, saevum et apertum odium in ecclesiam catholicam, abrogationem omnis religionis revelatae, trucidationem et expulsionem episcoporum, sacerdotum et monachorum, qui pontifici et ecclesiae fideles, civicae constitutioni subscribere, religioni sibi ducebant. Isti expulsi sacerdotes et monachi vagabundi turmatim ad s. Blasium convolarunt, quos benigne excipiens et ut confessores Christi veneratus abbas Martinus, nunquam sine dono aut sine consolatione dimisit, iis omne, quod in viribus erat, obsequium praestare paratus. Quoties eiusmodi commiseratione dignissimi exsules principem Martinum adierunt, recruduit in nobili pectore eius vulnus per Gallici antichristianismi furorem inflictum, ultimumque Gerberti ingenii

ac laboris opus hoc anno typis impressum fuit: De periclitante hodierno ecclesiae statu, praesertim in Gallia, in quo hierarchiae Germaniae ob oculos posuit praeclarum omnium fere hodiernae Galliae episcoporum exemplum, qui exsilium, direptionem bonorum ipsamque mortem perpeti maluerunt, quam communionem inire cum schismaticis. Denique terror belli, a Gallis Austriacis indicti, adeo animos concussit, ut ipsum regimen anterioris Austriae Friburgo Constantiam aufugerit, et Blasiani res pretiosas in Helvetiam transmiserint. Quod cum extremum malum praesul, tot casibus adversis infestatus, imminere cerneret, ita contristari coepit, ut animi et corporis vires simul in eo frangi et deficere viderentur.

Istis casibus infestis quandoque interveniebant, quae abbati laetitiam adferebant et dignitatem. Imperator Carolus VI. abbati Francisco II. et eius successoribus titulum archicapellani haereditarii in anteriori Austria contulit, quod quidem honorificum munus obeundi ipsi et successoribus defuit occasio, donec Maria Antonia imperatoris Francisci I. et Mariae Theresiae reginae filia natu minima, Galliarum regis Delphino desponsata, anno 1770 per Friburgum Brisgoviae in Galliam tenderet, ab ordinibus Brisgoviae ibidem magna pompa excepta: cui in domo comitis de Kageneck princeps Martinus ut archicapellanus sacra celebravit, ad mensam publicam benedictionem dixit, illique adsedit cum multis primae nobilitatis et dignitatis convivis, abbatum vero solus. Cumque ad prosequendum iter iam currum ascendere vellet regia sponsa, ab eodem sacerdotalem benedictionem pie et reverenter expetiit. Secunda vice idem archicapellani munus anno 1777 itidem Friburgi obiit in basilica insigni sacra celebrans coram imperatore Iosepho II., qui e Gallia redux principem Martinum ad adloquium in hospitio publico admissum benigne excepit. Pium et gratum animum in augustam domum Habsburgicam, congregationi San-Blasianae omni tempore propitiam, publico testimonio confirmaturus, ab imperatrice Maria Theresia veniam impetravit et potestatem, familiae Habsburgicae principum et agnatorum utriusque sexus reliquias et ossa, quae in ecclesia cathedrali Basileensi et in ecclesia monasterii Königsfeldensi in Helvetia deposita, et iam diu inhonorata erant, ex istis acatholicis ecclesiis in novum catholicum s. Blasii templum transferendi. Quae translatio lugubri, sollemni tamen pompa fiebat, et abbas Martinus pretiosas exuvias deposuit in sacello subterraneo s. Leopoldi, quod pro iis recipiendis in templo s. Blasii exstrui curaverat. Concione habita pro istis defunctis sollemne missae sacrificium Deo litavit, eo maiori pietatis fervore, ac iam dudum in locis, ubi eorum corpora recondita erant, nullae fiunt pro defunctis in Christo preces. Quo pietatis obsequium maioribus suis exhibitum, quam gratum et acceptum toti domui Habsburgicae fuerit, non modo augusta Maria Theresia, sed et elector palatinus et princeps Oettingen-Wallerstein litteris humanissimis testatum fecere*). Maiorem adhuc laetitiam abbati

*) Sequuntur nomina principum et principum feminarum domus Habsburgicae, quorum ossa et cineres ab abbate Martino ad s. Blasium translata, nunc in ecclesia monasterii ad s. Paulum in Carinthia deposita quiescunt:

et Blasianis omnibus adferebant insignes s. Pirminii episcopi et abbatis Augiae divitis reliquiae, quae ex munificentia augustae Mariae Theresiae Oeniponte ad s. Blasium transportatae et die 16. Iunii 1777 sub sollemni processione a Blasianis susceptae, novo patrocinio occasionem dederunt. Antiquum et verum habet proverbium: Ubi multae sunt possessiones, ibi multae exsurgunt lites; quod patrimonio divi Blasii in terris Austriae, Helvetiae, Marchionis Durlacensis, principum Schwarzenberg et Fürstenberg late patenti accidit saepissime. Nunquam sine periculo causae etiam iustae ad forum deferuntur. Noxiae sunt lites cum vicinis, nimis fatales cum subditis; eiusmodi litigiis de anno in annum fere invitum se involvi, moleste ferebat pacificus abbas. Hic domus suae negotia ita agebat, ut monstraret causae iustitiam, rei eventum Deo reliquit, dicere solitus: „Si Deus pro nobis, quis contra nos?“ cuius etiam auxilium fortissimum nunquam non expertus est contra, atque amici et ipsi advocati crederent. Sic lites iam diu antea agitatas cum principe de Schwarzenberg, domino Cleggoviae, cum principe de Fürstenberg, cum familia comitum de Spaur, cum abbate Rheinaugiensi et Paulinis in Bonndorf ad felicem finem perduxit.

Abbas Martinus bona semper valetudine usus est, quam conservare studuit recta et severa vivendi ratione, parcus vini et ciborum, et corpus ambulando vel equitando exercens. Initio anni 1793 graviter aegrotare, medici vocati recuperandae sanitatis vix ullam spem fecerunt ob provectiorem aetatem et vires corporis continuo studio et labore exhaustas. Fluctuante corporis conditione et malo increscente morientium sacramentis provideri pie petiit, et demum die 13. Maii inopinato et cum luctu omnium pie et placide exspiravit. Vivens saepe dicere auditus erat, optare et velle se non intra ecclesiam, sed extra in atrio ante portam templi maiorem humari, ut introeuntes et exeuntes fideles eo frequentius pro anima sua preces funderent; verum prope omnes capitulares una et mente et voce in eo consentiebant, defuncti humilitatem et pium desiderium laudanda quidem esse, sed pro spectata ipsius virtute et sua in eum pietate decere, ut fundator templi etiam in templo depositus quiescat: et die 16. Maii in medio templi inter preces ecclesiae demissus est.

I. Anna regina, coniux Rudolphi I. imperatoris, def. die 19. Mart. 1281.

II. Carolus, filius Rudolphi I. imperatoris, natus et defunctus anno 1274.

III. Hartmannus, filius Rudolphi I. imperatoris, def. die 20. Dec. 1280, annos 18 natus.

IV. Elisabetha regina, coniux Alberti I. imperatoris, nata anno 1263, def. die 13. Oct. 1313.

V. Leopoldus (gloriosus) dux Austriae, filius Alberti I. imperatoris, natus 1292, def. anno aetatis 34to.

VI. Henricus (placidus) dux Austriae, filius Alberti I. imperatoris, natus anno 1299.

VII. Iuditha, filia Alberti I. imperatoris, coniux Ludovici comitis de Oettingen, def. anno 1329.

VIII. Elisabetha, filia Alberti I. imperatoris, coniux Friderici ducis Lotharingiae, def. die 19. Maii 1352.

IX. Agnes, filia Alberti I. imperatoris, coniux Andreae III. regis Hungariae, nata 1280, def. 1364.

X. Fridericus, filius Friderici (pulchri) ducis Austriae, filii Alberti I. imperatoris.

XI. Catharina de Sabaudia, coniux Leopoldi gloriosi, def. 1336.

XII. Elisabetha, comitissa de Virnenburg, coniux Henrici placidi, def. 1343.

XIII. Catharina, filia Leopoldi gloriosi, coniux Enguerrani VI. domini de Coucy; nata die 9. Febr. 1320, def. 1349.

XIV. Leopoldus probus, dux Austriae, filius Alberti II. sapientis, ducis Austriae, occubuit anno 1386 prope Sempach, anno aetatis 36to.

Obitum eius tum intra tum extra muros monasterii sincere et graviter lugebant. Erat quippe vir, uti ex brevi vitae narratione abunde intelligitur, ingenio potenti atque eminentissimo, animo nobili et ingenuo, cui in deliciis erat, benefacere aliis, ordini s. Benedicti totus addictus, sacerdos flagrans studio religionis; cum sibi ipsi imperaret, princeps subditos consilio et cum auctoritate regebat; theologiae omnes partes evolvens et scriptis illustrans, ex genuinis revelationis fontibus, s. scriptura et traditione hauriebat; abbas totus suorum pater. Rem domesticam felicissime administravit, soluto aere alieno magno, et immodicis sumptibus in exstruendas aedes factis, summam tamen haud exiguam paratae pecuniae successori reliquit, cum ipsius et confratrum admiratione, adauctis etiam pecuniis pro censu elocatis: cui nempe in omnibus rebus benedixit dominus, eo quod semper illud salvatoris nostri consilium et promissum in corde et ore habuerit: „Quaerite primum regnum Dei et iustitiam eius, et omnia adicientur vobis.“

Sequuntur eius scripta, typis impressa:

I. Theologia vetus et nova circa praesentiam Christi in eucharistia. Friburgi Brisgoviae per I. G. Felnerum, typographum academicum. 1756. 8°. p. 1—548.

II. Principia theologiae exegeticae. Praemittuntur prolegomena theologiae christianae universae. Accedit mantissa de traditionibus ecclesiae arcanis. Augustae Vindelicorum et Friburgi Brisgoviae, sumtibus I. et A. Wagner. 1757. 8°. p. 1—454.

III. Principia theologiae symbolicae, ubi ordine symboli apostolici praecipua doctrinae christianae capita explicantur. Augustae Vindelicorum et Friburgi Brisgoviae, sumtibus I. et A. Wagner. 1758. 8°. p. 1—448.

IV. Principia theologiae mysticae, ad renovationem interiorem et sanctificationem christiani hominis. Typis San-Blasianis, 1758. 8°. p. 1—465.

V. Principia theologiae canonicae, quoad superiorem ecclesiae formam et gubernationem. Typis San-Blasianis, 1758. 8°. p. 1—500.

VI. Principia theologiae dogmaticae, iuxta seriem temporum et traditionis ecclesiasticae digesta. Typis San-Blasianis, 1758. 8°. p. 1—451.

VII. Principia theologiae moralis iuxta principia et legem evangelicam. Typis San-Blasianis, 1758. 8°. p. 1—506.

VIII. De recto et perverso usu theologiae scholasticae. Typis San-Blasianis, 1758. 8°. p. 1—204.

IX. De ratione exercitiorum scholasticorum, praecipue disputationum cum inter catholicos, tum contra adversarios in rebus fidei. Typis San-Blasianis, 1758. 8°. p. 1—151.

X. Principia theologiae sacramentalis, septem sacramentorum novi testamenti doctrinam complexa. Augustae Vindelicorum et Friburgi Brisgoviae, sumtibus I. et A. Wagner. 1758. p. 1—600.

XI. Principia theologiae liturgicae, quoad divinum officium, Dei cultum et sanctorum. Augustae Vindelicorum et Friburgi Brisgoviae, sumtibus I. et A. Wagner. 1759. p. 1—452.

XII. Demonstratio verae religionis veraeque ecclesiae contra quasvis falsas. Typis San-Blasianis, 1760. 8°. p. 1—736.

XIII. De communione potestatis ecclesiasticae inter summos ecclesiae principes, pontificem et episcopos. Typis San-Blasianis, 1760. 8°. p. 1—640.

XIV. De legitima ecclesiastica potestate circa sacra et profana. Typis San-Blasianis, 1761. 8°. p. 1—808.

XV. De christiana felicitate huius vitae. Typis San-Blasianis, 1762. 8°. p. 1—269.

XVI. De radiis divinitatis in operibus naturae providentiae et gratiae, partes tres. Typis San-Blasianis, 1762. 8°. I. p. 320; II. 342; III. 349.

XVII. De aequa morum censura adversus rigidiorem et remissiorem. Typis San-Blasianis, 1763. 8°.

XVIII. Adparatus ad eruditionem theologicam, institutioni tironis congregationis s. Blasii destinatus. Typis San-Blasianis, 1764. 8°. p. 1—211.

XIX. De selectu theologico circa effectus sacramentorum. Typis San-Blasianis, 1764. 8°. p. 1—261.

XX. De eo, quod est iuris divini et ecclesiastici in sacramentis, praesertim in sacramento confirmationis. Typis San-Blasianis, 1764. 8°. p. 1—385.

XXI. De dierum festorum numero minuendo, celebritate augenda. Typis San-Blasianis, 1765. 8°. p. 1—152.

XXII. De peccato in spiritum sanctum in hac et altera vita irremissibili. Accedit paraphrasis cum notis selectis in epistolam s. Pauli ad Hebraeos. Typis San-Blasianis, 1766. 8°. p. 1—314.

XXIII. Taphographia principum Austriae, post mortem patrum M. Herrgott et R. Heer restituta, novis accessionibus aucta, et haec usque tempora deducta. Typis San-Blasianis, 1772. 2 volumina. Folio, cum 118 tabulis aeri incisis.

XXIV. De translatis Habsburgo-Austriacorum principum et eorum coniugum ex ecclesia Basileensi et monasterio Königsfeldensi in monasterium s. Blasii cadaveribus. Typis San-Blasianis, 1772. Folio.

XXV. Crypta San-Blasiana nova principum Austriacorum, translatis eorum cadaveribus ex Helvetia ad conditorium novum monasterii s. Blasii in nigra sylva. Typis San-Blasianis, 1772. Editio altera auctior. Typis San-Blasianis, 1775. 4°. p. 1—150.

XXVI. Codex epistolaris Rudolphi I. Romanorum regis, locupletior ex manuscriptis bibliothecae Vindobonensis editus ac commentario illustratus. Praemittuntur Fasti Rudolphini, cum ex ipsis eius epistolis, tum ex aliis antiquis monumentis et scriptoribus. Accedunt diplomata. Typis San-Blasianis, 1772. Folio. CLXXXIV et 254 p.

XXVII. Pinacotheca principum Austriae, post mortem patrum M. Herrgott et R. Heer recognita et edita. Typis San-Blasianis, 1773. Duo volumina in folio.

XXVIII. Praxis regulae s. Benedicti, ex Gallica lingua versa. Typis San-Blasianis, 1773. 8°.

XXIX. Iter Alemanicum, accedit Italicum et Gallicum. Typis San-Blasianis, 1773. 8°. p. 519. — Altera editio revisa et correcta, typis San-Blasianis, 1774. p. 533. Versio Germanica impressa typis San-Blasianis, 1776. 8°.

XXX. De cantu et musica sacra a prima ecclesiae aetate usque ad praesens tempus. Typis San-Blasianis, 1774. Duo volumina in quarto. I. 590 p.; II. 409 et 112 p.

XXXI. Scriptores ecclesiastici de musica sacra, potissimum ex variis Italiae, Galliae et Germaniae codicibus manuscriptis collecti, et nunc primum publica luce donati. Typis San-Blasianis, 1774. Tria volumina in quarto. I. 348 p.; II. 393 p.; III. 402 p.

XXXII. Vetus liturgia Alemannica, disquisitionibus praeviis, notis et observationibus illustrata. I. XL, 416 p.; II. 417—1048 p. Typis San-Blasianis, 1776. Duo volumina in quarto.

XXXIII. Daemonurgia theologice expensa. Typis San-Blasianis, 1776. 4°.

XXXIV. Monumenta veteris liturgiae Alemannicae. Accedit pars ritualis et pars hermeneutica. I. 500 p.; II. 354 p. Typis San-Blasianis, 1779. Duo volumina in quarto.

XXXV. Historia nigrae sylvae ordinis s. Benedicti coloniae. Cum codice diplomatico, et variis tabulis aeri incisis. Typis San-Blasianis, 1783 et 1784. Tria volumina in quarto. p. 1—512; 1—555; 1—450.

XXXVI. Anrede an die versammelten Ordensgeistlichen am Vorabende der feierlichen Kircheneinweihung zu St. Blasien. (i. e. Adlocutio pridie sollemnis ecclesiae s. Blasienensis consecrationis habita.) Abgedruckt in den Festreden dieser Feier. S. Gallen, 1784. 8°.

XXXVII. De Rudolpho Suevico, comite de Rhinfelden, duce, rege, deque eius illustri familia apud is. Blasium sepulta, cryptae huic antiquae

nova Austriacorum principum adiuncta. Cum appendice diplomatum. Typis San-Blasianis, 1785. 4°. p. 1—165.

XXXVIII. Solitudo sacra seu exercitia spiritualia ex doctrina et exemplis sacrae scripturae et sanctorum patrum, in usum pastorum ecclesiae. Typis San-Blasianis, 1787. 8°. p. 1—382.

XXXIX. Ecclesia militans, regnum Christi in terris, in suis fatis repraesentata. Typis San-Blasianis, 1789. Duo volumina. 8°. I. 368 p.; II. 368 p. Huius operis versio Germanica et Italica facta est.

XL. Nabuchodonosor somnians regna et regnorum ruinas a theocratia exorbitantium. Prodromus ecclesiae militantis. Typis San-Blasianis, 1791.

XLI. Iansenisticarum controversiarum ex doctrina s. Augustini retractatio. Typis San-Blasianis, 1791. 8°. XVI, 180 p.

XLII. Observationes in saeculum Christi tertium et quartum. Typis San-Blasianis, 1791. 8°.

XLIII. De sublimi in evangelio Christi iuxta divinam verbi incarnati oeconomiam. Opus hoc editum est ab eius successore, abbate Mauritio Ribbele. III tomi. Typis San-Blasianis, 1793. 8°. I. p. 1—368; II. 1—413; III. p. 1—450.

XLIV. De periclitante hodierno ecclesiae statu, praesertim in Gallia. Typis San-Blasianis, 1793. 8°.

XLV. Constitutiones pro R. P. expositis monasterii et congregationis ad s. Blasium. Typis San-Blasianis, 1770. Folio. p. 1—33.

XLVI. Glossaria Theotisca medii aevi. Unaque specimina codicum msc. a saeculo IX usque XIII. Typis San-Blasianis, 1865. 8°. p. 1—144.

Sequuntur eius residua manuscripta:

I. Epistularum commercium abbatis Martini Gerbert, decem voluminibus contentum. I. vol.: ad imperatores, principes, nobiles, summos pontifices, Clementem XIV. et Pium VI., et ab iis continet folia 215. — II. volumen continet epistulas ad cardinales Rodt, Migazzi, Caprara, Pallavicini, Garampi et ab iis; item negotium reunionis ecclesiae catholicae cum protestantibus, Iansenista, folia 301. — III. volumen continet epistulas ad nuntios apostolicos, et archiepiscopum de Dalberg aliosque episcopos et ab iis, folia 212. — IV. volumen continet epistulas ad principes, praelatos et abbates et ab iis, folia 325. — V. volumen continet epistolas ad varios viros eruditos aut insignes, uti Aubri, Bucke, Bengraf, Breitinger, Castiglione, Christmann, Clement, Cotto, Didelot, Ditterich, Döpser, Eberstein, Galletti, Gerken, Ginani, Grandidier et ab iis, folia 307. — VI. volumen continet epistulas ad viros eruditos Haller, Heer, Heinze, Hess, Hontheim, Iselin, Koch, Kolb, Kruft, Kyble et ab iis, folia 275. — VII. volumen continet epistolas ad eruditos et ab illis Lamey, Lavater, Lehenbauer, Lösch, Mangold, Martini, Mangerod, Ostrouchi, Palma, Büchler, et ab iis, fol. 305. — VIII. volumen continet epistulas ad eruditos Resch, Saccus, da Sarre, Schläger, Schmid, Schöpflin, Smitmer, Sperges, Spies et ab iis, folia 327. — IX. volumen continet epistulas ad Trombelli, Valtravers, van der Meer, Volz, Weissenbach, Wenk, Wolster, Würdtwein, Zapf, Zumtobel, et ab eis, folia 198. — X. volumen continet epistulas ad et ab L. B. de Zurlauben, folia 213. Adservatur in archivo San-Paulano No. 174.

II. Exhortationes Martini Gerbert ab 1769—1792. Unum volumen in folio, continet folia 340, adservatur in archivo San-Paulano No. 182.

Gerstmayr Erenbertus (Cremifanensis) antea Georgius, in parochia Haidershofen inferioris Austriae die 15. Apr. 1842 natus, frequentato gymnasio Cremifanensi tirocinium die 2. Sept. 1861 ingressus et die 14. Sept. 1865 sollemniter professus absolutis in instituto domestico ad s. Floriani studiis theologicis sacerdotio initiatus est die 29. Iul. 1866. Usque ad annum 1868 in univ. Vindob. studiis philologicis deditus ab anno 1869 linguae Graecae et Latinae in utroque gymnasio professor (1869—72 simul Anglicam linguam docuit); convictus praefectura, quam ab anno 1873 tenuerat, anno 1878 se abdicavit. Scripsit:

Studien zu Shakespeare's Julius Cäsar. (i. e. De Shakespearii dramate: Iulius Caesar.) Gymnasialprogramm. Linz, Druck von Feichtingers Erben. 1873. 4°. 30 p. Verlag der Direction. Eandem materiam continuavit annis 1876, 8°. 28 p., et 1877, 8°. 36 p. Ibid.

Giamgian (Dschiamdschian) Philippus (Mechitharista), Constantinopoli die 3. Aug. 1819 natus, Viennae in Austria habitu s. die 20. Maii 1838 indutus, die 8. Dec. 1839, vota emisit, et die 8. Sept. 1844 consecratus est presbyter. Anno 1853 die 21. Iun. pie exivit de vita.

Opera eius typis edita:

I. Վ եցլեզուեան խօսակցութեան գիրք, i. e. Dialogi in sex linguis, h. e. Gallica, Anglica, Neoarmena, Turcica (litteris Armeniacis), Germanica et Italica. Viennae, typis Mechith. 1848.

II. Փղորիանու վիպասանութիւն Տովբիթայ, i. e. Floriani Thobias; versio ex Gallico textu in versus Palaeo-armen. Viennae, typis Mech. 1849.

III. Վ ակնեբի ճանապարհորդութիւն ի Հայաստան, i. e. Mauritii Wagner. Iter in Armeniam (M. Wagners Reise nach dem Ararat.) Versio libera ex Germ. textu cum supplementis et 4 imaginibus. Neo-armenico. Viennae, typis Mech. 1851.

Gordan Emeranus Ioan. Bapt. (Michaëlburanus), Austriacus, natus in Ampfelwang, 22. Maii 1819, prof. 24. Sept. 1843, sac. 1. Aug. 1844. Studiis theologicis absolutis et concursu optime peracto, vocatus est ad professuram in gymnasio Salisburgensi, ibique iuventutem instruxit ab anno 1845 usque ad annum 1854. Hoc anno ei iussu superiorum professura, quam summa cum severitate et benevolentia peregerat, permutanda erat cum parochia in suburbio Mülln prope Salisburgum, ubi in suggestu sacro ita excelluit, ut ab eminentissimo domino archiepiscopo Maximiliano Iosepho de Tarnóczi inter consiliarios ecclesiasticos numeraretur. Die Parasceves anni 1876, crucem redemptoris nostri adorans, apoplexia tactus est, et obiit in festo Paschatis (16. Apr.) domini Iesu Christi, ut cum ipso resurgat.

Prelo tradidit:

Trauerrede auf das Hinscheiden der Ehrwürdigen Frau Alberta Ainhauser, Abtissin vom adeligen Frauenstifte Nonnberge in Salzburg. (i. e. Sermo lugubris in obitum reverendae dominae Albertae Ainhauser, abbatissae monasterii in monte monialium nobilium.) Salisburgi, 1856. Typis Francisci Xav. Dayle.

Gosztonyi Fabianus Carolus (de s. Monte Pannoniae), in Olad com. Castrif. in Hungaria die 11. Iun. 1841 natus, s. habitu die 8. Sept. 1861 indutus, vota sollemnia die 5. Oct. 1867 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis, die 1. Aug. 1868 ordinatus est, ex quo tempore ad annum 1870 officio professoris Papae, 1870—74 Iaurini functus, ex eo idem munus Sopronii obit. Scripsit:

A latin hangzók időszerinti meglágyulásairól Corssen Vilmos nyomán. (i. e. De mutationibus vocalium.) In progr. gymn. Soproniensis, 1876/7. 8°. p. 3—11.

Gotschmatsch Willibaldus (Scotensis), natus 25. Mart. 1779 Viennae, absolutisque philosophiae studiis ordinis veste donatus est 17. Oct. 1801. Cumque per vota sollemnia Deo consecratus 11. Apr. 1803 sacerdotioque initiatus primam hostiam incruentam obtulisset 21. Oct. 1804, cooperator missus est in suburbium, quem Campum vocant Scotorum. Postquam ibi iam sextum in annum strenue ac fideliter in vinea Domini laboravit, insigni praecipue opera in erudiendis catechumenis collocata, in gymnasio Scotensi Vindobonae christianae religionis praecepta tradere

ab abbate iussus est. Sed vix primo anno scholastico transacto, hanc litterarum palaestram annuente abbate cum ludo triviali commutavit, invincibili parvulorum amore impulsus. Igitur parochiae claustrali adscitus, curati simul et catechetae munus suscepit 1812, quod per sex fere lustra quam egregie, ad salutem tot millium hominum sustinuerit, nemo non potest intellegere, qui zelum huius viri in animarum cura collatum noverit. Viribus inter tantos labores continuos fractis — fuit enim per aliquot annos instructor quoque caecorum in instituto Gumpendorfensi — ad beatam immortalitatem demigravit 9. Apr. 1841. Conscripsit:

I. Christenlehr-Unterricht vom Sacramente der Busse. (i. e. De sacramento poenitentiae.) 1 vol. 4°. Mscrpt. 32 p., adserv. in biblioth. Scot. 53. g. 3.

II. Christenlehr-Unterricht vom heiligen Sacrament des Altars. (i. e. De s. eucharistiae sacramento.) Ut supra.

III. Eine kurze Lebensgeschichte Christi, Mariae und der Apostel. (i. e. Brevis vitae Christi Mariae et apostolorum descriptio.) 1 vol. 8°. Mscrpt. in biblioth. Scot. adserv. 53. g. 10.

IV. Philosophische Vorlesungen nach Professor Karpe. (i. e. Praelectiones philosophicae.) 1 vol. 8°. 248 fol. Mscrpt. adserv. in biblioth. Scot. 53. g. 16.

Götz Edmundus Iosephus (Scotensis), natus est in Moraviae oppido dicto Sternberg die 18. Mart. 1792, gymnasii studia Olomucii colebat. Unde Viennam profectus, cum ibidem litteris, quas vocant philosophicas, haud exigua cum laude vacasset, s. P. Benedicti castra secutus et die 5. Oct. 1811 sacra ordinis veste in monasterio B. M. V. ad Scotos Viennae indutus est. Egressus vero ex hoc asceterio die 30. Mart. 1814 in canoniam Ducumburgensem adscitus est die 28. Oct. eiusdem anni. Invincibili autem Scotensium amore ductus reversus die 8. Sept. 1815, die sequente habitum religiosum ipse induit astantibus nonnisi duobus fratribus et die 15. Sept. 1816 per sollemnia vota se totum obtulit Deo, et ipso die nativitatis domini neomysta primum ad aram stetit. Iam inde ab eo tempore varia in monasterio munera suscepit eaque strenuo peregit. Novitiorum et bibliothecae curam habuit, numothecam disposuit et sacristiam, quam vocant, gubernavit. Anno vero 1818 pueros in gymnasio ad Scotos litteras grammaticae docere iussus per duodecim annos egregium se praestitit magistrum. Iniuncto ipsi 1826 ad reliqua officia subprioris munere, tandem Calendis Maiis 1830 summo fratrum plausu prior monasterii designatus est. In hoc dignitatis gradu collocatus, qualem s. P. Benedictus praepositum monasterii describit, talem se exhibuit et, quantum praelatus erat ceteris, tanto sollicitus observabat regulae praecepta. Anno 1845 archiepiscopus Viennensis inspectorem eum constituit districtus cuiusdam scholarum trivialium simulque consistorii consiliarium esse iussit. Parochi quoque in monasterio munus subiit 1847. Anno sequenti cooptatus in amplum collegium senatorum civitatis Vindobonensis magnopere de salute civium meruit. Missus est, ut cetera silentio praetereamus, iam 1848 cum duobus collegis Francofurtum ad Moenum ad Ioannem, Austriae archiducem, qui tum res Germanicas gubernabat, quocum res gravissimae tractandae erant. Et quamvis eodem anno tumultuum aestus Vindobonae rerum civicarum curam periculosam redderent, tamen munus su-

sceptum non deseruit, imo fortiter pro aequitate propugnavit, ut officio boni civis ex omni parte satisfecisse iudicaretur. Virum ergo tam bene de salute civium meritum, grata res publica Viennensis civem creavit honorarium et ipse augustissimus Austriae imperator Franciscus Iosephus insignibus c. r. ordinis Francisci-Iosephini decoravit atque in equitum huius ordinis numerum adscivit. Interea litteris vacabat tanto cum profectu, ut Athenaeum, Venetiis vigens, et academia scientiarum artiumque, quae Patavii floret, et illa Romae, dei Quiriti dicta, et quam plurimae societates Vindobonenses sodalem eum sibi addiderint. Negotiorum autem et munerum cum multitudo et magnitudo tum varietas, quin dissimilitudo, virium opes adficere et consumere coeperunt, ita ut hydrope pericardii correptus, die 28. Apr. 1862 ad beatam immortalitatem demigrarit, postquam monasterio per triginta duos annos prior praefuit.

Typis edidit:

I. Uebungen zum Uebersetzen aus dem Deutschen ins Lateinische nach F. W. Dörings Anleitung. (i. e. Exercitia Germanico-Latina.) II cursus pro I. et II. class. gramm. 2 vol. 8°. Viennae, 1824 et 1825, typis Caroli Ueberreuter.

II. Vocabularium Graeco-Latinum cum duplici appendice brevis grammaticae Graecae sectioni I (edit. a P. Francisco Rohn) accommodatum. 1 vol. 8°. 1. ed. Viennae, 1826, 2. ed. 1838, in libraria I. B. Wallishauser.

III. Conciones duas: Am fünfzigjährigen Gedächtnistage der Einweihung der Pfarrkirche in Schottenfeld. Viennae, 1836. — Am Patronatsfeste des Handlungs-Krankeninstitutes. Viennae, 1849, typis Congr. Mechithar.

IV. Ansprache an den hochwürdigsten Herrn Abten des Schottenstiftes Dr. Sigismund Schultes zu dessen fünfundzwanzigjähriger Amtsthätigkeit gehalten am 28. Iänner 1857. Als Manuscript gedruckt. Viennae, typ. Ant. Schweiger.

V. Conscripsit praeterea necrologia (in rotulis) conventualium Scotensium inde ab anno 1830—61 vita defunctorum, quae diligentissime exarata typis demandata sunt Viennae variis in officinis.

Govrik Gregorius (Mechitharista), Armenopoli (vulgo Szamosujvár) in Transsilvania die 14. Maii 1846 natus, Viennae in Austria habitu s. die 7. Nov. 1857 indutus, die 24. Aug. 1859 vota emisit, et die 9. Maii 1861 consecratus est presbyter. In monasterio peregit per aliquot annos officia directoris officinae typographicae et professoris historiae universalis et Armenorum. Anno 1872 missus est Constantinopolim, ubi per 5 annos in collegio Mechith. Vindob. docuit ling. Armenam et Germanicam; item historiam universalem et nationalem (Armenam) et geographiam. Anno 1877 Viennam revocatus fungitur munere confessarii clericorum et novitiorum, et professoris geographiae mathematicae et physicae.

Opera ab eo in lingua Neo-armena typis edita:

I. Ղանալի արքայութեան, i. e. Clavis (caelorum) regni. Liber orationum. Viennae, typis Mechith. 1867.

II. Ընդհանուր Պատմութիւն համառօտ, i. e. Brevis historia universalis in usum scholarum nationalium. Viennae, typis Mechith. 1879.

III. Կարծրագոյն երկրագրութիւն, i. e. Geographia universalis. I. fasciculus. (Geogr. mathematica et physica.) Viennae, typis Mechith. 1871.

Grabinger Aegidius (Scotensis) Schwandorf, in Bavariae vico, natus est die 25. Ian. 1760, cumque die 5. Oct. 1793 in ordinem s. P. n. Benedicti esset adscitus, vota sollemnia emisit die 5. Oct. 1794. Paulo postquam primitias Deo celebravit die 17.

Sept. 1797, cooperatorem egit in Eggendorf 1797—1802 et ad s. Udalricum 1802—1806. Dein in monasterium redux curatus fuit et catecheta supplens 1806. Non ita multo post 1807 parochiae provisor in Breitenlee designatus est, quod munus mox cum parochia in Enzersdorf 1807—10 immutavit, 1810—11 parochi munere functus in Waitzendorf, iterum parochiae in campo Scotorum provisor, dein vero parochus actualis fuit diversis in locis 1811—1814 in Hoebersbrunn, 1814—23 in Zellerndorf, 1823—28 in Watzelsdorf, ubi febris nervosa eum abstulit die 17. Mart. 1828.

Typis edidit concionem:

Predigt von der Nothwendigkeit des göttlichen Segens bei allen unsern Unternehmungen, welche bei Gelegenheit, als Johann Thomas Edler von Trattnern, in der Pfarrkirche bei den sieben Zufluchten im Altlerchenfelde dem Allerhöchsten das feierliche Dankopfer wegen des fünfzigjährigen Segens, dessen er sich als Druckerherr und Prinzipal stets erfreute, entrichten liess, den fünften Sonntag nach Ostern vorgetragen worden. (i. e. De necessitate benedictionis divinae occasione iubilaei typographi Ioannis de Trattnern.) 1 vol. 8°. Viennae, 1798, typis Ioann. Thom. nob. de Trattnern.

de Graefenstein Ottocarus (Admontensis), Marburgi in dioecesi Lavantina nobilibus oriundus parentibus 6. Maii 1814, Admontes professus 11. Iul. 1835, primam Deo litavit hostiam 28. Maii 1837. Mox alumnis erudiendis destinatus, historiam ecclesiasticam et sacros canones 1837—1851 iuvenes clericos docuit, addito insuper munere subpraefecti alumnorum 1840—1851. In vineam Domini abire iussus, vicarium egit in Weng, parochum in Palfau et ad s. Michaëlis nec non decanum ad s. Galli usque ad annum 1872. Domum redux ad s. canones anno 1878 insuper archidecanus Admontensis et administrator decanatus San Gallensis est constitutus. Ottocarus inter doctores s. theologiae, consiliarios reverendissimi principis episcopi Seccoviensis nec non sodales varium societatum doctarum merito numeratur. Scripsit:

I. Kurzer Bericht über den Ursprung der Vikariatskirche zum hl. Erzengel Michael und den hl. Märtyrern Cosmas und Damian, wie auch der Kapelle zum hl. Sebastian zu Weng in Obersteier. (i. e. De fundatione ecclesiae s. Michaëlis etc. nec non capellae s. Sebastiani in Weng.) Graz, 1846. 8° min. Leykams Erben.

II. Ein Ehefall: über den parochus proprius im Sinne der Kirche und des österr. a. b. G. B. (i. e. Quisnam parochus proprius?) Linzer theol. prakt. Quartalschrift, 31. Jahrg. 1878. II. Heft.

III. Geschichte der Steiermark von Albert von Muchar. (i. e. Historia Stiriae, pars VI. post mortem A. de Muchar edita.) 6. Bd. Nach dessen Tod herausgegeben von O. de Gr.

IV. Ehen österreichischer Staatsbürger im Auslande, (i. e. De coniugiis civium Austriacorum extra patriam.) Theol. prakt. Quartalschrift, Linz, 1878. p. 627.

V. Das Ehehindernis der Religionsverschiedenheit. (i. e. De cultus disparitatis impedimento.) Ibid. 1878, p. 444.

VI. Rechte und Pflichten eines Pfründners in Bezug auf sein Beneficium. (i. e. Iura et officia beneficiati.) Ibid. 1879, p. 427.

VII. Rechten und Pflichten eines geistlichen Pfründners. (i. e. Item iura et beneficia beneficiati ecclesiastici.) Ibid. 1879, p. 666.

VIII. Das staatliche Eheverbot der Militär-(Stellungs-) Pflicht. (i. e. Impedimentum conditionis militaris.) Ibid. 1879, p. 748.

Graf Rainerus (San-Paulanus), natus est Labaci in Carniolia die 24. Maii 1811; s. habitu indutus die 4. Iun. 1835; sollemniter professus die 28. Mart. 1837; sacerdos die 1. Aug. 1839. Studiis philo-

sophicis anno 1830 Labaci absolutis, locum quaerebat et obtinuit in cancellaria rationarii publici Labacensi, ex quo anno 1835 discessit, et ad s. Paulum supplex et susceptus, Clagenfurti studium theologiae absolvit anno 1840. Primum rei agrariae ediscendae causa in praedio Eberndorf moratus, dein ad s. Paulum praefectus studiosorum convictorum, postea rei agrariae praefecto San-Paulano adiunctus est. Ab anno 1844 erat in gymnasio San-Paulano professor classium grammaticalium, paulo post in gymnasio Clagenfurtensi classium humanitatis; ab anno 1850—72 in gymnasio Clagenfurtensi superiori docebat historiam, litteras Germanicas et per plures annos etiam linguam Italicam. Muneri docendi studiose sese applicans, imprimis litteris Germanicis vacabat; iuste docens meruit laudem superiorum et discipulorum gratam observantiam. Cum linguis antiquis callebat Gallicam, Brittanicam et Italicam, easque lubenter legens. Botanicae et rei nummariae assiduus cultor, plantarum et antiquorum nummorum magnam congeriem servabat, et cum architecto Leopoldo de Huber Clagenfurti hortum botanicum aedificavit et scite disposuit. Societatum botanicarum Carinthiae, Viennensis et Ratisbonensis erat sodalis; societatis historicae Carinthiae et illius pro hortis colendis erat sodalis et ad consultandum delectus. Anno 1872 apoplexia tactus die 7. Iun. placide obdormivit.

Sequuntur eius scripta typis impressa:

I. Chronik des Gymnasiums zu Klagenfurt von seinem Entstehen bis zur Gegenwart. (i. e. Chronicon gymnasii Clagenfurtensis.) Programm des k. k. Gymnasiums zu Klagenfurt. Am Schlusse des Studienjahres 1851. Klagenfurt. Gedruckt bei Johann Leon. p. 1—68. 8°.

II. Zeittafeln zu Göthes Leben und Wirken. (i. e. Ad vitam et agendi rationem Götheanam tabulae chronologicae.) Programm des k. k. Staatsgymnasiums zu Klagenfurt. Am Schlusse des Studienjahres 1852. Klagenfurt. Gedruckt bei Joh. Leon. p. 1—87. 8°.

III. Die Feste der Republik Venedig. (i. e. Festa reipublicae Venetiarum.) Programm des k. k. Gymnasiums in Klagenfurt. Am Schlusse des Studienjahres 1865. Gedruckt bei Joh. und Fr. Leon. p. 1—64. 8°.

IV. Die Feste der Republik Venedig. Fortsetzung des Programmes von 1865. Programm des k. k. Staatsgymnasiums zu Klagenfurt. Am Schlusse des Studienjahres 1866. Druck von J. und Fr. Leon. p. 1—59. 8°.

V. Beiträge zur Flora des Lavantthales. (i. e. Adnotata ad flores vallis Lavantinae.) Klagenfurt. Gedruckt bei F. von Kleinmayr. 1853. p. 1—11. 8°.

VI. Entstehung der österreichischen Monarchie. (i. e. De genesi monarchiae Austriacae.) Klagenfurt. Gedruckt bei F. v. Kleinmayr. 1852. p. 1—24. 4°.

VII. Ueber antike Münzen. (i. e. De numismatibus veterum.) Abgedruckt im Archiv für vaterländische Geschichte und Topographie. 8. Jahrgang. Klagenfurt, 1863. Druck von J. und Fr. Leon. p. 71—80. 8°.

VIII. Franz Freiherrn von Wulfens Flora norica phanerogama. (i. e. Francisci l. b. de Wulfen.) Im Auftrage des zoologisch-botanischen Vereines in Wien herausgegeben vom Med. Dr. Eduard Fenzl und P. Rainer Graf. Wien, Gerold. 1858. p. XIV. 816.

Graff Aemilianus (Lambertinus), natus est in Körmend in Hungaria 24. Sept. 1745. Monachum induit ad s. Lambertum in Styria 10. Aug. 1764, ubi vota sollemnia emisit 11. Aug. 1765. Absolutis in ipso monasterio suo studiis theologicis primitias celebravit 1. Oct. 1769. Exinde superiores eum poenitentiarium constituerunt in Cellis

Marianis et cooperatorem ad s. Mariam in valle Martia. Sublato monasterio suo (1786) rediit ad Cellas B. V., ibidemque qua poenitentiarius obiit 5. Apr. 1810.

Typis quidem nihil dedit, sed plura ipsius extant manuscripta historica in bibliotheca et archivo ad s. Lambertum, scilicet:

I. Vita s. Lamberti.

II. Historia abbatum s. Lamberti usque ad Ioachimum I.

III. Succincta notitia variorum locorum ad s. Lambertum pertinentium.

IV. De viris illustribus monasterii s. Lamberti.

V. De scriptoribus et authoribus monasterii s. Lamberti.

VI. Corollaria de diversis rebus ad s. Lambertum pertinentibus.

VII. Dissertatio peculiaris et crisis de primo abbate s. Lamberti et de ordine ac serie primorum abbatum eiusdem monasterii.

VIII. Monasterium s. Lamberti concernentia collecta ex fastis Campililiensibus, ex Aquilino Iulio Caesare, ex Bruschio, ex Wolfgango Lario et aliis.

Graser Rudolphus (Cremifanensis), Lincii die 4. Iul. 1728 natus. Litteris humanioribus in monasterio Garsten eruditus, rhetoricam Cremifani absolvit, sollemni professione die 13. Nov. 1745 emissa coetui monachorum Cremifanensium adscriptus, altioribus studiis partim Cremifani, partim Salisburgi confectis die 1. Oct. 1752 sacerdos factus est. Linguae patriae cultus in Austria superiore neglectus primum ipsi post studia sacra negotium fuit. Quem in finem cum clarissimo Gottschedio et litterata eius coniuge datis acceptisque epistulis litterarum commercium instituit, 1757—60 professor poëticae eiusdem anni mense Augusto Parisios usque profectus linguas Gallicam et Hispanicam usu didicit. Unde 1762 reversus cooperator in Viechtwang et Buchkirchen, deinde parochus in Eberstallzell, Fischlham et Ried, clarissimus verbi divini praeco anno 1779 ab electorali societate litteraria Monacensi ad excolendam eloquentiam sacram socius ordinarius misso diplomate cooptatus, a Trevirensi quodam anonymo „restaurator eloquentiae sacrae“ dictus, a Berolinensibus recensentibus ceu norma suis verbi divini ministris propositus est. Obiit 20. Ian. 1787.

Libri Rudolphi Graser:

I. Todtenbrief über das Leben Alexander Fixlmillners III. preiswürdigsten Abten des uralten Benedictinerstiftes Cremsmünster etc. lateinisch verfasst und nachmals, a P. Rudolpho scilicet verdeutschet. (i. e. Germanica versio epistulae rotularis in abbatem Alexandrum III.) Steyr, 1759.

II. Vollständige Lehrart zu predigen. (i. e. Institutio ad praedicandum verbum Dei.) Salzburg, 1766. 4°. 717 p.

III. Das dreifache Heil, so den katholischen Gotteshäusern durch ihre Einweihung wiederfährt. (i. e. De triplici benedictione ecclesiarum catholicarum ex consecratione earum redundante.) Vorgetragen zu Windhaag. Steyr, Menhardt. 1768. 42 p.

IV. Praktische Beredsamkeit der christlichen Kanzel, in Regeln, Exempeln und vollständigen Mustern. (i. e. S. eloquentia practica praeceptis et exemplis demonstrata.) Mit einer Vorrede von Maurus Lindermayr. Augsburg, Rieger. 1769. 702 p.

V. Predigten auf alle Sonn- und Festtage des Jahres. (i. e. Conciones sacrae pro singulis dominicis festisque diebus distributae.) I. Band. Augsburg, 1772. 4°. Editio altera 1774, tertia 1776. 726 p.

VI. Predigten auf alle Sonn- und Festtage des Jahres. II. Band. Augsburg, 1775. 4°. Editio altera 1776. 602 p.

VII. Verschiedene Predigten auf Sonn- und Festtage nebst einem Vorschlage das Predigtamt zu erleichtern und einem Entwurfe einer vollständigen Christenlehre für das Landvolk. (i. e. Orationes sacrae additis praeceptis concionandi et brevibus exhortationum pro rusticis descriptionibus.) Augsburg, 1776. 4°. Altera editio 1777. 498 p.

VIII. P. Zacharias Laselve sämmtliche Predigten auf alle Sonn- und Festtage, wie auch für den Advent und die Fasten. (i. e. P. Zach. Laselve orationes sacrae Germanico idiomate redditae.) Uebersetzt, abgeändert, nach dem heutigen Geschmack eingerichtet. II tomi. Augsburg, 1778. 8°. Tom. I. 414 p., tom. II. 432 p.

IX. Poetische Bittschrift an der Kaiserinn Königinn Majestät um allergnädigste Ertheilung einer jährlichen Pension für seine Mutter Elisabeth etc. (i. e. Libellus supplex poeticus ad augustissimam imperatricem Mariam Theresiam pro obtinenda matri pensione annua.) Gedruckt mit Schulz'schen Schriften. 1756. 8°. 4 p.

X. Toleranz-Bibel oder Hausbuch für die drei christlichen Religionen ohne Unterschied, in der Volkssprache geschrieben. (i. e. Biblia pro tribus christianis religionibus communiter usurpanda et sermone vulgari scripta.)

Praeterea manuscriptam reliquit hanc orationem: Eine vollständig ausgearbeitete Kanzelrede über das neue deutsche Schulwesen. (i. e. Oratio de noviter constituta re scholastica.) 1780.

Gretsch Adrianus (Scotensis), in aula Scotorum Vindobonae natus die 11. Oct. 1753 minimus natu inter suos erat fratres, quorum quatuor sacerdotalem ordinem idque tres in monasterio B. M. V. ad Scotos amplectebantur. Adrianus mox adulescens septemdecim annorum, cum excultus esset a P. Iesuitis, monasterium ingressus die 13. Nov. 1770, cum vota sollemni ritu die 12. Mart. 1772 nuncupasset, tanta egregii ingenii et indefessae industriae edidit specimina, ut paulo post sacerdotis die 29. Sept. 1776 etiam theologi summam dignitatem nancisceretur et doctoris laurea ingenti cum applausu decoraretur posteaque bis facultatis theologicae in univ. Vindob. decanus eligeretur. Verum in vano titulo minime adquiescendum putavit vir strenuissimus, sed qualis nominabatur et erat, talem oratione etiam et opere efficacissime se comprobavit. Admotus quippe curae animarum in parochia monasterii 1786—1800 ferventissimum verbi divini praeconem egit. Neque publice tantum doctrinae christianae veritatem contra rebelles eorum temporum spiritus novi cuiusdam Demosthenis et divi Chrysostomi voce et vi defendit, sed in domestico etiam, quale tum erat, disciplinarum theologicarum instituto sacrorum dogmatum et veteris foederis professor auditores saluberrime instruxit. Eiusmodi vita opere, scripto, et viva voce insignis, ut ingentem viro famam et auctoritatem comparaverat, ita dignum quoque ostenderat, qui 1804 prior et mox parochus ecclesiae monasterii, ad gubernacula interiora asceterii proveheretur. Hic in Deum pietate, in suos humanitate et modestia factum est, ut post obitum 1807 Bennonis abbatis essent, qui in eum oculos et animos converterent. Postea vero parochiam in suburbio Vindobonensi, Gumpendorf dicto, 1807 elegit, quam per viginti propemodum continuos annos uno et aequabili praestantiae tenore administravit. Documento esse possunt, quae in aede sacra digne decoranda, quae in re et cura egenorum, quae in schola parochiali, aliisque publicis et privatis scholis ipso vel auctore vel adiutore egregie et saluberrime instituta perdurabant. Ita lapsis tacite annis adpropinquavit tempus, quo iam anno 1822 professus iubilaeus, quinquagesimum

sacerdotii et muneris pastoralis annum sollemni ritu recoleret. Quamvis ex aliquo tempore corpore pariter et mente lamentabili modo fractus esset, tamen Deus optimus piis adnuit precibus et die 8. Oct. 1822 in ara nova, a parochianis suis nec exiguis sumptibus in honorem tanti viri renovata splendideque ornata, diem tam festum celebravit. Sed laetitia et ingens gratulatio et benedicendi forsitan nimius labor exiguos in eo vitae igniculos penitus exstinxerunt, ita ut paulo post ipso die apostolorum Simonis et Iudae apoplexiae impetu tactus vivere seu potius mori placidissime desierit. Nam scripta eius aeternam ei vindicant memoriam, quibus, si quid habent veri vatum praesagia, vivet. Adrianus Gretsch doctor, sicut iam supra diximus, et praedicator evangelii excellentissimus urbem, quin orbem Germanicum fama nominis sui complevit. Exstant sane documenta huius eloquentiae tonantis et vastae doctrinae, sub finem elapsi saeculi XVIII. pluribus voluminibus edita, quae, ut tum temporis avidissime comparata et lecta sunt, ita hodie adhuc frequentibus et gravissimis vocibus expetuntur.

Typis ipse auctor edidit:

I. Conciones pro diversis occasionibus habitas: Zwo Predigten von dem Opfer der heiligen Messe. Viennae, 1793, typis Chr. Grosser. — Von dem steten Triumpfe der Wahrheit in der katholischen Kirche. Augustae Vindelicorum, 1794, typis Nicolai Doll. — Von den Tröstungen und Vortheilen des Almosens. Viennae, typis Ign. Grund. — Von der Anbetung des allerheiligsten Altarsacramentes. Viennae apud Ioann. B. Hoffer. — Von dem Segen des verflossenen Jahres 1796. Viennae, 1797, typis Ioan. Thom. nob. de Trattner. — Von der Verbindung des Glaubens mit dem Gebete am 3. Tage in der Bethwoche. Viennae, 1796, typ. Ioan. nob. de Trattner. — Von der engen und wechselseitigen Verbindung der Priester und Laien. (Conc. secundit.) Viennae, 1798, typ. Ioan. Th. nob. de Trattner. — Lobrede auf den seligen Leonhard von Portu Maurizio, apostolischen Missionär des Franciscanerordens der strengen Observanz. Viennae, 1798, typ. Ioan. nob. de Trattner. — Von der Grösse und Herrlichkeit der heiligsten Gottesmutter. Viennae, 1798, typ. Ioan. nob. de Trattner. — Von der Verehrung der Bildnisse der heiligsten Gottesmutter. Viennae, 1799, typ. Ioan. nob. de Trattner. — Von den Ursachen des immer wider die Nachfolger des heiligen Petrus, und vorzüglich aber in unseren Tagen wider Pius den Sechsten erregten Sturmes. Viennae, 1799, typ. Ioan. Th. nob. de Trattner. — Von der Schätzung des Priesterstandes. (In die festo s. Ioannis Nepomuceni.) Viennae, 1800, typ. Ioan. nob. de Trattner. — Von der Stimme des in Wäldern mit Menschen redenden Gottes am Feste des hl. Eustachius. Viennae, 1800, typ. Ioan. nob. de Trattner. — Von den Vorzügen der Priesterwürde. (Conc. secundit.) Viennae, 1801, typ. Ioan. nob. de Trattner. — Von dem zweifachen Geiste des heiligen Bernhard, vorgetragen in der Cistercienserabtei Zwettel. Viennae, 1802, typ. Ioan. nob. de Trattner. — Von der Verbindung des Kreuzes mit dem Priesterthume des neuen Bundes am Feste Kreuzerhöhung, in der Cistercienserabtei zum hl. Kreuz. (Conc. primit.) Viennae, 1802, typ. Ioan. nob. de Trattner. — Rede, welche bey Gelegenheit des in der Pfarrkirche zu Gumpendorf gefeyerten Dankfestes wegen des von Sr. königl. Hoheit dem Durchlauchtigsten Herzog Albert von Sachsen-Teschen in dieser Gemeinde errichteten Springbrunnens gehalten worden. Viennae, 1805, typis Mathiae Andr. Schmidt. — Rede, gehalten bey dem von Sr. hochfürstlichen Gnaden unserm gnädigsten Herrn Erzbischofe in der Kirche zu St. Ulrich dargebrachten Dankopfer für die unvergessliche Wohlthat, welche durch die Eröffnung der Springbrunnen von Ihro königl. Hochheit der Sel. Erzherzogin Christine und Höchstdero Gemahl dem Durchlauchtigsten Herzoge Albert von Sachsen-Teschen den Gemeinden am Neubau und Neustift

zugeflossen ist. Viennae, 1805, typis Math. Andr. Schmidt. — Von dem uralten Bildnisse der heiligsten Gottesmutter bei den Franciscanern. Viennae, 1807, apud Ioseph Tendler. — Von der Erhabenheit des heiligsten Namens Maria. Viennae, 1808, apud Ioseph Tendler.

II. Fastenpredigten. (i. e. Conciones quadragesimales.) 2 vol. 8°. 1. ed. Viennae, 1796, typis Ioan. Thom. nob. de Trattner, 2. ed. ibid. 1804.

III. Sonntagspredigten. (i. e. Conciones dominicales per annum.) 4 vol. 8°. Viennae, 1797—1799, typ. Ioan. Thom. nob. de Trattner.

IV. Feyertagspredigten. (i. e. Conciones festivales per annum.) In duobus volum., et quidem vol. 1: Auf die Festtage des Herrn und seiner Heiligen. (i. e. In diebus festis Domini et sanctorum eius.) Vol. 2: Auf die Festtage der heiligsten Jungfrau Maria. (i. e. In diebus festis sanctae Mariae Virginis.) 2 vol. 8°. Viennae, 1799, typis Ioan. Th. nob. de Trattner. — Concionum sub 3. et 4. commemoratarum novam editionem faciendam curat P. Constantinus Vidmar (vide hunc) Scotensis apud Herder Brisgoviae in 4 vol. 8°. 1880.

Relicta ab Adriano Gretsch manuscripta postea P. Leop. Scherlich (vide h.), typis edenda curavit et quidem:

V. Predigt von den Krankheiten. Von weiland Adrian Gretsch etc. Viennae, 1831, typis Ant. nob. de Schmid.

VI. Homiletischer Nachlass des weiland hochwürdigen Adrian Gretsch etc. Enthaltend dessen noch nie im Drucke erschienenen Sonntagspredigten. (i. e. Conciones dominicales.) 6 vol. 8°. Viennae. 1834, typis et sumpt. Congr. Mech.

VII. Homiletischer Nachlass des weiland hochwürdigen Adrian Gretsch. Enthaltend dessen noch nie im Drucke erschienenen Feyertagspredigten. (i. e. Conciones festivales.) 3 vol. 8°. Viennae, 1834, typis et sumpt. Congr. Mechith.

VIII. Homiletischer Nachlass des weiland hochwürdigen Adrian Gretsch etc. Enthaltend dessen noch nie im Drucke erschienenen Fastenpredigten. (i. e. Conciones quadragesimales.) 1 vol. 8°. Viennae, 1835, typis et sumpt. Congr. Mech.

IX. Homiletischer Nachlass des weiland hochwürdigen Adrian Gretsch etc. Enthaltend dessen noch nie im Drucke erschienenen Gelegenheitspredigten. (i. e. Conciones occasionales.) 2 vol. 8°. Viennae, 1835, typis et sumpt. Congr. Mechith.

de Grienfels Edmundus (Mellicensis), Viennae in Austria die 13. Sept. 1680 natus, die 5. Oct. 1698 sollemni professione monasterio se adstrinxit et 1704 die 29. Sept. neomysta ad aram stetit. In religione ab omni abhoruit officio, et in silentio transiit vitam suam eandemque ad ipsos octoginta annos exporrectam tandem accedente aestu febrili cum placida morte mutavit die 5. Dec. anno a prima professione 61, a primis primitiis 55. Scripsit:

I. Explicatio super universam Alvari grammaticam, conscripta a P. Edmundo de Grienfels, professo Mellicensi, grammatices et syntaxis per biennium quondam magistro. In gratiam studiosae iuventutis. 4°. Ms.

II. Tituli elogiales beatae Mariae virginis. 4°. 645 p. Ms.

III. De mundi creatione et opere sex dierum. 8°. 58 p.

IV. Syntaxis. 4°. Ms. Sat vastum volumen sine paginarum numeris.

V. Chronotaxis annorum et gestorum Domini Iesu Christi, in qua quatuor evangelia recto ordine temporis digeruntur et inter se ordinantur, ut unam Christi historiam efficiant. 1728. 4°. Ms. p. 715.

VI. Ephemerides Mellicenses ad 19. Febr. 1750 sequentia notant: Adtulit et monstravit mihi R. P. Edmundus librum sat vastum de cantu chorali, quem ipse composuit.

Grindberger Leonardus (Gottvicensis), Mellicii in Austria die 28. Apr. 1753 natus et absolutis in celeberrimo eiusdem nominis monasterio studiis humanioribus et philosophicis in asceterio Gottvicensi s. conversationis habitum induit et

die 27. Oct. 1771 sollemniter professus die 14. Apr. 1776 neomysta ad aram stetit. Postquam per annum Viennae linguarum orientalium peritia se excoluit, per sex annos domi theologiam dogmaticam solide docuit, dein totidem annis qua prior et parochus domesticus praeclaro exemplo omnibus praeivit et qua parochus in Grünau in catechizandis praesertim et erudiendis parvulis gratissimum studium suum collocavit. Cum postea et rei oeconomicae administrationem utilissime gereret et interea abbatia vacaret, Leonardus die 12. Dec. 1798 omnium votis in abbatem electus est et die 16. Ian. 1812 pie in Domino obdormivit. Scripsit:

I. Kurzer und klarer Unterricht von der Nothwendigkeit und Art einer frühzeitigen Vorbereitung zum Tode. (i. e. De necessitate et modo praeparationis ad mortem praeviae.) Edit. 3. Krems, Richter. 1787.

II. Gründlicher und klarer Unterricht über die ganze christlich-katholische Glaubens- und Sittenlehre, nebst einer kurzen Erklärung der sonntäglichen Evangelien. (i. e. Christiano-catholicae veritatis dogmaticae et moralis brevis instructio.) 3 tomi. Wien, Gerold, 1795 und 1796.

Gries Ioannes Ev. (a s. Petro Salisburgi). Salisburgensis ex Kleingmain, natus 26. Ian. 1808, novitius 26. Oct. 1827, monachus professus 28. Sept. 1830, neomysta 7. Aug. 1835, absolutis studiis praeparatoriis professor primum gymnasii Salisburgensis, deinde Augustae Vindelicorum constitutus est. Inde revocatus custos musaei domestici studio historiae et rei botanicae incubuit. Obiit 24. Iun. 1855. Scripsit:

I. Botanische Excursionsberichte. (i. e. Relationes botanicae excursionis.) In „Botanische Zeitung“ 1833, 1835 et 1838.

II. Xenien für die deutsche Marianische Congregation zu Augsburg. (i. e. Xenia pro congregatione Mariana Augustis Vindelicorum conscripta.) *a)* Kurze und leicht fassliche Lehre von dem hl. Sacramente der Ehe. (i. e. De sacramento matrimonii brevis instructio.) Augsburg, 1840. 8°. — *b)* Die Würde des Weibes. (i. e. Mulieris honor et dignitas.) Ibid. 1841. 8°. — Woher so viele unglückliche Ehen. (i. e. De infelicium matrimoniorum genesi.) Ibid. 1842. 8°.

III. Chronik des Erzstiftes Salzburg und der angrenzenden Gebirgstheile. (i. e. Res gestae archicoenobii Salisburgensis et finitimorum montium.) Impressum in „Gebirgsbote“ annis 1847—1849.

Praeterea plurima conscripsit historica, botanica et quae dicuntur belletristica.

Grüber Bonaventura (Raigradiensis), Viennae Austriae ex divite, spectata et honesta familia 13. Mart. 1744 progenitus, cuius pater c. r. conductoris munus obibat, unum habuit fratrem ordinis s. Augustini Brunae professum († 1781) et tres sorores, quarum maior natu, Angela Gabriela sanctimonialis Viennae, aetate minima vero adhuc infans ex hac vita decessit. Euphrosina vero primo cauponi nupta, post eius mortem nobili de Mayerberg in matrimonium traditur, qui possessor praedioli Ebendorfae in Austria diversis cum optimatibus familiari vixit connexu. Mater Bonaventurae aeque ac sorores eius, vitae curriculum pium ac devotum sancta morte finiere. Absolutis Viennae studiis Grüber anno 1761 ad nostrum suscipi petiit coenobium et voti compos factus sub Bonaventura Piter praeposito, cuius etiam nomine appellabatur, in manus successoris Othmari in festo s. Benedicti 1762 vota sollemnia emisit. Absolutis studiis philosophicis et theologicis more consueto apud nos anno 1767 sacerdotio initiatus 28. Sept.

magna circumdatus consanguineorum suorum corona primitias celebravit et sequenti ad continuandum studium theologiae moralis mittitur Braunam, ibique per annum commoratus est. Redux portarius et refectorarius fit nec non sacrista, anno vero 20. Dec. 1774 subprior domus, a quo munere 12. Nov. 1779 absolutus fuit ob nimiam suam bonitatem. Per decursum huius temporis iteratis vicibus in causis familiaribus in Austriam profectus est et cum nobilibus istius provinciae frequens epistularum commercium continuavit, quo variis in negotiis domui nostrae optime prospiciebatur. Constituitur anno 1779 ad finem vergente culinae praefectus, 1783 vero iterato subprior et demum 1788 prior post Alexium, quod munus usque 1805 sedulo obivit amore. Ad suas preces ad finem huius a prioratu absolutus, provisorem domus egit, usque ad 1809, quo febri intermittente correptus aetatis suae anno 65 diem clausit supremum 4. Sept. et a priore t. t. Gregorio Sazavsky ad s. crucem Raigradii sepultus fuit.

Manu propria conscriptum reliquit Bonaventura noster opus quod inscribitur:

I. Novitius Benedictino-Raigradiensis a. p. magistro spirituali informatus, nimirum indignissimus fr. Bon. a. ven. p. Venceslao Winkler eius magistro anno 1761. Cod. pap. in crudo. Msn. 49. Sign. B/K. II. ב. 11, sine pag. In bibliotheca nostra adservatum.

II. Protocollum prioratus tempore huius sui officii continuavit quod fons genuinus historiae domesticae sub F. 11. a. 5. in archivo nostro invenitur.

Grueniger Augustinus (Muro-Griesensis), ingressus est in vitam die 12. Dec. 1824 Altendorfii in Suitensi pago Helvetiae, religione votorum se obstrinxit Griesi die 8. Iun. 1848, inter sacerdotes cooptatus die 24. Mart. 1849. Per septennium professor in collegio Sarnensi revocatur in monasterium ad docendam philosophiam et historiam, dein curam animarum in parochia Marling exercet et rursum per triennium in coenobio munere lectoris et subprioris perfungitur. Rediit 1863 in Helvetiam, ubi sub ipso rectore gymnasium Sarnense maius in dies incrementum cepit, praesertim postquam sua industria et maximo labore novum et magnum aedificium pro conviventibus studiosis exstruxerat. Curat:

I. Relationes annuas sive Jahresberichte über die Cantonal-Lehranstalt in Sarnen, 1864—80.

II. Ueber Charakterbildung. (i. e. De indolis animi ingeniique formatione.) Programm zum Jahresbericht 1877. Sarnen ap. I. Müller. 4°. 15 p.

Grüninger Franciscus Xaverius (San-Paulanus), natus est in Villingen in magno ducatu Badensi die 1. Febr. 1790; s. habitu indutus die 28. Dec. 1807; sollemniter professus die 3. Mart. 1811; sacerdotio initiatus die 13. Sept. 1812. Philosophiae et theologiae studio ad s. Paulum vacabat, quo absoluto primum fratribus clericis historiam universalem tradebat, mox autem professor gymnasii constitutus in classibus grammaticalibus tum ad s. Paulum, tum Clagenfurti iuvenes in scientiis et moribus optime informabat; ab anno 1821 autem professor lycei Clagenfurtensis studiosis historiam universalem enarravit, et antiquos auctores classicos interpretatus est. Antiquitatis etiam Carinthiae explorator erat sagax et diligens; magister suavi et fluente dicendi genere usus, liberalitate et familiari conversatione animos iuvenum fingere studebat; quare ab illis multum

dilectus. Scarlatina laborans intra paucos dies — gravi luctui confratrum et studiosorum — praematura morte obiit die 5. Mart. 1826.

Sequuntur eius scripta typis impressa et manuscripta:

I. Berthold der I. von Zähringen, Markgraf zu Verona und Landgraf in Breisgau. (i. e. Bertholdus de Zaringa marchio Veronensis et langravius Brisgoviae.) Typis impressum in opusculo: „Kärntnerische Zeitschrift", 3. Bändchen. Klagenfurt, gedruckt bei Johann Leon. 1821. p. 50—57.

II. Wie kam Kärnten an Przemysl Ottokar II., König in Böhmen, und von diesem an das Haus Habsburg-Oesterreich? (i. e. Qua ratione Carinthia in possessionem regis Bohemiae Ottocari II et mediate in illam domus Habsburgicae transierit.) Typis impressum eodem quo supra p. 85—122.

III. Ueber den Ursprung des Wappens des Herzogthumes Kärnten. (i. e. De origine stemmatis ducatus Carinthiae.) Typis impressum in opusculo: „Kärntnerische Zeitschrift", 4. Bdch. Mit Abbildungen. p. 166—86.

Manuscripta:

IV. Ueber den verheerenden Krieg, den Margaretha, die Maultasche genannt, im Jahre 1334 in Kärnten geführt haben soll. (i. e. De bello nefasto, quod Margaretha dicta: Maultasche, anno 1334 in Carinthia gessit.) Folia 10.

V. Kurze Geschichte Kärntens von der ältesten Zeit bis 1335. (i. e. Brevis historiae Carinthiae delineatio inde ab antiquissimis temporibus.) Folia 16.

VI. Diplomatarium collectum ex archivo monasterii Victoriensis ord. Cisterciensium annorum 1146—1500. Folia 362.

VII. Excerpta ex diplomatibus archivi Victoriensis aliorumque Carinthiae archivorum transscripta. Folia 86.

VIII. Magna copia priscorum sigillorum cera impressorum.

Grundmann Fredericus (Břevnoveno-Braunensis), Braunae die 25. Nov. 1696 natus in gymnasio Braunaviensi litterarum studiis sese applicuit, et deinde operam navans studiis philosophicis et theologicis in monasterio Braunensi sollemnia vota Deo nuncupavit 22. Dec. 1715, ac tandem 1724 die 23. Apr. presbyter ordinatus est. Munere docendi theologiam in monasterio per aliquot annos occupatus ad officium prioris Břevnovii promovetur. Post mortem Bennonis abbatis 1752 ad regimen familiae Břevnoviensis electus multas magnasque miserias unacum monasteriis Břevnoviensi subiectas passus est septennio illo, quo rex Borussiae Fredericus imperium Austriacum pace privaverat. Meritis plenus die 30. Dec. 1772 diem extremum pie in Domino obiit.

Reliquit duo manuscripta, quibus temporis sui fata quoad monasteria Břevnoviense, Braunense, Policense et Wahlstattense sat clare depingit:

I. Fata miserrima abbatiae Břevnoviensis et monasteriorum huic subiectorum, quae post mortem Caroli VI. Imperatoris et regis Bohemiae ab anno 1740—46 contigerunt. Ms. in 4°. p. 380, quod adservatur inter ms. abbatiae Braunensis.

II. Diarium, sive annotationes privatae et domesticae gestorum ab anno 1752—72. Ms. Volumina duo in folio p. 290 et 360, habentur inter ms. abbatiae Braunensis.

de Grustdorf L. B., Amandus (Cremifanensis), Bertolsgadiensis, die 30. Oct. 1727 natus. Liberalibus disciplinis Cremifani absolutis et accepta s. P. Benedicti veste die 13. Nov. 1745 professus et philosophiam Cremifani, Salisburgi theologiam edoctus die 11. Nov. 1751 sacris initiatus est. Proximo anno ecclesiae in Rohr inferiori praefuit; 1753—56 professor grammaticae, 1756—72 philosophiae, 1772—76 dogmaticae simulque academiae nobilium

subregens; 1776—79 parochus in Fischlham, ab anno 1779 in Weisskirchen obiit 25. Sept. 1792.

Libri Amandi Grustdorf:

I. Institutiones philosophiae rationalis, seu logicae, in usum academiae Cremifanensis conscriptae. Styrae, 1765. 8°. 178 p.

II. Philosophia prima seu ontologia. Styrae, 1766. 4°. 95 p.

III. Institutiones psychologiae empiricae. Styrae, 1770. 4°. 84 p.

Praeterea eo praeside hae disputationes in academia nobilium habitae sunt:

I. Assertiones ex universa philosophia etc. Styrae, Menhardt. 1762. 4°. 8 p.

II. Dissertationes ex universa metaphysica etc. Styrae, Menhardt. 1763. 4°. 8 p.

III. Assertiones ex prolegomenis philosophiae et logicae etc. Styrae, Menhardt. 1763. 4°. 8 pag.

IV. Assertiones ex universa philosophia etc. Styrae, Menhardt. 1764. 4°. 12 p.

V. Assertiones ex universa philosophia etc. Styrae, Menhardt. 1764. 4°. 12 p. (mense Augusto).

VI. Assertiones ex universa philosophia etc. Styrae, Menhardt. 1766. 4°. 12 p.

VII. Assertiones ex universa philosophia etc. Styrae, Menhardt. 1768. 4°. 12 p.

VIII. Positiones ex universa philosophia etc. Styrae, Menhardt. 1768. 4°. 16 p.

IX. Assertiones ex universa philosophia etc. Styrae, Menhardt. 1770. 4°. 10 p.

Gschwandner Sigismundus Mathias (Scotensis), Roehrenbrunn in Austriae inferioris vico vitae lumen adiit die 28. Mart. 1824. Gymnasii studia cum partim Znoimae partim ad Scotos Viennae coluisset, emenso in univ. Vindob. cursu philosophico, die 21. Sept. 1844 s. habitu est indutus. Hic tanto cum profectu ad musas se referebat philosophicas, ut anno sequente doctoris philosophiae nec non aa. ll. lauream in univ. Vindob. obtinuerit. Elapso vero tirocinii tempore, vota sollemni ritu nuncupavit die 29. Sept. 1847 exceptisque publicis in s. theologiam praelectionibus in univ. Vindob. presbyter ordinatus est die s. Iacobi 1849 et hostiâ pacificâ die 12. Aug. eiusdem anni Deo optimo maximo primum litavit. Statim deinde munus adiit docendi mathematicae et physicae nec non philosophiae disciplinam in c. r. gymnasio ad Scotos, quo munere usque adhuc egregie fungitur. Cum interea bis anno 1859 et 1870 collegii doctorum facult. philos. in univ. Vindob. decanus electus esset, inde a die 3. Nov. 1863 ad 18. Sept. 1867 consiliarium egit instructionis publicae et inde ab anno 1868—71 custodem c. r. musei physico-astronomici nihilque in eo munere gerendi officii, nil diligentiae desiderari passus, pro meritis ab ipso augustiss. imperatore Francisco Iosepho in equitum c. r. ordinis Francisco-Iosephini numerum adscitus est anno 1871. Praeterea ipsum, qui anno 1865 cum multis aliis viris societatem meteorologicam Viennae fundaverat, multae sodalitates scientificae socium sibi addidere, uti societas geologica Viennae die 24. Iun. 1865, societas astronomica die 16. Sept. 1869 ad annos vitae, societas chemico-physicalica Viennae die 15. Ian. 1870, paedagogica Lipsiae die 3. Mai 1870, anthropologica Viennae die 8. Febr. 1870.

Typis mandavit:

I. In ephemeride Viennensi: Wiener-Zeitung anno 1845 dissertationem „Ueber Sternschnuppen". (i. e. De stellis transvolantibus.)

Ad programm. gymnasii ad Scotos conscripsit:

II. Pro anno 1850: Eine Rede über Physik und Metaphysik. (i. e. Dissertatio de physicis et metaphysicis.)

III. Pro anno 1859: Geschichtliche Abhandlung über Ptolemäus, Copernicus, Kepler, Newton, Laplace, Kant. (i. e. Demonstratur, quomodo astronomia per Ptolemaeum etc. sit exculta.)

IV. Pro anno 1867: Das Ziel des Gymnasiums, ein Ideal für die Jugend. (i. e. De fine gymnasiis proposito.)

V. Pro anno 1876: Maschine und Vernunft. (i. e. De machinis et ratione.)

VI. Pro anno 1880: Erinnerung. (i. e. De reproductionis facultate.)

Typis porro edidit:

VII. Ausführlich durchgeführter Versuch, die Erscheinung des Tischrückens auf rein mechanischem Wege zu erklären. (i. e. Demonstratur superstitiosa illa mensarum rotatio ratione disciplinaque mechanica.) Viennae, 1853. 1 vol. 8°. Typis hered. nob. de Ghelen.

VIII. Libellis pro gymnasiis Austriacis anno 1853 inseruit: Abhandlung über Anordnung und Vertheilung des naturwissenschaftlichen Unterrichtes im Gymnasium. (i. e. Quaeritur, quomodo doctrina de rerum natura in gymnasiis sit instituenda.)

Gschwandtner Andreas (Gluniacensis), nobilibus parentibus die 12. Ian. 1696 in foro Stadelkirchen Austriae superioris natus, die 14. Sept. 1716 in monasterio Gluniacensi vota sollemnia nuncupavit, anno 1720 primum Deo omnipotenti obtulit novi foederis sacrificium. Postquam ab anno 1731 usque ad annum 1733 in univ. Salisburgensi artes mathematicas docuit, die 29. Iun. 1735 monasterii sui abbas est electus, cui dignitati maxima cum laude praefuit, donec mortem obiit die 25. Maii 1762.

Edidit sine nomine:

Erotemata physico-astronomica de cometis, anno 1744, quo cometa ex Andromeda egrediens terricolas terruit, curioso lectori proposita a quodam pastore astrorum cultore, cf. Ziegelbauer historia rei lit. o. s. B. IV. 311 p.

Gulyás Alexius Colomannus (de s. Monte Pannoniae), in s. Martino com. Iaurin. in Hungaria die 18. Oct. 1831 natus, s. habitu die 14. Sept. 1848 indutus, vota sollemnia die 5. Oct. 1854 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 25. Iulii 1855 presbyter factus, 1855—56 in eodem s. monte munere oratoris a sacris est functus; deinde 1856—73 professor Strigonii, 1873—77 administrator parochiae in Füss, ex eo anno parochiam in Deáki administrat. Scripsit:

I. Magyar nyelvészeti értekezés: *a)* A nyelv tökélyeiről. *b)* A nyelv bősége, *c)* határozottsága, *d)* rövidsége, *e)* tisztasága, *f)* szabályossága, *g)* jóhangzata. (i. e. Dissertatio linguistica de lingua Hungarica.) In progr. gymn. Strigon. 1858/9.

II. Szemelvény Guzmics Izidor és Kazinczy Ferencz irodalmi levelezéséből. (i. e. Epitome epistularum Isidori Guzmics et Francisci Kazinczy ad litteras Hungaricas pertinentium.) In progr. Strig. 1859/60. 8°. p. 3—26.

III. Guzmics Izidor és Kazinczy Ferencz közti levelezés 1822—31. (i. e. Commercium epistularum inter Isid. Guzmics et Fr. Kazinczy ab anno 1822 ad annum 1831.) Közli Gulyás Elek. Esztergom. Horák. 1866. 8°. 282 p.

IV. Deáki templom hajdan és most. (i. e. Ecclesia Deákiensis, qualis fuerit et qualis nunc sit.) In lib. period: Uj magyar Sion. 1875. 881 sqq. p.

Gumpoltsberger Romualdus (Mellicensis), Austriacus e Ried, natus die 21. Maii 1847, habitu s. die 12. Sept. 1868 indutus, die 6. Oct. 1872 vota sollemnia emisit. Absolutis Mellicii s. theologiae studiis die 6. Aug. 1873 primam Deo omnipotenti incruentam hostiam obtulit. Eodem anno almam universitatem Viennensem adiit ibique per tres annos candidatum

magisterii gymnasialis egit, donec die 8. Maii 1878 professor gymnasii declaratus est, a quo tempore in gymnasio Mellicensi iuventutem historiam universalem docet ac praefecti in convictu archivariique munus obit. Scripsit:

Kaiser Gratian. (i. e. De imperatore Gratiano, disquisitio historica.) Im Jahresbericht des k. k. Gymnasiums zu Melk 1879. Im Selbstverlage des Gymnasiums. Wien, Druck von Ludwig Mayer. 8°.

Gumpp Ignatius (San-Blasianus), natus est in Brülingen. Studiis Salisburgi absolutis, in divo Blasio litteras humanitatis et theologiam pro ingenio illius aevi docebat. Sacellanus reverendissimi abbatis Blasii III. cum eo Viennam et alio profectus est. Ratiocinator dein et oeconomus in s. Blasio, ac praepositus in Berau, amorem ac aestimationem confratrum adeo sibi conciliavit, ut prior conventus San-Blasiani expeteretur, quod officium cum annis quinque tenuisset, exspectationem abbatis et confratrum haud satis implevit. Inde Todtmosium amandatus cum titulo superioris eiusdem loci, quem abbas Franciscus in locum regularem evehere proposuerat, inter varias vicissitudines cultum Thaumaturgae promovere admodum laboravit, praesertim de aerario illius pauperrimae ecclesiae parando cogitans. Decennio integro ibi aegre exacto, praepositus in Bürglen, ac altera vice in Berau, demum in Gurtweihl fuit, ubi praeter curam rei familiaris, amator historiae domesticae, in ea elucidanda multam impendit operam, et omnia, quae de prioratu et praepositura in Bürglen, itemque de monasterio virginum et praepositura in Berau ex antiquis scriptis repererat, comportavit, et prout ea in memoriam et calamum venerant, conscripsit, de stilo, rerum serie et subtilitate parum sollicitus, laudandus tamen, quod labore suo successoribus prodesse studuerit. Gurtwihlae iterato apoplexia tactus, cum ad gerenda officii sui negotia inhabilem se cerneret, ultro ad infirmariam in s. Blasio deportari petiit, ibique pie obiit die 11. Apr. 1763, anno aetatis 73^{tio}.

Sequuntur eius manuscripta adhuc residua:

I. Sonnen-Auf- und Niedergang, oder ortus et occasus von s. Blasien, mit allen seinen Gebäuen 1756. Unum volumen in folio, continet paginas 61; adservatur in archivo San-Paulano No. 204.

II. Abbas s. Blasii privilegiatus 1756. Unum volumen in folio, continet paginas 202, adservatur in archivo San-Paulano No. 205, et continetur etiam in Stanislai Wülberz analectorum tomo VI.

III. Compendium discursus canonici de mensa privilegiata abbatis s. Blasii 1753. Unum volumen in 4°, continet paginas 180, adservatur in archivo San-Paulano No. 260, et etiam continetur in Stanislai Wülberz analectorum tomo VI.

IV. Pro memoria, die uralte s. Blasische Probstei Bürglische historiam klarer und besser nach der Jahrzahl zu verstehen. Continetur in Stanislai Wülberz analectorum tomo VI. p. 390.

V. Pro memoria. Von der Kirchen zu Bürglen. Ibid. ut supra p. 396.

Guppenberger Erenbertus (Cremifanensis), ad s. Mariae in Austria superiore die 1. Febr. 1836 natus frequentato per octo annos gymnasio Cremifanensi in alumnos seminarii episcopalis Linciensis anno 1854 cooptatus paulo post Cremifanum rediit et die 4. Nov. eiusdem anni tirocinium inchoavit; quadriennio theologico in Canonia s. Floriani eximia cum laude absoluto et die 29. Aug. 1858

emissa votorum professione die 31. Iul. 1859 sacris initiatus est. Tuberculosi pulmonum obiit in ipso vitae sacerdotalis initio die 9. Dec. 1861.

Manu scriptum reliquit libellum:

Leben und Dichtung. (Collectio variorum carminum.) Volumina quinque. In bibliotheca. p. 114.

Guppenberger Lambertus (Cremifanensis), Austriacus ad s. Mariae, die 5. Ian. 1839 natus, absolutis in gymnasio Cremifanensi studiis et die 2. Sept. anni 1858 s. habitu indutus quadriennium theologicum in instituto domestico ad s. Florianum percurrit; die 4. Sept. 1862 sollemniter professus, die 26. Iul. 1863 s. presbyteratus ordinem recepit. Per biennium supplens in gymnasio professor; 1865—67 in univ. Vindob. litteris Germanicis et historiae geographiaeque operam dedit; unde cum laude adprobatus cum rediisset, linguam Germanicam, geographiam et historiam in utroque gymnasio docere coepit, 1872—78 zoologiae et botanicae professuram tenuit, 1869—75 simul parti iuvenum in convictu degentium praefuit, nunc litterarum Germanicarum atque historiae et geographiae professoris munere fungitur simulque bibliothecae academicae praeest.

Multiplici eruditione exornatus varios libros typis excudi fecit:

I. Am Grabe des Erlösers. (Oratorium.) Wien, Mechitharisten-Buchdruckerei. 1869. 8°. 9 p. Verlag von Ad. Proschko.

II. Antheil Ober- und Niederösterreichs an der deutschen Litteratur seit Walthers von der Vogelweide Tode bis zum Ende des 14. Jahrhunderts. (i. e. Austriae superioris et inferioris poetae a morte Waltheri „von der Vogelweide“ usque ad exitum saeculi decimi quarti.) Gymnasialprogramm. Linz, Druck von Feichtingers Erben. 1871. 4°. 62 p. Verlag der Direction.

III. Anleitung zur Bestimmung der Gattungen der in Kremsmünster und Umgebung wildwachsenden und allgemein cultivirten Pflanzen. (i. e. Introductio ad describenda et definienda plantarum genera et species, quae in vicinia monasterii Cremifanensis tam in agris pratisque quam in hortis inveniuntur.) Linz, Fink. 1873—1874. Partes II. Pars prior 76 pag., pars altera 188 pag. constat.) 12°.

IV. Gunther und Irma. (Carmen epicum de causa fundationis monasterii Cremifanensis scriptum anno iubilaeo 1877.) Linz, Fink. 8°. 140 p.

V. Oesterreichs Huldigung zur Feier der silbernen Hochzeit Ihrer k. und k. Majestäten am 24. April 1879. (i. e. Homagium Austriacum in sollemnitate iubilaea coniugum imperat.) Druck von Johann Haas in Wels. 8°. Verlag des Stiftes Kremsmünster.

VI. Varia eius carmina minora separatim edita sunt.

VII. Kremsmünsters Petrefacten-Sammlung aus Oberösterreich. (i. e. Collectio petrefactorum ex Austria superiore Cremifani adservata.) Linz. 1875.

VIII. Versuche über Pflanzen-Transpiration. (i. e. Experimenta de transpiratione plantarum.) Linz, 1876.

IX. Phaenologische Notizen aus Kremsmünster. (i. e. Notae phaenologicae.) In „Linzer-Zeitung“, 1876 und 1877.

Gusenbauer Rudolfus (Gottvicensis) in Thallern Austriae die 28. Ian. 1827 natus, absolutis studiis gymnasialibus Cremsii, s. habitu die 28. Sept. 1845 indutus, s. professionem die 15. Nov. 1849 emisit et die 11. Aug. 1850 neomysta ad aram stetit. Variis officiis domi fungebatur uti curati in monasterio 1850—56 et 1851—54 simul catechetae scholae parochialis, dein 1856—69 professoris theologiae moralis, 1857—74 bibliothecarii, 1857—68 directoris

clericorum et magistri novitiorum, 1858—1862 sacristiae directoris, 1858—68 subprioris et 1868—74 prioris et parochi ecclesiae claustralis et 1874 die 14. Ian. abbas electus est.

Festpredigt, gehalten in der Stiftspfarrkirche der Benediktiner-Abtei Göttweig am 29. Apr. 1855. (i. e. Concio sollemnis habita occasione proclamationis dogmaticae immac. concept. B. M. V.) Feier der dogmatischen Entscheidung etc. in der Diöcese St. Pölten. 145 p.

Güssmann Paulus (Seitenstadiensis), Viennae in Austria die 2. Sept. 1739 natus ibique humanitatis atque philosophiae disciplinis excultus die 1. Nov. 1757 ingressus est coetum monachorum Seitenstadiensium, quorum per professionem sollemnem die 1. Nov. 1758 emissam sodalis est factus. Absolutis in monasterio s. theologiae studiis ad sacerdotium die 8. Sept. 1760 evectus, variis monasterii officiis maxima cum laude est functus. Postremo aetate fractus omnibus officiis se abdicavit et iubilaeus professionis et sacerdotii in monte sancto soli Deo vivens die 12. Iun. 1819 animam exspiravit.

Scripsit:

Suppetiae ad aliquid dicendum vel scribendum de inferioris Austriae abbatia in Seitenstetten. Manusc. 2 volum. in biblioth. monast. Seitenstadiensis adservat.

Gutrath Ioannis Ev. (a s. Petro Salisburgi), natus Salisburgi 22. Oct. 1707, novitius 22. Apr. 1723, professus 30. Apr. 1724, neomysta 24. Sept. 1730, absolutis studiis altioribus et examine ex universa theologia pro laurea suprema, primum 1734 bibliothecarius, 1736 poenitentiarius in Maria-Plain, 1741 novitiorum et clericorum magister, 1753 vicarius parochiae in Abtenau, 1756 praepositus in Wieting, demum 1759 confessarius monialium o. s. B. in Laengsee constitutus ibidem obiit 11. Iun. 1775. Scripsit:

I. Druzbichi Casp. S. I. Probstein eines wahren Geistes, oder denkwürdige Erwägungen von der Vollkommenheit und Grundfeste standhafter Tugenden. (i. e. Veri spiritus probatio seu de perfectione et fundamento virtutum disquisitio.) Aus dem Lateinischen in das Deutsche übersetzt und mit beigefügten Texten aus der Regel des hl. Benedikt vermehrt. Tegernsee, 1740. 8°. 506 p.

II. Oratio in confirmatione Bedae, electi abbatis s. Petri Salisburgi. Salisburgi, 1753. Fol.

Gutrath Oddo (a s. Petro Salisburgi), Salisburgi 15. Oct. 1705 natus, absoluta rhetorica 1720 novitius et 1721 professus monasterii, emenso cursu philosophico et theologico 27. Sept. 1729 neomysta, 1735 primarius bibliothecarius constituitur, sed sequenti iam anno philosophiam in univ. Salisb. docere iussus eam biennio absolvit. Anno 1743 die 6. Apr. suprema s. theologiae laurea decoratus primum controversias fidei in univ. Salisb. docuit, sed sequenti anno vacantem theologiae moralis cathedram unacum officiis secretarii et bibliothecarii universitatis atque ab anno 1748—51 religiosi convictus regentis suscepit. Ab anno 1748 theologiam dogmaticam docuit, quam cathedram anno 1756 cum cathedra controversiarum commutare propter suam eruditionem iussus est, quibus docendis etiam immortuus est 22. Iul. 1759, magnum suae eruditionis et pietatis desiderium relinquens.

Sequuntur eius scripta:

I. Universalia. Salisburgi, Mayr. 1737. 8°.

II. Prima mentis operatio summulistice exposita. Ibid. 1737. 8°.

III. Secunda mentis operatio summulistice exposita. Ibid. 1737. 8°.

IV. Tertia mentis operatio summulistice exposita. Ibid. 1737. 8°.

V. Obiectum logices. Ibid. 1737. 8°.

VI. Praedicamenta. Ibid. 1737. 8°. 52 p.

VII. Selecta quaedam theologiae dogmatico-moralis capita de primo decalogi praecepto breviter expensa. Ibid. 1745. 4°.

VIII. Selecta quaedam theologica dogmatico-moralia de peccatis breviter expensa. Ibid. 1746. 4°. 40 p.

Gutrath Rupertus (a s. Petro Salisburgi), natus Salisburgi 15. Dec. 1723, novitius 26. Dec. 1741, professus 27. Dec. 1742, neomysta 27. Dec. 1747 ad aram stetit. Postea repetitor clericorum in studiis theologicis constitutus est, sed 1752 ad docendam in univ. Salisb. philosophiam vocatus eam biennio absolvit. Exactis dein 7 annis in cura animarum in Dornbach redux per triennium ethicam et historiam in facultate philos. docuit, quibus absolutis doctor s. theologiae sollemniter 3. Nov. 1764 creatus ad docendam theologiam dogmatico-scholasticam transiit, constitutus simul universitatis secretarius et bibliothecarius, atque anno 1766 praeses maioris congregationis B. M. V. in caelos assumptae. 1767 procancellarius universitatis electus s. scripturam et fidei controversias docuit, quibus muneribus immortuus est 21. Nov. 1777.

Elenchus scriptorum P. Gutrath Norberti:

I. Diatriba I de philosophia veterum Germanorum. Salisburgi, 1753. 4°.

II. Diatriba II de notione logices. Ibidem 1753. 4°.

III. Diatriba III de usu et praxi dialecticae. Ibid. 1753. 4°.

IV. Diatriba IV de logicae postulatis. Ibid. 1753. 4°.

V. Polyaedrum veritatis critico-logice expensum. Ibid. 1753. 4°.

VI. Diatriba eclectico-physica de qualitatibus corporis naturalis. Ibid. 1754. 4°.

VII. Cosmogenia eclectico-physice considerata. Ibid. 1754. 4°.

VIII. Diatriba historica. Ibid. 1763. 4°.

IX. Introductio in historiam universam. Ibid. 1763. 4°.

X. Quaestiones prolegominales de locis theologicis. Ibid. 1766.

XI. Lob- und Leichenrede auf den Hintritt der Frau M. Coelestina Agnes Zeillerin von Zeillheim, Abtissin auf dem Nunberg. (i. e. Concio funebris in memoriam abbatissae M. Coelestinae.) Salzburg, 1766. Fol. 20 p.

XII. Trauerrede auf das Absterben Sr. Magnifizenz P. Gregor Zahlwein, Rectors der Universität Salzburg. Ibid. 1766. Fol. 16 p.

XIII. Oratio funebris in die depositionis tricesimo P. Gregorii Zahlwein, rectoris magnifici universitatis Salisburgensis. Ibid. 1766. Fol. 16 pag.

XIV. Erste Lob- und Dankrede auf die neuntägige Feyerlichkeit des siebten Jahrhunderts des Benediktinerklosters Michaelbeuern. (i. e. Oratio panegyrica occasione sollemnitatis monasterii Michaëlburanensis.) Ibid. 1772. Fol.

XV. Theoremata dogmatico-polemica de doctrinae Augustinianae et Molinistae antithesi. Ibid. 1772. 4°. 135 p.

XVI. Genuina indoles doctrinae ecclesiasticae ingenuae indoli scientiae mediae, probabilismi et gratiae efficacis opposita. Ibid. 1773. 4°. 247 p.

XVII. Διαγραφὴ studii scripturistici in Synagoga. Ibid. 1774. 4°. 310 p.

XVIII. Allocutiones partheniae ad sodales Marianos dictae. Salisburgi, Duyle. 1783. 8°. tomi 2. I. 790 p.; II. 766 p.

XIX. Orationes academicae 45 in actibus sollemnibus promotionum. Ibid. 1785. 8°. 364 p.

XX. Annales Sanpetrenses, seu variarum rerum notabilium tum sacrarum, tum profanarum

ratione vel tempore monasterii ad s. Petrum Salisburgi gestarum. Ms. in fol. tomi 3: I. 1745—49, 336 p.; II. 1750—60, 448 p.; III. 1761—64, 248 p. In archivio s. Petri sub CCLXIII. 4°.

Guzmics Isidorus Ladislaus (de s. Monte Pannoniae), abbas s. Mauritii et soc. mart. de Bakonybél, s. theologiae doctor, facultatis theologicae in regia universitate Pestinensi collegiatus, academiae erud. Hung. sodalis ord., in Iánosfa com. Sopron. in Hungaria die 7. Apr. 1786 natus, s. habitu die 6. Nov. 1806 indutus, vota sollemnia die 14. Sept. 1808 emisit. 1808—10 Iaurini, 1810/11 in s. monte officio professoris functus, 1811—15 Pestini in regia universitate studiis theologicis vacavit, quibus finitis die 23. Aug. 1815 presbyter ordinatus est, ex quo tempore munere professoris theologiae dogmaticae fundamentalis et specialis in s. monte maxima cum laude functus, anno 1832 abbas de Bakonybél nominatus est, ibique die 1. Sept. 1839 cum summo omnium dolore pie in Domino obdormivit.

Vir de ordine s. aeque ac de litteris Hungaricis optime meritus haec scripsit:

I. A kereszténveknek vallásbeli egyesülésekről. (i. e. De religiosa christianorum unione.) Levelek az evang. keresztény tolerántziának védelmezőjéhez. 1822. Pesten. Trattner. 8°.

II. A katholika anyaszentegyház hitbeli tanítása, a magyarországi protestansokhoz. (i. e. Doctrina ecclesiae catholicae, ad protestantes Hungariae.) Ibid. 1822. 8°.

III. Theokritosz maradványi, forditotta Guzmics Izidor. (i. e. Reliquiae Theocriti, in linguam Hung. conversae.) Győrött. Streibig L. 1824. 8°. 130 p.

IV. A vallási egyesülés ideájának, és a római katholikus és protest. kereszténvek között fenálló Uniónak vizsgáltatása. Guzmics Izidor által. (i. e. Unionem religiosam inter catholicos et protestantes perscrutatur Is. G.) Ibid. 1824. 8°. 124 p.

V. A római kath. és protest. kereszténvek között fenálló Uniónak másodszori vizsgáltatása Guzmics I. által. (i. e. Unionem iterum scrutatur I. G.) Ibid. 1826. 8°. 130 p.

VI. Örömvers, mellyet nagy méltóságu Erdődy gróf Pálffy Fidelis urnak Vörőskeő örökösének, midőn ns. Pozsony vármegyének fő-ispányi hivatalába bévezettetett, mély tisztelettel nyujtott pozsonyi kir. fő-gymnasium. (i. e. Ode honoribus Fidelis Pálffy, cum comes supremus comitatus Poson. inauguraretur.) Pozsony. Snischek K. 4°. 6 p.

VII. Theologia christiana fundamentalis. Elucubravit Isid. Guzmics benedictinus. Iaurini, 1828. Streibig. 8°. XI + 440 p.

VIII. Theologia dogmatica. Elucubravit cet. Ibid. 1828, 1829. 3 t. XVIII + 274, 206, 227 p.

IX. A boldog atya. Erkölcsi dráma három felvonásban. (i. e. Pater felix. Drama morale in 3 act.) Készítette Guzmics Izidor. Az ifjuság számára kevés változással Uraniából kiadta Szeder Fabian. Esztergamban. Beimel József. 1829. 16°. 70 p.

X. Révai Miklós pályája saját leveleiből töredékül ajánlva Horváth Istvánnak Guzmics Izidórtól. (i. e. Curriculum vitae Nicolai Révai ex epistulis eius.) Pesten. Petrózai Trattner I. M. és Károlyi Istvánnál. 1830. 8°. 44 p. Cum imagine N. Révai.

XI. Pannonia századjai. Irta Guzmics Izidór. (i. e. Saecula Pannoniae.) Győrött. 1830. Streibig Lépold betűivel. 4°. 54 p.

XII. A magyar Athenéon öt énekben 1830. (i. e. Athenaeum Hungaricum.) 4°. 16 p.

XIII. Hellen classicusok magyar fordításokban. Kiadja a magyar tudós társaság. Első kötet. Sophoklesz Ödipusza. — Euripidesz Iphigeniája Auliszban. Az eredeti hellenből fordította Guzmics Izidor. (i. e. Scriptores Graeci in linguam Hung. conversi. Tom. 1. Oedipus rex Sophocli. — Iphigenia Euripidis. In Hung. convertit I. G.) Budán. A magy. kir. egyetem betűivel. 1830. 8°. 205 p. — „Iphigenia in Hungaricum translata et

operi: Magyar akademiai évkönyvek inserta, 50 aureorum praemio post eius mortem honorata fuit; quos archiabbatia, naturalis eius haeres, eidem academiae donavit". Czinár-Fuxhoffer. Monast. I. 154 p.

XIV. Esthajnal. Fő tisztelendő Horváth Pál tihanyi apát úrnak mint ötven évei áldozónak. (i. e. Crepusculum. Paulo Horváth sacerdoti iubilari.) Győrött. Streibig L. betűivel. 1830. 4°. 4 pag.

XV. A kelő nap. Nagyságos fő tisztelendő Kováts Tamás pannonhegyi fő apát urnak, fő apátságába lett beiktatása alkalmával. (i. e. Sol oriens. Archiabbati Thomae Kovács, cum inauguraretur.) 4°. 4 p.

XVI. Guzmics Izidor és Kazinczy Ferencz közti levelezés 1822—31. (i. e. Litterarum commercium inter Isidorum G. et Franciscum K.) Közli Gulyás Elek. Esztergom. 1860. Horák. 8°. 282 p.

XVII. Zsoltárok. (i. e. Psalmi.) Pesten. Beimel. 1822. 8°. 280 p.

XVIII. Jób. (i. e. Liber Iob.) Kiadta az egyházi tár szerkesztője ajándékul olvasóinak. 1836. Pesten. Esztergami Beimel tulajdona. 8°. 106 p.

XIX. Ő herczegségének főméltóságu és főtisztelendő Kopácsy Józsefnek, Magyarország és egyház nevezett primásának hódoló tisztelettel nyujtja az egyházi tár intézete. (i. e. Carmen honori Iosephi Kopácsy primatis regni Hungariae.) Esztergamban. Beimel J. 2°. 4 p. 1839.

XX. A teremtés. Egyházi karének III részben. (i. e. Creatio. Chorus ecclesiasticus.) Magyarra fordítva Guzmics Izidor, s musikára téve Haydn József által. Streibig Lépold betűivel. 8°. 16 p.

XXI. In lib. period: „Urania" praeter varia minora: *a)* Etelka Kréta szigetén. (i. e. Adelaida in insula Creta.) Melodrama. 1828. *b)* Árpád Pannon hegyén. Szindarab Horváth J. után. (i. e. Árpád in monte Pannoniae. Secundum Stephanum Horváth.) 1830. *c)* Meteusz vagy a barátság diadala. (i. e. Meteus seu triumphus amicitiae.) Hős-érzékeny dráma 4 felvonásban. 1831. *d)* Vak Béla. (i. e. Adalbertus caecus.) Énekes dráma. 1832. *e)* Imre és András vagy a királyi szó hatalma. (i. e. Emericus et Andreas seu vis verbi regis.) Hősi dráma 5 felvonásban. 1833.

XXII. Ab anno 1832 usque ad mortem (1839) redegit opus periodicum „Vallási és egyházi tár", in quo quam plurimae eius elucubrationes leguntur.

XXIII. Varia praeterea reliquit manuscripta, quae tamen quo minus ad finem perduceret ederetque, praematura morte impeditus est; uti: *a)* Erkölcsi világ. (i. e. De mundo morali: de traditionibus diversarum gentium cet.) 4°. 302 p. *b)* Szent irás iránti legujabb nézetek. (i. e. Recentissimae de scriptura s. opiniones.) 4°. 157 p. *c)* Strauss: Das Leben Christi kritisch bearbeitet. (i. e. De vita Christi Domini a D. Strauss scripta.) 4°. 120 p. *d)* Doctrina religionis christianae. Elaborata ab Isidore Guzmics abbate. 4°. 193 p. *e)* Bevezetés a hellen literaturába. (i. e. Introductio in litteras Graecorum.) 4°. 110 p. *f)* Az esztendő részei. (i. e. Tempora anni.) Az angolból Thomson után tett német fordítás szerint. 8°. 44 p. *g)* „Doctrina eius christiana pro gymnasiis, ad exc. consilium pro concursu submissa, nondum est restituta." Fuxhoffer-Czinár. Monast. I. 154 p. cet.

XIV. Variae demum eius dissertationes, narrationes, orationes, carmina in variis occurrunt scriptis periodicis, uti: Tudományos gyüjtemény, Szépliteraturai ajándék, Aurora, Hasznos mulatságok, Regélő, Élet és literatura, Egyházi értekezések, Egyházi folyó irás, Pesti theologiai folyóirat, Magyar akad. évkönyvek, Közhasznu ismeretek tára, Magyar Hübner-lexikon cet.

Gyulai (antea Prohászka) Rudolfus Iulius (de s. Monte Pannoniae), Pestini eiusdem com. in Hungaria die 2. Maii 1848 natus, s. habitu die 8. Sept. 1864 indutus, vota sollemnia die 5. Aug. 1870 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 16. Iul. 1861 sacerdotio initiatus est. 1871—74 Ginsii, 1874/5 in s. monte, 1875—77 Strigonii professor gymn., ex eo Comaromii eodem officio fungitur. Scripsit:

I. Nyilt szó a művelt közönséghez az ó-classicai nyelvészet érdekében. (i. e. Quaedam pro philologia classica ad homines humanitate politos.) In progr. gymn. Ginsiensis 1872/3. 8°. 2 p.

II. Felső vasmegyei várak: 1. Lékavára, 2. Szalonak, 3. Borostyánkő vára. (i. e. Castella comit. Castriferrei superioris.) Ibid. 1873/4. 8°. 9 pag.

Haberhauer Maurus (Raigradiensis). De huius viri fatis paucissima sunt, quae ob fontium tenuitatem et angustiam nobis veniunt recensenda, licet ipsum optimae indolis hominem operosum fuisse perlonga operum conscriptorum series declaret. Natus fuerat Haberhauer Zvitaviae in Moravia 13. Mart. 1746 nomenque in s. fonte Iosephum accepit. De studiis quo loci et quando absolutis nil constat. Anno 1763 die 13. Nov. una cum duobus aliis candidatis sacro divi Benedicti habitu indutus est per D. Bonaventuram praepositum et Mainhardus vocatus. Cum vero sequenti anno post praepositi obitum Othmarus Conrad in eius successorem eligeretur, qui fratris nostri praedicti magister et spiritualis hucusque erat, profitenti 25. Nov. Mainhardo nomen insolitum in „Maurus“ commutavit. Studiis philosophicis et theologicis more tunc solito in monasterio nostro absolutis sacerdotio initiatur 1778 et 21. Oct. huius primitias celebrat. Tunc concionatorem, praecentorem et regentem chori figuralis egit, quod munus in primis ob praeclaram suam musices scientiam per longam annorum seriem ita obivit, ut omnibus admirationi fuerit sibique praeclari compositoris famam adquisierit. Anno 1779 12. Nov. subprior domus constitutus insimul prima vice professor studii domestici clericorum nominatur, quos disciplinas praescriptas per biennium edocebat, et cum anno 1783/3. Ian. ad preces suas a subprioratu fuisset absolutus, iterum discipulis fratribus Francisco, Ignatio, Gregorio, Bernardo, Wolfgango et Procopio lector theologiae fuerat deputatus pro theologia canonistica, hermeneutica et pastorali. Praelectionibus hisce finitis concionatoris et cooperatoris in cura animarum munera domi ad finem dierum usque sedulo obibat, quibuscum illud praecentoris et regentis chori studium, quo maxime delectabatur, coniunxit. Plus decennio podagra gravissime cruciatus morbo huic victima cecidit Maurus Haberhauer anno 1799 18. Febr. et per priorem t. t. Bonaventuram Grüber in coemeterio ad s. crucem Raigradii sepultus fuit.

Sequitur series omnium operum P. Haberhauer Mauri manuscriptorum:

a) Cum die in litteris ascripta:

I. Codex qui continet: I. Logica maior tradita a R. P. Antonio Klappitz anno 1765. II. Metaphysicae; pars I: Ontologia, pars II: Pneumatologia, in 4°. sub Msn. 296 (*a* et *b*). Sign. D/K. II. β. 1. p. 146, 282, 112, 29 in bibliotheca mon.

II. Tractatus prolegominalis de actibus humanis tomi duo. Msn. 202. Sign. B/K. I. β. 9. 10. in 4°. sine pag. in bibl. anno 1766 et 1769 conscr.

III. Tractatus de Deo eiusque divinis attributis. Cod. pap. in 4°. Msn. 194. Sign. B/K. I. β. 1. sine pag. anno 1767 conscr. bibl.

IV. Tractatus de vitiis et peccatis. Cod. pap. Msn. 196. Sign. B/K. I. β. 3. in 4°. sine pag. bibl. de anno 1767.

V. Tractatus de legibus et conscientia. Cod. pap. Msn. 198. Sign. B/K. I. β. 5. in 4°. sine pag. bibl. de anno 1767.

VI. Tractatus de sanctissima Trinitate. Cod. pap. Msn. 195. Sign. B/K. I. β. 2. in 4°. sine pag. in bibl. de anno 1768.

VII. Tractatus scholastico-dogmaticus de virtutibus theologicis. Cod. pap. Msn. 197. Sign. B/K. I. β. 4. in 4°. sine pag. in bibl. de anno 1768.

VIII. Tractatus de incarnatione verbi divini, anno 1768 conscriptus. Cod. pap. Msn. 200. Sign. B/K. I. β. 7. in 4°. sine pag. in bibl.

IX. Fasciculus in 22 ternionibus, qui continet tractatus I. de vitiis et peccatis, II. de legibus, III. de actibus humanis, IV. de ultimo fine et de beatitudine, conscriptus anno 1763, annexae sunt positiones theologicae typis expressae quas defendit M. H. Augusto 1768. Cod. pap. in 4°. sine pag. Msn. 516. 11. Sign. F/K. II. b. 16. in bibl.

X. Tractatus de gratia salvatoris, conscriptus anno 1769. Cod. pap. in 4°. sine pag. Msn. 199. Sign. B/K. I. β. 6. bibl.

XI. Tractatus de sacramentis in genere et specie, conscriptus 1770. Cod. pap. in 4°. sine pag. Msn. 201. Sign. B/K. I. β. 8, in bibl.

XII. Physica generalis, congesta a . . . sectiones quatuor, conscr. anno 1774. Cod. pap. Fol. 341 in 4°. Msn. 223. Sign. B/K. I. ב. 9. in bibl.

XIII. Supplementum ad compendium philosophiae, congestum anno 1774. Cod. pap, in 4°. sine pag. Msn. 297. Sign. D/K. II. β. 2. in bibl.

XIV. Tractatus de conscientia, congestus et explicatus anno 1776. Tomi duo. Cod. pap. in 4°. sine pag. Msn. 203. Sign. B/K. I. β. 11. 12. in bibl. Raigr.

XV. Tractatus de artibus humanis, congestus et explicatus iuxta M. Gazzaniga anno 1776. Cod. pap. in 4°. sine pag. Msn. 204 (*a* et *b*). Sign. B/K. I. β. 13. 14. in bibl.

XVI. Tractatus de conscientia et beatitudine congestus et explicatus a . . . auctore P. Petro Maria Gazzaniga ord. praed. in universitate Vindobonensi prof. theol., conscriptus anno 1776. Cod. pap. in 4°. pag. 123 et 155. Msn. 575. Sign. F/K. II. α. 31. in bibl. Raigr.

XVII. Explanatio theologiae moralis iuxta Eusebium Amort (incompleta), conscr. anno 1779. Cod. pap. sine pag. in 4°. Msn. 206. Sign. B/K. I. β. 17.

b) Sine die assignata:

XVIII. Parenesis magistri spiritualis ad novitios religiosos seu informatio spiritualis. Cod. pap. in 4°. pag. 211. Msn. 44. Sign. B/K. II. ב. 3. in bibl.

XIX. Theologiae dogmaticae partes duae. Cod. pap. in 4°. sine pag. Msn. 205. Sign. B/K. I. β. 15. 16. in bibl.

XX. Historia litteraria theologiae. Cod. pap. in 4°. sine pag. Msn. 207 (*a*—*c*), Sign. B/K. I. β. 18. in bibl.

XXI. Tractatus de augustissima Trinitate sec. Gazzaniga. Cod. pap. in 4°. sine pag. Msn. 208. Sign. B/K. I. β. 19. in bibl. Raigr.

XXII. Ius canonicum auctore Stephano Rauttenstrauch o. s. B. prof. Břev. Tomi duo in 4°. sine pag. Msn. 250 (I et II). Sign. D/K. II. a. 1. 2. in bibl.

XXIII. Physica particularis tradita a D. Antonio Klappitz Raigrad. conscripta a M. H. Cod. pap. in 4°. pag. 230. Msn. 274. Sign. D/K. II. ב. 7.

c) Typis prodierunt:

I. Positiones ex logica et metaphysica quas propugnandas suscepit M. H. praeside Ant. Klappitz, 11. Sept. 1765. 4 fol. in nostra bibl. sub Msn. 6246.

II. Positiones theologicae scholastico-dogmatico-morales de vitiis, peccatis et legibus, propugnandas suscepit M. H. ex praelectionibus Bonifacii Keller anno 1768 31. Aug. 4 fol. in nostra bibl. sub Bn. 12600.

III. Positiones ex theologia scholastico-dogmatica de gratia incarnatione et fide quas in mon. Raigrad. ex praelectionibus Antonii Klappitz et Bonifacii Keller publice propugnandas suscepit anno 1769 5. Sept. 4 fol. in bibl. nostra sub Bn. 2104.

d) M. Haberhauer praeclarum compositorem fuisse, testantur seq. ab eo in Ms. relicta opera musicalia:

I. In C-Dur viginti novem missae, pro 4 voc. cum instrum.

II. In G-Dur duae missae, item.

III. In D-Dur octo missae, pro 4 voc. cum instrum.

IV. In A duae missae, item.

V. In F tres missae, item.

VI. In B una missa, item.

VII. In E una missa, item.

VIII. In Es tres missae, item.

IX. Missa adventualis pro dominica: „Gaudete“ in D minor pro 4 vocib. cum instrumentis.

X. Missa rorate in C, item.

XI. Missa pastoralis in C, item.

XII. Missa pastoralis in E, item.

XIII. Missa pastoralis in A, item.

XIV. Duae missae de Requiem in Es et C minor.

XV. Quindecim Vesperae diversae.

XVI. Litaniae de s. Nomine Iesu in Es pro 4 voc. cum instr.

XVII. Responsoria pro s. Triduo.

XVIII. Psalmus 50. Miserere in F, in C, in F minor, in C, in Es, in G minor.

XIX. Motettae de B. M. V. octo.

XX. Motettae de Sanctis duae.

XXI. Tenebrae in B et F.

XXII. Symphoniae etc.

Haberl Norbertus (Mellicensis) ab honestis parentibus, praedii in Leestorf prope thermas austriacas administrationi servientibus progenitus die 25. Mart. 1809 vitae lumen adiit, et scientiis humanioribus in gymnasio Mellicensi, philosophicis Cremsii excultus, die 1. Nov. anni 1826 s. Benedicti vestem induit, deinde sollemnibus ordinis votis emissis, die 3. Oct. 1830 gremio Mellicensi adscriptus, litterarum theologicarum studio domi confecto, sacerdotio inauguratus die 22. Apr. 1832 neomystes sanctissimum missae sacrificium peregit. Anno 1834 ad veteris foederis linguarumque orientalium cognitionem clericis tradendam vocatus, cathedram hanc anno 1836 cum convictus dirigendi munere, cui duobus annis elapsis catechetae in gymnasio Mellicensi officium accedebat, commutare iussus; hoc instituto autem duobus classibus aucto, anno 1848 simul planimetriae, 1851 historiae universalis et patriae, postea linguae Latinae docendae professor nominatus est. Fuit praeclaro huic viro tam rara aetatis iuvenilis ingenuis artibus instruendae bonisque moribus formandae dexteritas, ut a cunctis ipsius curae traditis non minoris aestimaretur, quam singulari amore complecteretur, eosque perenni gratissimi in magistrum et amicum paternum animi vinculo sibi obstrictos videret. Sic praestantissimis ingenii animique dotibus, et quod pluris est, magno virtutum, quae hominem, praeceptorem, sacerdotem et vitae religiosae addictum decent ornantque numero resplendens, augustissimi et clementissimi imperatoris Francisci Iosephi diplomate die 5. Dec. 1856 subscripto, civibus aurea meritorum cruce cum corona decoratis adiungi dignatus est; quo novo eoque insigni ad honesta et praestantia quaevis enitendi stimulo addito, continuam assiduamque muneribus sibi demandatis operam navare non destitit, donec die 7. Sept. in vineam Domini colendam translatus parochiae Leobersdorfensi regendae praeficeretur, ubi ecclesiae parietes fornicesque, Ioannis Schilcher celeberrimi Vindobonae pictoris laudatissima manu exornati, gratam parochi bene merentis memoriam posteritati servabunt. Ibi brevi tempore adversa valetudine afflictari coepit, quae postea recuperandae sanitatis spem valde dubiam reliquit, cum malum, quo laborabat in hepatis atrophiam indeque exortam hydropisin degeneraret, omnibusque artis remediis obsisteret. Die 2. Iun. anni 1862

hora sexta matutina, animam Deo creatori et salvatori, corpus terrae, mortalium matri reddidit. Scripsit:

I. Religions-Geschichte des alten Bundes. Zum Gebrauche für die Gymnasial-Jugend. (i. e. Historia religionis ad usum iuventutis studiosae.) Wien, 1850. Bei Fr. Beck. 8°.

II. Zum Vorabend der Secundizfeier des hochwürdigsten Herrn Wilhelm Eder, Abt zu Melk. (i. e. In vigilia iubilaei sacerdotalis abbatis Guilielmi Eder.) Ms. in Bibliotheca Mellicensi. 1854. 4°.

III. Cantate zur priesterlichen Jubelfeier des Pl. T. Hochwürdigsten Herrn Herrn Abtes zu Melk Wilhelm am 4. Oct. 1854. (i. e. Cantatio ad idem iubilaeum cum notis musicae.) Musik von H. Franz Krenn. Wien, in der k. k. landesb. lith. Anst. v. Sieger. 8°.

Habrich Alexius (Raigradiensis). Natale solum Alexii fuit Buzovicium, haud contemnendum municipium in Moravia Olomucensis dioecesis, ubi hanc in vitam ingressus est 26. Iul. 1736. Absolutis partim Brunae, partim Olomucii humanioribus et philosophicis studiis vigesimum aetatis annum agens, in monasterio Raigradiensi, praepositurae habenas tunc ibidem moderante clarissimo viro Bonaventura Piter benedictina est amplexus instituta. Post nuncupata vota Cal. Ian. 1758 vitaeque sanctioris facta fundamenta sub doctissimis viris PP. Othmaro Conrad et Ferdinando Müller professoribus theologiae, scholastico - dogmatico - polemicae, quam primum omni anno per partes, tum universam publice propugnavit, sedulo impendit operam. Ad iurisprudentiae et theologiae moralis studium deinde convolavit, quo laudabiliter absoluto, sacerdotio initiatus est 1763 16. Ian. et 16. Febr. primas divinae maiestati hostias immolavit. Ab anno 1764 per duo lustra censuum monasterii perceptoris, culinae inspectoris, cellarii, et provisoris officiis successive perfungitur et anno tandem 1775 ad praeclara prioris monasterii, cancellariae et archivi praefecti munia insimul evehitur. Sublimioribus his officiis donatus curisque domesticis omnino solutus, litteris se involvere, historiae patriae totum se tradere, reique diplomaticae vacare coepit. Brunam Moravorum mittitur; archiva ad s. Petrum et ad s. Iacobum pretiosissimis et antiquissimis referta monumentis avide perlustrat, eadem iusto ordine donari curat, thesaurisque illic inventis, ac fideliter a se ipso descriptis onustus, Raigradium revertitur. Ad eruditorum rerum patriae scriptorum, Raphaëlis Ungar videlicet, Iosephi Dobrovský, Gelasii Dobner, Cerroni, Martini Pelzelii et praecipue Iosephi Wratislai equitis de Monse, quocum arctissimum amicitiae foedus inierat — litterarum commercium cum hisce aliisque viris sui aevi doctissimis in novem fasciculis magnis cum signatura E. d. 8, 9 etc. usque 16 in archivo nostro adservatur — in societatem postea adscitus, eorumdem doctorum virorum irremisso hortatu, ipsoque Francisco comite Chorinsky exigente: „Iura primaeva Moraviae“ ex autographis authenticisque manuscriptis colligit et eadem notis eruditissimis illustrata typis tandem committi curat (vide infra). Ad monasticon historico-diplomaticum omnium monasteriorum a D. Piter incoeptum manum admovet, totum hoc immensum opus de novo transcribit, absolvit, preloque praeparat. Necrologium insuper congregationis Benedictinae per Bohemiam, Moraviam et Silesiam conficit, multaque alia opera immensa semperque

vivida eruditione perficit, demumque ad complendam epitaphiorum Moraviensium olim a D. Střzedowski incoeptam collectionem animum et calamum vertit, ast dum ultimam huic operi manum imponit, litteris valedicere cogitur. Paralysi simul et arthritide affectus iam inde ab anno 1790, quibus medendi causa frustra iteratis vicibus balnea visitabat, multumque his cruciatus infirmitatibus fatis tandem cedere adigitur 27. Mart. anno 1794 magnum sui apud omnes, praecipue vero apud eruditos, desiderium relinquens.

I. Typis edidit:

I. Assertiones theologicae scholastico-positivae et morales de fide, regulis fidei, actibus humanis et beatitudine, quas in mon. Raigr. anno 1759 4. Sept. propugnandas suscepit ex praelectionibus Othmari Conrad. Brunae, typis Emanuelis Swoboda, 1759, in 4°. in nostra bibl. sub Bn. 1053. Sign. R. e. 1. No. 18.

II. Item: Assertiones theologico-canonico-morales de conscientia, iure obiectivo et subiectivo, quas anno 1760 mense Aprili propugnandas suscepit, typis ut supra in 4°. apud nos Bn. 2754. Sign. B. 11. f. 37. No. 9.

III. Item: Anno 1760 26. Aug. ex praelectionibus Othmari Conrad pro annua disputatione exposuit: Positiones theologico-dogmaticas de gratia Salvatoris nec non de incarnatione, typis ibid. apud nos Bn. 13697, cum sign. B. 11. f. 37. No. 10.

IV. Iura primaeva Moraviae (de quo supra), collegerunt ac notis illustrarunt benedictini Raigradienses. Brunae, typis Neumannianis, 1781. 8°. pag. 121, apud nos Bn. 10800. Sign. I. II. d. 15. bibl.

II. Bibliotheca nostra Raigradiensis manuscriptorum Habrich notat:

I. Adnotationes in physicam experimentalem Francisci Habrich eiusdem auditoris anno 1755. Pap. Ms. in 8 tern. manc. sine pag. Msn. 487. Sign. F/K. II. a. 53. 4°.

II. Pars secunda Matheseos seu Geometria ex praelectionibus r. p. Ioannis Kerber soc. Iesu descripsit Franc. Habrich eiusdem auditor Iulimontii die 9. Mai 1758. Pap. Ms. in uno fasc. sine pag. Msn. 490. Sign. F/K. II. a. 55. 4°.

III. Logica maior dialectica seu impartialis inter peripateticos et antiperipateticos media. Ms. pap. in 8 plagulis, in fine manc. in uno fasc. sine pag. Msn. 497. Sign. F/K. II. α. 2. 4°.

IV. Fasc. qui continet: 1. Compendium theologiae pastoralis. 2. Anmerkungen aus Felbingers Vorlesungen über die Kunst zu catechisiren. (i. e. Adnotationes ad Felbingeri „artem catechizandi".) Ms. pap. in duobus tom. et 6 plag. 4°. Msn. 468. Sign. F/K. II. a. 32.

V. Annotationes in philosophiam metaphysicam et ethicam a r. p. Ioanne Polansky et r. p. Preisler praelectam descr. ab Alexio eiusdem auditore anno 1775. Ms. pap. in 12 tern. sine pag. 4°. Msn. 478. Sign. F/K. II. a. 14.

VI. Conciones festivales bohemicae in festis B. M. V. sanctorum, dedicatione ecclesiae etc. habitae et scriptae a P. Alexio ab anno 1776—86. Ms. pap. in fol., in uno fasc. (sunt 26). Msn. 546. Sign. F/K. II. β. 11.

VII. Conciones dominicales bohemicae habitae et scriptae ab anno 1777—86 (sunt summatim 66). Ms. pap. in folio, sine pag. Msn. 547. Sign. F/K. II. β. 12.

VIII. Praecursus iuris canonici seu institutiones civico-canonicae. Cod. pap. in 8 ternionibus, sine pag. 4°. Msn. 443. Sign. F/K. II. a. 6.

IX. Descripsit: Summa virtutum fratris Leonis prioris in Raigrad de anno 1416 (cuius originale in bibl. nostra adservatur sub Msn. 392. Sign. D/K. I. a. 15), quae copia Ms. pap. in fol. sub Msn. 564. Sign. F/K. II. a. 16 invenitur.

III. Manuscripta vero, propria potissimum manu exarata, quae in archivo nostro adservantur, sequentia veniunt assignanda:

I. Sermones eius capitulares tamquam prioris domus, sub A. XVI. 5, in fol. sine pag. 3 tern.

II. Catalogus priorum Raigrad. Fasc. in fol. sine pag. sub A. XVIII. 2. No. 3. 6 folia in 4°.

III. Origo et fata ecclesiae et parochiae Raigradiensis (1780). Fasc. in fol. manc. sine pag. sub. B. IV. 1.

IV. Origo et fata capellaniae localis Sirovicensis. Fasc. in fol. sine pag. sub B. VIII. 1. 4 tern.

V. Notae quaedam de origine et fatis parochiae Nigrofanensis cum serie curatorum ab anno 1656—1790. Fasc. in fol. sine pag. sub B. IX. 1. 2 tern.

VI. Origo et fata ecclesiae Domašoviensis, reditus huius antiquae parochiae. Fol. sine pag. sub B. XI. 1. 2 tern.

VII. Oliverii Logipontii biographia conscripta 1745—58. Fol. sine pag. sub C. d. 7. 2 tern.

VIII. Fragmenta protocolli domestici seu memorabilium prioratus Alexio priore. Fol. sine pag. sub F. II. a. 5.

IX. Series praepositorum. Fasc. in fol. sine pag. sub F. II. a. 4. fasc. mag.

X. *a)* Nomina benedictinorum, quos sive necrologio sive quibusque aliis actis et notatis Raigradii vixisse aut mortuos fuisse constat, in ordinem alphabeticum annorum, quo quis mortuus est, distributa *b)* Abbates Břevnovienses ab anno 993—1786. — *c)* Catalogus benedictinorum et benefactorum Raigradiensium, quae omnia in uno fasc. in fol. continentur, sine pag. sub F. II. b. 1.

XI. Verzeichnis einiger Gelehrten und Schriftsteller, welche im Stifte Raigern gelebt haben. (i. e. Index quorumdam doctorum et scriptorum Raigradiensium.) Fasc. in fol. sine pag. sub F. II. b. 2.

XII. Verzeichnis der ältesten und bemerkenswertesten Manuscripte der Klosterstifts-Raigerer-Bibliothek. (i. e. Index vetustorum et memoratu dignorum Ms. bibl. Raigr.) Fasc. in fol. (1780) sine pag. sub F. II. f. 1.

XIII. Consignatio incunabulorum bibliothecae Raigrad. Fasc. in fol. (1780) sine pag. sub F. II. f. 2.

XIV. *a)* Catalogus librorum bibl. Raigr. in typographiis Moravicis impressorum. *b)* Auctores classicorum. *c)* Gedruckte deutsche und böhmische Landtagschlüsse. (i. e. Decreta conciliorum provincialium Germanico et Slavico idiomate impressorum.) *d)* Catalogus librorum Italicorum, et *e)* Catalogus librorum Gallicorum bibliothecae Raigradiensis. *a—e* in uno fasc. de anno 1785, in fol. sine pag. sub F. II. f. 3.

XV. Anmerkungen zur Geschichte der Buchdruckerei. (i. e. Annotationes ad historiam artis typographicae.) Fasc. in fol. de anno 1785, sine pag. sub F. II. f. 5.

XVI. Anmerkungen zur Geschichte der Raigr. Bibliothek. (i. e. Notata ad historiam bibl. Raigrad.) Fasc. in fol. sine pag. sub F. II. f. 6.

XVII. Fragmenta antiquarum consignationum seu catalogorum archivi. Fasc. in fol. sub F. II. f. 13. sine pag.

XVIII. Diplomata descripsit et in ordinem redegit ad opus magnum Piteri: Monasticon Moraviense diplomatico-historico-genealogicum (de quo vide biographiam Piteri).

XIX. Conceptus historiae diplomatico-chronicae monasteriorum o. s. B. in Bohemia et instrumenta quaedam huc spectantia, quod una cum praep. Pitero conscripsit. Continet hoc opus magnum undecim fasciculos et quidem: *a)* Monasterium Cladrubiense; *b)* mon. s. Ioannis in insula seu Ostrow, post bella husitica ad monasterium s. Ioannis sub rupe translati, occasione praepositurae in Krawsko in provincia Znoymensi; *c)* mon. Sazaviense s. Procopii; *d)* mon. Vilemoviense etiam ratione praepositurae in Uherczic; *e)* cella in Sodlažic; *f)* mon. B. M. V. in porta apostolorum alias Postelberg; *g)* mon. Slavorum Pragae; *h)* mon. s. Georgii monialium o. s. B. Pragae; *i)* s. Ioannis Baptistae in Teplitz seu ad Aquas calidas monialium o. s. B.; *k)* mon. ad spiritum sanctum seu ad misericordiam Dei monialium o. s. B.; *l)* quaedam de monasterio s. Ambrosii in Clattau et Sedlitz. — Fasc. in fol. sine pag. et comp. sub G. g. 8, in archivo.

XX. Necrologium benedictinum monachorum o. s. B. per Bohemiam, Moraviam et Silesiam, etiam Willingensis mon. in Suevia; benefactorum quoque Břevnoviensium nomina ab anno

983—1776. Cod. in fol. sine pag. et comp. sub G. g. 16.

XXI. Catalogus omnium fere monasteriorum o. s. B. Cisterciensium, August. Praemonst. et nonnullorum aliorum in orbe terrarum existentium ordine alphabetico. Cod. in fol. sine pag. in crudo, sub G. h. 2.

XXII. Fasciculus complectens: *a)* Notata historica de s. Cyrillo et Methudio primis Moraviae episcopis eorumque et ecclesiae Moraviae fatis, ex Aschmati bibliothecae Vaticanae praefecti calendariis ecclesiae universae, tom. IX. *b)* Ex Paprockio: de episcopis, decanis et praepositis ecclesiae Olomucensis. *c)* Ex prodromo Thomae Pešinae: series episcoporum Olomucensium ab origine ecclesiae usque 1738. *d)* Ex Magnoaldi Ziegelbauer „Olomucio sacro“ quaedam de episcopatu Olomucensi. *e)* Seriem parochorum ad s. Mauritium Olomucii et extractum ex antiquis et recentioribus annalibus monasterii Gradicensis propter ecclesiam s. Mauritii ibidem, in folio, sine pag. in crudo, sub G. h. g. in div. tern.

XXIII. Diplomata ducum, regum et imperatorum, bullae et brevia apostolica, litterae episcoporum abbatum variaque instrumenta ad insignem parochialem, tum collegiatam et denique cathedralem ecclesiam in monte s. Petri Brunae spectantia ab anno 1226—1752, autograph. simpl. potissimum per Alexium Habrich descr. ad finem: series rectorum, praepositorum et episcoporum eiusdem ecclesiae ab origine usque ad annum 1786. Cod. in fol. sub G. h. 11.

XXIV. Beneficia curata in dioecesi Brunensi anno 1784 conscripta, sub G. k. 17/2, in fol. 2 tern.

XXV. Origines et fata parochiarum dioecesis Brunensis, uti: *a)* Parochiae Lauczicensis; *b)* Pausramensis cum filiabus in Poppitz et Auerschitz; *c)* Střelicensis; *d)* Mödricensis; *e)* Mautnicensis; *f)* Localiae Moenicensis; *g)* Wolframkirchensis; *h)* Medloviensis; *i)* Daubravnicensis; *k)* capellaniae Schöllschitzensis; — circa 1780 conscriptae. Fasc. in fol. sub G. k. 18, sine pag.

XXVI. Series parochorum Turžanensium ab anno 1510 usque 1790 et quaedam memorabilia huius ecclesiae. Fol. sub G. l. 5. No. 3. 1 tern.

XXVII. Beschreibung der Kapelle bei Tschaitsch und des Gesundbades alldort. (i. e. Descriptio capellae Tschaitschensis et balnei ibidem.) Fol. sub G. l. 5. No. 9, unica plagula.

XXVIII. Fasciculus continens: Epitaphia Olomucensia uti et alias inscriptiones, quae per Olomucenses ecclesias, coemeteria, sacella, collegia et monasteria reperiebantur et potiores etiam hodie visuntur, notatae. Et his mantissae instar aliorum quoque per Moraviam locorum, quantum obvenerant, similia antiquitatis litterariae adiciuntur monumenta congesta in usum Ioan. Georgii Ign. Středovsky parochi Pavloviensis anno 1708, descripsit et in ordinem redegit Alexius Habrich, qui et ipse multa alia collegit, inscriptiones quoque campanarum per Moraviam adiecit. Fasc. in fol. sine comp. fol. 50, sub G. l. 6.

XXIX. Repertorium ex puhonibus Brunensibus, seu varia extracta, monasteria et parochias Moraviae concernentia. Fasc. sub G. l. 9. No. 1, in fol.

XXX. Iura primaeva Moraviae, collegerunt et notis illustrarunt Benedictini Raigradienses i. e. Alexius Habrich tecto nomine et quidem: *a)* Iura primaeva baronum, nobilium totiusque universitatis et vulgi Brunensis provinciae de anno 1229. *b)* Iura primaeva civitatis Brunensis de anno 1243. *c)* Iura municipalia et montana civitatis Iglaviensis — quae tria edita sunt typis ut supra notatum — insuper nondum edita sequentia: *d)* Iura primaeva iudaeorum in Moravia. *e)* Iura mannorum Trebicensium, confirmata 1455. *f)* Iura et statuta Hradiscensia de anno 1360. *g)* Iura montana promontorii Židlochovicensis de anno 1402. *h)* Macularia de recensitis iuribus. Fasc. sub H. a. 3, in fol. in div. plagulis.

XXXI. Privilegia civitatis Zwitaviensis ex transumpto descripsit et ordinavit P. Habrich anno 1785. Fasc. sub H. b. 6. No. 2, in div. plag. in fol. 8. 4°.

XXXII. Geschichte Johanns Markgrafen von Mähren, vom Jahre 1322—75 (i. e. Historia marchionis Moraviae Ioannis ab anno 1322—75) et: Etwas über den Spielberg in Brünn. (i. e.

Historemata de monte Spielberg dicto Brunae.) sub H. d. 11. Fol. sine pag.

XXXIII. Geschichte des Marktes Busauč und dessen Besitzer im 14. und 15. Jahrhunderte. (i. e. Historia fori Busoviensis et dominorum saec. XIV et XV.) Fasc. in fol. sub H. d. 23. duae plagulae.

XXXIV. Genealogia comitum de Gaschin, sub H. e. 1. No. 2. in fol. duo plag.

XXXV. Abhandlung, wie man die alten Urkunden mit Rücksicht auf verschiedene Zweige der vaterländischen Geschichte benützen soll. Ein Versuch über den Břevnover Stiftungsbrief Boleslav des II. nach Josef Dobrovský. (i. e. Libellus de usu diplomatum in compilanda historia patriae.) Ms. in fol. sub H. i. 11. No. V. p. 85—101.

XXXVI. Kritische Untersuchung, wann das Land Mähren ein Markgraftum geworden und wer dessen erster Markgraf gewesen sei. (i. e. Disquisitio critica de origine marchionatus Moraviae et de primo marchione.) Nach Gelasius Dobner cum notis historico-criticis P. Alexii. Ms. sub H. i. 12. No. I. in fol. p. 80.

XXXVII. Auszüge aus den fünf Bänden des Adauct Voigt Beschreibung der bisher bekannten böhm. Münzen und vom Bergbaue in Böhmen. (i. e. Extractus ex libris quinque historicis P. Adaucti Voigt, de numis Bohemicis et metallicis structuris in Bohemia.) Quae omnia quidem typis prodierunt, ast sine notis Alexii. Ms. in fol. sub H. i. 13. No. IV. a. p. 79—156.

XXXVIII. Ueber den Ursprung und die Aufnahme der Bibliothek des Clementinischen Collegiums zu Prag von Leopold Joh. Schernik, weltlichem Priester. (i. e. De origine et adornatione bibliothecae collegii Clementini Pragae.) Ms. in fol. sub H. i. 14. No. III. p. 41—61.

XXXIX. De origine et fatis bibliothecae ad s. Iacobum Brunae una cum catalogo tam manuscriptorum codicum quam impressorum eiusdem bibliothecae, opera et studio P. Alexii. Ms. in fol. sub H. m. 1. 23 tern.

XL. Consignatio librorum tam manuscriptorum quam impressorum in registratura regiae civitatis Brunensis adservatorum. Ms. sub H. m. 3. in fol. 4 plag.

XLI. Antiquarum bibliothecarum in Moravia cultores et fundatores. Ms. in fol. sub H. m. 4. 1 plag.

XLII. Vocabularium antiquum Latino-Teutonico-Bohemicum erutum ex cod. Ms. saec. XIV. bibliothecae ecclesiae parochialis ad s. Iacobum Brunae „Katholikon magnum“ intitulato. Ms. sub H. m. 7. Fasc. in fol. 6 plag.

XLIII. Vocabularium Latino-Teutonicum autore anonymo saec. XIV. descriptum ex cod. ms. bibliothecae Raigradiensis a P. Alexio Habrich tempore infirmitatis stylo ferreo anno 1788. Item: aliud vocabularium Latino-Teutonicum, — quaedam ad glossarium Bohemicum. Fasc. in fol. sub H. m. 8. 3 plag.

XLIV. Calendarium assumptum ex antiquo breviario benedictino ms. de anno 1342 in bibliotheca Raigr. adservato. Ms. sub H. m. 9. 8 plag. in fol.

XLV. Allgemeine Grundregeln der Freimaurer, aufgelegt auf Anordnung der gerechten und vollkommenen schottischen Loge zu den drei gekrönten Sternen im Jahre 1774. (i. e. Regulae universales societatis inferioris, editae iussu iustae et perfectae sodalitatis scoticae latomorum ad tres stellas coronatas.) Ms. de anno 1744 sub H. m. 12. 4°. 3 plag.

XLVI. Rhabani Mauri glossae super toto psalterio (sic!) excerptum opus ex bibliotheca ecclesiae parochialis ad s. Iacobum Brunae. Ms. sub H. m. 14. Fasc. mag. in fol. sine pag.

Quibus texendae seriei operum Alexii Habrich Raigradiensis imponitur finis. Manuscriptis eius, quae historiam ecclesiasticam et topographiam Moraviae attinent, optime usus est noster Dr. Gregorius Volný in suis operibus typis vulgatis, de quibus videas et inspicias huius biographiam.

Hacker Leopoldus (Gottvicensis), Gottvici die 13. Apr. 1843 natus et absolutis studiis gymnasialibus in dicto monasterio et Cremsii s. habitu indutus est die 14. Sept. 1862, vota sollemnia emisit die 16. Dec. 1866 et primum missae sacri-

ficium Deo obtulit die 4. Aug. 1867. Fuit curatus in monasterio, cooperator in Pfaffendorf 1868—74, iterum curatus in monasterio 1874—78, quo anno parochus ad s. Vitum installatus est. Scripsit:

Zwei Fliegen auf einen Schlag. (i. e. Duae muscae uno ictu.) Weckstimmen für das kath. Volk. 3. Jahrg. 4. Heft. Wien, Sartori, 1872.

Hager Edmundus (a s. Petro Salisburgi), Salisburgensis ex Strasswalchen, natus 31. Maii 1829, studiis humanioribus et theologicis Salisburgi absolutis sacerdos saecularis ordinatus 1. Aug. 1853, post 10 annos habitu novitiorum 3. Sept. 1863 indutus vota sollemnia 29. Sept. 1867 emisit. Monachus professus varia subiit munia, uti cooperatoris in Abtenau, magistri novitiorum, clericorum et conversorum, catechetae scholae puellarum in Nonnberg, oeconomi monasterii, adiunctis laboribus secretarii confraternitatis s. Michaëlis et operis sanctissimae infantiae, demum 1879 confessarii monialium in Nonnberg. Scripsit:

I. Schutzwehr des Papstes. (i. e. Praesidium summi pontificis.) Jahresberichte der St. Michaelsbruderschaft 1863—79. Salzburg, Zaunrith. 8°.

II. Jugendbilder. (i. e. Imagines iuventuti praepositae.) Zur Belehrung, Unterhaltung und Rettung der Jugend. Ibid. 1874—77. 12°.

III. Das Werk der Kindheit Jesu in Oesterreich. (i. e. De instituto „infantia Iesu“ intitulato.) Jahresbericht der Direction. Ibid. 1874, et seq. 12.

IV. Die 25jährige Regierung der Kirche durch Papst Pius IX. (i. e. De regimine 25 annorum s. pont. Pii IX.) Gedenkschrift für den 16. Juni 1871. Den Katholiken Oesterreichs und Deutschlands gewidmet. Ibid. 1871. 8°.

V. Die Neuschule. (i. e. Schola moderna.) Ibid. 1872. 8°. p. 48.

VI. Die Mission der Kinder. (i. e. De legatione infantium in propaganda doctrina Christiana apud barbaras gentes.) Ibid. 1873. 12°. p. 24; II. editio 1875, p. 32; III. editio 1878.

VII. Handbüchlein des Werkes der hl. Kindheit. Ursprung, Einrichtung und Entwicklung desselben, urkundlich dargestellt, zunächst für die Directoren und Beförderer dieses Werkes. (i. e. Liber manualis de eadem legatione.) Ibid. 1878. 8°. Editum simul in translationibus Bohemica, Polonica, Slovenica et Ungarica.

Praeterea scripsit et edidit plures minores commentationes, uti: Ueber das Zeitungswesen und Unwesen. Schulschicken oder nicht? Kann ein g'scheidter Mensch noch beichten? Was muss von Schülern und Schülerinen einer katholischen Volksschule notwendig gefordert werden? Das allerheiligste Altarssacrament. Ueber die öftere Beicht. Wie erscheint das Beten im Lichte des Glaubens? Nachtheile des Tabakrauchens bei jungen Leuten etc.

Hagn Theodoricus (Cremifanensis), antea Georgius, in oppido Griesbach in finibus Bavariae sito die 23. Mart. 1816 natus, omnia studia Lincii absolvit; votis sollemnibus die 29. Sept. 1840 emissis sacerdotalem dignitatem auspicatus est die 10. Aug. 1841. 1841—58 archivarius, 1846—1858 simul ecclesiae et s. supellectilis custos, 1850—58 simul novitiorum magister; 1858—59 partim Pragae, partim in monasterio Einsiedeln commoratus, die 17. Mart. 1859 conventui Lambacensi abbas praesentatus obiit die 29. Aug. 1872.

Scripta eius typis vulgata haec sunt:

I. Die vorzüglichsten Leistungen der Abtei Kremsmünster. (i. e. De meritis abbatiae Cremifanensis.) Linz, J. Huemers Witwe. 1848. 8°. pag. 15.

II. Das Wirken der Benedictiner-Abtei Kremsmünster für Wissenschaft, Kunst und Jugendbildung. Ein Beitrag zur Litterar- und Kulturgeschichte Oesterreichs. (i. e. Abbatiae Cremifanensis circa litteras, artes et iuventutis

institutionem merita.) Linz, in Commission bei Quirin Haslinger. 1848. 8°. 326 p.

III. Ein Versuch zu Considerationen bei Gelegenheit geistlicher Uebungen für Ordensleute. (i. e. Argumenta considerationum tempore exercitiorum spiritualium a monachis faciendarum.) Vide: Theologisch-praktische Linzer Quartalschrift, VII. Jahrg. III. Heft. Separatim edita: Wels, Druck von Joh. Haas. 1854. 8°. 55 p.

Haider Victor Iosephus (de s. Monte Pannoniae), Posonii eiusdem com. in Hungaria die 26. Febr. 1817 natus, s. habitu die 23. Sept. 1834 indutus, vota sollemnia die 13. Aug. 1838 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 25. Ian. 1842 presbyter factus est. 1841—2 officio oratoris a sacris in s. monte, 1842—1850 professoris gymn. Strigonii, 1850—1867 Sopronii, 1867—74 superioris domus et directoris gymnasii Ginsiensis maxima cum laude functus est, quo anno die 19. Aug. in balneis Rohics pie in Domino obdormivit.

Rebus mathematicis quam plurimum occupatus typis praeter hanc dissertationem nihil mandavit:

Andeutungen über den arithmetischen Unterricht in den beiden untersten Klassen des Gymnasiums. (i. e. De institutione arithm. in duabus inferioribus gymnasii classibus.) In progr. gymn. Sopron. 1858/9. 4°. p. 3—9.

Halabala Methodius Ignatius (Raigradiensis). Moravus natus est 16. Nov. 1833 in oppido Hulín. A parentibus ex opulento statu civico eiusdem oppidi strenue ac pie educatus, in lingua Germanica per subcapellanum t. t. Halfar instructus anno 1845 examen subiit scholae elementaris in urbe Stražnicensi ibique triennio primas tres classes gymnasii inferioris absolvit, tunc ad studia haecce continuanda Cremsirium se contulit et 1853 et sequenti studia polytechnica Viennae et studia philologica in universitate eiusdem urbis prosecutus est. Anno 1854 Brunae praxi officii caesareo-regii in registratura mathematica marchionatus Moraviae initiatus fuit, subsequenti vero 1855 die 19. Iun. ordinem s. Benedicti normam et regulam vitae suae futurae sibi elegit Raigradii in Moravia, et per abbatem Guntherum indutus nomen Methodius ex voto religioso et precibus enixis est adsecutus. Novitiatu expleto vota simplicia, die 20. Aug. 1858 vota sollemnia emisit. Ab anno 1856 usque ad annum 1859 studiis theologicis in alumnatu dioecesano Brunensi diligenter operam navavit, aeque ac studiis philologicis et litterariis tempore vacuo. Munere sacerdotali die 4. Iul. 1859 ab episcopo Brunensi Antonio comite a Schaafgotsche exornatus et primitiis in domo paterna celebratis, cooperator instituitur Raigradiensis, catechista Opatovicensis et Raigradiensis et iterata vice etiam Ostrovačicii, Domašovii nec non Vetero-Brunae curam animarum auxiliario modo egit usque ad 1872, quo post mortem Victoris Kunzfeld administratoris curati Syrovicensis in eius locum subrogatus fuit ibique usque ad hodiernam diem gregem Domini verbo coelesti solerter pascit. Studiis theologicis et philologicis sedulo intentus multis ephemeridibus idiomatis slavici fructus horum promulgandos tradidit, uti: „Blahověst“, „Škola a život“, „Moravská Orlice“, „Hlas“, „Moravské Noviny“. Typis vero Latinis et Cyrillianis edidit anno 1868: „Slavíček“, i. e. Luscinella, opusculum Bohemicum, collectionem poëmatum nationalium in Bohemia et Mo-

ravia vigentium continens cum duobus canticis Russicis in linguam Bohemicam translatis (typis Fr. X. Skarnycl, Skalicii, 1868. 8°. p. 62). Philologia Slavica omnium idiomatum semper et ubique maxime et praeprimis ei cordi est.

Halbik Cyprianus Casparus (de s. Monte Pannoniae), in Dáka com. Veszprém.in Hungaria die 6. Iul. 1840 natus, s. habitu die 8. Sept. 1857 indutus, vota sollemnia die 10. Iun. 1862 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 31. Iul. 1864 presbyter ordinatus est. Anno 1864—5 orator a sacris in s. monte, 1865—77 professor Iaurini, 1877—78 director, 1878—79 superior domus et director gymn. Comaromiensis, ex eo autem bibliothecae custos in s. monte.

Praeter minora quaedam scripsit:

I. In „Nagy képes naptár“ (calendarium magnum imaginibus illustratum), quod anno 1877 et 1878 redegit, scripsit vitas Dr. Ioannis Zalka, Dr. Chrysostomi Kruesz, Colomanni Szabó, archiducis Iosephi, Ioannis Zerpák, Alexandri Litzemayer; de bello, ex vita communi Turcarum Europ., de proelio Iaurin. anno 1809, alia. Győr. Gross. 1877 et 1878. 4°.

II. Benső vonatkozások a földrajz és világtörténelem közt. (i. e. De coniunctione geographiae et historiae.) In progr. Comarom. 1879. p. 1—33.

III. Adatok Pannonhalma multjához. (i. e. Brevis historia monasterii o. s. B. de s. monte Pannoniae.) In schematismo mon. pro anno 1880. 8°. 100 p.

IV. Sparta viszonya egyéb görög államokhoz az Antalkidasról nevezett béke után Epaminondas haláláig. (i. e. De ea, quae inter Spartam aliasque civitates Graecas intercessit ratione post pacem Antalcidae ad mortem Epaminondae.) Ms. 2°. 24 p.

V. A magyar állam átalakulásának időpontjai 889—1867-ig, s azon főbb mozzanatok, melyek az államszerkezet módosulását eszközölték. (i. e. Quibus temporibus regnum Hungariae immutatum sit, et quae immutationem institutionum et legum effecerint.) Ms. 2°. 24 p.

Hambarian Eugenius (Mechitharista), Smyrnae die 23. Apr. 1838 natus, Viennae in Austria s. habitu 2. Nov. 1855 indutus, die 25. Mart. 1857 vota emisit et die 7. Sept. 1859 consecratus est presbyter. In monasterio tradidit in diversis annis philosophiam et ling. Graec. (litter.). Anno 1869 missus est Constantinopolim, ubi in collegio Mechith. Vindob. docuit humaniora studia. Biennio post missus Smyrnam, docet ad hodiernum diem eadem studia.

Opus eius in ling. Neo-armen. typis editum:

I. Վաճառագիտութիւն գործնական. (i. e. Practica scientia mercium, in usum mercatorum, artificum et superiorum scholarum.) Viennae, typis Mechith. 1867.

de Hammer Cajetanus (Admontensis). Praenobilibus Graecii parentibus natus 11. Aug. 1779, studiis in urbe paterna laudabiliter absolutis Admontense petiit asceterium, ibique regulam s. Benedicti professus 11. Iul. 1802, primam Deo obtulit hostiam 12. Sept. 1802. Varias theologiae disciplinas cum in instituto domestico tum in c. r. univ. Graecensi docuit, rectoris dignitate gaudens, et numismate aureo magno pro meritis decoratus. Cathedram relinquens ad curam animarum in Sausal transiit, et ultimam vitae partem qua oeconomus in Mainhardtsdorf transegit, donec pulmonum inflammatione ultimum obiit diem 27. Maii 1840.

Hauptlehrsätze aus der Moral, Katechetik und Pädagogik. (i. e. Praecepta doctrinae moralis, catecheticae et paedagogicae.) Graz. 1803.

Hanf Blasius (Lambertinus), natus est 30. Oct. 1808 ad s. Lambertum in Styria, ubi etiam s. ordinis nostri habitu indutus est 27. Sept. 1828, vota sollemnia emisit 30. Sept. 1831, et absolutis studiis theologicis in monasterio Admontensi, primam Deo hostiam obtulit 19. Aug. 1832. Exinde continuo in animarum cura occupatus est, scilicet qua cooperator in Maria-Hof 1833—43, exceptis aliquot mensibus annorum 1836 et 1837, curatus in Zeutschach 1843—53 et parochus in Maria-Hof 1853 usque adhuc. Hanf in ornithologia versatissimus est, et plurium societatum ornithologicarum et generatim naturam scrutantium nominatur membrum correspondens. Quapropter anno 1873 numismate s. d. „expositionis universalis" pro meritis de ornithologia repraesentativa decoratus et praemio civitatis Hamburgensis donatus est.

Ex eius publicationibus, quarum quaedam etiam separatim impressae sunt, sequentes hic nominandae veniunt:

I. Ornithologische Mittheilungen. (i. e. Notae ornithologicae.) Sitzungsbericht des zoologisch-botanischen Vereines in Wien. IV. 1854. p. 18, 120—22.

II. Notizen über einige in der Umgebung von Maria-Hof in Obersteier vorkommende seltenere Vögel und über den Federwechsel des Schneehuhns, Tetrao lagopus L. (i. e. Notae de quibusdam in locis Aulae Marianae in Styria superiori circumsitis exsistentibus rarioribus avibus et de mutatione pennarum tetraonis lagopi.) Ebend. Abhandl. IV. 1854. p. 617—628.

III. Ueber den Zug der Vögel im Frühjahr 1856. (i. e. De profectu avium tempore veris anni 1856.) Ebend. Sitzungsber. VI. 1856. p. 91—92.

IV. Verzeichniss der in der Umgebung des Furtteiches bei Maria-Hof in Obersteier vorkommenden Vögel. (i. e. Consignatio avium exsistentium iuxta lacum Furt penes Aulam Marianam in Styria superiori.) Ebend. Abhandl. VI. 1856. p. 671—700, und Abhandl. der k. k. zoologisch-botanischen Gesellschaft in Wien, VIII. 1858. p. 529—548.

V. Ornithologische Beobachtungen am Furtteiche zu Maria-Hof. (i. e. Observationes ornithologicae ad lacum Furt penes Aulam Marianam.) Ebend. Abhandl. XVIII. 1868. p. 961—970.

VI. Ornithologische Miscellen. (i. e. Miscellanea ornithologica.) Ebend. Abhandl. XXI. 1871. p. 87—98.

VII. Ornithologische Beobachtungen. (i. e. Observationes ornithologicae.) Ebend. Abhandl. XXII. 1872. p. 399—404.

VIII. Notizen über die Fortpflanzung der Sylvia Nattercrii Schinz (i. e. Notae de propagatione Sylviae Nattercrii) in der Umgebung von Maria-Hof im Jahre 1872. Ebend. Abhdl. XXIII. 1873. p. 469—474.

IX. Beobachtungen der Fortpflanzung des Fichtenkreuzschnabels im Winter 1871/2 und 1872/3. (i. e. Observationes de propagatione loriae curvirostrae hieme 1871/2 et 1872/3.) Abhandl. XXIV. 1874. p. 211—16.

X. Ornithologische Notizen. Der Vogelzug am Furtteiche bei Maria-Hof im Jahre 1876. (i. e. Notae ornithologicae. De agminibus avium ad lacum Furt penes Aulam Marianam anni 1876.) Ebend. Abhandl. XXVII. 1877. p. 235—40.

XI. Bericht über den Vögelzug während des Herbstes 1863 in der Umgebung von Maria-Hof. (i. e. De profectu avium autumno 1863 in locis Aulae Marianae circumsitis.) Mittheilungen des naturwissenschaftlichen Vereines für Steiermark. 1864. p. 32—38.

XII. Beobachtungen im Gebiete der Ornithologie im Jahre 1864. (i. e. Observationes ornithologicae anni 1864.) Ebend. 1865. p. 32—38.

XIII. Beiträge zur Fortpflanzungsgeschichte des Kukuks. (i. e. Novae observationes de propagatione cuculi canori.) Ebend. 1875. p. 159—166.

XIV. Ornithologische Miscellen. (i. e. Miscellanea ornithologica.) Sitzungsberichte der k. k.

zoologisch-botanischen Gesellschaft in Wien. XVIII. 1878. p. 11—14.

Harlacher Paulus (Raigradiensis), natus 1719 die 24. Aug. Brunae, ubi etiam studia humaniora absolvit; anno 1736 ad nostrum veniens monasterium 3. Nov. sequentis vota sollemnia emisit. Studiis theologicis absolutis sacerdos factus primitias 1745 die 28. Sept. celebravit. Statim fit concionator Germanicus, quod munus per longum tempus sedulo obivit. Insuper ostiarii, praefecti munditiei, culinae praefecti ac refectorarii munera diversis temporibus ac iterata vice, ex obedientia, moram pati nesciens, administravit, ac demum subprioris domus decore insignitus fuit. Multa perpessus mala tempore irruptionis Borussicae, quae omnia calamo proprio conscripsit, historia domestica testante, inde ab ingressu suo historiae studio vacans, quae evenerant notatu digna, pluribus reliquit in manuscriptis.

Sunt eius:

I. Oppugnationes logicales per modum circulorum et scabellorum seu argumenta tam selecta quam communia in schola philosophica Raigradii defensa sub r. p. Aemiliano actuali professore — subsequuntur adnexae theses ex physica — opus primum P. Harlacher quod iuvenis studiosus conscripsit anno 1743. Cod. pap. Msn. 316. Sign. D/K. II. β. 9, sine pag. in 4°.

II. Compendium philosophicum ad mentem d. Thomae Aquinatis. Cod. pap. de anno 1744. Msn. 298. Sign. D/K. II. β. 3. p. 130. 4°.

III. Cantilenae diversae pro distractione animi adhibendae. Cod. pap. de anno 1745. Msn. 134. Sign. B/K. II. b. 42. pag. 129. fol.

IV. Instructio novitiorum Benedictinorum noviter ad monasterium venientium anno 1745. Cod. pap. Msn. 50. Sign. B/K. II. ב. 12. p. 176, in 4°.

V. Syllabus fratrum Rayhradensium, in quo omnium dies natales, induitionis, professionis, primitiarum, officiorum nec non mortis reperiuntur ac adiectis rebus memorabilibus monasterium Rayhradense concernentibus descriptus ex AntIqVItatIbVs ab Vno presbytero In Ipso MonasterIo RayhraDensI ter qVInque annIs professIonIs VInCVLo LIgato. Cod. pap. in 4°. p. 370. Sign. F. II. a. 12 archivi Raigr. Compact. perg.

VI. Rhetorica ecclesiastica seu adiuvamina, quibus concio aliqua facilius conficitur. Pap. Cod. in 8°. Comp. perg. p. 348. Msn. 132. Sign. B/K. II. b. 40, bibl. nostrae.

VII. Theologia scholastica iuxta mentem d. Thomae Aquinatis eccl. doct. tradita ab Aemiliano Matiegsky o. s. B. mon. Raigr. t. t. prof. ord. s. theologiae, descripta vero a P. Paulo H. eius indigno discipulo, anno, qVo praefatVs praesIgnIs r. p. AeMILIanVs DIVIna faVente gratIa eLeCtVs fVIt praeposItVs (1749), continet undecim tractatus. In bibl. Raigr. sub Msn. 36. Sign. B/K. II. a. 14. p. 317. Fol. Compact. perg.

VIII. Fascis diversarum orationum pro onomasticis, novo anno, visitatione, defensione theologiae, nec non variarum poëticarum, additis aliis diversis orationibus et petitionibus ac aliorum memorabilium. In bibl. nostra sub Msn. 33. Sign. B/K. II. a. 11. Pap. Cod. in fol. p. 649. Compact. perg.

IX. Fascis Iesuiticus seu exauctoratio societatis Iesu nec non alia memorabilia soc. Iesu concernentia. Cod. pap. bibl. sub Msn. 58. Sign. B/K. II. ב. 28. 4°. p. 240. Comp. semiperg.

Tristem rerum statum ac mala, quae ipsemet cum monasterio nostro, ut supra commemoravimus, Borussis Moraviam depopulantibus perpessus est, quae ut evitaret, in fuga constitutus per subpriorem Venceslaum revocatus, descripsit in fasciculo archivi intitulato:

X. Scena lugubris i. e. hostilis furor in Moraviam, ubi grassante nec non Moraviam depopulante Friderico rege Borussiae ac rege Poloniae Augusto ut electore principe Saxoniae series facti mon. Raigr. in Moravia accurate a 24. Febr.

anno 1742 notatur; sic titulus. Cod. arch. in 4°. sine pag. et comp. sub H. f. 10.

Paulus noster semper scribens, semper studens, anno 1782 4. Martii „prima exercitiorum die media prima post meridiem sedens ad mensulam et comedens apoplexia tactus, expiravit“ — quem Alexius prior in coemeterio ecclesiae s. crucis sepelivit.

Hartenschneider Udalricus (Cremifanensis), antea Iosephus, die 21. Ian. 1781 Lincii natus in gymnasio et lyceo urbis patriae humanitatis et philosophiae studium emensus accepta die 29. Sept. 1797 ordinis veste theologicis litteris in lyceo Linciensi ita operam navavit, ut in nulla huius scientiae parte non excelleret. Ordini nostro per professionem die 28. Oct. 1802 nomine dato, 16. Decembris 1803 sacerdos ordinatus est. 1803 Viennae cum laude adprobatus, in theologico instituto domestico historiam ecclesiasticam, annis 1804 et 1805 simul philosophiae auditores doctrinam religionis docuit; deinde per viginti quatuor annos professor historiae universalis eruditissimus; anno 1830 historiam naturalem docendam suscepit, collectionum naturalium copiam auxit, ornithologicam partem ipse constituit simulque parochiam Ried per triennium modo provisorio administravit. Cum vero anno 1835 Ludovicus Bavariae rex in terris suis s. Benedicti ordinem restauraret, novi instituti Benedictinorum Augustae Vindelicorum erecti prior constitutus simul historiam naturalem docuit et ab episcopo Augustano examinator synodalis delectus, ab episcopo Linciensi consistorii consiliarius declaratus; 1838 parochiam Pfarrkirchen adiit; 1840 moneta aurea Austriaca maiore cum torque, 1841 moneta aurea pro bonis meritis Bavarica ornatus, abdicata parochia in monasterium reversus iterato apoplexia tactus obiit die 21. Maii 1846.

Rerum historicarum scientissimus et admirabilis memoriae dono praeditus hos conscripsit libros historicos:

I. Darstellung des Stiftes Kremsmünster. (i. e. Historia monasterii Cremifanensis.) Wien, Doll. 1830. 8°. 470 p. Qui liber operis amplissimi: „Kirchliche Topographie von Oesterreich“ tomo decimo continetur.

II. Historisch-topographische Beschreibung der dem Stifte Kremsmünster einverleibten Pfarren und der in ihrem Bezirke befindlichen Schlösser und Edelsitze. (i. e. Descriptio parochiarum monasterio Cremifanensi incorporatarum arciumque et castellorum in finibus earum sitorum.) Wien, Wenedict. 1835. 8°. Supradicti operis tomus decimus quartus.

III. Plures dissertationes historicas in „Hormayrs Archiv“ vulgavit.

Praeterea confecit dissertationem:

IV. Ueber den vorzüglichen Werth des Studiums der Natur etc. (i. e. De insigni studii rerum naturalium fructu.) Augsburg, 1835. 8°.

Hartlauer Wisintho (Cremifanensis), antea Franciscus, in civitate Enns superioris Austriae die 27. Sept. 1846 natus et in gymnasio Cremifanensi humanitatis studia edoctus die 25. Aug. 1865 s. ordinis vestem recepit exactoque tirocinii anno ad institutum theologicum domesticum ad s. Florianum theologiae mysteria hausturus transiit; sollemni votorum emissione coetui Cremifanensium die 9. Sept. 1869 adscriptus insequentis anni die 30. Oct. sacris initiatus est. 1870—71 subsidiariam parocho saeculari in Wartberg opem tulit; 1871—1874 cooperator in Thalheim et Weisskirchen; 1875 valetudinis causa in monasterio commoratus; 1876—77 subsidiarius

in Kirchham; 1877—78 iterum in monasterio valetudinarius, 1879 curandae valetudinis simulque studiorum causa Romae habitavit, ubi 1879 24. Nov. pie in Domino obiit. Conscripsit:

I. Die eilfhundertjährige Jubelfeier des Benedictinerstiftes Kremsmünster. Eine Gedenkschrift etc. (i. e. Descriptio sollemnitatis triduae iubilaei, diebus 18.—20. Aug. 1877 celebratae.) Linz, Quirein. 1878. 8°. 199 p. (anonyme.)

II. P. Rudolph Grasers etc. Predigten auf alle Sonn- und Festtage des Jahres. (i. e. P. Rudolphi Graser Cremifanensis conciones sacrae pro singulis anni dominicis festisque diebus denuo editae.) Neu herausgegeben. 2 tomi (I. tom. 560 p., II. tom. 451 p.). Linz, Quirein. 8°. Edit. II. 1879.

Haslberger Gregorius (Cremifanensis), antea Felix, Austriacus Raabensis, die 11. Oct. 1807 natus, litterarum elementa in scholis Passaviensibus, rhetoricam et philosophiam Cremifani didicit. Die 2. Oct. 1828 s. habitu indutus exacto tirocinio annum unum Lincii, sequentes tres in univ. Vindob. praeter sacras litteras physicae studio vacans transegit; die 20. Sept. 1832 sollemniter professus et die 15. Iul. insequentis anni sacerdos factus est. Per biennium cooperator in Thalheim, 1835—1839 Augustae Vindelicorum ad s. Stephanum prius matheseos in gymnasio, postea physicae in lyceo professor exstitit; 1839—59 professor physicae in lyceo, deinde scholarum ratione immutata in gymnasio Cremifanensi, 1841—48 simul praefectus in c. r. convictu; ab anno 1849 simul gymnasii et convictus director; moneta aurea regni Bavariae et aurea pro piis meritis cum cruce corona insignitus et consiliarius scholasticus ad honorem denominatus obiit 2. Ian. 1859.

Typis vulgavit dissertationem:

Das Mikroskop mit besonderer Rücksicht auf die neuesten Verbesserungen und Anwendungen. (i. e. Dissertatio de microscopio eiusque usu.) Gymnasialprogramm. Linz, Feichtingers Erben. 1857. 4°. 16 p. Verlag der Direction.

Haudek Augustinus Iosephus (de s. Monte Pannoniae), adsessor s. sedis consist. archiabb., in Apatin c. Bács. in Hungaria die 24. Nov. 1852 natus, habitu s. die 8. Sept. 1871 indutus, vota sollemnia die 22. Iul. 1877 emisit et eodem anno die 8. Oct. presbyter ordinatus est. Studiis s. theologiae 1874—77 Oeniponte, 1878—79 Oeniponte et Insulis (Lille) vacavit. 1877/8 bibliothecarius in abbatia de Tihany, ab anno 1879 in s. monte officio professoris iuris et historiae ecclesiasticae simulque caerimoniarii ill. ac rev. domini archiabbatis fungitur.

Scripsit praeter minora quaedam:

I. A vatikáni zsinat hű története. (i. e. Historia concilii Vaticani.) Irta Dr. Manning Henr. Ede bibornok, westminsteri érsek. Az angol eredetiből fordította Haudek Ágoston. Budapest, 1878. Hunyadi Mátyás intézete. 8°. 253 p.

II. A trienti sz. zsinat „ex informata conscientia"-féle felfüggesztési határozatáról. (i. e. De decreto concilii Trid. ad suspensionem „ex informata conscientia" pertinente.) In scripto period: Religio. 1877. II. n. 4—8.

III. Lessius tanítmánya a sz. könyvek isteni íhlettségéről. (i. e. Doctrina Lessii de inspiratione s. litterarum.) Ibid. 1879. I. n. 33 et 34.

IV. Látogatásom Lateau Lujzánál. (i. e. Quid apud virg. stigm. Lateau expertus sit.) Budapest. 1879. 8°. 25 p.

Hauenschild Godofredus (Cremifanensis), Austriacus Windischgarsten die 14. Aug. 1842 natus, studia in gymnasio Cremifanensi absolvit; die 4. Sept. 1863 indutus, theologicum cursum in instituto domestico ad s. Florianum confecit, vota

sollemnia die 5. Sept. 1867 emisit, in sacerdotem ordinatus die 26. Iulii 1868. 1868—1870 in univ. Vindob. historiae naturali et physicae operam dedit; deinde in gymnasio Cremifanensi historiam naturalem studiosos iuvenes docuit; die vero 28. mensis Mart. 1872 e monasterio discessit.

Has dissertationes conscripsit:

I. Besprechung der Kreidenlucke. (i. e. Descriptio specus sitae in monte „Priel".) Jahrbueh des österreichischen Alpenvereines. I. p. 329 seqq.

II. Weitere Beiträge zur Kenntniss der Kreidenlucke. (Eadem materia tractatur.) Wien, Ad. Holzhausen. 8°. 5 p.

III. Erinnerungen an das Warscheneck und seine Umgebung. (i. e. Descriptio montis, qui dicitur Warscheneck.) Wien, Ad. Holzhausen. 8°. 38 p. Ex annalibus „Jahrbuch des österreichischen Alpenvereines" separatim edita.

IV. Vom Priel auf die Spitzmauer. Ex annalibus „Jahrbuch des österreichischen Alpenvereines" IV. Bd. 1868, separatim edit. Wien, Druck von Jacobi. 23 p.

V. Das Sensengebirge. (Describuntur iuga montium Austriae superioris, quae dicuntur „Das Sensengebirge".) Wien, Jacobi. 1872. 8°. 14 p.

Hauer Coelestinus (Scotensis), Vindobonae in Austria ortum habuit 6. Mart. 1787. Postquam 31. Oct. 1805 in ordinem sacrum cooptatus est votis sollemniter emissis 1. Nov. 1808 prima sacra 9. Sept. 1810 administravit. Non ita multo post cooperatoris officio fungebatur per novem annos 1820 in suburbio Viennensi dicto Schottenfeld, unde in monasterium reversus, curatum ibidem strenuum nec non concionatorem zelo Dei ferventem se praestitit. Vix dum septimo huius muneris anno elapso parochus designatus est 1827 in Kleinengersdorf, deinde 1833 in Gumpendorf, postremo 1835 in Stammersdorf. Ibidem ei contigit, ut pro subsidio liberalissime ab eo copiis imperialibus praestito moneta aurea maiore pro meritis decoraretur 1849. Anno 1860 sacerdotii sui sacra semisaecularia sollemniter celebravit. Cum vero exin oculis minus valeret, in monasterium redux ibidem per novem annos sibi deoque vivens, a confratribus utpote senior capituli summo honore affectus, tandem senex 82 annorum naturae debitum reddidit 5. Febr. 1869. Corpus eius instantibus parochianis vici Stammersdorfensis sepultum est in eorum coemeterio. Tantopere eum adamaverant, ut quem vivum per 6 lustra venerati erant pastorem mitissimum, mortuum quoque inter se morari vehementissime desiderarent.

Typis edidit:

Predigt bei dem jährlichen Dankfeste des Handlungs-Krankeninstitutes in der Kapelle des heil. Schutzpatrons Joseph. (i. e. Oratio s. habita die gratiarum actionis sollemnis nosocomii institorum.) Vorgetragen am Pfingstmontage den 19. Mai 1823. Viennae, 1823.

Hauer Constantinus (Lambertinus), natus est Graecii in Styria 17. Iul. 1739, s. ordinis nostri habitu indutus est in monasterio s. Lamberti 14. Sept. 1755, cui sollemnibus votis plene iunctus est 3. Oct. 1756. Studiis philosophicis et theologicis in ipso monasterio absolutis primam Deo hostiam obtulit 26. Iun. 1763, et constitutus est praefectus scholarum inferiorum et professor humaniorum in monasterio. Qua talis iter peregit Romam, Neapolim et ad archicoenobium Casinense. 1770—79 munere concionatoris simulque subsacristae in Cellis Marianis functus est, quod cum illo secretarii Bertholdi abbatis mutavit. 1784 parochiam s. Thomae in Scheifling adgressus est, ubi obiit 10. Mart. 1791. Edidit:

I. Trauerrede auf den Todfall des Hochwürdig. Hochedlgebornen und Hochgelehrten Herrn Herrn Joseph Urban, Ordens des heiligen Augustini. Canon. Regul. Lateran. des fürstl. auch befreyten Domstiftes zu Seccau Domprobsten und Erzpriestern, als dessen Leichenbegängniss in der Kathedralkirch in dem löbl. Domstift zu Seccau den 15. Oct. 1769 gehalten wurde. (i. e. Oratio funebris in mortem Iosephi Urbani, o. s. Aug. praepositi Seccoviensis.) Fol. 16 p. Grätz, gedruckt bei den Widmanstätterischen Erben.

II. Trauerrede auf den Hochwürdigen, Hochedlgebornen und Hochgelehrten Herrn Herrn Matthäus, aus dem Orden des hl. Benedicti des uralten und berühmten Stiftes Admont Preiswürdigsten Abt, als dessen Leichenbegängniss in der Stiftkirche den 19. Mai 1779 feierlichst gehalten wurde. (i. e. Oratio funebris in Matthaeum abbatem Admontensem.) Vorgetragen und dem Hochwürdigen, Hochedlgebornen und Hochgelehrten Herrn Herrn Columban, des gedachten hochlöblichen Stiftes würdigsten neuerwählten Gnädigen Herrn Herrn Abte zugeschrieben. Fol. 28 p. Pressburg, gedruckt bei Franz Aug. Patzko, priv. Buchdrucker.

Hauer Gregorius (Seitenstadiensis), natus Ernstbrunii in foro Austriae inferioris die 3. Febr. 1753, eodem mense anni 1772 in monasterio Seitenstadiensi sacrum induit habitum et die 10. Febr. 1773 vota emisit Deo sollemnia. Absolutis in monasterio Seitenstadiensi theologiae studiis die 8. Oct. 1777 neomystą ad aram stetit. Variis dein officiis, ut praefecti alumnorum, catechetae et directoris scholarum normalium, cooperatoris in Asbach demum parochi in Wolfsbach est functus. Sanitatis recuperandae causa in monasterium suum 1818 rediit ibique die 6. Sept. 1822 mortuus est. Artis musicae peritissimus multorum musicorum, in primis Michaëlis Haydn familiaritate est usus.

Scripsit:

I. Missa in F für 4 Stimmen mit Begleitung der Orgel und des Contrabasses. (i. e. Missa in F pro 4 vocibus cum organo et contrabasso.) Compon. 1791. Manuscript. in archiv. music. Seitenstad. adserv.

II. Der Binder. Operette. (i. e. Vietor. Drama melicum brevius.) Manusc. in archiv. music. Seitenstad. adserv.

Hausherr Basilius (Murensis), natus est in Cham in Tugiensi Helvetiae parte die 4. Maii 1755, professionem votorum emisit die 2. Iul. 1775 et sacerdotium inivit die 13. Maii 1779. Erat decanus, senior et iubilatus. Obiit in Muris die 18. Oct. 1837. Scripsit:

I. Leben des hl. Benedict. (i. e. S. P. Benedicti vita.) Ms. in bibl. Muro-Gries. Cod. 2. 112.

II. Varios sermones. Ibid. 1. 78.

Hauswirth Ernestus Gabriel (Scotensis), Rausenbruck in Moravia die 25. Sept. 1818 natus, cum gymnasii studia apud Benedictino-Scotenses Viennae coluisset, absolutis philosophicis in univ. Vindob. disciplinis, monasterium ingressus est die 14. Sept. 1838 ibidemque tirocinii tempore elapso vota sollemnia die 3. Oct. 1841 emisit. Emenso deinde in univ. Vindob. s. theologiae cursu, celebratisque die 6. Aug. 1843 primitiis s., alumnis educandis est praefectus. Studio interea s. theologiae tanto cum fervore incumbebat, ut, iam doctorandus pro anno scholastico 1845/46 professor supplens historiae ecclesiasticae in univ. Vindob. designatus, anno 1847 doctoris s. theologiae lauream obtinuerit, moxque anno 1852 decanus collegii doctorum facult. theolog. in eadem univ. sit electus. Interea ibidem pro anno scholast. 1847/8 et 1848/9 professorem egit supplentem doctrinae moralis. Anno 1848

simul munere professoris doctrinae s. religionis in lyceo, hoc anno loco studiorum philosophicorum aperto, functus est annoque sequente in noviter instituto et abhinc 8 classes complectente c. r. gymnasio ad Scotos iterum professoris doctrinae religionis et historiae nec non exhortatoris partes suscepit, quas usque ad mensem Iul. 1878 egregie cumulateque praestitit. Cum interea anno 1852 archivarius monasterii designatus et anno 1856 patri camerario pro curandis rebus domesticis esset adiunctus, anno 1878 culinae quoque praefectus est nominatus nihilque in iis muneribus gerendis officii, nil diligentiae desiderari patitur. Insuper celsissimi princip. archiep. Vienn. consiliarii dignitate anno 1878 est insignitus.

Typis mandavit:

I. Stand der Wissenschaft in Wien unter Kaiser Maximilian I. (i. e. Litterarum studia Vindobonae regnante Maximiliano I. culta.) Progr. gymnasii ad Scotos pro anno 1853.

II. Abriss einer Geschichte der Benedictiner-Abtei U. L. F. zu den Schotten in Wien. (i. e. Historia monasterii Benedictinorum B. M. V. ad Scotos Viennae.) 1 vol. 4°. Viennae, 1858, typis congreg. Mechit. sumpt. monasterii ad Scotos.

III. Urkunden der Benedictiner-Abtei unserer lieben Frau zu den Schotten in Wien, vom Jahre 1158—1418. (i. e. Litterarum monumenta, quae pertinent ad monasterium B. M. V. ad Scotos Viennae inde ab anno 1158—1418.) 1 vol. 8°. Viennae, 1859, typis c. r. typograph. aulic. In II. Abth. XVIII. Bd. „Fontes rerum Austriacarum".

IV. Complures porro locos encyclio theologiae catholicae dicto „Kirchen-Lexicon", edito Brisgoviae ab Herder in prima huius operis editione inseruit.

Hauthaler Willibaldus (a s. Petro Salisburgi), Salisburgensis ex Nussdorf, natus 5. Ian. 1843, novitius 10. Aug. 1862, monachus sollemniter professus 29. Sept. 1867, presb. ordinatus 26. Iul. 1868, primum in cura animarum in Wieting occupatus, dein cursu historico et philologico in univ. Oenipontana absoluto, professor historiae in archiep. collegio Borromaeo constitutus est. Scripsit:

I. Das Leben, Regierung und Wandel des Hochwürdigsten in Gott ruhenden Fürsten und Herrn Herrn Wolff Dietrichen, gewesten Erzbischoven zu Salzburg etc. etc., von Johann Stainhauser, mit einer Einleitung nebst chronologischer Regesten-Uebersicht und einem alphabetischen Register. (i. e. Descriptio vitae et regiminis principis quondam archiepiscopi Salisburgensis Wolf Dietrich.) Salzburg, typis Endl. 1874. 8°. p. 140. Vide: Mittheilungen der Gesellschaft f. Salzburger Landeskunde. XIII. Bd. p. 29—140.

II. Fragment eines alten Salzburger Necrologiums. (i. e. Fragmentum necrologii Salisburgensis.) Vide: Archiv für österreichische Geschichte. 1875. LIII. p. 245—258.

III. Abstammung und nächste Verwandtschaft des Erzbischofs Eberhard II. von Salzburg. (i. e. De origine et cognatione archiepiscopi Salisburgensis Eberhardi II.) Salzburg. In programmate collegii Borromaei, 1876. 8°. p. 44. Impressum quoque in Mittheilungen der Ges. für Salzburger Landeskunde (1876) XVI, p. 86—129.

Heer Rustenus (San-Blasianus), natus est Clingoviae in Helvetia die 19. Apr. 1715; in s. Blasio a pueris educatus et in litteris etiam philosophicis et theologicis instructus, anno 1733 sollemniter professus, anno 1738 sacerdotio initiatus, studium litterarum continuavit, in primis cum ab anno 1740 bibliothecarii munere fungeretur. Cumque abbas Franciscus II. rem litterariam s. Blasii condito a se nummophylacio auxisset, P. Rustenus studio nummismatico et antiquario strenue se impendit, et omnes nummos tam veteris quam recentioris aevi conscripsit et erudite illustravit. Ad vindicias actorum Murensium,

quibus P. Fridolinus Kopp, monachus et postea abbas ac princeps Murensis in Helvetia genealogiam diplomaticam augustae gentis Habsburgicae impetebat, solide respondit in suo anonymo denudato et ad locum restituto, ubi probatum fecit, actorum Murensium auctorem, excepta genealogia, quam Marquardus Herrgott non sine rationibus impugnaverit, Blasianum fuisse, e s. Blasio ad abbatiam Murensem postulatum. Huic operi adiecit chronicon Bürglense, antea ineditum, quod Conradus, monachus San-Blasianus, Wernhero iuniori de Kaltenbach Bürglensis cellae fundatori coaevus, in laudem piissimae familiae de Kaltenbach conscripsit, insertis quam plurimis, quae ad illustrandam historiam coenobii s. Blasii pertinent. Postea senescenti et aliis laboribus distento P. Marquardo Herrgott, qui cum titulo vices-gerentis Krotzingensem praeposituram administrabat, in subsidium datus, agriculturae, praesertim nova methodo excolendae intentus, multa ex libris eiusmodi collecta tentavit vario successu; societas agraria pagi Aargaviensis in Helvetia eum sodalem suscepit. Felicissimam autem sociam Marquardo Herrgott iunxit operam ad perficienda monumenta Austriaca, quae, Marquardo Herrgott fatis functo, parochiae vicarius in Neggenschwil et supremus unitarum ecclesiarum administrator in Bonndorf perfecit, quorumque tomum IV. ex duabus partibus compositum typis San-Blasianis commisit. In praemium laborum, quos pro illustranda historia Domus Habsburgiae et Lotharingiae insumpserat, ab imperatrice Maria Theresia aeque atque Herrgottus consiliarii ac historiographi regii titulo et honore ornatus est. Cum autem opus hoc splendidum et carum fatali incendio coenobii s. Blasii anno 1768 interierit, ad illud restituendum misit Augustissima Maria Theresia 4000 florenos, et restituit, cum interim P. Rustenus praematura morte die 2. Apr. 1769 obiisset, auxit et ad sua tempora deduxit abbas Martinus Gerbert.

Sequuntur opera eius typis impressa et manu scripta:

I. Anonymus Murensis denudatus et ad locum suum restitutus, sive acta fundationis monasterii Murensis denuo examinata. Accessit chronicon Bürglense. Friburgi Brisgoviae, 1755. p. 384. 4°.

II. Taphographia principum Austriae, quae est pars I. et II. Tomi IV. et ultimi monumentorum Aug. Domus Austriacae. Post mortem RR. PP. Marquardi Herrgott et Rusteni Heer o. s. B. congregationis ad s. Blasium in Silva nigra capitularium, nec non S. C. R. A. Maiestatis consil. et historiographorum, restituit, novis accessionibus auxit et ad haec usque tempora deduxit Martinus Gerbertus, eiusdem congregationis abbas S. U. R. I. P. — Pars prior continet commentarium, quo tabulae aeneae ac monumenta cetera exponuntur, subiectis tabulis necrologicis. Typis San-Blasianis, 1772. p. 552. Folio. — Pars posterior continet, praemisso singulari, librum ultimum, de urnis extorum et cordium, auctarium diplomatum cum indice, et tabulas aere expressas num. CXVIII. Typis San-Blasianis, 1772. p. 193; p. ind. 39. Fol.

III. Dissertatio de litterarum studiis in monasterio s. Blasii magis magisque promovendis. Manuscript. continetur in Stanislai Wülberz analectorum tomo V. p. 322.

IV. Commentarius super regulam s. Benedicti et meditationes. Manuscript. 1755 in folio. Pars I. continet folia 197, pars II. folia 205. Adservatur in archivo San-Paulo No. 230.

Heilmann Fridericus (Mellicensis), Austriacus Taiskirchensis, natus die 20. Ian. 1817, indutus die 1. Oct. 1836, die

4. Oct. 1840, sollemni professione Mellicensium coetui adgregatus die 18. Aug. 1841 sacerdos ad aram stetit. Ab anno 1842 professor classibus grammaticalibus, ab anno 1844 humanioribus operam impertiit, 1846 vicedirector convictus, 1848 professor geographiae et historiae, 1850 matheseos et vernaculae, 1854 parochus in Untersiebenbrunn, 1862 in Getsdorf nominatus est. Anno 1864 et 1865 diutius Viennae morabatur ad sanitatem recuperandam; sanatus in monasterium rediit, ibique per plures menses versatus anno 1865 parochus in Plank et 1867 in Riedenthal curae animarum operam dedit, et 1875 prior in monasterium reversus est, quo munere ad hodiernum usque diem fungitur. Scripsit:

I. Gedenkblätter, gewidmet den katholischen Gemeinden von Grossriedenthal und Neudegg, als Erinnerung an den 26. September 1869, den Tag der Thurmkreuzaufsetzung. (i. e. Memorabilia dedicata in festo impositionis crucis in turrim anno 1869.) Krems, 1869. Druck von M. Pammer. 8°.

II. Stift Melk. (i. e. Antiquissimi Benedictinorum monasterii Mellicensis descriptio historica et topographica inserta libro, cui titulus: „Ein Benedictinerbuch.“ Geschichte und Beschreibung der bestehenden und Anführung der aufgehobenen Benedictinerstifter in Oesterreich-Ungarn, Deutschland und der Schweiz von S. Brunner. Mit Abbildungen. Würzburg, Woerl. 1880. Typis B. G. Teubner, Lipsiae. p. 261—292.)

Heisler Placidus (Raigradiensis), Micro-neostadii (Neustadtl) in Moravia honestis parentibus anno 1716 die 22. Mart. natus, annis 1740—43 in univ. Olomucensi, matriculae academicae rite insertus theologiae scholasticae, iuris canonici, s. scripturae et controversiis fidei ea diligentia et profectu rectoribus Iesuitis operam navavit, ut ex praefatis studiis praeclaram sit promeritus commendationem. Sub praeposito Antonio sacram vestem religionis Raigradii induit 30. Nov. 1743 et anno sequenti vota sollemnia in manus Matthaei praepositi nuncupavit, tum ex professo Braunensi in Antonii successorem electi. Sacerdotio initiatus anno 1748 21. Ian. mox cooperator pro cura animarum Raigradii adsumitur, quam provinciam cum per octo annos laudabiliter exemplariterque egisset, parochus loci anno 1756 denominatus fuit. Anno 1756 cum P. Othmaro Conrad tunc theologiae professore iter suscepit ad Cellas Marianas per Moraviam Austriam et Styriam litteris specialibus a praep. Bonaventura ubique optime commendatus. 7. Apr. 1761 pro superiore claustrali scriptotenus a praeposito designatus, qui vices valetudinarii prioris actualis suppleret, usque dum pristinae sanitati restitutus esset, humillime supplicabat: „dignetur reverendissima dominatio meam inhabilitatem gratiosissime suspicere et aliud idoneum subiectum praeficere“. Quas preces licet aegre ferens praep. Bonaventura exaudiendas putavit, atque Placidum ad parochiam Ostravačicensem administrandam 1762 allegavit, pro quo officio decretum iurisdictionis die 17. Febr. ei traditum fuit. Anno 1767 domum rediens a praeposito Othmaro provisor et granarius constituitur, quia, ut scribit ipse praepositus ad eundem, „firmae fiduciae sum monasterio meo pro tempore absentiae meae cum persona paternitatis suae optime provisum fore“. Anno sequenti bibliothecarius ac primus fit archivarius, qua occassione in capitulo de die 18. Sept. sequens emisit iuramentum: „ego fr. Pl. iuro ad haec s. evangelia Deo Omnipotenti, beatissimae Virgini Dei-

genitrici Mariae, ss. apostolis Petro et Paulo atque beato Patri nostro Benedicto, tum rev. dom. Othmaro abbati meo totique capitulo, quod constitutus in officio archivarii omnia et singula in archivo contenta, sive scripta sint, sive res aliae cuiuscunque speciei et momenti, fidelissime conservare velim, nihil etiam extradere aut extenuare, destruere aut abalienare, nulli quidquam sine expressa superioris mei licentia communicare, minus aliqua re vel scripto in praeiudicium sive monasterii sive praelati sive cuiuscunque alterius uti aut alteri pandere. Sed ut omnia in optimo suo statu conserventur, impense adlaborabo. Non ero in consilio ex notitia quacunque archivi, quod esset contra monasterium, contra superiorem meum aut contra confratrem quemcunque. Sic me Deus adiuvet et haec sancta Dei evangelia.“ — Ex cuius iuramenti tenore liquet, officium illi commissum iure summi aestimatum esse, sicuti dexteritas Placidi in rebus etiam huius generis agendis luce clarior evadit. Post consecrationem ecclesiae parochialis Raigradiensis anno 1770 P. Wenceslaus Winkler administrator, curatus loci, munus abdicavit et Placidus in eius locum subrogatur vi decreti consistorii Olomucensis de dato 8. Febr., licet his diebus acutissima laborarit podagra. Quinquennio post ad festum ponendo lapidi fundamentali ecclesiae Syrovicensis praesens adfuit (12. Iun. 1775); ad curandam valetudinem Czeiczium ad balnea perrexit, ex quibus redux sequenti ex morbo nullo modo convalescens ad iteratas preces ab officio pastorali absolvitur, et qua senior et fratrum confessarius (anno 1794 30. Nov. secunda vice professus) sacerdos iubilatus aetate decrepita, octogenario maior supremum clausit diem anno 1779 3. April.

Vir erat non mediocri doctrina instructus, rei diplomaticae satis peritus, historiae patriae haud ignarus, cuius documenta reliquit sequentia:

I. Gesta in sollemni consecratione ecclesiae parochialis s. crucis cum appendice, quando et quomodo divina ibidem sint celebranda, adnotata anno 1770. Fasc. in fol. sine pag. in archivo sub B. VII. 5.

II. Notata circa statuam s. Ioannis Nep. ad fonticulum arculae Rebešovicensis collocatam annis 1771—76 congesta. Fasc. in 4°. sine pag. sub B. VII. 10ª archivi.

III. Historia parochiae Raigradiensis et miscellanea varia huc spectantia a fundatione monasterii usque ad annum 1777. Fasc. in fol. sine pag. sub B. VII. 11 archivi.

IV. Acta parochialia P. Placidi curati Nigrofanensis (Ostrovačicensis) ab anno 1753—71. Fasc. in 4°. sine pag. sub B. IX. 9 archivi.

V. Acta in causa praesentationis P. Friederici Schmid pro curatia Nigrofanensi, quam consistorium acceptare renuit ob emanatum altissimum decretum de dato 20. Mart. 1772, ut, ubi tres ad minimum religiosi non sint, beneficium regulare conferatur ecclesiastico; ast iam 15. Maii e. ao. declaratio caesarea confusioni imposuit finem et dicta praesentatio acceptari debuit. Rerum series descripta per . . . . curatum Raigradiensem. Fasc. in folio, sine pag. sub B. X. 8 archivi.

VI. Expositio ac meditatio in ps. 50 Hieronymi Savonarolae de Ferraria ex Italico in Latinum transtulit P. Pl. H. anno 1781. Fasc. in 4°. sine pag. sub E. 9. 7 archivi.

VII. Cantionale monasticum, quod partim ex melodiario congregationis Bohemo-Moravo-Silesiticae o. s. P. Ben. partim ex psalterio et antiphonali Fuldensibus ad regulariter flectendas religiosorum tironum voces opera sua confecit P. Pl. H. s. ao. Ms. in folio, sine pag. sub

Msn. 54 (I) cum sign. B/K. I. β. 1, bibliothecae Raigrad.

Eius correspondentia nec non acta C. i. 6 archivi adservantur.

Heisterer Beda (a s. Petro Salisburgi), Bavarus ex Palling, natus 5. Apr. 1828, studiis humanioribus Frisingae, philosophicis Monachii absolutis novitius 21. Nov. 1860, presbyter ordinatus 31. Iul. 1864, sollemn. votis emissis 24. Sept. 1865 curam animarum in Abtenau, Annaberg et in Plain suscepit. Scripsit:

I. Die Sabbat-Feier, oder: „Braucht der Katholik mit der Heilighaltung der Sonn- und Feiertage es wirklich nicht so genau zu nehmen, wie es die Kirche verlangt?“ (i. e. Sacra sabbatica de celebratione dierum festorum.) Salzburg, Zaunrith. 1876. 8°. 47 p.

II. Primizpredigt, gehalten bei der Feier des ersten hl. Messopfers des hochw. Herrn Simeon Hutzinger am 29. Iul. 1877 in der Wallfahrtskirche Maria Plain. (i. e. Oratio sollemnis in primitiis habita.) Salzburg, Zaunrith. 1877. 8°. 23 p.

Helferstorfer Othmarus I. (Scotensis), monasterii B. M. V. ad Scotos Viennae ac s. Stephani, regis apostolici, de Telky in Hungaria abbas LXVI., vitae lumen adiit Baden prope Viennam die 19. Iul. 1810, Caspari nomen in s. baptismate adeptus. Honesto ac pervetusto genere oriundus, parentibus utebatur ruricolis, qui filiolum optimae indolis ad litterarum studium Viennam adduxere. Grammaticam igitur cum humanioribus litteris in c. r. gymnasio ad Scotos egregio cum profectu edoctus ac philosophiae disciplinis in univ. Vindob. laudabiliter absolutis, cum s. P. n. Benedicti ordinis ad Scotos tirocinium peteret, non tam susceptus quam invitatus est. Itaque die 20. Oct. 1828 inter fratres novitios numeratus, probationis tempore elapso, vota sollemni ritu nuncupavit die 21. Mart. 1832. Consummato interea cursu theologico in univ. Vindob., sacerdos cooptatus est die s. Iacobi 1833 tribusque diebus post die 28. Iul. eiusdem anni sacerdotii sui primitias in ecclesia asceterii celebravit. Neomystae varia deinde munera adsignata sunt. Postquam enim 1833—35 alumnis cantoribus educandis praefuit, ab anno 1835 strenuum egit in parochia claustrali curatum et concionatorem, cuius in primis mira in dicendo pro s. concionibus suavitas coniuncta cum gravitate laudabatur. Quo munere usque ad diem 1. Apr. 1842 retento, partes bibliothecarii anno 1838 susceptas egregie gessit usque ad annum 1861. Qua in provincia collocatus ipse librorum peritissimus, mirum, quam bene de bibliotheca asceterii meruerit, cum comparata magna optimorum librorum copia tum praecipue in ordinem redactis voluminum milibus fere 40. Idem professor classium humanarum in c. r. gymnasio ad Scotos cum interea anno 1842 designatus esset, die 31. Mai 1845 declaratus est concionator aulicus summamque ex eo munere laudem sibi collegit, ita, ut die 15. Mai 1854 capellani quoque aulici tit. dignitatem sit adeptus. Domi vero munus addebatur muneri; quippe qui anno modo dicto subprior asceterii et 1856 gymnasii ad Scotos director designatus est. Tandem in amplissimo honoris dignitatisque gradu collocatus est: Sigismundo enim abbate die 1. Mart. 1861 mortuo, unanimi fratrum consensu die 10. Apr. 1861 abbas canonice electus dieque insequente infulis pontificalibus redimitus est. Et quemadmodum iam antea omnibus in muneribus gerendis communem tantum monasterii fratrumque spectaverat salutem, ita ad

summos honores provectus, summa sibi ope enitendum esse contendendumque arbitratus est, ut et illud praeclarum s. Benedicti, ut in omnibus glorificetur Deus, ad effectum perduceret et asceterii sibi commissi saluti numquam non studiose consuleret. Quod utrumque quanta cum prudentia quantaque dexteritate egerit, documento pulcherrimo esse possunt gratia Dei, quae eum usque adhuc manifeste est secuta, amor fratrum in dilectum praesulem propensus, resque monasterii ab eo tantopere auctae. Haec vero eius prudentia, qua rebus monasterii consuluit, non tantum ei suorum sed exterorum etiam merito conciliaverunt fidem et aestimationem. Itaque factum, ut c. r. ap. maiestatis Francisci Iosephi imperatoris et inclyti regiminis Austriaci consiliarius nominatus, cum inclytorum ordinum provincialium Austriae inferioris a selectior. consilio adhibitus deputati munere fungeretur, die 16. Aug. 1870 designatus sit provinciae mareschallus. Quem summae dignitatis gradum gratia augustissimi imperatoris identidem, et tertia vice anno 1878 concessum, adeo egregie sustinuit nec non usque adhuc gerit, ut ipse augustissimus Austriae imperator viri tantopere de re publica meriti pectus cruce equestri ordinis coronae ferreae II. cl. die 1. Mart. 1874 decorarit eumque curiae optimatum ad dies vitae adscripserit Nov. 1875. Anno 1879 a celsissimo Austriae regimine electus fuit, qui subpraesidis munere in consensu virorum, qui communi Austriae Hungariaeque regnorum causae utilitatique consuluerunt, Pestini fungeretur. Multae praeterea societates et scientificae et ad humanitatem spectantes, eum sibi sodalem addidere. Quibus vero tam multis publicis privatisque negotiis atque muneribus, quamvis paene obrutus sit vir septuaginta fere annorum, tamen bona semper valetudine usus nunquam non satis virium habet, ut Deo fautore abbatiae Scotensi possit praeesse ad multos adhuc annos.

In primis fervidus verbi divini praeco nec non s. patrum scriptorum peritissimus, typis edidit:

I. Conciones in diebus festis ss. Leopoldi et Stephani: Am Feste des h. Leopold, Beichtigers, Markgrafen in Oesterreich. Am 15. Nov. 1839 in der Stifts- und Pfarrkirche der Hochwürdigen regul. lat. Chorherren des h. Augustin zu Klosterneuburg. Viennae, 1839, typis Caroli Gerold. — Am Feste des h. Stephanus des ersten Märtyrers und Schutzheiligen der l. f. Stadt-Pfarrkirche zu Baden. Am 26. Dec. 1852 ebendaselbst vorgetragen. Viennae, 1853, typis Ferdinandi Ullrich.

II. Conciones pro diebus anniversariis: Am Restaurations-Feste der Kirche der Bürgerspitals-Versorgung zu St. Marx in Wien. Am achten Sonntage nach Pfingsten vorgetragen. Viennae, 1841. In com. apud Mayer et comp. — Bei dem jährlichen Dankfeste des Kranken-Institutes für Handlungscommis in Wien. Vorgetragen am Pfingstmontage den 12. Mai 1845. Viennae, 1845, typis congreg. Mechith.

III. Conciones pro primitiis et secunditiis: Am neunten Sonntage nach Pfingsten, als der Herr P. Magnus Bobies, o. s. B. (Scotens.) sein erstes heiliges Messopfer Gott feierlich darbrachte. Viennae, 1841, typis Ulrici Klopf. — Zur Secundiz-Feier des Herrn P. Martin Tenschert, Capitularpriester und Senior des Stiftes Schotten, Pfarrverweser zu St. Ulrich, Ritter des Franz Josephs-Ordens, bischöfl. Consistorialrath zu Tarnow, am 15. Nov. 1870 in der Pfarrkirche zu St. Ulrich. Viennae, 1870, typis congreg. Mechith. — Zur Secundiz-Feier des Herrn P. Odilo Kopp, Capitularpriester des Stiftes Schotten, Pfarrverweser in Gumpendorf, fürsterz-

bischöflicher geistl. Rath, am 8. Jan. 1871 in der Pfarrkirche zum h. Aegidius in Gumpendorf. Viennae, 1871, typis et sumpt. Caroli Gorischek. — Altar und Priester. Gehalten in der k. k. Hof- und Stadt-Pfarrkirche zum h. Augustin in Wien, am Sonntage Lätare (am 15. März 1874) bei Gelegenheit der Enthüllungsfeier des neuen Hochaltars daselbst und der Secundiz-Feier des hochwürdigen Herrn Georg Etz, Hausprälat Sr. päpstl. Heil., Ehrendomherr, Ritter des Ordens d. eis. Krone III. Cl., k. k. Hofkaplan, f. e. Consistorialrath, Inhab. der grossen gold. Salvatormedaille, geistl. Schulinspector des I. Wiener Bezirkes und Pfarrer der Stadtpfarre St. Augustin. Viennae, 1874, impens. ist. Iubilant. impress. — Predigt zur Secundiz-Feier des hochw. Herrn P. Jakob Steiner, Capitularpriesters und Kämmerers des Stiftes Schotten. Am Feste Mariä Namen, 10. Sept. 1876. Viennae, 1876, typis congreg. Mechith.

IV. Conciones pro diversis occasionibus in ecclesia parochiali c. r. palatii habitae: Zur Enthüllungsfeier des Monumentes weiland Sr. Majestät Kaisers Franz I. am 16. Juni 1846 in der k. k. Hofburg-Pfarrkirche vorgetragen. Viennae, 1846, typis congr. Mechith. — Trostworte der Religion nach dem Ableben weil. Sr. kais. Hoheit des Herrn Erzherzogs Karl Ludwig. Vorgetragen in der k. k. Hofburgpfarrkirche am vierten Sonntage nach Ostern (2. Mai 1847). Viennae, 1847, typis Caroli Ueberreuter. — Die Herzensoffenbarungen im Jahre 1848, Predigt am letzten December 1848 in der k. k. Hofburg-Pfarrkirche vorgetragen. Viennae, 1849, typis nob. de Schmidbauer et Holzwarth. — Predigt am zweiten Sonntage in der Fasten (20. Febr. 1853) in der k. k. Hofburg-Pfarrkirche in Wien. Viennae, 1853, typis Ant. Schweiger. — Predigt in der k. k. Hofburg-Pfarrkirche am dritten Sonntage nach Ostern 1853. Viennae, 1853, typis Ant. Schweiger. — Predigt am vierten Sonntage nach Ostern (2. Mai 1858) in der k. k. Hofburg-Pfarrkirche vorgetragen. Viennae, 1858, typis Ant. Schweiger. — Die Sendung des katholischen Priesters. Abschiedsrede, gehalten am dritten Sonntage nach Ostern (am 21. Apr. 1861) in der k. k. Hofburg-Pfarrkirche zu Wien. Viennae, 1861, typis et sumpt. Caroli Ueberreuter.

V. Conciones pro festis saecularibus: Bei Gelegenheit der hundertjährigen Jubelfeier der Einweihung der Kirche St. Margareth in der Vorstadt Weissgärber in Wien, gehalten am 18. Jul. 1846. Viennae, 1846, typis congreg. Mechith. — Predigten zur Eröffnung und zum Schlusse der achttägigen Feier des vierten Säcularfestes der Einweihung der k. k. Hofburg-Pfarrkirche in Wien. Vorgetragen am dritten und vierten Sonntage nach Ostern (2. und 9. Mai 1852). Viennae, 1852, typis Ant. Schweiger. — Rede bei der Eröffnung der Feier des siebenhundertjährigen Bestehens der Benedictiner-Abtei Unserer Lieben Frau zu den Schotten in Wien. In der Stifts- und Pfarrkirche daselbst am 1. Mai 1858 vorgetragen. Viennae, 1858, typis Caroli Ueberreuter.

VI. Opfertod und Todtenopfer. Einleitungsworte zu der am 12. Sept. 1849 in der Pfarrkirche zu Gumpendorf in Wien veranstalteten Todtenfeier für die in den Jahren 1848 und 1849 im Kampfe für Oesterreich gefallenen Krieger. Viennae, 1849, typis J. P. Sollingers Witwe.

VII. Orationes nuptiales: Rede bei der Trauung des Herrn Johann Schober, Doctors der Rechte etc. etc. mit Fräulein Maria Gschwendt in der Pfarrkirche am Peter zu Wien, vorgetragen am 23. Jun. 1850. Viennae, 1850, typis Caroli Gerold et filii. — Rede zur Trauung des Hochgebornen Herrn Carl Grafen von Maldeghem mit der Hochgebornen Marie Gräfin Andrássy, welche am 27. Nov. 1861 in der Pfarre zu Unserer Lieben Frau bei den Schotten in Wien stattfand. Viennae, 1861, typis Ludovici Mayer.

VIII. Rede zur Trauerfeier für den verewigten Fürsten Felix v. Schwarzenberg in der Pfarrkirche am Hof, am 27. Mai 1852. Viennae, 1852, typis A. Pichler viduae et filii.

IX. Gedicht auf die Weihe und Einführung der neugegossenen Glocken in den Thurm der neuerbauten Pfarrkirche zu St. Johann an der Praterstrasse in Wien am 29. Oct. 1844. 1 vol. 8°.

Conscripsit ad programm. gymnasii ad Scotos:

X. Pro anno 1851: Zusammenstellung der beiden Erzählungen von dem Tode der Polyxena aus Euripides und Seneca. (i. e. Comparatio narrationum Euripidis et Senecae de Polyxenae obitu.)

XI. Pro 1857: Geschichte des Schottengymnasiums. (i. e. Historia c. r. gymnasii ad Scotos Vindob.)

Ex libris ss. patrum selecta typis edidit:

XII. Christus, Anfang und Ende. Ein Kranz von Gebeten aus berühmten Kirchen-Schriftstellern. (i. e. Christus, A et Ω, preces e scriptis ss. patrum selectae.) 1 vol. 8° min. Viennae, 1842, apud Ignat. Lienhart. 2. ed. c^a. 1844.

XIII. Chrestomathia ex libris sanctorum ecclesiae patrum, doctorum, scriptorum, qui lingua Latina scripserunt, composita. Usui monachorum ord. s. P. Benedicti in monasterio B. M. V. ad Scotos Vindobonae degentium. 2 vol. Volumen I. complectens selecta ex libris divi Aurel. Augustini. Volumen II. complectens selecta ex libris sanctorum Ambrosii et Gregorii. 8°. Vindobonae, 1863 et 1866, sumpt. monast. ad Scotos, typis congreg. Mechith.

XIV. Conscripsit porro plures hymnos tum in Latino tum in Germanico idiomate pro iuvenibus sub cura Benedictinorum in gymnasio Scotensi litterarum studiosis uti „Sancte Pater Benedicte", „Ave virgo gratiosa", „Cor devotum", deinde pro salute augustissimae domus Austriacae, in funere iuvenis et alios quam plurimos. Inter alia missae a F. Schubert compositae textum adcommodavit Latinum etc. etc.

Qua bibliothecarius praeterea conscripsit:

XV. Sexcentorum fere manuscriptorum, quae bibliotheca monasterii B. M. V. ad Scotos Viennae continet, catalogum adcuratissime confectum. Mscrpt. in 600 plagul. 4°. Adserv. in bibliotheca Scotensi. Inde ab anno 1838—40.

XVI. Catalogum bibliothecae Scotensis, qui continet librorum typis excusorum millia fere triginta adcuratissime descripta. Mscrpt. in 30000 plagul. 4°. Adserv. in bibl. Scot. Inde ab anno 1838—40. (Numerus librorum typis editorum bibl. Scot. usque adhuc ad 60000 vol. est adauctus.)

Heller Ambrosius (Mellicensis), Moravus e Saar, natus die 3. Sept. 1840, s. habitu indutus 13. Sept., die 25. Sept. 1864 vota sollemnia emisit, et 13. Sept. 1863 primitias sacerdotii Deo Omnipotenti obtulit. Publici ordinarii professoris et directoris in c. r. gymnasio Mellicensi, et consiliarii rerum scholasticarum in districtu San-Hippolytano munere functus est, nec non societatis ad promovendam Austriae inferioris historiam Viennae institutae sodalis exstitit. Fuit praeceptor benevolus, studiis historicis deditissimus. Non raro conquerebatur de intestinorum doloribus, qui sensim adeo increvere, ut 1875 aquis Marianis, 1876 Carolinis uteretur. Sub finem anni 1876 domum reversus, lecto adfixus, s. Eucharistia refectus, singulis confratribus valedixit et 18. Sept. 1876 intestinorum tuberculosi succubuit.

Studio historiae incensus scripsit:

I. Hat Karl V. wortbrüchig an dem Landgrafen Philipp von Hessen gehandelt, als er ihn zu Halle gefangen nahm? (i. e. Fueritne perfidus Carolus V., cum landgravium de Hessia Halis comprehendisset.) Im Jahresbericht des k. k. Ober-Gymnasiums zu Melk 1866. Wien. Im Selbstverlage des Gymnasiums. Druck von Ludwig Mayer.

II. Hat Tylli absichtlich Magdeburg zerstört, und kann geschichtlich nachgewiesen werden, dass er an der Zerstörung dieser Stadt seine Freude hatte? (i. e. Tylli et Magdeburgensis disturbatio, disquisitio historica.) Loc. cit. 1867.

III. Heinrich V. in seinem Verhältnisse zu seinem Vater, dem Kaiser Heinrich IV. und in seinen Beziehungen zu Papst Paschal II. bis auf die Zeit seiner Kaiserkrönung. (i. e. Qualis connexus inter Henricum V. ad patrem et papam Paschal. II.) Loc. cit. 1868.

IV. Melk und die Mark der Babenberger in ihrer Gründung und ursprünglichen Abgrenzung. (i. e. De mon. Mellicensi et marchionatu Babenbergensium.) Loc. cit. 1870.

V. Welche erziehlichen Elemente liegen im Geschichtsunterrichte, und wie lässt sich das dem Gymnasium gesteckte Ziel erreichen? (i. e. De influxu historiae in educationem.) Loc. cit. 1875.

VI. Ueber den Gau Grunzwiti. (i. e. De pago Grunzwitensi.) In den Blättern des Vereines für Landeskunde in Niederösterreich. Jahrgang 1873. p. 201—210.

VII. Rüdiger von Pöchlarn. Ein kritischer Versuch zur Aufhellung dieses Namens. (i. e. De Rudigere a Pöchlarn, disquisitio historica.) Loc. cit. p. 151—157.

VIII. Die Burg Hoheneck in Niederösterreich. (i. e. Arx Hoheneck in Austria inferiori.) Loc. cit. Jahrg. 1874. p. 245—270.

IX. Die Osterburg in Niederösterreich. (i. e. Arx Osterburg ibidem.) Loc. cit. Jahrg. 1875. p. 1—17.

X. Sagen aus der Donaugegend. (i. e. Legendae in regionibus Danubii collectae.) Loc. cit. p. 204—10, 293—297.

XI. Das Schloss Schönbühel in Niederösterreich. (i. e. De arce Schönbühel in Austria inferiori.) Loc. cit. p. 71—86, 186—196, 271—282. Jahrg. 1876. p. 55—67, 192—201.

XII. Heinrich I., Markgraf von Oesterreich, und seine Zeit. (i. e. Henricus I. marchio Austriae.) Loc. cit. Jahrg. 1873. p. 283—309.

XIII. Adalbert, Markgraf von Oesterreich, und seine Zeit. (i. e. Adalbertus, marchio Austriacus.) Loc. cit. Jahrg. 1874. p. 117—133, 216—227, 302—326.

XIV. Die Ostmark zur Zeit Kaiser Heinrich IV. bis zur Schlacht an der Unstrut. (i. e. Marchionatus ad orientem situs tempore Henrici IV.) Loc. cit. p. 275—302.

XV. Kulturgeschichte in der Zeit Leopold des Heiligen. (i. e. Historia humani cultus civilisque diebus Leopoldi sancti.) Loc. cit. Jahrgang 1875. p. 23—32, 114—125.

XVI. Die Ostmark unter Leopold dem Freigebigen. (i. e. Marchionatus ad orientem diebus Leopoldi munifici.) Loc. cit. p. 161—165, 245—251.

XVII. Ueber die Herkunft der österreichisch-babenbergischen Fürsten. (i. e. De principum austriaco-babenbergensium origine.) Loc. cit. Jahrg. 1876. p. 19—25.

De eo confer: Heller Ambros Ant. Nekrolog von Anton Mayer. Loc. cit. Jahrg. 1876. p. 355—358.

Heller Vitalis (Scotensis), in vitam ingressus est Viennae in Austria die 16. Aug. 1778. Qui cum per aliquot tempus collegio patrum piarum scholarum Cremsii fuisset adscriptus, s. P. n. Benedicti castra secutus s. habitu indutus est in monasterio B. M. V. ad Scotos Viennae 17. Oct. 1801, ubi 28. Oct. 1802 sacramenti sollemnis sponsione sacrae se familiae adstrinxit. Primitiis vero 8. April 1804 Deo optimo oblatis, concionatoris matutini dein curati et concionatoris ordinarii munere functus est in monasterio 1806—12. Unde in suburbium ad s. Udalricum missus cooperator fuit, magnam praecipue in verbo divino praedicando virtutem praestans. Ibidem mors eum abstulit, 13. Ian. 1822 annos natum 43.

Typis edidit:

I. Syllabus chronologicus aa. rr. pp. concionatorum, qui post decessum rr. pp. Capucinorum antea munere hoc egregie functorum in ecclesia huiate Viennae B. M. V. ad Scotos ex ordine nostro s. P. Benedicti verbi divini praecones exstiterunt 1811.

II. Conciones varias: Lobrede auf den heiligen Gregorius in Gaunersdorf. Viennae, 1806. Typis Ioan. Th. nob. de Trattner. — Lobrede auf den heiligen Florianus (conc. primit.). Viennae, 1810. Typis hered. nob. de Ghelen.

III. Gesang auf eine Firmungsfeierlichkeit. (i. e. Carmen in sollemnitate confirmationis.) Am 27. März 1812.

Herrgott Marquardus (San-Blasianus), natus est Friburgi Brisgoviae die 9. Oct. 1694, s. habitu indutus in divo Blasio, sollemniter professus die 17. Nov. 1715, sacerdotio initiatus die 17. Dec. 1718. Friburgi, Brunduti et Argentorati humanioribus litteris et philosophicis scientiis probe excultus, congregationi San-Blasianae anno aetatis suae 21mo adlectus, magno deinceps illi honori et emolumento fuit. Romam studiorum causa dimissus, et quattuor prope annis ibi commoratus, industriae et ingenii sui ad quaevis aptissimi specimen in publica ex theologia polemica disputatione cum applausu exhibuit, eaque relicta et lustrato Monte-Cassino ordinis nostri primario et nobilissimo archicoenobio, iam sacerdos domum redux, mox bibliothecae praeficitur, simul scholis humanioribus. Altero dein anno 1721 cum P. Theoderico Seiz, pro addiscendis linguis orientalibus ad s. Galli in Helvetia principale monasterium ablegatus, indeque revocatus, cum reverendissimo d. abbate Blasio Viennam profectus est, ubi solidioris litteraturae fundamenta iecit, adiuvante et quasi manu ducente doctissimo viro Gentilloti, caesareae bibliothecae custode, et postea episcopo Tridentino, multam etiam operam ad id conferente celeberrimi nominis viro P. Bernardo Pez, apud quem ad tres circa menses in Mellicensi monasterio morabatur. Cardinalis Dominicus Passionei tum temporis nuntius Lucernae, ad quem in negotio unionis trium prioratuum ordinis s. Wilhelmi Marquardus aliquoties destinatus fuerat, cum viri iuvenis aptissimam ad reconditiora studia indolem sibi perspectam haberet, eum diutius apud se retinuit, atque abbati, familiari amicitia sibi coniunctissimo, auctor fuit, ut illum Lutetiam Parisiorum ad Patres Benedictinos congregationis s. Mauri mitteret, orbi litterario eruditissimis operibus suis notissimos. Ibi doctissimorum virorum Montfoconii, Tullierii, Martenii aliorumque consuetudine et conloquio usus, sub tantis ductoribus magnos in stadio litterario progressus fecit, et Parisiis adhuc degens anno 1726 librum edidit: Vetus disciplina monastica, seu collectio auctorum ord. s. Benedicti maximam partem ineditorum, qui ante sexcentos fere annos per Italiam, Galliam atque Germaniam de monastica disciplina tractarunt. Continet res non solum monasticas, sed etiam ecclesiasticas, ad historiam sacram pertinentes. Primum ingenii sui foetum abbati Blasio cum insigni encomio inscripsit, contra spem ab illo male omnino exceptum, quod praefatione eius operis satis prolixa magnaque cum eruditione et stili elegantia conscripta, musicam instrumentalem in Germaniae ordinis nostri monasteriis tanti habitam exsibilaverit; praecipue vero, quod institutum a Cluniacensibus nimis longum chori officium contra et supra regulae praeceptum, tum monasteriorum aemulatione non satis prudenti, tum saecularium ambitione et monachorum avaritia ubivis propagatum fuisse voluerit, variaque inde profluxisse incommoda, scilicet nullam mentis cum voce concordiam, fastidium orationis, intermissionem laboris manuum et studiorum, ubi nimis libere adposuit: Ob preces minime bonas intermissa esse bonarum litterarum studia. Quare Parisiis domum revocatus, praemium laboris inexspectatum tulit, ad Latinas puerorum scholas cum titulo praeceptoris denuo

amandatus. Nec sic tamen a prosequendis litterarum studiis deterritus fuit. Catenam enim commentarii in regulam s. Benedicti edere parabat, collectis iam multis eius generis ineditis operibus. Ad illustrandam liturgiam Germanicam etiam aliqua collegit, quem laborem reverendissimus abbas Martinus in sua veteri liturgia Alemannica bipartita, disquisitionibus praeviis, notis et observationibus inlustrata, abunde supplevit. Demum historiam episcopatus Constantiensis scribere cogitabat, communicato cum eruditis eius operis conspectu typis excuso; verum in medio hoc labore Marquardo longe melior sors obtigit et occasio perampla tum eruditionis copiam, tum in rebus agendis peritiam publice testandi. Ab abbate Francisco II. primo post suam electionem anno in sacellanum adsumptus, et anno sequenti 1728 Viennam missus fuit, eique commissa sunt negotia ordinum Brisgoviae, quo in munere per annos plus quam viginti, patriae, monasterio et aliis plurimis pari dexteritate ac successu, nec minori cum laude et publica fama atque antea notissimus P. Blasius Bender variis et gravissimis in rebus profuit. Quare abbas Franciscus in testimonium meritorum anno 1732 in publico capitulo Cellerarii magni titulum ei attribuit. Ampliori honore dignatus est a caesare Carolo VI., titulo scilicet consiliarii et historiographi caesarei, aureo insuper numismate gemmis ornato decoratus, quod ad immortalem familiae suae gloriam genealogiam diplomaticam augustae gentis Habsburgicae publicae luci reddiderit, opus ab eruditis maximi aestimatum, cum praeter augustae gentis origines eousque incertas rem diplomaticam Germaniae ibi plurimum dilucidaverit. Adversarios autem, fato omnibus eruditis communi, plures quoque nactus est, praesertim Murensis in Helvetia asceterii alumnos, cuius acta circa eandem genealogiam in dubium vocavit. Praeclarissimo huic operi postea adiecit monumenta domus Habsburgicae, nempe sigilla principum Austriae, nummothecam et pinacothecam de eisdem cum taphographia seu monumentis sepulcralibus, quibus abbas Martinus Gerbert adiunxit codicem epistularem Rudolphi I. Quae sumptuosa opera typis partim Friburgensibus, partim Viennensibus et San-Blasianis in lucem prodierunt. Viennae adhuc constitutus et de edenda in publicum monasterii San-Blasiani historia sollicitus, in origines eiusdem pro sua in historicis peritia sedulo inquisivit, bene omnino arbitratus, istis semel detectis haud arduum nec coenobio s. Blasii inglorium fore, integram eiusdem historiam concinnare, cuius libri ordinem et materiam ipse disposuit in conspectu novi operis ad monasticon San-Blasianum; verum operis editio variis ex causis est intermissa. Scena rerum in aula caesarea sub Francisco Stephano caesare, et regnorum Austriae conregente multum mutata, cumque ordines seu status anterioris Austriae, quorum negotia iunctim quaerebat Marquardus, inter sese graviter colliderentur, Vienna illi abscedendum et domum remeandum fuit, anno 1749, Meinrado principe ad clavum sedente, a quo, uti a praedecessore Coelestino in officio vices gerentis confirmatus, et praepositus in Krotzingen institutus est, ubi praeter studia etiam apes et moros colens, hospitalis et generosus, in bona senectute adversa adhuc perpessus mortalia reliquit die 9. Oct. ipsius

natali anno 1762, aetatis 68., sepultus in sacello domestico praepositurae.

Sequuntur eius opera typis impressa:

I. Vetus disciplina monastica, seu collectio auctorum ord. s. Benedicti maximam partem ineditorum, qui ante sexcentos fere annos per Italiam, Galliam atque Germaniam de monastica disciplina tractarunt. Cum triplici indice I. Librorum et capitum. II. Vocum exoticarum. III. Rerum et verborum. Prodit nunc primum opera et studio presbyteri et monachi Benedictini e congregatione s. Blasii in silva nigra. Parisiis, typis Caroli Osmont, via San-Iacobaea, ad insigne Olivae 1726. Cum approbatione et privilegio regis. p. LXVIII et 594. 4°.

II. Genealogia diplomatica Augustae Gentis Habsburgicae, qua continentur vera Gentis huius exordia, antiquitates, possessiones, praerogativae, chartis ac diplomatibus No. CMLIV, maxima parte hactenus ineditis asserta; adiectis sigillis, aliisque monumentis aere incisis, mappa item geographica et indicibus locupletissimis. Haec vero res non modo Habsburgicas universe corroborant, sed aliis etiam plurimis illustrissimis Germaniae nostrae familiis, et patriae medii aevi historiae lucem foenerantur. Tomus I. Viennae Austriae ex typographia Leopoldi Ioannis Kaliwoda, 1737. Fol. p. LXXII et 338. — Tomi II. Pars I: codicem probationum exhibens, quo continentur diplomata, chartae aliaque antiquitatis monumenta ab anno Christi MCCXLIV ad annum usque MCCLXIX numero D. Fol. p. 411. Pars II: complectitur codices probationum, diplomata, chartas et reliqua monumenta ab anno Christi MCCLXIX ad annum MCCCCLXXI a numero DI usque CMLIV. Accedunt indices locupletissimi, qui rebus tum Habsburgicis, tum plurium illustrium Germaniae nostrae familiarum genealogiis deservient. Fol. p. 412—851.

III. Monumenta Augustae Domus Austriacae. Tomus I. Complectitur sigilla vetera et insignia cum antiqua tum recentiora varii generis, quibus usi sunt marchiones, duces archiducesque Austriae, nunc primum ex tabulariis aliisque idoneis locis eruta, typis aeneis expressa cum auctario diplomatum Austriacorum. Pars I. et II. Cum consensu aulae caesareae. Cum tabulis aeri incisis XXV. Viennae Austriae, prostant apud Leopoldum Ioannem Kaliwoda, aulae imperialem typographum anno 1750. Fol. 244 p. — Tomus II. Complectitur nummothecam principum Austriae ex gazis aulae caesareae potissimum instructam et aliunde auctam, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta sub Babenbergicae stirpis marchionibus adusque Habsburgicae Gentis principes, lineae Hispano-Austriacae, huiusque masculum ultimum Carolum II. regem Hispan. Nummos cuiuscumque formae et metalli: praecipue tamen Mnemonicos atque Iconicos, qui vel horum iussu, vel eorum gratia ab aliis percussi vel fusi fuerunt, typis aeneis expressos, deducit. Friburgi Brisgoviae, typis Ioannis Georgii Felneri, universitatis typographi 1752—1753. Pars I. Complectitur tabulas aeri incisas num. LI. Fol. p. LIV et 263. Pars II: exhibet Habsburgicae Gentis principum lineae Germano-Austriacae nummos cuiuscumque formae typis aeneis expressos: ducendo initium a Ferdinando I. rom. imp. et serie non interrupta adusque Ferdinandum IV. regem rom. Complectitur tabulas aeri incisas XLI. Fol. 256 p. — Tomus III. Complectitur pinacothecam principum Austriae, in qua marchionum, ducum, archiducumque Austriae utriusque sexus simulacra, statuae, anaglypha, ceteraque sculpta, caelata, pictave monumenta, tabulis aeneis incisa proferuntur et commentariis illustrantur. Friburgi Brisgoviae, 1760. Editio secunda. Typis San-Blasianis, 1773. Pars prior continet praemissa praefatione, prolegomenis et auctario diplomatum, tabulas aere expressas num. CXIV. Fol. p. LXXXVIII et 117. Pars posterior continet commentarium, quo tabulae aeneae reliquae exponuntur, subiecto indice. Fol. 368 p.

IV. Instructio pro iis, qui annales s. Blasii scribere intendunt. Manusc. continetur in Stanislai Wülberz analectorum tomo IV. 515 p.

V. Hercynia vetus. Manusc. continetur in Stanislai Wülberz analectorum tomo V. 145 p.

VI. Duo conceptus reformandi litterarum studia in monasterio s. Blasii. Manusc. continetur in Stanislai Wülberz analectorum tomo V. 171 p.

VII. Modus repetendi humaniora. Manusc. continetur in Stanislai Wülberz analectorum tomo V. 223 p.

VIII. Conspectus monastici Blasiani. Manusc. continetur in Stanislai Wülberz analectorum tomo V. 255 p.

IX. Monasticum San-Blasianum. Manusc. in folio, continet folia 325, et adservatur in archivo San-Paulano No. 196.

X. Ad historiam monasterii s. Blasii. Mscr. in folio, continet in 2 voluminibus 260 folia, adservatur in archivo San-Paulano No. 195.

XI. Diplomata monasterii s. Blasii concernentia 1093—1286. Manusc. in folio, continet 380 folia, adservatur in archivo San-Paulano No. 60.

XII. Copiarium documentorum 635—1771. Manusc. in folio, continet in singulis 12 voluminibus 250 folia, adservatur in archivo San-Paulano No. 61.

XIII. Diarium 1728—30. Manusc. in folio. I. volumen continet folia 358, II. volumen continet folia 205; adservatur in archivo San-Paulano No. 166.

Herz Lambertus Carolus (Scotensis), Viennae in Austria die 4. Iun. 1843 natus, cum gymnasii studia ad Scotos Vindobonae absolvisset, ibidem die 14. Sept. 1863 s. habitu indutus, vota sollemni ritu nuncupavit die 29. Sept. 1867. Emenso deinde s. theologiae in univ. Vindob. cursu, die 25. Iul. 1868 sacerdotio inauguratus tribus diebus post primam Deo optimo obtulit hostiam incruentam die 28. Iul. Statim deinde curae animarum admotus, cum auxiliarium egisset diversis in locis, 1869 cooperator missus est Pulkau octoque annis post Stammersdorf, unde in urbem redux cooperatoris in suburbio dicto Campo Scotorum partes suscepit die 12. Aug. 1877, quibus hucusque laudabiliter fungitur.

Typis edidit concionem nuptialem:

Herzliche Worte gesprochen beim feierlichen Ehejubiläum des H. Jakob mit der Fr. Theresia Ramharter am 26. Nov. 1872 in der Kirche zum heil. Blute in Pulkau. Viennae, typis Eurich.

Hieber Carolomannus (Admontensis), Graecii in Stiria 10. Apr. 1812 parentibus oppidanis natus, studiis gymnasii et humaniorum summo cum applausu frequentatis Admontense petiit coenobium, ubi 29. Iun. 1833 vota sollemnia nuncupavit et 14. Dec. 1834 primitias celebravit. Primo divini verbi praeco constitutus iam anno sequenti in gymnasium Benedictinorum Augustam Vindelicorum missus ibi per quattuor annos commorans officiis suis laudabiliter functus est, donec in patriam revocatus, in gymnasio Iudenburgensi anno 1841 ascenderit cathedram. Anno 1849 Graecium translatus, iam anno 1854 munus obibat directoris gymnasii usque ad annum 1861; nam fratres Admontenses elegerunt Carolomannum in administratorem coenobii cum facultate abbatis et defuncto piae memoriae abbate Bennone 1863 in abbatem. Symbolum neoabbatis erat: „in fide victoria“. Incendium illud horribile 27. Apr. 1865 exortum damnum fecit coenobio incredibile et sanitatem dilecti patris devastavit. Vitium organicum cordis accedente hydrope Carolomanni vitae dedit finem 13. Nov. 1868. Templum s. Blasii ex ruina gloriose evectum Carolomannum salutat auctorem. Carolomannus, doctor s. theologiae, eques ordinis austr. Francisci Iosephi, rev. princ. archiep. Goriciensis et princ. episc. Seccoviensis consiliarius, indigena regni Bavariae, ad comitia ducatus Stiriae deputatus, pluribus societatibus aut ad scientiam aut ad bonum publicum pro-

movendum constitutis cum activus tum honorarius adscriptus est sodalis.

Typis edidit:

Die hohe Würde des katholischen Priesterthums. Eine Primizpredigt, gehalten in der Stadtpfarrkirche zum hl. Maximilian in Augsburg, den 24. Jun. 1841 von Dr. Carlmann Hieber, Capitular des Benedictinerstiftes Admont, d. Z. k. Professor zu Augsburg. (i. e. Concio die primitiarum de dignitate sacerdotali.) Augsburg, J. A. Schlosser'sche Buch- und Kunsthandlung. 1841. 8° min.

Hiltscher Gregorius Carolus B. (Scotensis), Iglaviae in Moravia die 17. Sept. 1835 natus, cum gymnasii studia ibidem coluisset, die 24. Sept. 1855 ad Scotos Viennae indutus, vota sollemni ritu die 10. Oct. 1858 nuncupavit. Absolutis s. theologiae in univ. Vindob. studiis celebratisque die 29. Iul. 1860 s. primitiis, cooperatorem egit in Gaunersdorf, unde anno 1869 in monasterium redux susceptas novitiorum magistri rectorisque clericorum partes per decem continuos annos piissime tuitus est, donec 1879 parochiae in Platt administrator est designatus, quo munere hucusque fungitur.

Conscripsit et libellis Lambacensibus dictis „St. Benedicts-Stimmen" vel „Tabernakel und Fegfeuer" inseruit:

Das göttliche Herz Jesu, die grösste Hoffnung der Seelen im Fegefeuer. (i. e. Sanctissimum cor Iesu, summa animarum in purgatorio spes.) III. Jahrg. 1879. 6. Heft. p. 170—175.

Hintler Anselmus (a s. Petro Salisburgi), Tirolensis, natus 1. Dec. 1726 in pago s. Ioannis, tunc dioecesis Chiemensis, novitius 14. Nov. 1744, eodem die anni sequentis professus, anno 1750 28. Dec. sollemnes primitias celebravit. Triennio in studiis iuridicis peracto anno 1754 primum in universitate rudimenta et grammaticam et post biennium philosophiam docuit, quam biennio absolvit. Exinde variis muneribus functus, utpote secretarii abbatiae, poenitentiarii in Maria-Plain, cooperatoris in Abtenau, vicarii in Annaberg, demum bibliothecarii. Ultra 11 annos valetudinarius obiit 4. Iun. 1793. Scripsit:

I. Idearum natura et origo philosophice considerata. Salisburgi, Mayr. 1757. 4°. 16 p.

II. Idearum proprietates methodo philosophica expensae. Ibid. 1757. 4°. 19 p.

III. Intellectus iudicans per iudicium logicum examinatus. Ibid. 1757. 4°. 18 p.

IV. Generatio corporum naturalium secundum suam naturam et originem physice expensa. Ibid. 1758. 4°. 27 p.

V. Sphaera elementaris methodo physica considerata. Ibid. 1758. 4°. 28 p.

VI. Meteora seu corpora sublimia physicae considerationi subiecta. Ibid. 1758. 4°. 27 p.

Hochfellner Odilo (Mellicensis), Mellicii in Austria die 25. Iul. 1840 natus, habitu s. die 16. Sept. 1860 indutus, die 20. Sept. 1863 professus, studiis theologicis Mellicii absolutis die 1. Nov. 1865 sacerdotio inauguratus primam Deo hostiam incruentam litavit. Eodem anno mathesin docendi munus obiit, et triennio Viennae in alma universitate peracto, domum reversus munus susceptum continuavit. Die 26. Oct. 1876 probationis periculum subiit et 10. Ian. 1877 professor adprobatus, disciplinas mathematicas et physicas in gymnasio Mellicensi profitetur. Scripsit:

Die Beugung des Lichtes. (i. e. De reflexione lucis.) Im Jahresbericht des Melker Gymnasiums 1877. Wien, Druck von Ludw. Mayer. Im Selbstverlage des Gymnasiums. 8°.

Hochrainer Edmundus (a s. Petro Salisburgi), Salisburgensis ex Mittersill, natus 25. Oct. 1774, novitius 19. Oct. 1793,

monachus professus 26. Oct. 1795, neomysta 8. Oct. 1797, primum rudimenta et grammaticam in univ. Salisb. docuit. Inde curae animarum in Abtenau et Dornbach adplicatus hydrope obiit 7. Maii 1812.

Scripsit:

I. Utrum Kantiana categoriarum tabula omnibus numeris sit absoluta. Disputatio. Salisburgi, Duyle. 1795. 8°. 50 p.

II. Ueber Reibung und Steifigkeit der Seile als Hindernisse der Bewegung bei Maschinen. (i. e. De attritione et rigore funis in machinis.) Ibid. 1796. 8°. 97 p.

Hoefer Mathias (Cremifanensis), in parochia Waizenkirchen superioris Austriae die 7. Febr. 1754 natus, in scholis Cremifanensibus litteras humaniores et philosophiam edoctus, 1774 monasterium Cremifanense ingressus absolutisque in studio domestico theologicis disciplinis die 8. Febr. 1778 in ordinis s. P. Benedicti leges iuravit et eiusdem anni die 11. Nov. primitias Deo ad aram litavit. Per triennium studio iuris civilis in univ. Viennensi operam dedit; obtenta docendi facultate 1781 iurisprudentiam in academia docuit; clausa in monasteriis iurium cathedra in diversis parochiis cooperator; 1797 parochus in Steinhaus, 1803 in Kirchham, ab anno 1812 in Kematen, senescens vitam fere solitariam vixit et die 21. Oct. 1826 obiit.

Scripta Mathiae Hoefer haec sunt:

I. Exercitatio iuridica de origine ac proprietatibus peculiorum apud Romanos. Una cum positionibus ex universo iure civili et criminali. Vindobonae, typis haeredum nobilium de Ghelen. 1780. 4°. 45 p.

II. Ueber das unglückliche Schicksal der Gelehrten. (i. e. De misera eruditorum virorum sorte.) Wien, Sonnleithner. 1781. 8°. 40 p. 12 crucif.

III. Die Volkssprache in Oesterreich, vorzüglich ob der Enns, nach ihrer innerlichen Verfassung und der Vergleichung mit anderen Sprachen. (i. e. Dialectus Austriaca cum aliis linguis comparata.) Wien, Schaumburg. 1800. 8°. 140 p. Edit. altera Linz, Eurich. 1800. 8°.

IV. Der blaue Mondtag. Anleitung zu einem vernünftigen und vergnügten häuslichen Leben. Scherze und Erzählungen. (i. e. Institutio ad prudenter hilariterque vivendum.) Linz, 1808. Haslinger. 8°. 144 p.

V. Etymologisches Wörterbuch der in Oberdeutschland, vorzüglich aber in Oesterreich üblichen Mundart. (i. e. Lexicon etymologicum dialecti, qua Germaniae superioris et maxime Austriae incolae utuntur.) Linz, Kastner. 1815. 8°. III partes. Prima parte 342, altera 362, tertia 344 paginae continentur.

Manuscripta reliquit haec volumina:

I. Altdeutsches Wörterbuch. (i. e. Glossarium linguae Germanicae antiquissimae.) 2°. 257 p. Sign. VIII. 216.

II. Vorarbeiten zu einem altdeutschen Wörterbuche. (i. e. Studia praevia ad conscribendum glossarium antiquissimae linguae Germanicae.) 4°. 796 p. Sign. VIII. 217.

III. Handbuch deutscher Reime, jungen Dichtern zum Behuf, alten zum Zeitvertreibe. (i. e. Manuale versuum Germanicorum in similes syllabarum sonus desinentium.) 2°. 154 p. Sign. VIII. 218.

IV. Observationes in quaedam antiqua piscium vocabula, qualia sunt apud Plinium, apud Paulum Iovium et Conradum Gessner. 1821. 2°. 57 p. Sign. VIII. 219.

V. Abhandlungen über altdeutsche Literatur. (i. e. Tractatus de litteris Germanicis antiquis.) 2°. 26 p. Sign. VIII. 220.

VI. De immunitatis ecclesiasticae origine ac fatis ex codice Theodosii et Iustiniani nec non capitularibus regum Francorum. 2°. 21 p. fragmentum. Sign. VIII. 221.

Hofbauer Hieronymus Franciscus Seraph. (Scotensis), in Rudmanns Austriae infer. vico natus est die 2. Oct.

1808. Studia humaniora et philosophica Cremisae cum coluisset, monasterium ingressus est die 20. Oct. 1828. Votis vero sollemni ritu die 2. Mart. 1832 nuncupatis absolutisque s. theologiae studiis in univ. Vindob., die s. Iacobi 1833 sacerdotio iniatus est dieque 4. Aug. eiusdem anni Deo primum litavit. Statim deinde curae animarum addictus cooperatorem egit ad s. Udalricum et in parochia Stammersdorf, unde 1835 missus est, ut in gymnasio Benedictinorum Augustae Vindelicorum docendi munus susciperet. Quo munere cum per triennium functus esset, e Bavaria revocatus, initio professor supplens dein actualis inde ab anno 1842 in c. r. gymnasio ad Scotos Viennae fuit. Anno 1846 abbatiae Telkyensis in Hungaria administrator est designatus; cuius partes adeo egregie sustinuit, ut 1861 cruce aurea c. corona pro meritis sit insignitus. Anno vero 1867 in monasterium redux, ibidem parochiae claustr. rector est designatus, quo officio hucusque fungitur, nominatus die 13. Aug. 1873 consiliarius archiepiscopi Viennensis.

Typis edidit:

Primizpredigt gehalten in der Wallfahrtskirche zum heil. Kreuz. (i. e. Concio sacra in primitiis habita.) Augustae Vindelicorum 1836, typis et sumpt. Caroli Kollmann.

Hofer Ioann. Ev. (a s. Petro Salisburgi), natus Salisburgi 31. Dec. 1757, novitius 6. Oct. 1776, monachus professus 20. Oct. 1777, neomysta 27. Dec. 1780, studiis theologicis absolutis primum per biennium studio iuridico dein linguis orientalibus addiscendis vacare iussus est. In quibus ut se excoleret, suadente principe archiepiscopo per triennium professores harum linguarum in universitatibus, Herbipolensi, Moguntina, Giessensi, Göttingensi et Parisiensi adiit et audivit. Redux s. scripturam et linguas orientales usque ad annum 1809 in univ. Salisb. docuit, adiuncto ab anno 1793 officio procancellarii et vicerectoris, et ab anno 1802—5 rectoris magnifici. Demum cathedris ob oculorum hebetudinem dimissis vicarius primum in Dornbach, dein subprior et magister fratrum clericorum constitutus, obiit 24. Febr. 1817. Scripsit:

I. Ueber den Umfang der orientalisch-biblischen Litteratur. (i. e. Quid complectatur litteratura orientalis-biblica.) Ein Wort der Freundschaft an seine katholischen Glaubensgenossen. Giessen, 1789. 8°. 15 p.

II. Ad agenda solennia electionis archiepiscopi Hieronymi cives academicos invitat et de libertate theologica aliqua disserit I. Ev. H. Salisburgi, Duyle. 1794. 4°. 13 p.

III. De Kantiana interpretationis lege. Programma. Ibid. 1800. 30 p.

Hoffer Bertholdus, Dr. phil. (Mellicensis), Moravus e Grosstaiax, natus die 30. Nov. 1841, habitu s. die 19. Nov. indutus, die 5. Iun. 1865 in leges s. Benedicti iuravit, et die 27. Iul. 1866 Deo primam immaculatam hostiam obtulit. A prima die Mart. 1867 usque 1868 in gymnasio Mellicensi historiam docuit, quo anno Viennam in seminarium philologicum profectus est, ut disciplinas historicas addisceret. Anno 1871 professor adprobatus, geographiam historiam, et stenographiam docendam suscepit, quo munere hodiedum fungitur.

Scripsit:

I. Zur Gründungsgeschichte des Frauenklosters St. Bernhard. (i. e. Ad historiam fundationis monasterii monialium ad s. Bernhardum additamenta quaedam.) Im Jahresbericht des Melker Gymnasiums, 1874. Wien, bei Mayer et Comp.

II. Geschichte des Prämonstratenser-Stiftes Geras in Niederösterreich. (i. e. Historia canoniae Gerasiensis ordin. s. Norberti in Austria inferiore.) Msc.

Hoffmann Caietanus (Admontensis), Pettovii in Stiria natus 11. Dec. 1840, studiis in gymn. Graecensi laudabiliter absolutis, Admontes venit, votis sollemnibus se adstrinxit 21. Mart. 1865, cum iam 7. Aug. 1864 neomysta steterit ad aram. Studiis academicis summa cum laude completis anno 1869 Graecium transiit, ubi munere professoris in c. r. gymnasio primo fungitur, soc. historicae Stiriae et soc. „inner-österreichische Mittelschule“ sodalis.

Opera:

I. Ueber eine Admonter Pergamenthandschrift der Excerpte des älteren Seneca. (i. e. Manuscriptum perg. Admontense excerpta Senecae senioris continens.) Grazer Gymnasial-Festprogramm 1874.

II. Ueber Tyrtäus und seine Kriegslieder. (i. e. De Tyrtaeo eiusque carminibus militaribus.) Grazer Gymnasial-Programm 1877.

Hofmann Paulus Ferdinandus (Scotensis), die 2. Oct. 1798 in suburbio Viennensi, quod Laimgrube dicitur, in lucem editus, a pueritia tanta ingenii capacis et insignis memoriae ostendit specimina, ut 1807 puer novem annorum ad litterarum studia in gymnasio, quod dicitur ad Scotos, se conferre posset. Quibus magna cum laude absolutis 1814, litteris, quas vocant philosophicas, vacabat in univ. Viennensi. Quae studia cum iterum laudabiliter confecisset, invicibili ductus desiderio degendi vitam in illorum virorum coetu, quibus litterarum debebat elementa, ut in monasterium B. M. V. susciperetur, supplex est factus. Voti libentissime damnatus, cum die 14. Oct. 1815 adulescens 17 annorum s. habitu esset indutus, vota sollemnia emisit die 28. Oct. 1819 et absolutis s. theologiae studiis die 2. Sept. 1821 primum neomysta ad altare Dei stetit. Statim deinde professor linguae Graecae in gymnasio monasterii designatus, libros, quibus pueri classium humanarum instituerentur ad lectionem Graecam, conscribere est iussus. Quod opus cum adprobantibus cunctis 1822 perfecisset, 1823 examina, quae rigorosa vocant, ex omnibus disciplinis theologicis ad obtinendum doctoris gradum tam felici cum successu subivit, ut concepta 1828 dissertatione subtili de conciliis oecumenicis doctoris s. theologiae laurea decoraretur. Interim docendi in gymnasio ad Scotos fungebatur munere, quod nonnisi cum vita deposuit. Anno 1831 cum procurator electus esset in univ. Vindob. nationis Austriacae, 1832 facultati theologicae titulo decani praefuit, quo munere anno sequenti 1833 abrenunciato, perpetuus eiusdem facultatis notarius nominatus nec non procurator nationis Hungaricae est postulatus. Eodem anno patronus societatis constitutae ad sublevandos egenos litterarum studiosos adoptatus est. Quamvis ab anno 1824 totum sese litteris humanioribus tradiderit, tamen orientalium quoque linguarum studio minime neglecto in primis linguae Sanscriticae haud exiguam navavit operam. Tantopere de litteris ipsis et de iuventute instituenda litteris meritus 1836 ab ipso augustissimo imperatore large remuneratus est. Postquam vero anno 1842 examinator pro rigorosis in theologia pastorali tentaminibus designatus est, apoplexia serosa tactus extremum vitae spiritum edidit die 30. Apr. 1842 annos natus vixdum 44. Conscripsit:

I. Predigt bei dem jährlichen Dankfeste des Handlungs-Krankeninstitutes in Wien am Pfingstmontage 1832. (i. e. Concio sollemnis festo annuae gratiarum actionis in nosocomio mercatorum habita.) 1 vol. 8°. Viennae, 1832, typis congr. Mechith.

II. Meine Gedanken in einsamen Stunden. (i. e. Quae in solitudine cogitaverim necnon senserim. Meditationes philosophicae.) 2 vol. 4°. 1816 et 1817. Mscr. adserv. in biblioth. Scotens. 53, g. 12.

III. Moses. Eine Epopoe in zwei Gesängen. (i. e. Moses, epopoea.) 1 vol. 4°. 22 plag. 173 p. 1819. Mscr. adserv. in biblioth. Scotens. 53, g. 12.

IV. Früchte meiner literarischen Laufbahn von meinem 16. bis zu meinem 20. Jahre, das ist in den Jahren 1814, 1815, 1816, 1817, 1818. (i. e. Quos quantosque fructus studio litterarum perceperim.) 1 vol. 8°. 220 p., annis supra dictis. Mscr. in biblioth. Scotens. adserv. 53, g. 8.

V. Dissertatio ad obtinendam s. theologiae doctoris lauream: De conciliis ecclesiae christiano-catholicae. 1 vol. 4°. 100 p. 2 exempl., alterum conscript. ab ipso auctore, alterum diligentiss. descriptum. Adserv. in bibl. Scotens. 53, g. 4, a et b.

VI. Deutsch-arabisches Wörterbuch. (i. e. Dictionarium Germanico-arabicum.) 1 vol. 8°. 1819. 555 p. Adserv. in bibl. Scotens. 53, g. 7.

VII. Philologische Studien im Sanskrit. (i. e. Studium linguae Sanscriticae.) 1 vol. 4°, inde ab 8. Sept. a. 1840. Adserv. in bibl. Scotens. 54, f. 14.

Hofmann Carolus (Altenburgensis), Brodecii in Moravia die 28. Ian. 1774 natus, s. habitu die 13. Oct. 1801 indutus, eodem die anni 1802 vota sollemnia emisit, et sacerdotio inauguratus die 18. Nov. 1804 primum missae sacrificium Deo obtulit. Variis officiis, utpote: provisoris parochiae saecularis in Brand, deinde cooperatoris in urbe Horn, ab anno 1812—28 parochi ad tres quercus, ubi ope collectae pecuniae duas turres ecclesiae exstruxit, tres maiores campanas et magnum horologium comparavit, totamque ecclesiam restauravit, ab anno 1828—32 praefecti culinae et cellae vinariae in monasterio et deinde administratoris dominii in Limberg, denique ab anno 1832—51 parochi in Röhrenbach summa cum laude functus est. Anno 1851 ob senectutis molestias in monasterium rediens die 11. Iul. 1852 morte nobis ereptus est. Scripsit:

Entstehungsgeschichte des Gnadenbildes Mariä, der schmerzhaften Mutter Jesu, welches in der Pfarrkirche zu den drei Eichen in Niederösterreich nächst der Stadt Horn zur öffentlichen Verehrung aufgestellt ist. (i. e. Historia originis imaginis miraculosae Matris dolorosae, quae in ecclesia parochiali ad tres quercus veneratur.) Wien, Druck von Anton Benko. 1840. 8°.

Hofstaedter Gotthardus (Cremifanensis), antea Iosephus, Austriacus Hallensis, die 11. Martii 1826 natus, in gymnasio et lyceo Cremifanensi studiis absolutis die 11. Sept. 1844 regularem habitum sumpsit, et exacto tirocinio ad quadriennium theologicum Lincium digressus die 31. Maii 1849 vitae benedictinae se sollemniter addixit, die vero 23. Iul. eiusdem anni sacerdotio initiatus est. Primum cooperatorem in Steinhaus, dehinc catechetam in schola normali Cremifanensi egit; 1852—1854 in univ. Vindob. ad munus docendi se praeparavit et examine adprobatus 1854—1864 historiam naturalem et physicam in gymnasio discipulos docuit et residuum temporis adulescentibus lingua Gallica et Anglica instituendis impendit; obiit 29. Iul. 1864.

Has dissertationes conscripsit:

I. Untersuchung des Fettes des Kopfes des Pottwals. (i. e. Physeter macrocephalus.) Vide:

Sitzungsberichte der mathematischen und naturwissenschaftlichen Classe der kais. Academie der Wissenschaften in Wien, Bd. XII. p. 765.

II. Ueber künstliches und mineralisches Parafin. Ibid. Bd. III. p. 436.

III. Vegetationsverhältnisse von Kremsmünster und Umgebung. (i. e. De plantis et herbis, quae inveniuntur in vicinia monasterii Cremifanensis.) Gymnasialprogramm. Linz, Feichtingers Erben. 1862. 4°. 32 p. Verlag der Direction.

Hoeger Bertholdus (Cremifanensis), antea Iosephus, Austriacus Kreutzingensis, die 16. Dec. 1740 natus, 14. Sept. 1759 professus et absolutis studiis theologicis die 2. Febr. 1764 sacerdotali dignitate ornatus est. 1766 syntaxeos, 1770 poëticae, 1771 rhetoricae professor, 1772 reddituum et ratiociniorum monasterii praefectus; deinde cellae vinariae praefectus et bibliothecarius, vindemiae tempore Viennam profectus celeberrimum virum P. Michaelem Denis quotannis invisit.

In rebus diplomaticis, nummismaticis et historicis versatissimus codicem amplissimum, diplomata monasterio Cremifanensi data, studiose collectum conscripsit, praeterea diplomatarium miscellum condidit. Uterque codex adservatur in tabulario sub signatura: Ms. IV. 23.

Hohenegger Anselmus (Lambacensis), Tirolensis e Graun, natus die 24. Maii anno 1848, ordinem s. ingressus die 28. Sept. anno 1867, professionem emisit sollemnem die 30. Sept. anno 1871, sacerdotio ornatus die 1. Sept. anno 1872 praeses confraternitatis perpetuae s. sacramenti adorationis denominatus pio fervore confraternitatem in archiconfraternitatem indultu apostolico evehi procuravit unionemque piam sacerdotum sub s. Patre Benedicto ad liberandas e purgatorio animas instituit. Munus agit novitiorum magistri.

Typis mandavit:

Handbüchlein der Erzbruderschaft von der ewigen Anbetung des allerheiligsten Sacramentes. Linz, 1878. 8° min. 140 p.

Folia menstrua eucharistica redigit quibus titulus:

St. Benedictsstimmen. Tabernakel und Fegfeuer. Monatsschrift ab anno 1877. Lambach.

Typis praesto est ms. apud auctorem:

Novitius ordinis s. Benedicti Lambacensis lege et moribus institutus. 4° min. 120 p.

Holler Engelbertus Franciscus (de s. Monte Pannoniae), Iaurini eiusdem com. in Hungaria die 1. Sept. 1815 natus, s. ordinem die 17. Sept. 1832 ingressus, vota sollemnia die 27. Iul. 1837 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 20. Iul. 1840 presbyter ordinatus est. 1840—45 professor gymn. Strigonii, 1845—50 Posonii, 1850—55 Ginsii, 1855—1863 director gymn. ibidem, 1863—66 idem simulque superior domus, 1866—72 administrator bonorum in s. monte, 1872—79 in Kis-Csanak, ex eo autem superior domus Comaromiensis. Scripsit:

A kőszegi gymnasium története a pannonhalmi sz. Benedek-rendiek félszázados müködésének emlékeül. (i. e. Historia gymnasii Ginsiensis.) In progr. gymn. Ginsiensis. 1864/5. 4°. 3—10 p.

Höllerer Lambertus (ex Fiecht in comitatu Tirolensi), natus Salisburgi die 22. Ian. anno 1700, post integrum probationis annum summa cum laude in communi congregationis Bavaricae tirocinio peractum, anno 1723 die 24. Oct. sollemnem professionem in manus reverendissimi domini Thassilonis, abbatis Wessobrunnensis, publice deposuit ac talem semper

se exhibuit, ut non tantum ab omnibus impense amaretur sed etiam religiosus magnae spei suspiceretur. Quare Thassilo eundem post universae theologiae cursum, partim in saeculo Salisburgi, partim in communi studio congregationis Bavaricae cum exquisitis encomiis absoluto, anno 1726 die 14. Iul. sacerdotio initiari ac subinde suprema magisterii philosophici et iuris utriusque laurea insigniri fecit. Reversus in Wessobrunn per biennium luculenta pietatis, charitatis, disciplinae monasticae specimina dedit, verum sub finem anni 1731 ad instantes preces abbatis et conventus in Fiecht pro docenda in isto monasterio s. theologia et iure canonico ad tempus dimissus iam anno sequenti 1732 die 14. Maii abbas eiusdem monasterii Fiechtensis electus est. Praefuit annos 39 et menses decem, obiit die 17. Ian. anno 1772. Novam ecclesiam e fundamentis erexit, monasterium debitis gravatum liberavit ac multis bonis ditavit, merito secundus dicendus fundator. Scripta:

I. Annus pastorum ecclesiastico-politico asceticus, id est pastor bonus in gesta et festa sanctorum superiorum, qui in ecclesia Dei festive coluntur, distributus etc. 4°. Augustae Vindelicorum et Oeniponti sumpt. Iosephi Wolff. 1750.

II. Analecta Parthenio-Mariana in collectiones XII divisa de Immaculata conceptione praecelsae Dei genitricis Mariae ex s. scriptura, ss. patribus, pontif. bullis, conciliis etc. excerpta. Ms. in fol. 12 vol. Adserv. in biblioth. in Fiecht. C. VIII.

III. Statuta regularia pro monasterio s. Ioseph ad pedem montis s. Georgii o. s. B. (in Fiecht) auctoritate celsiss. ac reverendiss. dom. Leopoldi episcopi et s. r. i. principis Brixin. secundum regulam s. P. Benedicti compilata a Lamberto dicti monasterii abbate anno 1751. Ms. in 4°. Adserv. in biblioth. Fiechtensi C. VIII.

Hollósi Aegydius (de s. Monte Pannoniae), s. Martini com. Iaurin. in Hungaria die 14. Ian. 1728 natus, vota sollemnia die 25. Ian. 1749 emisit et die 24. Aug. 1756 presbyter ordinatus est, ex quo anno usque ad annum 1786 variis in locis administratorem parochiae, tum priorem in Tihany egit; ab anno vero 1802, s. ordine restituto, spiritualis in s. monte vitam degit, ibique senex octogenarius et sacerdos iubilaris die 23. Oct. 1808 obiit. Scripsit:

I. Pannoniai szent-hegynek és Tihanyi szigetnek főt. Vajda apátur ellen való barátságos nyájas panaszai. (i. e. Benevolae s. Montis Pannoniae et insulae Tihanyensis querelae erga Sam. Vajda abbatem.) Komárom. 1792. 8°. 10 p.

II. Méltóságos nagyságos szalai gróf Barkóczi Borbálának tsillagos keresztes dámának, néhai Dienes-falvai mélt. gróf Cziráki Jósef meghagyatott özvegyjének Szarándoksága, mellyet végső tisztelete megadásának alkalmatosságával Nemes, Kir. szabad Sopron városában, Tiszt. P. Franciskanusok Templomában, 1772-dik esztendőben Karátson havának 16. napján magyarázott sz. Benedek szerzetéből P. Hollósi Egyed Tihanyi prior. (i. e. Peregrinatio Barbarae Barkóczi, viduae Iosephi Cziráki, occasione sepulturae eiusdem.) Nyomtattatott Sziesz Jósef János által. 2°. 43 p.

III. Tekéntetes Nemzetes és Vitézlő Kiss Sándor Urnak, Tek. Weszprém vármegye nagyérdemű Vitzé-ispánjának felséges koronás fejedelmünk' tanátsossának halotti ditsérete, mellyet végső tisztelete megadásának alkalmatosságával Weszprémben szent Anna asszony templomában, 1777-dik esztendőben, mindszent havának 22. napján mondott sz. Benedek rendén levő P. Hollósi Egyed. (i. e. Laudatio funebris Alexandri Kiss.) Nyomtattatott Győrben, Streibig Gergely János privil. könyvnyomtató által. 4°. 32 p.

IV. Kincsem adta. Egymássalvaló barátságos beszélgetés, mellyet eszve-szedett és a főbb engedelemből közrebocsátott sz. Benedek rendén levő P. Hollósi Egyed. (i. e. Colloquium familiare.)

Komáromban. Nyomt. Özvegy Weinmüllerné betűivel. 1802. 8°. VIII + 275 p.

V. Admodum reverend. P. Ioanni Bapt. Molnár e soc. Iesu, s. theologiae doctori et eiusdem in collegio Iaurinensi professori missi sunt hi versus ex monasterio Tihaniensi o. s. B. 12. Dec. 1771: „Túnya levél meddig késel?“ Epistula versibus Leoninis scripta. Ms. 4°. 8 p.

Hollósy Iustinianus Ernestus (de s. Monte Pannoniae), abbas B. M. V. de Dömölk, aa. ll. et philosophiae doctor, academiae eruditorum Hung. correspondens, regiae physicorum societatis Hung. et c. r. geologici instituti Viennensis socius ordin., dioec. Sabariensis et archiabbatialis s. sedis consist. adsessor; Tyrnaviae com. Poson. in Hungaria die 26. Dec. 1819 natus, s. ordinem die 16. Sept. 1835 ingressus, die 25. Iul. 1843 vota sollemnia emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 8. Oct. 1843 ordinatus est. Variis functus est officiis, ut: 1843—48 professoris Iaurini, 1848—50 in s. monte, 1850—62 Sopronii, 1862—66 iterum in s. monte, 1866—69 subprioris et secretarii ill. dom. archiabbatis ibidem, 1869—73 prioris in abbatia Bakonybél, 1873—74 superioris domus et directoris gymn. Strigonii, quo demum anno vir doctrina et pietate insignis omnibusque acceptissimus ad dignitatem abbatialem evectus est.

Edidit praeter minora quaedam:

I. Schabus J. kisebb természettana. (i. e. Physica I. Schabus.) Sopron. Seyring és Hennicke. 1855. 8°. 202 p.

II. Sz. Benedek fiai s a pannonhegyi főmonostor. (i. e. S. Benedicti filii et monasterium de s. M. Pannoniae.) In: István bácsi naptára. 1856.

III. Népszerű csillagászat. (i. e. Astronomia ad sensum popularem vulgaremque adcommodata.) Liber ab acad. Hung. praemio ornatus. Pest. Emich. 1864. 8°. 333 p.

IV. A távcsők történelmének vázlata. (i. e. Breviarium historiae telescopiorum.) Dissertatio scripta, cum socius academiae factus esset. In lucem prodiit in: Magy. akad. értesítő. 1864/5. 21—65 p.

V. A földfejlődes jégkorszakának főokairól. (i. e. De praecipuis aetatis glacialis causis.) In progr. gymn. Strig. 1872/3. 8°. 1—12 p.

VI. A naprendszer égi testeinek legősiebb fejlődéséről. (i. e. De progressu siderum systematis solaris.) In lib. period: Uj magyar Sion. 1874.

VII. Adatok Győrmegye földtani viszonyaihoz. (i. e. Quaedam de ratione comit. Iaurin. geologica.) In: Győr megye és város egyetemes leirása. (V. Fehér Hipp.) 26—35 p.

Holter Marcus (Cremifanensis), antea Iosephus, in urbe provinciali Wels superioris Austriae die 20. Nov. 1812 natus, absolutis in scholis Cremifanensibus studiis s. habitu indutus, et transacto tirocinio ad haurienda s. theologiae mysteria Lincium missus est; die 22. Sept. 1835 per vota sollemnia in perpetuum sese monasterio Cremifanensi obstrinxit et die 7. Aug. 1836 primum obtulit novi foederis sacrificium. 1836—46 cooperatorem in Weisskirchen et Ried egit; eodem anno per aliquot menses addiscendae linguae Italicae causa Mediolani commoratus est. 1847—71 linguas recentiores in gymnasio iuvenes docuit; quod munus continuis arthritidis doloribus anno 1871 dimittere coactus obiit die 4. Iul. 1874.

Scripta eius typis excusa haec sunt:

I. Methode, nach welcher Kaiser Joseph II. die italienische Sprache erlernte. (i. e. Qua methodo Iosephus II. imperator linguam Italicam didicerit). Et „Il ritorno del crociato“ ins Deutsche übersetzt. Gymnasialprogramm. Linz, Druck von Feichtingers Erben. 1858. 4°. 10 p. Verlag der Direction.

II. Politische Eintagsfliegen. (Carmina politica.) Salzburg, Mayr. 1855. 16°.

III. Dem Andenken des Marschalls Radetzky von einem Oberösterreicher. (Carmen memoriae clarissimi illius belli ducis Radetzky dedicatum.) Wien, Auer. 1858. 8°. 8 p.

IV. Xenien zum 10. November 1859. Linz, Feichtinger. 1859. 8°. 6 p.

Praeter plura carmina variis occasionibus conscripta et in diversis ephemeridibus vulgata plures edidit ludos scenicos pro pueris et puellis:

a) Die jungen Wildschützen. Lustspiel für Kinder in einem Aufzuge. 38 p. *b)* Das Negermädchen. Lustspiel für Kinder in einem Aufzuge. 40 p. *c)* Ein Waisenknabe. Kinderschauspiel in einem Aufzuge. 42 p. *d)* Die patriotischen Kinder. Schauspiel für Kinder in einem Aufzuge. 38 p. *e)* Die jungen Auswanderer. Kinderschauspiel in einem Aufzuge. 40 p. (*a*—*e* prodierunt Viennae, Auer. 1855. 8°.) — *f)* Der Waldbruder auf der Burg Bärenstein. Dramatische Unterhaltung für die Jugend in einem Act. Nebst einem Vor- und Nachspiel. 58 p. *g)* Wer weiss, wozu es gut ist. Lustspiel für Kinder in einem Aufzuge. 32 p. *h)* Der Sprichwort-Krämer und seine Pflegetochter. Schauspiel für Kinder in zwei Acten. 51 p. *i)* Vergoldete Nüsse zum Christbaum für gute Kinder. Dramatische Scene. *k)* Der fröhliche Grossvater. Familienbild für die Jugend in einem Aufzuge. Wels, 1858. 32 p. *l)* Nach Sturm Sonnenschein. Ländliches Schauspiel in einem Aufzuge. Wels, Haas. 1870. 39 p.

Praeterea haec dramata reliquit manuscripta:

I. Nach der Revolution. Genrebild aus unserer Zeit in einem Act von einem Oberösterreicher. (i. e. Post revolutionem. Descriptio horum temporum.) 4°. 21 p.

II. Vormärzlich. Genrebild in einem Aufzuge von einem Oberösterreicher. (Descriptio temporum ante mensem Martium 1848.) 4°. 17 p.

III. Braut und Nonne. Ein Familiengemälde aus unserer Zeit in einem Acte. (i. e. Sponsa et monialis.) 4°. 20 p.

IV. Der österreichische Krieger in Feindesland. Charaktergemälde in zwei Aufzügen von einem Oberösterreicher. (i. e. Miles Austriacus in terra hostili.) 4°. 30 p.

V. Herzensproben. Vaterländisches Volksschauspiel in drei Aufzügen von einem Oberösterreicher. (i. e. Probationes cordis.) 4°. 131 p.

VI. Male die Lilie nicht. Lustspiel in drei Aufzügen. (i. e. Noli pingere lilium.) 4°. 82 p.

VII. Der Schneeball der Friedensstifter. Lustspiel für die Jugend in einem Aufzuge von P. M. H. (i. e. Glebula nivis auctorum pacis.) 4°. 36 p.

Insuper extant eiusdem manuscripta poëmata varia:

a) 8°. 92 p.; *b)* 4°. 58 p. (Omnia praedicta manuscripta adserv. in biblioth. sign. P. 1—9.)

Holzermayr Leonardus (Cremifanensis), antea Iosephus, Austriacus Welsensis, die 30. Decembris 1738 natus, humanitatis et philosophiae studiis in academia Cremifanensi excultus s. ingressus tirocinium die 14. Sept. 1759 ad s. professionem admissus est. Confecto theologiae et iuris utriusque prudentiae curriculo sacris initiatus est die 24. Apr. 1763. Per biennium cooperator; postea grammaticae, rhetoricae, theologiae dogmaticae professor, confessarius monasterii, obiit die 16. Apr. 1784.

Editae sunt:

Adsertiones ex universa theologia dogmatica etc., praeside P. Leonardo Holzermayr. Styrae, Wimmer. 1779. 4°. 20 p.

Holzmayr Wolfgangus (Gluniacensis), natus in urbe Styra Austriae superioris 1720 (?) in monasterio Gluniacensi ei urbi vicino vota sollemnia suscepit et sacerdos est inauguratus. Per decem annos (1749—59) in gymnasio Salisburgensi universitati Benedictinorum adnexo disciplinas grammaticae, poësis et rhetoricae et per duos annos sequentes (1760—61) theo-

logiam morum et historiam universalem in ipsa universitate docuit. Anno 1761 in monasterium reversus et novitiis praefectus anno sequenti a fratribus abbas est electus. Monasterio anno 1784 Iosephi II. imperatoris iussu abolito Wolfgangus parochiae urbis Anisii regimen suscepit, quo in munere ultimus abbas Gluniacensis pie obdormivit in Domino die 27. Dec. anno 1791.

Orator celeberrimus omne otium contulit in artem rhetoricam. Scripsit:

I. Lobrede auf den heil. Ignatius Loyola, Stifter der Gesellschaft Jesu. (i. e. Laudes s. Ignatii Loyolae, fundatoris societ. Iesu.) Styrae, 1762. 4°.

II. Der Segen des Friedens. Lobrede bei Gelegenheit der Secundizfeier des Abtes Bernhard von Mondsee. (i. e. De pacis salute. Laudes Bernardi abbatis Lunaelacensis iubilaeum sacerdotalem anno 1765 celebrantis.) Salisburgi, 1765, in fol.

III. Lehrsätze für das Predigeramt, aus dem Französischen des P. Gaichiez übersetzt. (i. e. P. Gaichiez concionandi praecepta ex linqua Gallica translata.) Styrae, 1772. 8°.

IV. Gesammelte Ehrenreden. (i. e. Laudes in unum collectae.) Styrae, 1774. 8°.

V. Jakob Benignus Bossuet, Bischofs zu Meaux, gesammelte Predigten. (i. e. Bossueti episcopi orationes sacrae in unum collectae.) 15 tom. Styrae, 1778—84. 8°.

VI. Dankrede, welche bei der Jubelfeier des zwölfhundertjährigen hohen Erzstiftes Salzburg den 2. Sept. 1782 gehalten wurde. (i. e. Oratio testandae gratiae duodecimis s. saecularibus archidioeceseos Salisburgensis die 2. Sept. 1782 habita.) Salisburgi, 1782. 8°. Tertia editione 1784, in fol.

Hönigl Dominicus (Seitenstadiensis), natus est die 9. April 1833 in Ibsitz, oppido monachorum Seitenstettensium opera seculo undecimo exeunte condito. Absolutis Seitenstadii et Melici studiis gymnasii die 15. August 1855 s. habitum induit, et eodem die anni 1859 ordini s. P. Benedicti votis sollemnibus se adscripsit. Finitis in seminario episcopali Sanhippolytano theologiae studiis die 29. Iul. 1860 sacerdotio est auctus. Primum in gymnasio caesareo-regio Seitenstadiensi professuram linguarum classicarum supplevit. Anno sequente in almam universitatem Viennensem abiit ibique examine rigido laudabiliter absoluto ad munus docendi rediit. A quo abstractus est 9. Maii 1868, quo die fratrum votis cedens munus abbatiale suscepit.

Scripsit et litteris gymnasii Seitenstadiensis 1867 anno editis inseruit:

I. Ein Wort über die Bedeutung der Arbeit für den studirenden Jüngling. (i. e. Adolescentibus litterarum studiosis quantopere opus sit labore et industria.)

II. Das Gymnasium zu Seitenstetten. (i. e. De gymnasio Seitenstadiensi notitiae historicae.)

Hoepflinger Sebastianus (Admontensis), natione Boius in Mattighofen natus 28. Febr. 1735, vota emisit sollemnia 1. Nov. 1755, et neomysta stetit ad aram 30. Sept. 1759. Munere regentis chori per aliquot annos fungens, curae animarum admotus, in Monte Culmensi, Hall, Trieben, Palfau et Weng pastorem egit fidelem, donec gangrena consumptus obiret 8. Febr. 1802.

Composuit 3 Missas, 1 Offertorium, 1 Miserere, 1 Ave regina, 1 Salve, sed nihil ex his omnibus adest, cum archivum chori musici horribili incendio anno 1865 combustum esset.

Höppel Mauritius (Gottvicensis) in Haugstorf Austriae die 12. Mart. 1686 natus in monasterium Gottvicense ingres-

sus die 29. Sept. 1709 sollemni professione Deo perpetuo se dedicavit et die 10. Aug. 1710 primum sacrificium obtulit. Theologicas disciplinas Pragae exhausit et exinde licentiatus s. illius facultatis domum redux philosophiam docuit. Anno 1721 domi subprior et novitiorum magister constitutus est. Nimio solitariae vitae desiderio captus nullam unquam parochiam acceptavit, divinae vero psalmodiae continuo adfuit. Ultimo vitae triennio prioris officium magna cum laude gessit, eo solutus animam suam ad mortem obfirmavit, quam etiam die 1. Maii 1755 pie oppetiit.

I. Scholae Christianae seu novitiatus Gottvicensis ascesis. 1727. 1 vol. Man. in biblioth. Gottv. ads. no. 1061.

II. Exercitia spiritualia novitiatus Gottvicensis. 1 vol. Man. in biblioth. Gottv. ads. no. 1062.

Horner Gregorius (Gluniacensis), natus die 19. Nov. 1689 in oppido Laufen ducatus Salisburgensis 1708 in monasterio Gluniacensi Austriae superioris vota sollemnia suscepit et quattuor post annis 1712 sacerdos inauguratus Deo Omnipotenti primam obtulit hostiam incruentam. Tum philosophiae studiis deditus ab anno 1716 usque ad annum 1718 eam disciplinam in alma Benedictinorum universitate Salisburgensi docuit. Domum redux officio prioris est functus usque ad mensem Novembrem anni 1726, quo mense theologiam moralem in univ. Salisb. docendi munus suscepit. Anno 1732 rector universitatis electus ea dignitate propter rixas ob „sanctorum invocationem“ anno 1740 exortas se abdicavit et die 14. Mart. anni 1760 confessarius filiarum s. P. Benedicti in monasterio Nonnbergensi obdormivit in Domino. Scripsit:

I. Quaestiones selectae in decem categorias Aristotelis. Salisburgi, 1718. 4°.

II. Prima fidei catholicae principia iuxta seriem in sacra eiusdem fidei professione occurrentem contra Lutheri sectatores methodo polemico-scholastica succincte tradita et explicata. Salisburgi, 1735. 8°.

III. Epistola responsoria ad Ludovicum Ant. Muratorium. Exstat in vita del proposto Lud. Ant. Muratori. Venezia, 1756.

Horváth Paulus (de s. Monte Pannoniae), abbas s. Aniani de Tihany, 1818—1829 gubernator ordinis s. Martini de s. Monte Pannoniae; in Szent-Békalja com. Zalad. in Hungaria die 5. Febr. 1753 natus, vota sollemnia die 18. Apr. 1775 emisit et die 7. Dec. 1778 sacerdotio initiatus est. 1802—5 professor, 1805—7 director gymnasii Soproniensis, 1807—15 prior in s. monte, 1815—17 director gymn. Comaromiensis, quo anno abbas nominatus est. Die 10. Aug. 1832 pie in Domino obdormivit. Scripsit:

I. Carmen iubilum cels. ac rev. principi domino Alexandro Rudnay de eadem et Divék-Ujfalu occasione sollemnis inaugurationis a s. monte Pannoniae dicatum. Iaurini. Typis Leopoldi Streibig. 4°. 8 p.

II. Varia carmina Latina et Hungarica. Ms. adserv. in bibliotheca centrali in s. monte. 4°. 42 p.

Horváth Petrus (de s. Monte Pannoniae), in Jászberény in Hungaria die 6. Aug. 1747 natus, vota sollemnia die 27. Nov. 1774 emisit et die 6. Maii 1778 presbyter factus est. 1802—3 professor, 1803—1807 provisor domus, 1807—10 spiritualis, 1810—11 director et superior domus Iaurinensis, hoc anno die 28. Nov. vita cessit. Scripsit:

Eucharisticon, quod honoribus Iosephi Vilt episcopi Iaurinensis quinquagenarii sacerdotis

urbe laetante coelo favente pie cantabat P. H. in regio archi-gymnasio Iaurinensi die 14. Iulii (1811). Typis viduae Helenae Streibig. 4°. 8 p.

Horváth Timotheus Iosephus (de s. Monte Pannoniae), in Zala-Egerszeg com. Zalad. in Hungaria die 25. Mart. 1788 natus, s. habitu die 31. Oct. 1804 indutus, vota sollemnia die 6. Dec. 1809 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 22. Aug. 1811 ordinatus est. 1811—18 Strigonii, 1818—22 Sopronii, 1822—28 Comaromii professor, 1828—32 Papae director gymn. et superior domus, 1832—44 administrator parochiae in Csanak, eodem anno spiritualis Comaromii die 20. Oct. diem supremum obiit. Scripsit:

I. In laudem celsissimi I. R. I. principis Pauli Eszterházy de Galantha, regni Hungariae quondam Palatini. 1819. Sopronii. Typis heredum Siessianorum. 4°. 8 p.

II. Ode in natalem gloriose regnantis Francisci I. augustissimi regis Hungariae, ad diem 12. Febr. 1819. Ibid. 4°. 8 pag.

III. Ode, qua Soproniensis poëta pro feriis autumni discessurus extremum Vale suis commilitonibus dicens inducitur. 1820. Die 15. Sept. Sopronii. Typis Catharinae Kultsár. 4°. 4 p.

IV. Ode honoribus illustr. ac rev. domini Thomae Kováts archiabbatis oblata a reg. minore gymnasio Papensi occasione sollemnis installationis. 1830. Iaurini. Typis Leopoldi Streibig. 4°. 8 p.

Horváth Valentinus Iosephus (de s. Monte Pannoniae), in Csepreg com. Sopron. in Hungaria die 13. Mart. 1854 natus, die 8. Sept. 1871 s. habitu indutus, die 22. Iul. 1877 vota sollemnia emisit. S. theologiae studiis in s. monte absolutis die 9. Iul. 1878 presbyter ordinatus est, ex quo tempore Ginsii officio professoris gymn. fungitur. Scripsit:

Madagaskar. In progr. gymn. Ginsiensis, 1878/9. 8°. 3—29 p.

Horváth Valentinus Stephanus (de s. Monte Pannoniae), Mediolani in Italia die 27. Aug. 1799 natus, s. habitu die 15. Oct. 1818 indutus, vota sollemnia die 16. Oct. 1821 emisit. Ab anno 1822 ad 1824 professor gymn. Comarom., redux in s. montem 1824—28 s. theologiae studiis vacavit, quibus absolutis die 7. Aug. 1828 presbyter ordinatus est. Variis ex eo officiis uti professoris gymn. Comaromii 1828—1836, Tyrnaviae 1836—39, oratoris a sacris in s. monte 1839—41, administratoris parochiae in abbatia de Bakonybél 1841—1844, subprioris et administratoris parochiae in abbatia de Tihany 1844—47, ex hoc autem anno administratoris parochiae in Kajár laudabiliter functus, ibidem die 6. Iul. 1860 vita cessit. Scripsit:

I. Brevis historia ducum ac regum Hungariae. Posonii apud Aloysium Bucsánszky. 8°. 91 p. (Idiomate Lat. et Hung.) — Denuo editum est hoc opusculum anno 1836 sub titulo Hung. „Magyarország historiájának rövid leirása". 8°. 127 p., anno vero 1838 iterum sub titulo Latino. 8°. 127 p.

II. Deákra fordítandó magyar gyakorlások. (i. e. Exercitia in linguam Lat. convertenda.) Készíttettek H. B. által. Első évi folyamat. Pozsonyban. Bucsánszky Alajosnál. 1837. 8°. VIII + 130 + 4 p.

III. A füredi savanyúvíz s Balaton környéke. (i. e. De acidulis Füredensibus.) Kézikönyvül a savanyuvizi s Balaton-gőzösi minden karu s rendü tisztes vendégeknek irta Horváth Bálint. Magyar-Óvárott. Nyomtatta Czéh Sándor. 1848. 8°. 116 p.

IV. Erdélyi nagyfejedelemség, Dalmátország, Galliczia királyság, európai török birodalom és Görögországnak rövid földleirása. (i. e. Compendium geographiae Transylvaniae, Dalmatiae, Galliciae, Turciae Europ., Graeciae.) Pozsonyban.

Bucsánszky Alajosnál. 8°. 60 p. et III tab. Lingua Hung. et Lat. Ed. 2.

V. A teremtésről. (i. e. De creatione.) In script. period. „Religio és nevelés". 1846. I. 42—44. num.

VI. A tihanyi apátság történeti és földrajzi leirása. (i. e. Descriptio historica et geographica abbatiae de Tihany.) Ms. adserv. in biblioth. centrali in s. monte. 4°. 112 p.

VII. Magyar nyelvbeli szószármaztatás. (i. e. Etymologia Hung.) Ms. 600 p.

Hostlovsky Coelestinus (e monasterio ad s. Ioannem sub rupe Bohemiae), dicit se alumnum huius monasterii et 1790 loci illius curatum.

Scripsit chronicon sub titulo:

Memoria Subrupensis, seu descriptio rerum memorabilium levati monasterii s. Ioannis sub rupe o. s. B. Manuscriptum (fol.) maximi momenti ad cognoscendam historiam ordinis nostri in Bohemia adservatur in archivo paroch. ad s. Chilianum prope Pragam. Exemplar eiusdem in archivo Břevnoviensi sign. A. VI. 7. 162 p. fol.

Hrdlička Emanuel (Bohemus, Kammerburgensis; Emautinus Montserratensis), natus 1810, professus 1836, presbyter ordinatus 1837, gymnasii Benedictini Emautini in civitate Klattoviae et gymnasii episcopalis Budvicensis director emeritus, notarius episcopalis dioecesis Budvicensis, admodum reverendus administrator abbatiae Emautinae. Quum gymnasii episcopalis Budvicensis primus director esset, scripsit historiam illius gymnasii studio sollertissimo ab origine gymnasii huius ab anno 1869 usque 1871.

Ms. adservatur in archivo dicti gymnasii.

Hron Chilianus (Cladrubiensis). Obedientiam secundum regulam s. P. Benedicti et stabilitatem promiserat in monasterio B. V. M. Cladrubiensi (Kladrau, Boh.) dulcisque ei facta fuerat cella, cum 1785 exactis viginti s. professionis annis decreto caesareo et cellae et monasterio valedicere iussus fuit. Fugiens mundum supplex adit abbatem Břevnoviensem, qui eum lubens in filium adoptavit. Stabilitate tum et obedientia Břevnovii promissa missus est in curam animarum Wernersdorfium prope Braunau, pascebatque gregem sibi commissum usque 1815. Annis onustus Břevnovium reversus renovavit ibi vota sua, ante annos quinquaginta emissa, vixitque sub iugo regulae et alios annos duodecim. Tandem vir prisci aevi et monachus valoris antiqui monachorum in coelis Deum laudantium choro aggregatur 15. Nov. 1827.

Ab ipso prodiit:

I. Carmen gratulatorium domno Othmaro Conrad praeposito Rajhradiensi ad renovanda vota sollemnia. Fol. Typis expr. 1797.

II. Methodisch abgefasstes Krankenbuch von Müller, vermehrt herausgegeben von Ch. Hron. (i. e. Meditationes et piae preces infirmantibus accommodatae.) Prag, 1803. Buchler bibliopol. Vol. 1. 8°. 240 p.

III. Meditationes praeparationi ad aeternitatem accommodatae. Desumtae et in Latinum versae ex tomo VI. D. Beaudrau, primum Gallico idiomate conscriptae, deinde in Germanicum versae. Ms. „professi iubilaei". Vol. 1. 8°. 146 p. Adservatur in biblioth. Břevnov. sign. 35. α. A. j. 12.

Hubeny Leander (Břevnoveno-Braunensis), a Wišenav Boh., natus 1832 die 20. Sept., peractis in gymnasio Braunensi et dein Pragae studiis gymnasiasticis vestem regularem obtinuit Břevnovii ibique sacram emisit professionem die 7. Oct. 1855. Sacerdos 1856 die 3. Aug. ordinatus per aliquot annos vices agebat magistri in gymnasio Braunensi. Missus postea in curam animarum administrat paro-

chiam Bezděkoviensem. Philologiam in gymnasio docens scripsit et litteris gymnasii Braunensis anno 1858 editis promulgavit:

I. Sprachliches über den Modus. (i. e. De „modo“ dissertatio philologica.)

II. Edidit „Deutsche Grammatik“. (i. e. Grammatica Germanica.) Typis impr. per I. Ianotta. Graecii, 1879. Vol. I. 8°.

Hübner Beda (a s. Petro Salisburgi), Hungarus ex Temesvár, natus 18. Dec. 1740, studiis humanioribus Styrae Austriae superioris et logica Salisburgi absolutis probationis habitum 20. Sept. 1757 suscepit, et 21. Sept. 1758 vota sollemnia emisit. Sacerdos 1763 ordinatus collegiis iuridicis per duos annos frequentatis dehinc variis officiis functus est, uti: secretarii abbatiae, bibliothecarii, poenitentiarii in Maria-Plain, cooperatoris in Annaberg, Wietingae et Abbatisaugiae usque 1798, quo crure et viribus fractis ad monasterium rediit, ubi infirmarius 13 annorum obiit 2. Apr. 1811 professione iubilaeus.

I. Bibliotheca patrum seu compendium chronologicum omnium s. patrum, scriptorum ecclesiasticorum illorumque operum genuinorum, dubiorum, deperditorum et suppositorum a primis ecclesiae temporibus ad moderna usque tempora. Ms. 4°. 1761. Archiv. sub CCLXXX. 2.

II. Theoretische Vernunftlehre, als die erste Grundfeste der gesammten Weltweisheit. (i. e. Logica theoretica.) Ms. in fol. 1777. 298 p. Archiv. sub CCLVI. 1.

III. Pragmatisches Tagebuch jener merkwürdigeren und bedeutenderen Vorfälle Französischer Völkerschaften Zeit ihres beynahe viermonatlichen Aufenthaltes in der Stadt und auch im Lande Salzburg, besonders in Hinsicht des Klosters St. Peter. (i. e. Commentarii diurni diebus occupationis Franco-Gallorum conscripti.) Ms. in fol. 1801. 424 p. Archiv. CCLVI. 6.

IV. Ausführliche Lebens- und Grossthatengeschichte Kaiser Leopolds I., wie auch der damaligen christkatholischen Welt. Aus dem spanischen Grundtexte frei übersetzt. (i. e. De Leopoldi I. imp. rebus gestis.) Ms. in fol. 1802. 754 p. Archiv. CCLVI. 7.

V. Verschiedene Aufsätze über Industrie- und Polizeigegenstände. (i. e. Varii tractatus de industria.) Abgedruckt im Salzburger Intelligenzblatt 1801, 1802 und 1803.

VI. Ausführliche Geschichte der Erb- und Landhuldigung Salzburgs in ihrer Haupt- und Residenzstadt und in den auswärtigen Gerichten. (i. e. De sacramento Salisburgensi.) Ms. in fol. 1804. 640 p. Archiv. CCLXIV. 1.

VII. Grundlage und Organisirung der Ferdinandäischen Staatsverfassung des Herzog- und Kurfürstenthums Salzburg. (i. e. De fundamento et civitatis forma sic dicta Ferdinandea ducatus Salisburgensis.) Mit Urkunden. Ms. in fol. 3 tom. I. 538 p.; II. 452 p.; III. 656 p. Archiv. CCLXIV. 5. 6. 7.

VIII. Sammlung verschiedener Begebenheiten Salzburgs, sonderheitlich des feindlichen Aufenthaltes der Franzosen allda vom Jahre 1805—1806. (i. e. Variorum eventuum occupatione Franco-Gallorum durante collectio.) Ms. in fol. 1807.

IX. Vollständige Anleitung zur Pflanzung, Verbreitung und Benützung des Erdapfels oder Kartoffeln. (i. e. De „solamine tuberoso“.) Salzburg, Mayr. 1807. 8°. 104 p.

X. Allerneuest angelegtes Vögelkabinet. (i. e. Collectio ornithologica.) Sammlung aller einheimischen und inländisch geworden, vorgefundenen Waid- und Wildvögel Salzburgs. Mit der Provincialbenennung der Vögel. 1807. Ms. in fol. in der Studienbibliothek Salzburg.

XI. Geschichte des alten Testaments mit Anmerkungen aus den heil. Vätern und mit Hinweisung auf die zukünftige Erfüllung im neuen Testamente. (i. e. Veteris testamenti historia.) Aus französischen Schriftstellern herausgezogen. Ms. in fol. 1808. 652 p. Archiv. CCLVI. 4.

XII. Geschichte des neuen Testaments zu einer geistlichen Leseunterhaltung für alle Menschen-

classen. (i. e. Novi testamenti historia.) Aus französischen Schriftstellern und Geisteslehrern herausgezogen. 1808. Ms. in fol. 656 p. Archiv. CCLVI. 5.

XIII. Chronologische Geschichte des allerheiligsten Lebens, Leidens und Lehrens Jesu Christi nach der Ordnung seiner feierlich begangenen Osterfeste und nach dem Zusammenhang aller 4 heil. Evangelien. (i. e. Historia chronologica Salvatoris nostri Iesu Christi.) 1809. Ms. in fol. 800 p. Archiv. CCLXXIII. 5.

XIV. Die grossmüthigen Kriegsbegebenheiten Tirols unter dem Commando des Erzherzogs Johann. (i. e. Res gestae Tirolenses archiduce Ioanne.) 1810. Ms. in fol. 392 p. Archiv. CCLXXIII. 3.

XV. Das von Baiern und Franzosen feindlich besetzte Land Salzburg. (i. e. Salisburgensis provincia a Bavaris et Franco-Gallis occupata.) 1810. Ms. in fol. 212 p. Archiv. CCLXXIII. 4.

Huemer Georgius (Cremifanensis), antea Henricus, in parochia Gruenau inter montes sita die 14. Iun. 1837 natus cursu gymnasiali Cremifani confecto s. habitum die 3. Sept. 1857 sumsit et quadriennium theologicum in instituto domestico ad s. Florianum emensus, Cremifano nomen dedit die 5. Sept. 1861 et die 27. Iul. 1862 sacerdotii dignitate auctus est. Per biennium cooperator in Sipbachzell, 1864—68 cooperator in Kirchham et anno 1866 provisor; 1868—74 adiunctus directoris chori musici simulque cooperator parochiae Cremifanensis et catecheta scholae in Kirchberg; ab anno 1874 chori musici director, simulque cooperator domesticus.

Rei musicae amantissimus ad annum iubilaeum 1877 conscripsit libellum: Die Pflege der Musik im Stifte Kremsmünster. (i. e. De monasterii Cremifanensis in rem musicam meritis.) Wels, Druck und Verlag von J. Haas. 1877. 8°. 140 p.

Praeterea hos cantus rescripsit: 2 Missas, plura Gradualia et Offertoria, 1 Vesperas defunctorum, 4 Litanias, 1 Miserere, 4 Tantum ergo, 1 Cantate, plures cantilenas.

Hunanian Leo (Mechitharista), Constantinopoli die 28. Oct. 1817 natus, Viennae in Austria habitu s. die 15. Aug. 1836 indutus, die 20. Maii 1838 vota emisit, et die 1. Nov. 1840 consecratus est presbyter. In monasterio peregit per aliquot annos officium directoris officinae typographicae Congregationis. Insuper docuit per plures annos linguam Gallicam et studia humaniora. Anno 1856 Constantinopolim missus in collegio Mechith. Viennen. fuit professor ling. Gallicae et Turcicae (litteralis). Anno 1861 Viennam reversus suscepit iterum munus directoris officinae typographicae et praefecti clericorum. Anno 1867 iterum Constantinopolim missus est titulo vicesuperioris domi missionis Mechith. Viennen. Anno 1872 Viennam redux peregit munus procuratoris congregationis. Ab anno 1875 fungitur munere procuratoris generalis et secretarii congregationis.

Opera ab eodem conscripta et translata typisque edita:

I. Կ՝Նեպոսի վարք զօրավարաց, i. e. Corn. Nepotis „Vitae excellentium imperatorum“ versio ex Lat. textu in ling. Palaeo-arm. Viennae, typis Mechith. 1842.

II. Վէրաբանութիւն գալղ. լեզուի, i. e. Grammatica linguae Gallicae, exposita in ling. Neo-armena. 3 vol. Viennae, typis Mechith. III. editio. 1878.

III. Պ՝հատութիւն Տէրութեանց, i. e. Historia (statistica) singulorum regnorum Europae. Neo-arm. Vol. I. Viennae, typis Mechith. 1847.

IV. Պարտ. Լուտերին վարքը, i. e. Mart. Lutheri vita etc. Neo-arm. Viennae, typis Mech. 1850.

V. Պատարագ մանկանց, i. e. Paedagogus puerorum. Neo-armen. Viennae, typis Mechith. 1851.

VI. Ս. Ներսէս, i. e. S. Nerses Magnus (I). Armenorum patriarchae (secul. IV.) eiusque conamina in emolumentum totius nationis Armenae. Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1856.

VII. Պատմութիւն Մանուկ պէկին վարդ., i. e. Historia vitae Manughi Mirzaian principis Armeni. Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1856.

VIII. Կրթաբանութիւն Գաղղ. լեզուի, i. e. Instructio in ling. Gallica. Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1856.

IX. Պատմութիւն քաղաքական. եւրոպ. Տէր, i. e. Summa historiae rationis civilis (politicae) regnorum Europae. Neo-arm. 4 vol. Viennae, typis Mechith. 1856—59.

X. Ծաղիկք Ս. Գրոց, i. e. Flores sacrae scripturae, sive Anthologia biblica, cum brevi vocabulario. Viennae, typis Mechith. 1863.

XI. Ձրահանգք գաղղ. լեզուի, i. e. Exercitia ad discendam brevi tempore et facili methodo linguam Gallicam. Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1871.

XII. Ձհին Աստուած, i. e. „Antiquus Deus“. Versio ex opere Germ. Conradi Bolanden (titulo: Der alte Gott). Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1872.

Hunanian Paulus (Mechitharista), Constantinopoli die 12. Sept. 1802 natus, Viennae in Austria die 21. Dec. 1817 habitu s. indutus, die 6. Iun. 1819 vota emisit, et die 24. Oct. 1824 consecratus est presbyter. In monasterio docuit per tres annos ling. Latinam. Ter, 1826—28, 1854—1861, et 1867—80, perfungebatur officio bibliothecarii. Anno 1828 missus est in Bucovinam, ubi per 10 annos peregit officium missionarii apostolici et administratoris in Capellania locali Arm. cath. Suczaviae. Anno 1841—54 operam navabat Constantinopoli officio missionarii apostolici. Anno 1854 Viennam reversus, usque ad annum 1861 officium bibliothecarii peregit. Eodem tempore fuit confessarius publicus in ling. Germ. et Gallica. Anno 1861—67 demandabatur eidem Tergesti munus superioris in hospitio sive domi Mechitharistarum Viennen. Ibidem in gymnasio Mechith. docuit ling. Arm., Lat. et Germ., necnon in hac ultima lingua scientiam (statisticam) provinciarum imperii Austriaci (Statistik von Oesterreich). Anno 1867 Viennam reversus exsequebatur officium confessarii publici. Anno 1874 die 1. Nov. celebravit sollemni cerimonia sacerdotii sui s. iubilaeum. Eodem anno illustrissimus abbas gen. et archiepiscopus eundem, uti seniorem Congregationis, inauguravit titulo vicarii generalis. Anno 1876 dignabatur excellentissimus ac reverendissimus archiepiscopus Metropolita Leopoliensis rit. Arm. dom. Gregorius Iosephus Romaszkan, eum assessorem consistorii sui Metropolitani ad honores nominare.

Opera eius typis edita:

I. Աշխարհագրութիւն ընդհանուր, i. e. Geographia universalis, cum 1 tabula (Karte) orbis terrae. Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1835.

II. Ձրահանգք աստեղագիտական, i. e. Dissertatio astronomica de cometis, cum imaginibus. Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1841.

III. Պատմութիւն տիեզերական ժողով, i. e. Historia conciliorum oecumenicorum in Oriente convocatorum. Palaeo-armenice. Viennae, typis Mechith. 1847.

IV. Արուեստ երկայնակեցութեան, i. e. „Ars longaevitatis (Macrobiotica), scilicet: scientia vitam humanam longe, sane et feliciter agendi.“ — Ex manuscripto in lingua Germanica ab Andrea Popowicz medicinae doctore, natione Armeno Suczaviensi conscripto (non tamen typis edito) in Neo-armenam linguam in usum Armenorum, ex votis auctoris ipsius, translata. Edit. Constantinopoli, typis Ioan. Mühendisian 1850.

V. Վարդկային լեզուի, i. e. Commentatio philosophico-historica de lingua humana generaliter et de linguis nationalibus singillatim. Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1857.

VI. Վարժութիւն մանկանց, i. e. Institutio iuvenum in rudimentis scientiarum. Neo-armen. Viennae, typis Mechith. III. editio. 1860.

VII. Կատմն ազգային դաստիար, i. e. Expositio artis paedagogicae in usum educatorum et praeceptorum. Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1862.

VIII. Կառաջնորդ դաստիարակութեան, i. e. Institutor educationis domesticae, in usum parentum. Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1862.

IX. Պատմութիւն Իտալիայի, i. e. Historia civilis Italiae, ab initio usque ad nostra tempora. Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1864.

X. Աղօթագիրք մանկանց, i. e. Liber orationum, in usum puerorum. Neo-arm. Viennae, typis Mechith. IV. editio. 1878.

Hutter Gabriel (a s. Petro Salisburgi), Salisburgensis ex Piesendorf, natus 18. Oct. 1750, habitum conversionis suscepit 1770, votis sollemnibus 13. Nov. 1771 emissis, primum sacrificium 18. Oct. 1773 obtulit. Studiis theologicis absolutis et ex universa theologia examinatus et pro suprema laurea approbatus per biennium studiis iuridicis vacavit usque ad annum 1780, quo expetitus primum per triennium in monasterio Michaelburano, dein in monasterio ad s. Vitum per biennium iuniores s. theologiam docuit. Anno 1786 confessarius ordinarius monialium in Nonnberg constitutus, post 6 annos hoc officium cum prioratu commutare iussus est. Obiit in hoc munere 30. Nov. 1807.

Veritas religionis catholicae assertionibus theologicis systematice exhibita. Salisburgi, Prodinger. 1783. 8°. 51 p.

Ilger Vincentius (San-Blasianus), natus est in Thiengen in magno ducatu Badensi die 12. Febr. 1742; sollemniter professus in divo Blasio die 28. Oct. 1762; sacerdotio initiatus die 13. Iun. 1767. Studiis philosophicis et theologicis in divo Blasio absolutis, varia munia obibat, erat magister novitiorum, rector fratrum clericorum studiosorum litterarum et moderator fratrum conversorum laicorum. Studia sua in primis convertit ad philosophiam et antiqua ecclesiae christianae monumenta exploranda, sese parans ad scribendum. Pro multis meritis, in religiosa educatione iuventutis San-Blasianae positis, aliquatenus honorandis, circa annum 1800 prior institutus est monasterioli Sion prope Klingnaviam in pago Aargaviensi in Helvetia, ubi tum animarum saluti tum scholis felicem dedit operam. Monasterio s. Blasii anno 1807 sublato, utpote aetate provectus patria excedere noluit, at cum dilectis confratribus in Austria morantibus pia cura de eorum salute coniunctus manebat, donec pius ac probus sacerdos anno 1808 mortem obierit.

Sequuntur eius scripta, quae typis impressa, et manu scripta sunt:

I. Observationes in saecula christiana de disciplina et moribus ecclesiae catholicae in usum cleri utriusque. Typis principalis monasterii Einsiedlensis 1791. 8°. Opus hoc quatuor partibus constat: Pars I. continet paginas 418; pars II. cont. p. 377; pars III. cont. p. 578; pars IV. cont. p. 653.

II. Die beschämten Philosophen unserer Zeit durch die Philosophen des grauen Alterthums. Etwas für Verstand und Herz. (i. e. Philosophi moderni pudore suffusi per philosophos antiquos.) Manuscript von 1801.

Intay (antea Knittlhoffer) Basilius Andreas (de s. Monte Pannoniae), Albae-Regiae eiusdem com. in Hungaria die 17. Nov. 1806 natus, habitu s. die 16. Oct. 1824 indutus, emissis die 15. Apr. 1830

votis sollemnibus et s. theologiae studiis absolutis die 28. Aug. 1832 presbyter ordinatus est. Ab anno 1832—36 professor Sopronii, 1836—41 Papae, 1841—42 Posonii, 1842—48 professor et studiorum praefectus apud alumnos s. ordinis Iaurini, 1848—1851 idem in s. monte, 1851—66 administrator parochiae in Ravazd, 1866—78 administrator bonorum in Füss, ex quo demum tempore in abbatia B. M. V. de Dömölk officio prioris fungitur.

Vir litteris asceticis plurimum occupatus haec edidit:

I. Krisztus követéséről négy könyv. (i. e. Libri IV de imitatione Christi in ling. Hung. conversi.) Győr. Streibig. 1845. 8°. 351 p.

II. Az élő lelki rózsafűzér és a bold. szűz Mária szeplőtelen sz. szivének tisztelete. Győr. (Rosarium vivum.) 4. ed. 1847. Liber orig. etiam in linguam German. translatus („Der lebendige Rosenkranz") Viennae quattuor edit. meruit.

III. Szent keresztúti ájtatosság. (i. e. Via crucis.) Bécs. 1854.

IV. Jézus és Mária szíve, üdvünk két legfőbb menedéke. (i. e. Cor Iesu et Mariae.) Pest. Kiadja a sz. István-társulat. 1855. 8°. 463 p.

V. Jézus és Mária élete. (i. e. Vita Iesu et Mariae.) Pest. Emich. 1867. 8°. 581 p.

VI. Varia minora, praecipue preces indulg. in lib. period. „Társulati értesítő".

VII. Csillag-korona. (i. e. Corona stellarum.) Manuscr.

Itz de Mildenstein Eduardus (Břevnoveno-Braunensis), natus Pragae Boh. 29. Dec. 1789, vestem ordinis induit 1809, s. regulam professus est 27. Sept. 1812, et eodem anno 29. Nov. sacerdos ordinatus. Anno 1821 in c. r. univ. Pragena philosophiae et aa. ll. laurea insignitus per aliquot tempus docebat in gymnasio Klattoviensi, deinde in Braunensi usque 1830, quo anno ei demandata fuit cura animarum parochiae Braunensis, quam gerebat septem annos. Abhinc Břevnovii commoratus 1850 bibliothecarii ibidem pergratum suscepit munus nec dimisit usque ad vitae finem. Anno 1856 a facultatis philosophicae in univ. Pragena doctoribus decanus eligitur, et 1862 s. professionis suae et sacerdotii annum quinquagesimum celebrantem eminentissimus archipraesul Pragensis inter notarios suos iuratos assumere dignatus est. Ab anno 1863 senior totius gremii, 1864 Břevnovii constitutus est subprior. 1871 diem se vidisse gaudet, quo ante decem lustra in universitate Carolo-Ferdinandea Pragensi creatus fuerat doctor, et 1872 sexagesimum religiosae professionis et sacerdotii sui celebravit anniversarium senex semper agilis et nunquam non facundus. Annis tandem plus quam morbo oppressus animam suam Deo reddidit die 3. Mart. 1875. Studiorum suorum et meditationum suarum fructus, quos chartae mandaverat, haud pauci sunt, et carminum suorum numerus vix computabitur.

Scripta typis expressa haec innotuerunt:

I. Für den Thron. Denkschrift für Fürsten und Völker. (i. e. Pro sede regia, libellus.) Vol. 1. 8°. Lipsiae, 1853. H. Hunger.

II. Rosen aus Saron. Heilige Gesänge und Lieder aus allen christlichen Jahrhunderten. (i. e. Rosae ex Saron, sacrae cantilenae.) Vol. 1. 12°. Lipsiae, 1854. H. Hunger.

III. Die Sittenverderbniss und der Unglaube unserer Zeit. (i. e. Corruptio morum et impietas moderna.) Fasc. 1. 8°. Lipsiae, 1854. H. Hunger.

IV. Johann, König von Sachsen. (i. e. De Ioanne rege Saxonum.) Fasc. 1. 12°. Lipsiae, B. Hinze. 1854.

V. Die Völker der Erde. Für die Jugend. (i. e. De nationibus orbis terrarum.) Tom. 1. 8°. Lipsiae, Bernh. Schlicke. 1854.

VI. Chronik der Stadt Leisnig. (i. e. Chronicon urbis Leisnig.) Vol. 1. 8°. mai. Lipsiae, Albert Bethke. 1857.

VII. Contulit ad „Neue Volksbücher mit Holzschnitten“, Lipsiae, typis Bernh. Schlicke: Die Türken. — Das deutsche Volk und Reich. — Erinnerungen eines alten Soldaten aus den Jahren 1812—14. — Witz- und Märchenschatz aus den Schriften des P. Abraham a S. Clara. — Deutsches Bürgerleben alter Zeit.

Inter manuscripta quae reliquit, maioris momenti habentur adservanturque in bibliotheca Břevnoviensi sequentia:

VIII. Tyrocinium religiosum Benedictinum. 1855. 4°. Vol. 1. Sign. 39. α. 2.

IX. Legenden frommer Mönche und Ordensstifter. (i. e. De monachis piis narratiunculae.) 1856. Vol. 1. 4°. Sign. 39. α. 3.

X. Klösterliches über den verzweigten Benedictinerorden. (i. e. De ordine Benedictino monastico dissertatio.) 1858. Fasc. 1. 4°. Sign. 39. α. 4.

XI. Gedankenspäne zur Beherzigung meiner Mitbürger. (i. e. Assulae memoriales.) 1858. Fasc. 1. 4°. Sign. 39. α. 5.

XII. Leben und Wirken sämmtlicher Päpste aus dem Benedictinerorden. (i. e. De summis pontificibus ex ordine Benedictino commentarius.) Fasc. 1. 4°. 1858. Sign. 39. α. 6.

XIII. Collectio observationum rusticarum circa futuram constitutionem aëris annique salubritatem. Fasc. 1. 4°. 1858. Sign. 39. α. 7.

XIV. Prosagia temporum seu variationum aëris proxime imminentium. Fasc. 1. 4°. 1858. Sign. 39. α. 8.

XV. Heortologia, das ist religiöse, kirchliche, christliche Hymnen und Lieder aller Jahrhunderte. Vol. 2. 4°. Sign. 39. α. 9.

XVI. Calendarium perpetuum. Fasc. 1. Fol. 1860. Sign. 39. α. 10.

XVII. Aphorismen über das Klosterleben zur Belehrung und Beherzigung den jüngern Ordensbrüdern. (i. e. Quaedam de vita monastica pro iunioribus memoratu digna.) Vol. 1. Fol. 1861. Sign. 39. α. 11.

XVIII. Aufsätze theologischen, philosophischen und historischen Inhaltes. (i. e. Tractatus theologici, philosophici et historici.) Fasc. 49. (Form. div.) Sign. 39. α. 12. 14. 16.

XIX. Carmina. Fasc. 10. Sign. 39. α. 13.

XX. E re medica. Fasc. 2. Sign. 39. α. 15.

Iacutdschian Paschalis, armen. Haruthiun (Mechitharista), Constantinopoli die 21. Aug. 1821 natus, Viennae in Austria habitu s. die 2. Iul. 1839 indutus, die 2. Febr. 1841 vota emisit, et die 22. Dec. 1844 consecratus est presbyter. Anno 1855 missus est munere missionarii apostolici Güselhissar (olim: Magnesia ad Mäandrum) in Asia minori; post paucos annos eodem munere Constantinopolim.

Opera eius in ling. Neo-armena typis edita:

I. *Պատմութիւն հին եւ նոր կտակ*, i. e. Historia veteris et novi foederis. Viennae, typis Mech. 1851.

II. *Ուաշինկթըն հիւս. Ամեր. գահերէց*, i. e. Vita Georgii Washington primi praesidis provinciarum unitarum Americae septemtrionalis. Viennae, typis Mechith. 1855.

Iacutdschian Vertanes (Mechitharista), Constantinopoli die 19. Aug. 1820 natus, Viennae in Austria s. habitu die 15. Aug. 1836 indutus, die 8. Dec. 1839 vota emisit, die autem 30. Maii 1841 consecratus est presbyter. Ab anno 1853 fuit per aliquot annos missionarius apostolicus Smyrnae dein (1861) Bucuresti in Rumenia.

Opera eius in lingua Neo-armena typis edita:

I. *Հրահանգք վարդապետութեան կրօնի*, i. e. Institutio doctrinae religionis. Viennae, typis Mechith. 1853.

II. *Լիդիա ... պատմական նկարագիր մը*, i. e. Lydia, narratio romanensis ex temporibus M. Aurelii imperatoris romanorum. Libera versio ex German. textu in ling. Neo-armenam. Viennae, typis Mechith. 1861.

III. Գործնական Քերականութիւն Հունգարական և արդի Հայ. լեզուի, i. e. Grammatica practica Neo-armena et Hungarica. Huic operi titulus est: „Gyakorlati Örmény Nyelvtan.“ (P. Vertanes scripsit opus hoc, vel maxime adiutus pro lingua Hungarica ab Hungaro professore dom. Iulio Vasady.) Edit. Venetiis, typis Mechith. 1876.

Iaeger Albertus (Mariae montanus), natus in Schwaz 8. Dec. 1801, post incensam 1809 a Bavaris patriam a patre Bulsanum ad avunculum missus ibidem scholas elementares frequentavit; tum per biennium Roboreti linguam Italicam edoctus anno 1819—20 III. grammat. classem Bulsani ingressus semper exinde primum praemium retulit. Studiis philosophicis privatim absolutis publica desuper examina Oeniponte subiit egregiisque et a litteris et moribus instructus testimoniis die 27. Oct. 1825 susceptus, 18. Nov. s. vestem obtinuit et absoluto rite probationis anno 19. Nov. 1826 vota sacra sollemniter emisit. Ad studia theologica Brixinam missus 2. Aug. 1829 s. presbyteratus ordinem a celsissimo domino principe episcopo Brixinensi Bernardo Gallura accepit et in nostro templo 15. eiusdem mensis primam hostiam Deo litavit. Anno 1830—31 fuit primissarius in Platt vallis Passiriae; deinde per annos sex studiosam iuventutem gymnasii Meranensis doctrina Christiana imbuit, per annos vero 4 insequentes grammaticam summa cum laude tradidit. Per decem annos simul convictus nostri alumnos rexit. Anno 1841 Oenipontum vocatus illustrissimi domini comitis Clementis de Brandis comitatum Tirolensem gubernantis filios erudiendos suscepit simulque 1845—49 historiam universalem in universitate Oenipontana publica auctoritate tradidit. 1848 c. r. academiae scientiarum Vienn. socius ordinarius adscriptus est. 1849 ad confratres suos rediit Meranum, gymnasii ibidem amplificationi omnem operam dedit eique amplificato per biennium summo cum amore et studio praefuit, director et professor de nostro gymnasio meritissimus.

In rebus historicis versatissimus summa cum diligentia et cura scripsit:

I. Der Engedeiner Krieg im Jahre 1449. (i. e. Bellum cum incolis vallis, quae dicitur Engedina Helvetiae.) 8°. Innsbruck, bei Wagner. 1838.

II. Tirol und der baierisch-französische Einfall im Jahre 1703. (i. e. Teriolis tempore invasionis Gallorum et Bavariorum anno 1703.) gr. 8°. Innsbruck, bei Wagner. 1844.

Iagicza Ludovicus Ladislaus (de s. Monte Pannoniae), in Fadd com. Tolna. in Hungaria die 4. Iun. 1833 natus, s. habitu die 11. Sept. 1851 indutus, vota sollemnia die 5. Oct. 1854 emisit. Absolutis in regia scientiarum universitate Hung. s. theologiae studiis die 26. Iul. 1858 presbyter factus est. 1858—60 in s. monte officio professoris theologiae dogmaticae, 1860—1862 iuris et historiae ecclesiast., 1862—1868 professoris gymn. Comaromii, 1868—1873 Strigonii functus, ex eo parochiam in Ravazd administrat. Scripsit:

I. Saly Ákos tanár rövid életrajza. (i. e. Vita Augusti Saly.) In lib. period.: „Tanodai lapok.“ 1863.

II. Hitelemző beszédek. (i. e. Orationes catecheticae.) Quotannis 12 fasc. (circa 550 pag.) T. I. Esztergom 1878. Buzárovits. T. II. 1879.

Iahn Leonardus (Scotensis), Nausol in Hungaria natus die 7. Iul. anno 1738 et s. habitu indutus die 15. Nov. 1758, vota sollemnia emisit die 15. Nov. 1759. Primitias cum die 29. Sept. 1761 celebrasset,

cooperator factus est in Eggendorf, dein ad s. Udalricum in regione urb. VII. 1777—1786. Posthac provisor fuit parochiae in Platt, tandemque parochi munus explevit in Eggendorf 1786—88, in Gumpendorf 1788—97, ad s. Udalricum 1797—1806. Ibi diem supremum pie religioseque confecit die 25. Ian. 1806.

Typis edidit concionem pro valedictione de suggestu habitam:

Homilie über das Evangelium am vierzehnten Sonntag nach Pfingsten. Vorgetragen in der Pfarrkirche bei St. Ulrich in Wien. 1 vol. 8°. Viennae, 1786, typis nob. de Ghelen.

Manuscripta reliquit:

I. Index concionatorius generalis, ex indicibus peculiaribus diversorum authorum super festa compilatus. 1772. 2 tom. 4°. in biblioth. Scotensi adserv. 51. g. 1. 2.

II. Index generalis, ex indicibus peculiaribus concionum moralium congestus. 1774. 8 tom. 4°. in biblioth. Scotensi adserv. 51. f. 3—10.

III. Geistliche Reden an Sonn- und Feiertagen, in der Frühe vorgetragen in der Pfarre des h. Ulrich. (i. e. Orationes sacrae ac conciones pro diebus dominicis et festivis.) 1785. 2 tom. 4°. in biblioth. Scot. adserv. 51. f. 1. 2.

Ialsovics Alfredus Carolus (de s. Monte Pannoniae), Veszprémii eiusdem com. in Hungaria die 21. Nov. 1833 natus, s. habitu die 15. Sept. 1850 indutus, vota sollemnia die 29. Mai 1855 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 31. Aug. 1857 presbyter ordinatus est, ex quo tempore ad annum 1862 professor gymn. Papae, 1862—65 Comaromii, 1865—69 Sopronii, ex eo administrator parochiae in Balaton-Füred.

Scripsit praeter varia minora:

I. A szekernye-csomó. (i. e. Nodus cothurni. Narratio.) In lib. period.: „Családi lapok.“ 1855. II. p. 221 sqq. et 259 sqq.

II. Az osztrák birodalom államtana. (i. e. Imperium Austriacum.) Gymnasiumi használatra. Egri Jalsovics Aladár sz. Ben. r. tanártól. Komárom. Siegler. 1863. 8°. 52 p.

III. A balatonfüredi gyógyhely és kirándulási helyei. (i. e. De balneis Füredensibus cet.) Imaginibus orn. Budapest. „Hunyadi Mátyás-intézet.“ 16°. 298 p.

IV. P. Ovidius Naso „Metamorphoseon“ változások czimű könyve 226 képben s ezek rövid magyarázata. (i. e. P. Ovidii N. Metamorphoseon libri in 226 imaginibus cum brevibus harum explicationibus.) Ms.

Ianitsch Aemilianus (Gottvicensis) ad s. Iodocum in Carniola die 28. Febr. 1757 natus, s. habitu indutus sollemnem professionem emisit die 11. Mart. 1781 et primum sacrum obtulit die 21. Mart. 1782. Sex annis in cura animarum in Purk, Kilb et Roggendorf peractis 1788 et secunda vice 1790 in Italiam profectus est. In monasterium suum reversus parochus in Michelbach, dein in Nappersdorf et Heindorf constitutus est et iubilaeus professus et sacerdos vitam finivit in monasterio die 23. Sept. 1838, Ab eodem scripta sunt:

I. Ueber die Entstehung, wunderbare Fortpflanzung und genaue Verbindung der geoffenbarten mit der natürlichen Religion von Anbeginn bis zur Ankunft des grossen Welterlösers mit Widerlegung der Einwürfe Voltaire's und seiner Anhänger, der Modephilosophen. (i. e. De origine et miraculosa propagatione religionis etc.) Klagenfurt, Wallisser. 1792. Edit. 5. Wien, 1826. Opus hoc in linguam Italicam translatum et a Pio VI. laudatum est.

II. Beschreibung der Rückreisen Ihrer Sicilianischen Majestäten von Wien nach Neapel. (i. e. Reditus regalis Vienna Neapolim descriptio.) 3 tom. Wien, 1791. Klagenfurt, 1792.

III. Abhandlung über die Anständigkeit des Cölibatgesetzes in der kath. Kirche. (i. e. Coelibatus catholici decor.) Wien, Rehm. 1793. Edit. 2. Wien, 1829.

IV. Ueber die Pflichten und Rechte der Aebte. (i. e. De iure et officio abbatum.) St. Pölten, Lorenz. 1793. Edit. 2, sub titulo: Appendix ad historiam Mellico-Gottvicensem. Viennae, 1820.

V. Allerneueste Schilderung der glücklichen Insel Sicilien und der benachbarten Eilande des tyrrhenischen und griechischen Meeres. (i. e. Siculae insulae felicis descriptio novissima.) II tom. St. Pölten, 1793.

VI. Allgemeine Uebersicht der berühmtesten Staaten und Nationen der Vorwelt; von der Schöpfung bis zum Kaiser Augustus mit ihrer Religion und Staatsverfassung. (i. e. Conspectus civitatum et nationum ab origine mundi ad imperatorem Augustum.) VII tom. Wien und St. Pölten, 1794—97.

VII. Geschichte der Entstehung und des Wachsthums der öst. Monarchie von ihrem Ursprunge bis zum Jahre 1806. (i. e. Originis et progressus imperii Austriaci delineatio.) IX tom. Wien, 1805—7. Tom. X. continet continuationem 1807—27. St. Pölten, 1828. XI. tom. 1828—36. Wien, 1836.

VIII. Merkwürdige Geschichte der Kriegsvorfälle zwischen Oesterreich, Frankreich, England, Russland und Preussen von 1790—1807. (i. e. Historia rerum event. temporibus bellicosis 1790—1807.) III tom. Wien, 1807.

IX. Geschichte des Krieges der Franzosen in Spanien und Portugal im Jahre 1808. (i. e. Belli Franco-Gallorum in Hispania et Portugallia descriptio.) Wien, 1808.

X. Philosophisch-theologische Abhandlung über die Religion überhaupt und die katholische insbesondere. (i. e. Tractatus philosophico-theologicus de religione.) Aus dem Französischen. Wien, 181.. Edit. 2. St. Pölten, 1832.

XI. Anhang zur vorigen Abhandlung. (Ad praeced. tractatum additamentum.) Wien, 1818.

XII. Merkwürdige Geschichte der Kriegsvorfälle zwischen Oesterreich und Frankreich im Jahre 1809. (i. e. De rebus bello gestis inter Austriam et Galliam.) Wien, 1812.

XIII. Biographie des Göttweiger Abtes Leonhard Grindberger. (i. e. Abbatis Gottvicensis Leonardi vitae descriptio.) Wien, 1812.

XIV. Merkwürdige Geschichte des Krieges in Polen und Russland in den Jahren 1812—14. (i. e. Res gestae in Polonia et Russia anno 1814.) Wien, 1815.

XV. Merkwürdige Geschichte des Krieges in Deutschland und Frankreich im Jahre 1815. (i. e. Item in Germania et Gallia.) Wien, 1815.

XVI. Merkwürdige Geschichte der Kriegsvorfälle zwischen Oesterreich, Russland, Preussen, Spanien und Frankreich in den Jahren 1812—1815 nebst einem Anhange über die Resultate des Wiener Congresses. (i. e. De rebus bello gestis quae tractatui Viennensi praecesserunt eiusque sequelis.) Wien, 1815.

XVII. Polyäns Kriegslisten. (i. e. Polyaeni stratagemata.) Aus dem Griechischen. St. Pölten, 1817. Edit. 2. Wien, 1823.

XVIII. Geschichte des uralten und berühmten Benedictiner-Stiftes Mölk. (i. e. Monasterii Mellicensis historia.) Mit der Biographie des Abtes Anton Reyberger. Wien, 1819.

XIX. Geschichte der ungarischen Königinnen von der Entstehung des Königreiches bis auf unsere Zeiten. (i. e. Reginarum Hungaricarum historia.) Pest, 1820.

XX. Kurzabgefasste Geschichte des uralten Benedictiner-Stiftes Göttweig. (i. e. Mon. Gottvicensis brevis historica delineatio.) Wien, 1820.

XXI. Christlich-philosophische Gedanken über den Tod des Menschen und die Art ruhig zu sterben. (i. e. De morte et tranquilla moriendi ratione commentariolus.) St. Pölten, 1825.

XXII. Statistisch-historische Abhandlung über die Vorzüge der monarchischen Regierungsart. Nebst interessanten Nachrichten über die Revolutionen in Sicilien, Neapel, Piemont und Spanien, und Notizen über Napoleons Aufenthalt und Lebensende auf St. Helena. (i. e. Tractatus historico-statisticus de praecellentia monarchici regiminis etc.) Wien, 1825.

XXIII. Christliche Legenden und Lebensgeschichten der Heiligen und Märtyrer mit besonderer Rücksicht auf die Landespatrone der öst. Monarchie. (i. e. Sanctorum et martyrum vitae etc.) III tom. Wien, 1826. Edit. 2. 1829.

XXIV. Nachrichten über den Ursprung und die Fortpflanzung der wahren Religion bei dem auserwählten Volke im alten und bei den Rechtgläubigen im neuen Bunde. Mit Erläuterung der Glaubenslehren der kath. Kirche. (i. e. Relationes de origine et propagatione verae religionis.) II tom. Wien, 1835.

XXV. Ueber die Leitung der göttlichen Vorsehung. (i. e. De divina providentia.) Wien.

XXVI. Ueber die Glaubwürdigkeit und Göttlichkeit der Bücher der heil. Schrift. (i. e. De veritate et divinitate librorum s. scripturae.) Wien.

Iarotta Georgius Ignatius (de s. Monte Pannoniae), s. theologiae doctor, Albae-Regiae com. eiusdem in Hungaria die 6. Maii 1790 natus, die 29. Oct. 1806 s. habitu indutus, vota sollemnia die 19. Sept. 1811 emisit. 1812—14 professoris gymn. officio Posonii functus, 1814—16 s. theologiae studiis, quibus iam 1809—12 in s. monte vacaverat, denuo in univ. Vindob. operam dedit, quibus absolutis die 20. Oct. 1816 sacerdotii sacramentum suscepit. 1816—1820 professor theol. moralis et pastoralis in s. monte, 1820—21 administrator parochiae in Nyalka, 1821—22 in Füred, 1822—1828 iterum theol. moralis et pastoralis professor in s. monte, 1828—32 administrator parochiae in Deáki, ab anno 1832 munus professoris studii biblici et linguae Hebraicae in s. monte obiit, donec die 30. Maii 1837 piam Deo reddidit animam.

In rebus theologicis longe versatissimus praeter manuscripta ad cantum ecclesiasticum pertinentia reliquit:

I. Theologia pastoralis. Concinnata a Georgio Iarotta. Ms. 4°. Adservatur in bibliotheca centrali in s. monte.

II. Manuscripta biblica. 4°. 910 p. Ads. ibid.

Iauch Geroldus (Murensis), originem trahit ex Uri Helvetiae die 17. Sept. 1773, votorum sponsione se obligavit die 21. Nov. 1792 et sacerdos inauguratus est die 24. Sept. 1797. Laudatur ut egregius organoëdus et musices instructor. Obiit die 22. Oct. 1824. Composuit:

I. Musica pro missa sollemni in coena Domini. In monast. Gries.

II. 6 Magnificat in hon. B. M. V. a 4 voc., violone et organo. Ibid.

III. 8 Magnificat a 4 voc., organo et violoncello. Ibid.

IV. Kurzgefasste Regeln der Partitur. (i. e. Regulae de summa omnium vocum.) 4°. 9 p. Ibid.

Iedlik Anianus Stephanus (de s. Monte Pannoniae), insignis ordinis coronae ferreae 3. classis eques, aa. ll. et philosophiae doctor, c. r. et ap. Mai. consiliarius, regiae scientiarum universitatis Hungaricae emeritus rector magnificus et professor, academiae eruditorum Hungaricae sodalis ad honores, reg. physicorum societatis ordinarius, sacerdos iubilaris. In Szémő com. Comaromiensis in Hungaria die 11. Ian. 1800 natus, habitu s. die 25. Oct. 1817 indutus, die 14. Apr. 1821 vota sollemnia emisit. Ab anno 1822—23 munere professoris Iaurini functus, 1823 redux in montem sacrum denuo studiis theologicis antea interruptis operam dabat, quibus absolutis die 3. Sept. 1825 presbyter ordinatus est. Deinde professor physicae 1825—1831 apud alumnos s. ordinis Iaurini, 1831—1840 in academia Posoniensi, 1840—78 in regia scientiarum universitate idemque musei physici praeses, ex quo anno Iaurini fruitur data ipsi muneris vacatione.

In rebus physicis haud parvam gloriam consecutus praeter minora quaedam haec scripsit:

I. Bereitung künstlicher Säuerlinge. (i. e. De aquis carbonatis artificiose comparandis.) In: Zeitschrift für Physik und Math. von A. Baumgartner

und Ettingshausen. Wien, 1829. VII. 47—58 p. Ex ms. Latino ab Andrea Baumgartner in linguam Germ. conversum.

II. Sulyos testek természettana. (i. e. Physica: Mechanica corporum solidorum.) Pest, 1850. 8°. 543 p., cum 388 figuris.

III. Hőtan. (i. e. De calore). Hallgatók számára lithograph. 8°. 76 p. Pest, 1851.

IV. Fénytan. (i. e. Optica.) Hallgatók számára lith. Pest, 1851. 8°. 135 l.

V. Delejző gép. (i. e. Machina magnetizans.) In: Magy. k. természettudományi társulat évkönyvei 4. k. 1—7 p. Pest, 1859. 8°.

VI. In opere: „Német-magyar tudományos műszótár" (i. e. Lexicon terminorum technicorum Germano-Hungarum) terminos techn. physicae, chemiae, mechanicae scripsit. Pest, Heckenast. 1858.

VII. Villanytelepek egész működésének meghatározása. (i. e. Quo modo tota batteriae electricae vis investiganda sit.) In: Magy. tudom. akad. értesítője 1859. p. 291—311.

VIII. Dr. Jedlik Ányosnak, 1863/4. tanévre választott egyetemi rectornak székfoglaló beszéde. (i. e. Oratio, quam 1863 rector universitatis habuit.) Buda, 1864. 8°. 8 p.

IX. A természettudományok fontosságáról az emberi nem anyagi jolétére nézve, tekintettel hazánkra. (i. e. Quantam hominibus adferant utilitatem disciplinae naturales, in primis in Hungaria.) A m. k. tudomány-egyetem ujjáalakításának 84. emléknapján jun. 25-én tartott beszéd. Buda, 1864. 8°. 34 p.

X. Rectori beszéd az 1864/5. tanévi egyetemi n. rectornak és tanácsnak beigtatásakor. (i. e. Oratio, cum rector anno 1864/5 senatusque universitatis munus occiperent.) Buda, 1864. 8°. 46 p.

XI. Rumpelles Mihály kőbányai pinczeinek beomlásáról. (i. e. De ruina cellae vinariae Kőbányaensis Mich. R.) In: M. tud. akad. math. és term. közlönye. V. 108—129. l. 8°.

XII. In opere: Aemtlicher Bericht über die XXXII. Versammlung deutscher Naturforscher und Aerzte zu Wien 1856. Herausg. Wien, 1858: *a)* Ueber die Anwendung des Electro-Magnetes bei electro-dynamischen Rotationen. (i. e. De usu electro-magnetis in rotationibus electro-dynamicis.) 170—175 p. *b)* Modification der Grove'schen und Bunsen'schen Batterie. (i. e. De immutatione batteriae electricae Grovii et Bunsenii.) 176—178 p.

XIII. In variis medicorum et naturae investigatorum Hung. conventibus dixit de instrumentis physicis a se inventis aut emendatis, quae in annalibus eiusdem societatis publicata sunt. Sunt autem haec: *a)* Villany-magnesi tünemények. (i. e. Experimenta electro-dynamica.) Pest, 1842. 48 p. *b)* Mesterséges szénsavas vizekről. (i. e. Aquae carbonatae arte comparandae.) Ibid. p. 49—50. *c)* Világsugarak tüneményeiről sat. (i. e. De inflexione radiorum.) Quinqueecclesiae. 1846. p. 205—209. *d)* Fresnel és Pouillet-féle fénytalálkozási készüléknek módosítása. (i. e. Emendatio instrumenti interferentialis Fresnelii et Pouilleti.) Posonium, 1866. p. 309—312. *e)* Leydeni palaczkok lánczolata eredetileg összeállitva. (i. e. Lagena Leydensis.) 1864. Pest. p. 338—343. *f)* Csőves villam-szedő. (i. e. De explosore.) Stephanopolis, 1867. p. 338—343. *g)* Villam-delejes hullámgép. (i. e. Vibrographum electro-magneticum.) Agriae, 1868. *h)* Villam-delejes hosszrezgési készülék. (i. e. Instrumentum electro-magneticum longitudinarium.) Ibid. *i)* Villam-delejes keresztrezgési készülék. (i. e. Instrumentum electromagneticum transversale.) Fiume (Pest), 1869. *k)* Rezgési mozgások összetételére szolgáló készülék. (i. e. Instrumentum ad ostendendas vibrationes compositas.) Mehadia (Pest), 1873. *l)* Két egymásra merőleges, vagy egymás közt párhuzamos rezgési mozgásnak egy harmadik haladó mozgással való összetételéből eredett utak szabatos leirási módja. Iaurin. (Budapest), 1874. *m)* Két vagy három rezgésszerű és egy haladó mozgás összetételéből eredő mozgás utjának leirására szolgáló készülék s annak kezelési módja. (i. e. Instrumentum ad experimenta vibration. ostendenda.) Marmaros-Sziget, 1876.

Ieney Ernestus Ludovicus (de s. Monte Pannoniae), in Szalka com. Hont. in Hungaria die 2. Maii 1828 natus, s. habitu die 15. Sept. 1845 indutus, vota sol-

lemnia die 3. Aug. 1852 emisit, et absolutis s. theologiae in s. monte studiis eodem anno 7. Aug. presbyter ordinatus est. 1852—1866 professor gymn. Strigonii, 1856—59 orator a sacris in s. monte, 1859—60 professor in lyceo archiabbatiali, 1860—61 denuo orator a sacris, 1861—63 professor Iaurini, 1863—69 administrator parochiae in s. Martino, 1869—79 in Tárkány, ex hoc anno officio administratoris bonorum in Füss fungitur. Scripsit:

In lib. period. „Pázmány-füzetek" tres orationes sacras: *a)* in hon. s. Stephani protomartyris, 1859, III; *b)* pro die festo annuntiationis B. M. V. ibidem; *c)* in hon. s. Ioannis Nepom. 1859. IV.

Ioly Raimundus (Cremifanensis), antea Mathias, Salisburgensis die 22. Febr. 1720 natus, absolutis in urbe patria studiis Cremifani die 1. Nov. 1738 professus in univ. Salisburgensi cursum theologicum confecit et 4. Oct. 1744 primitias celebravit. Una annorum decade in academia Cremifanensi grammaticam, poeticam, philosophiam, theologiam docuit, postea monasterii prior et parochus domesticus; abdicato 1788 prioratu 1. Nov. professus iubilaeus; iterum apoplexia tactus obiit 28. Iun. 1792.

Exaravit librum:

Ratio praelectionum theologicarum secundum normam decreti Caesarei, pars prior. Styrae, 1754. 4°. 166 p.; pars posterior de methodo theologiae. Styrae, 1755. 4°. 160 p.

Praeterea eius sermones panegyrici, in millenario Lunaelacensi, in exequiis Pauli Meyer, abbatis Garstensis, in academica parentatione Alexandri III. abbatis typis vulgati sunt. — Insuper per triginta annos confecit defunctorum fratrum epistolas rotulares, ad confoederata monasteria missas, quae maxime Styrae typis excusae sat amplum volumen conficiunt. (Confer: Das gelehrte Oesterreich, t. 1, p. 214; item P. Rudolph Graser, vollständige Lehrart zu predigen, p. 216.) His addenda est eius oratio:

Sittliche Lobrede auf das Fest des heiligen seraphischen Vaters Francisci. (i. e. Laudatio seraphici patris Francisci.) Steyr, Menhardt. 1756. 4°. 30 p.

Praeterea haec duo dramata typis excudi fecit:

I. Ardua ad coelum via seu Sigismundus rex Burgundiae ex parricida martyr. Addito Germanico textu. Styrae, Menhardt. 1751. 4°. 6 p.

II. Alexander papa martyr magno Alexandro maior. Adiecto textu Germanico. Steyr, Menhardt. 1754. 4°. 8 p.

Insuper typis inprimi fecit:

I. Positiones ex prolegomenis et principiis universae theologiae de poenitentia, extrema unctione, ordine, matrimonio, theologia patrum et polemica etc. praeside P. Raymundo Ioly. Styrae, Menhardt. 1758. 4°. 16 p.

II. Positiones ex theologia s. patrum et theologia polemica etc. praeside P. Raymundo Ioly. Styrae, Menhardt. 1760. 4°. 8 p.

Ioób Tobias Michael (de s. Monte Pannoniae), s. theologiae doctor colleg., Kis-Martonii com. Sopron. in Hungaria die 25. Sept. 1813 natus, s. habitu die 31. Oct. 1831 indutus, vota sollemnia die 24. Maii 1836 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 20. Iul. 1839 presbyter ordinatus est. Anno 1839—42 Viennae studiis vacavit; 1842—45 officio professoris gymn. Posonii, 1845—46 oratoris a sacris Iaurini, 1846—57 vero professoris studii biblici utriusque foederis in s. monte est functus, quo demum anno obtenta die 15. Iul. dimissione maioris perfectionis causa ad ordinem Carmelitarum discalceatorum trans-

ivit, ibique 5. Aug. 1858 sollemnem professionem emisit. Mortuus est praeclarus vir die 17. Aug. 1876 prior conventus Carmelitarum Iaurinensis. Scripsit:

I. Die Sternenkrone Mariae. (i. e. Corona stellarum B. M. V.) Eine zwölftägige Andacht. Pressburg, 1848. 8°. 163 p. Sine nomine.

II. Varia minora in lib. period.: „Der kath. Christ", ut: *a)* Vom Tischgebet. (i. e. De benedictione mensae.) 1848. *b)* Die Religion und Revolution. (i. e. Religio et seditio.) 1849. *c)* Ein Wort über Versöhnlichkeit und Liebe. (i. e. De placabilitate et charitate.) 1849. *d)* Die Hoffnungen der Welt und der Kirche. (i. e. Spes mundi et ecclesiae.) 1849. *e)* Die Königin der Jungfrauen und die Königin der Büssenden unter dem Kreuze Jesu. (i. e. Regina virginum et poenitentium sub cruce Iesu.) 1850. *f)* Die Verehrung Jesu im allerh. Altarssacrament. (i. e. De cultu Iesu in s. altaris sacramento.) 1850. *g)* Das Kind und der Gekreuzigte. (i. e. Puerulus et crucifixus.) 1850. *h)* Wo ist des Christen Vaterland? (i. e. Ubi est patria christiani?) 1850. *i)* Der Glaube und Unglaube am Sterbebette. (i. e. Fides et impietas iuxta morientem.) 1850. *k)* Der Monat Mariae. (i. e. Mensis Mariae.) 1850. *l)* Die erste Communion. (i. e. Prima communio.) 1851. cet.

Iud Willibaldus (Lambertinus), natus est in Hirschegg Styriae 27. Mart. 1751; s. Benedictini ordinis habitum induit in monasterio s. Lamberti 26. Oct. 1766, cui ad dies vitae fidem vovit 28. Oct. 1767. Absolutis in ipso monasterio suo studiis philosophicis et theologicis primum Deo obtulit sacrificium incruentum 3. Apr. 1774. Plurimis exinde functus est muneribus, scilicet: Professoris theologiae simulque cooperatoris in parochia claustrali, cooperatoris in Edelschrott, ut etiam in Piber 1783—1786, sublato monasterio decani in Piber 1787—94, provisoris ad s. Stephanum, ad s. Nicolaum penes Drassling, curati in Zeutschach, provisoris in Lassnitz et in Scheiben, poenitentiarii in Cellis B. V. 1801—6, dein per 16 annos magistri puerorum in choro cantantium. Obiit qua senior coetus, professus et sacerdos iubilaris 3. Aug. 1835.

Edidit:

Meine Gesinnungen beim jährlichen Bittgang aus der Hauptstadt nach Mariazell und am Feste der unbefleckten Empfängniss. (i. e. Sensus mei in annua peregrinatione ex metropoli in Cellas Marianas et in festo immaculatae conceptionis.) In 6 Liedern und eben so vielen Melodien. Wien, 1816. 8°. 32 p. Dicatum Alexandro Rudnay episcopo Transsylvaniae, postea archiepiscopo Strigoniensi.

Iung Amandus (a s. Petro Salisburgi), Tirolensis ex Rattenberg, natus 10. Mart. 1814, studiis humanioribus Halae in Tiroli, philosophicis Salisburgi absolutis, novitius 4. Nov. 1836, monachus professus 5. Iul. 1838, neomysta 16. Aug. 1840 ad aram stetit. Accepta iurisdictione pro cura animarum successive cooperator in Abtenau, novitiorum et clericorum magister, confessarius ordinarius monialium in Nonnberg, archivarius, bibliothecarius et prior claustralis constitutus est. Scripsit:

I. Series abbatum monasterii o. s. B. ad s. Petrum Salisburgi. Duyle, 1864. 8°. 32 p.

II. Monumenta historica disciplinam regularem monasterii o. s. B. ad s. Petrum Salisburgi illustrantia. Ms. in folio. 3 tomi. Tom. I. continens monumenta disciplinaria a saeculo VII. usque 1431 in specie reformationem Cluniaco-Hirsaugiensem, 479 p.; tom. II. reformationem Sublaco-Mellicensem 1431—1619, et Cassinensem 1619—41, 319 p.; tom. III. reformationem congregationis Salisburgensis 1641—1818.

Iungwirth Caietanus (Cremifanensis), in arce Schaunburg Austriae superioris die 14. Ian. 1748 natus, absolutis Cremifani studiis monasterium ingressus et die 13. Nov. 1767 professus sacerdotali

honore insignitus est die 29. Iun. 1772. Professor theologiae in instituto domestico Cremifanensi; quo extincto ad animarum curam conversus, cooperator in Pfarrkirchen, Thalheim et Buchkirchen; parochus in Fischlham, Adlwang et Eberstallzell; unde domum ad docendam theologiam dogmaticam revocatus post biennium ad parochiam Eberstallzell reversus ibidem obiit 12. Ian. 1809.

Manu scriptas has dissertationes reliquit:

I. Micae astronomicae horarum subsecivarum duce P. Placido Fixlmuellner. 21 p.

II. Principia astronomiae in elenchum redacta, authore et duce P. Placido Fixlmuellner. 1769. 48 p.

III. De geometrico calculo anomaliarum in orbitis planetarum. 28 p.

IV. De luna.

V. De eclipsibus solariis. 14 p.

VI. De occultationibus stellarum. 4 pag. et 5 tabulae cum figuris. (In bibliotheca speculae astronomicae. III. 21—27.)

VII. Opuscula varia. Argumenti theologici. 4°. 211 p. Biblioth. VI. 234.

Iungwirth Theodorus (Mellicensis), Austriacus ex Urfahr prope Lincium die 9. Sept. 1840 natus, habitu s. die 15. Sept. 1861 indutus, die 25. Sept. 1864 vota sollemnia emisit. Studiis theologicis partim in s. Hippolyti urbe partim Mellicii curam impendit et die 30. Iul. 1866 primam incruentam hostiam Deo obtulit. Studiis philologicis in univ. Vienn. per triennium operam cum impertiisset anno 1870 professor in c. r. gymnasio Mellicensi adprobatus est. Sacristae et linguae Gallicae professoris munus in se suscepit et nunc directoris convictus Mellicensis munere fungitur. Scripsit:

I. Das sogenannte Eintagegesetz in den uns erhaltenen Tragödien des Sophokles. (i. e. De sic dicta lege diurna in tragoediis Sophoclis.) Im Jahresbericht des k. k. Gymnasiums zu Melk 1871: 8°. Wien. Im Selbstverlage des Gymnasiums. Druck bei Ludwig Mayer.

II. Ueber den Chor der griechischen, speciell der sophokleischen Tragödie. (i. e. De choro Graecae ac specialiter Sophoclis tragoediae.) Loc. cit. 1878.

Kaeferböck Virgilius (Admontensis), Salisburgi 4. Iun. 1834 natus, vota sollemnia 11. Iul. 1859 professus, 7. Aug. 1859 primitias celebravit. Praefectus clericorum constitutus 1860—61, in univ. Vienn. studio historiae et linguae vernaculae operam navans, ab anno 1865 usque ad obitum professorem egit in c. r. gymnasio Graecensi. Societati histor. in Stiria nec non soc. „innerösterreichische Mittelschule" adscriptus obiit Virgilius degeneratione venum 19. Ian. 1875.

Drei alte deutsche Uebersetzungen der Benedictinerregel besprochen und in Proben mitgetheilt. (i. e. De tribus regulae Benedictinae translationibus veterum Germanorum lingua commentarium.) Grazer Gymnasial-Programm 1868.

Kaliwoda Guntherus (Raigradiensis), Brunae in Moravia 26. Dec. 1815 a patre Iosepho cive et lanione et matre Elisabetha progenitus, Ioannes evang. est vocatus. Iam pueriles inter ludos saniora meditans puerulus ad studiorum elementa in urbe patria combibenda convertitur et absolutis anno 1827 classibus normalibus ac gymnasialibus ab anno 1828—33 eminenti semper cum successu ad altiora ascendit philosophiae studia. Quamvis animatus piae genetricis spiritu religiosissimo ad statum clericalem a teneris inclinaretur, tamen durantibus studiis philosophicis 1834 et 1835, in quibus inter alios et Rai-

gradienses Wolný et Rücker professores habuit, nondum clare patuit, ad quem statum eum vocaverit Deus. Mentem subinde occupavit propositum, se ad studia iuridica aut medica convertendi, ea sola de causa, quia iisdem duo iuvenes quibus intimo familiaris vicissitudinis iungebatur nexu, navarunt operam. Ast alia erant consilia Dei circa vocationem eius et infirmitas pectoris, quae infausto ausu obicem posuit fervori in studiis philosophicis, quaeque et unius anni moram interponere coëgit, vocationem veram fecit manifestam. Resolutioni corporis presso pede accedens votum vovit iuvenis, quod si sanitatem recuperaverit a Deo exauditus in gemitibus, totum sese consecrare velit sacratioribus s. theologiae studiis et ministerio Dei, ut et ardentissimis piae matris satisfiat votis. Restituta opitulante Deo sanitate, non erat deliberandum amplius quem eligeret statum. Quamvis vitae regularis teneretur desiderio, tamen dilectae matris sententiae, quae in filio ecclesiasticum sacerdotem conspicere optabat, morem gerere ratus filius, primos duos s. theologiae cursus in instituto theologico episcopali Brunae absolvit qua dioecesanus. Ast cum anno 1838 13. Iul. dilectissima mater fatis cederet humanis, morae omnis impatiens ad limina monasterii nostri, comite professore theologiae Francisco Sušil, cui singulari revinctus erat caritate, pulsat et instat, ut suscipiatur et spes illico data, fore ut absoluto anno scholastico tertio ei omnino ad s. ordinem ianua aperiatur. Spe hac erectus ad theologiam 3^tii^ anni continuandam revertitur, quo cum eminenti progressu absoluto Calendis Septembris 1839 sacram vestem benedictinam accepit e manibus abbatis Victoris et tirocinium exorsus est magistro P. Baptista. Novitius egregii religiosi explevit partes et vocationem regularem non tantum spiritu pietatis et humilitatis, sed et praeclaro ingenio et eruditione comprobavit. Absoluto novitiatu ad theologiam pastoralem Brunam mittitur et 11. Apr. in dominica resurrectionis sollemniter emisit professionem sub sacro pontificali et sequenti die accepit ordines minores. Primus fuit inde ab antiquissimis temporibus apud nos, qui hac occasione cucullam seu floccam accepit, tamquam vestem vere et proprie benedictinam, quam anno praecedenti abbas Victor Břevnovio attulerat, Raigradiensibus penitus ignotam, et quam vel ideo: „Guntherkam“ vocare placuit. Absoluta theologia anno citato 1841 s. ordinibus initiatus est ab excell. episcopo Brunensi Gindel (13.—16. Iul.) qui iam denominatus episcopus Gurcensis et iam in praecinctu discedendi ad novum destinationis locum clericos ordinavit, antequam examina e theologia pastorali subiissent. Primitias celebravit P. Guntherus in festo nativitatis B. M. V. in ecclesia nostra monasteriali; pro concione dixit P. Aloysius. Morum gravitate et religiositate non minus quam eruditione eius motus abbas illum pro professura religionis in instituto philosophico Brunensi illico destinavit, cum professor huius P. Antonius Raigradiensis optaret absolvi et ad monasterium redire. Ast cum nemo esset, qui in parochia Raigradiensi locum cooperatoris suppleret ad munus hoc destinatus est Guntherus 26. Sept. 1843. Duobus annis post tandem in locum P. Antonii professor supplens religionis et paedagogicae suffectus est, quo in munere per decursum lustri affabilitate

sua omnium suorum discipulorum animos ita sibi conciliavit, ut nemo sit inventus qui reverentiam et gratum animum illi denegaret. Fuit enim verus studentium pater, indigentiis eorum temporalibus non minori cura sublevandis intentus, ac progressui eorum in doctrina et morum probitate consulens, licet plerumque infirma valetudine et malo gutturis in primis laborans. Quum anno 1849 institutum philosophicum una cum sic dictis classibus humanioribus in „gymnasium superius“ elevaretur, tunc professor Kaliwoda etiam linguam et litteraturam slavicam edocendam suscepit, ast aegra valetudine blandis musis et dilectae iuventuti litterarum studiosae valedicere coactus, ad finem anni 1850 ad monasterium revertitur. Anno sequenti a mense Maio ad finem Decembris Nosislaviae amici sui Tešík parochi vice in cura animarum fungebatur, cum ille ob infirmitatem balneis Graefenbergensibus uti cogeretur. Redux magister novitiorum constituitur et anno 1854 post obitum Victoris abbatis 22. Nov. legali forma votis unanimis abbas tertius Raigradiensis est electus, cuius dignitatis onera iam per quadrantem saeculi, corporis infirmitate et variis temporum infortuniis curarumque multitudine haud una vice oppressus, forti hucusque sustentat animo. Per longum hocce spatium non solum omnimodam fratrum indigentiis et internae domus directioni adhibuit curam, sed magis illam etiam ad extera negotia variis in casibus in rebus politicis, in susceptione hospitum, in ratione agendi cum magistratibus mirum in modum spectandam adeo praebuit, ut nullus antecessorum ipsi par, ipse omnibus dignior videatur. Moraviae ordinum conciliis per octo annorum decursum assidens forti et invicto animo iura conservativae partis semper tuebatur, nullis illectis neque blanditiis neque pollicitationibus. In primis vero qua curator instituti surdo-mutorum (ab anno 1859—73) plus una vice in favorem huius instituti sermone praecellenti sensus mentesque procerum in conciliis pertractabat atque ita effecit, ut ad ampliandum instituti huius aedificium magna pecunia 10.000 fl. concederetur, fundationes fierent, salaria augerentur, institutio in arte gymnica ibidem introduceretur. Quibus rebus non solum omnimodam primus pro instituto hocce incitavit industriam, verum etiam in animis hominum ingenuorum aeque ac surdo-mutorum gratam sui memoriam reliquit. Ob praeclaram in domus nostrae moderamine manifestatam prudentiam ac dexteritatem supremum ordinis Teutonici magistrum archiducem Maximilianum virum optimae memoriae nec non eius successorem archiducem Guilelmum in reformando instituto sacerdotum ordinis praefati et in elaborandis statutis consilio adiuvit. Quaecumque gravioris momenti fuere pars sic dicta nationalis conservativa Moravica plus una vice eius subiecit iudicio neque unum exstitit institutum humanitatis in provincia nostra, quod materiali aeque ac spirituali iuvamine non sublevaverit. Hinc etiam principum aeque ac procerum iure promeruit honorem et amicitiam. Ceterum Guntherus abbas nobis perdilectus omnem quam potuit curam et sollertem industriam rei oeconomicae et necessitatibus monasterii impendit et larga benedictione coelesti accedente, aedificia varia partim aedificavit, partim ex integro restauravit, uti e. gr. domum nostram Brunensem, eccle-

sias Syrovicii, Ostrovačicii ac Domašovii. Quoad domum Dei, cuius decorem semper dilexit, non solum intus omnia ecclesiae monasterialis restaurata fuere, uti stalla, tabernaculum, sacrarium, verum etiam anno 1863 statua fundatoris mon. nostri ducis Břetislai e marmore affabre exsculpta et duae imagines s. Benedicti et s. Scholasticae, a peritis utriusque artis viris, Max Pragensi sculptore et Führich Viennensi pictore, magnis sumptibus acquisitae, depositorium paramentorum novum anno 1878 adaptatum, tria vexilla nova, pretiosa umbella pro festo Theophoriae, duo calices novi, candelabra quatuor deaurata, casulae variae, ornatus unus coloris violacei ac demum pretiosissimus ex „Goldbrocat“ nec non linteamina varii generis comparata fuere. Pari solertia bibliotheca nostra munificentissime aucta est, in qua inde ab anno 1864 summa voluminum non solum duplicata (sunt nunc 53.718 tomi) sed et novum locum adaptatum, libris hodierno more dispositis ac cancellaria instructa est, atque mille fere floreni quotannis operibus acquirendis impenduntur, exceptis bibliopegi rationibus. In quibus omnibus curis et negotiis pro ornanda coenobii nostri supellectili cura animarum, tum fratrum, tum populi nunquam fuit neglecta, in primis scholae, seminarium vitae puerorum omnis cura adhibita est, id quod non solum medias inter perturbationes civiles, retentio huius patronatus haud parum onerosi, verum etiam fere quotannis procuratio omnimodae supellectilis et adiumenta pauperibus in vestibus, calceamentis etc. exhibita testantur. Merito igitur Guntherus abbas ceu pater ab omnibus honoratur. Neminem enim miserum unquam dimisit, cuius indigentiis, quoad fieri poterat, non mederetur. Singularem eius in omnium animis reverentiam, tantis virtutibus promeritam, iteratae occasiones patefecere. Sic anno 1861 redux sanus ex balneis Graefenbergensibus, quibus desperata iam salute usus est, gratulatorio carmine salutatus fuit, eodem modo sollemniter honoratus est anno 1865, quo quinquagesimum aetatis suae annum attigerat, et profecto — sic stat sententia nostra — unanimis fratrum piorumque precibus a Deo impetratum est, ut ex letali morbo anno currente iterum convaluit, qui annus vigesimus quintus felicis regiminis Guntheri abbatis opitulante Dei gratia completur et manifestat quam dulce sit et incundum „habitare fratres sub tali patre in unum“.

Kaliwoda acta eruditorum variis accessionibus augebat et insuper duo sequentia conscripsit, quae in bibliotheca adservantur, opuscula:

I. Vorträge aus der Religionswissenschaft. (i. e. Praelectiones ex doctrina religionis.) Partes duae in 26 ternionibus. Ms. pap. in 4°. sine pag. comp. sub Bn. 576. Sign. F/K. II. α. 32—58.

II. Böhmische Litteraturgeschichte. (i. e. Historia litteraturae slavicae quam praelegit et conscripsit.) Fasc. in 8°. comp. sine pag. Msn. 692. Sign. F/K. I. d. 26.

Kaltenbrunner Alexander (Admontensis), natus 19. Nov. 1798, religiosa professione ordini adstrictus 8. Oct. 1820 et anno sequenti 7. Oct. primitiis sollemniter celebratis totam vitam sacerdotalem iuventuti erudiendae dedicavit in gymnasio Iudenburgensi et Graecensi, cui etiam director praeerat ab anno 1849 usque ad obitum, quum febris typhosa eum abriperet 2. Oct. 1854. Alexander inter doctores philosophiae, sodales soc. oeconomicae

et historicae Styriae et pro hortorum cultura Frauendorfii merito censetur.

Abhandlung über den Werth und die Würde der Menschenkunde. Geschrieben von Alexander Kaltenbrunner, prov. Director des k. k. akademischen Gymnasiums zu Graz. (i. e. De dignitate et excellentia cognitionis humanae tractatus.) Graz, 1850. C. Tanzer'sche Buchdruckerei. 8°.

Kaltenegger Leonides (Admontensis) ortu et professione. Natus 21. Iul. 1823, sacram regulam 11. Iul. 1850 sollemniter professus, die 6. Aug. 1850 Deo primam litavit hostiam, ex quo tempore diu in vinea Domini fideliter laboravit cooperator ad s. Laurent., Michaelis et in Kammern, qua vicarius in Weng ad annum 1876. Ab anno 1854—58 catechèta scholae Admontensis, 1862—65 praefectus et professor cantorum studiosorum domi, hodie Leonides granario et hortis praefectus est, apium cultura quam maxime occupatus et exinde nummo argenteo pro meritis in re rustica publice decoratus, plurium societatum sodalis activus.

I. Liederbuch für Volksschulen mit Text und Musik. (i. e. Canticorum liber pro scholis trivialibus.) Linz, 1860. 12°.

II. Lieder für Schule und Leben. (i. e. Cantilenae pro schola et vita.) Wien, 1860. 12°.

III. Mittheilungen des steiermärkischen Bienenzuchtvereines. (i. e. Societatis apum per Styriam relationes.) Graz, 1878. 8° min.

Kamiss Hugo Franciscus (de s. Monte Pannoniae), in Nagy-Tapolcsány com. Nitr. in Hungaria die 10. Oct. 1823 natus, s. habitu die 15. Sept. 1839 indutus, vota sollemnia die 25. Mai 1847 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis eodem anno die 20. Iul. sacerdotio initiatus est. 1847—48 orator a sacris in abbatia B. M. V. de Dömölk, 1848—49 prof. gymn. Strigonii, 1849—50 orator a sacris, 1850—51 professor historiae universalis et pragmaticae regni Hungariae, 1851—59 professor Comaromii, 1859—67 bibliothecarius in abbatia de Tihany, quo anno die 25. Apr. vita cessit. Scripsit:

Történeti jellemrajz Nagy Károly életéből. (i. e. Ex vita Caroli M.) In progr. gymn. Comaromiensis, 1854/5. 4°. p. 3—10.

Kaněra Cyrillus (Břevnovено-Braunensis), a Radechov sup. in Bohemia. Natus 6. Sept. 1840 habitum religiosum induit Břevnovii 1862, ibique die 30. Sept. 1866 votis emissis sollemnibus anno 1867 die 31. Iul. sacerdos ordinatus est. Missus in curam animarum Policii ad Metavam explet officia cooperatoris parochi. Scripsit in idiomate bohemico:

I. Brevem historiam parochiae Policensis sub titulo: „Pamětnosti farní osady Polické nad Metují.“ Braunae prelo subm. per M. Mayrhoffer, 1872. 86 p. 12°.

II. Stručný běh dějin Starého Zákona a církve Kristovy. (i. e. Brevis conspectus historiae sacrae V. T. et ecclesiae christianae.) Braunae, M. Mayrhoffer. 1872. 63 p. 12°.

III. Libellum anno 1878 quinto iam prelo subiectum usibus fidelium ad ecclesiam B. V. M. Philipsdorfium corpore vel suspiriis tantum peregrinantium, cui titulus: „Rukověť devítidenní pobožnosti k Panně Marii Filipsdorfské.“ Brunae per W. Burkart. 109 p. 12°.

IV. Písně duchovní k službám Božím, a nejhlavnější modlitby pro mládež křesťansko-katolickou. (i. e. Hymni s. ad s. Missae sacrificium, et preces accommodatae fidelibus aetatis iuvenilis.) Pragae, Styblo. 1875. 12°. 123 p.

Kapossy Lucianus Ignatius (de s. Monte Pannoniae), doctor aa. ll. et philosophiae, in Lovasberény com. Albaregal. in Hungaria die 19. Oct. 1849 natus, die 8. Sept. 1867 s. habitu indutus, die 10. Aug. 1873 vota sollemnia emisit. Absolu-

tis in s. monte s. theologiae studiis die 30. Iul. 1874 presbyter ordinatus est; ex quo tempore ad annum 1876 Sopronii, 1876—1879 Strigonii professor gymn., ex eo Iaurini eodem munere fungitur.

Scripsit praeter alia minora:

I. A természeti és erkölcsi törvények között létező viszony. (i. e. De ea, quae inter leges naturales et morales intercedit, ratione.) Dissertatio philosophica. In prog. gymn. Soproniensis 1874/5. 8°. p. 1—13.

II. Oktober 5. 1875. (Quo sollemnitate gymn. Soproniense restauratum die 5. Oct. 1875 dedicatum sit.) In progr. Sopr. 1875/6. 8°. 3—8. l.

III. Hartmann Pessimismusa. (i. e. De pessimismo Hartmanni.) Dissertatio pro obtinendis gradibus philos. 1878. Esztergom. 8°. 54 p.

Karlin Guilielmus (Gottvicensis) in Klagenfurt Carinthiae die 27. Ian. 1821 natus, studiis Viennae absolutis die 29. Sept. 1839 s. habitu indutus vota sollemnia die 17. Mart. 1844 emisit et die 4. Aug. eiusdem anni neomysta ad aram Domini stetit. Ad curam animarum destinatus, eam primum in parochia claustrali et ab a. 1847 in Mautern ad Danubium exercuit. Aortae dilatatione laborans 1851 in monasterium rediit, ubi omne tempus, omnes vires studiis historicis impendit, idque felicissimo cum successu, ita ut, etsi diebus festivis laudatas conciones ad populum in ecclesia claustrali habuerit, licet post tempus etiam bibliothecam sollicite curaverit, licet morbi sui angore multis diebus impeditus fuerit, post triennium codicem traditionum monasterii sui cum diplomatario et adnotationibus plurimis, opus laudatissimum, non tantum ad editionem paratum habuerit, sed et manu propria primum exemplar impressum ipse correxerit. Die 31. Mart. 1857 animam Deo reddidit.

Das Saalbuch des Benedictiner-Stiftes Göttweig. Mit Erläuterungen und einem diplomatischen Anhang. Fontes rerum Austriacarum. 8. B. Wien, 1855.

Karner Lambertus (Gottvicensis), Kirchbergii ad Pielacum die 19. Apr. 1841 natus, absolutis Melicii studiis gymnasialibus die 7. Oct. 1860 s. habitu indutus, vota sollemnia die 24. Iun. 1865 emisit et primum missae sacrificium Deo eodem anno die 23. Iul. obtulit. Primum curam animarum in parochia claustrali et ab anno 1866 in Mautern exercuit usque 1874, quo anno parochus in Roggendorf est translatus. Scripsit:

Die Agapitus-Kapelle in Mautern. (i. e. De sacello s. Agapiti in Mautern.) Blätter für Landeskunde, 1870. p. 184.

Kaser Gregorius (a s. Petro Salisburgi), Salisburgensis ex Hollersbach, natus 30. Aug. 1781, novitius 10. Nov. 1800, monachus professus 30. Aug. 1802, neomysta 14. Oct. 1804, ab anno 1806—18 omnes humaniores disciplinas in gymnasio Salisburgensi docuit, adiuncto per 6 annos concionatoris in ecclesia lyceali officio. Obiit 15. Mart. 1818.

Eius manu exarata prodierunt:

I. Anleitung zur guten Schreibart in Briefen. (i. e. De epistolographia tractatus.) Mit einem Anhang von Musterbriefen. Salzburg, Duyle. 1811. 8°. 141 p.

II. Trauerrede auf Maria Theresia von Eyselsberg, Abtissin am Nonnberg. (Oratio funebris.) Salzburg, Zaunrith. 1813. 8°. 44 p.

III. Oratio in confirmatione Iosephi, electi abbatis ad s. Petrum. Ibid. 1816. Fol.

Kaserer Anselmus (Cremifanensis), Salisburgi die 10. Nov. 1721 natus, in urbe patria humanitatis et philosophiae curriculum emensus, in lyceo Cremifanensi

exacto novitiatu philosophiae repetitor 1740; sollemniter professus die 15. Apr. 1742, et confecto quadriennio theologico sacerdos die 7. Aug. 1746. 1746—49 grammaticae, 1749—53 philosophiae, 1753—56 theologiae dogmatico-speculativae Cremifani professor; die 1. Nov. artium liberalium et philosophiae doctor creatus; deinde ethices et historiarum in univ. Benedictinorum Salisburgensi professor simulque s. virginibus s. Clarae a confessionibus; 1759 hospitum in monasterio exceptor; 1760—62 parochus in Eberstallzell; 1762—1770 culinae praefectus; ab anno 1770 parochus in Pettenbach; viribus deficiens et elinguis factus in monasterium redux obiit die 25. Maii 1787.

Typis vulgata est:

Exercitatio ex physica et philosophia practica generali etc. praeside P. Anselmo Kaserer. Styrae, Menhardt. 1753. 4°. 12 p.

Kammerer Sebastianus (Scotensis), Lintiae in Austria superiore in lucem editus die 2. Maii 1755, cum monasterium ad Scotos ingressus anno 1777 s. habitu esset indutus votaque sollemnia die 10. Aug. 1779 emisisset, emenso s. theologiae in univ. Vindob. cursu primam Deo optimo obtulit hostiam incruentam die 5. Oct. 1780. Cooperatorem cum deinde variis in locis ac postremo inde ab anno 1787—98 in suburbio Gumpendorf egisset, parochus designatus est Watzeldorf. 1799—1807, deinde ad s. Udalricum in hodierna regione urbis Vindob. VII. 1807—9, postremo in Enzersfeld, ubi morte occubuit die 1. Apr. 1810, annos natus 55.

Typis edidit:

I. Plantarum indigenarum et exoticarum icones ad vivum coloratae, oder: Sammlung nach der Natur gemalter Abbildungen in- und ausländischer Pflanzen, für Liebhaber und Beflissene der Botanik. 6 vol. 8°. Viennae et Lipsiae 1788—1799 apud Lucam Hochenleither et Compag.

Propria manu exaratas diligentissime depictas reliquit:

II. 1100 Icones plantarum, quas sibi in adiumentum memoriae delineavit Sebastianus Kammerer. 22 vol. 8°. cum 1100 pulcherrime depictis plantarum iconibus, adserv. in bibliotheca Scotensi s. 7, h, 2—4 et 7, h, 10—28.

Kauperz Raimundus (Admontensis), Graecii in Styria natus 31. Aug. 1771, vota emisit sollemnia 25. Sept. 1796, et primam Deo obtulit hostiam 16. Sept. 1796. Totam fere vitam sacerdotalem in cura animarum transegit in Gams, Weng, Ionsbach, Admont et Traboch ubi phthisi correptus 17. Sept. 1822 placide in Domino obdormivit. Per breve tantum temporis spatium Raimundus in gymnasio Leobiensi professor constitutus erat.

Der graue Bruder nach Veit Weber in Meister Frauenlobs Tone. (i. e. De fratre cineraceo magistri „Frauenlob“ ad exemplar.) 1815. Mscr. Admonter Archiv.

Keiblinger Ignatius Franciscus (Mellicensis), Viennae in Austria die 20. Sept. 1797 natus, scientias mansuetiores Mellicii eo successu hausit, ut in ludo litterario semper primus esset. Philosophiae studiis Viennae absolutis die 16. Oct. 1814 monasticum habitum induit, transactoque religioso tirocinio anno 1818 die 26. Dec. indissolubili votorum vinculo sese allegavit. Die 24. Sept. ad sacerdotium promotus otio perpetuum bellum indixit, et ad eas scientias, quae sacerdotem exornent atque deceant, colligendas totus incubuit. In curam animarum missus, cooperatoris in Ravelsbach et Gainfahrn munere tanto

successu functus est, ut ad docendam grammaticam, religionemque domum revocaretur, simulque in convictu Mellicensi vicedirectoris munus obire iuberetur. Anno 1836 in Zwerndorf, 1837 in Grossmeiseldorf, 1843 in Matzleinsdorf prope Mellicium parochias regendas suscepit. Gymnasio Mellicensi ex augustissimo praescripto in octo classes ampliato in eodem historiam universalem docuit, atque archivi monastici praefecturam, hospitumque exceptoris munus adgressus est. Anno 1851 Pestinum vocatus, in universitate ibidem historiam universalem et Austriacam traditurus, morbo impediebatur, quominus honorificae invitationi morem gereret. Sanitati quodammodo restitutus, Mellicii iterum historiam docuit, et 1. Oct. Viennam ad fontes historiae Austriacae hauriendos se contulit, ibique tres fere annos commoratus Mellicium reversus est, ubi mox lecto affixus omnes corporis dolores magno fortique animo passus est, donec die 3. Iul. 1869 ex atrophia hepatis et marasmo mortem occumberet. Ceterum erat affabilis in sermone, perblandus, lepidus, eaque morum facilitate, ut retinere animas, sibique conciliare posset omnes. Insignibus viri meritis honor publicus non defuit; nam caesarea scientiarum academia Viennensis, pluresque societates ad litteras pertinentes, nimirum historica Styriae et Carinthiae, antiquaria, et ad Austriae inferioris cognitionem promovendam, eruditorum musei Germanici Norimbergae, sodalem eum receperunt, sicut et monumentorum architecturae antiquae cis silvam Viennensem conservator, et caesarei Austriaci ordinis Francisci Iosephi I. eques nominari dignatus est. Scripsit:

I. Geschichte des Benedictiner-Stiftes Melk in Oesterreich, seiner Besitzungen und Umgebungen. (i. e. Historia monasterii Mellicensis.) Wien, 1851. Friedrich Becks Universitätsbuchhandlung. 8°. XII et 1166 p., mit 8 Tafeln Abbildungen. II. Bd. I. Abth.: Besitzungen in den Vierteln ob und unter dem Wienerwalde. Mit Abbildungen von Bauwerken. Mit Unterstützung der kaiserl. Academie der Wissenschaften in Wien. Wien, Friedrich Becks Verlagsbuchhandlung. 1869. 8°. 819 p. II. Abth.: Besitzungen in den Vierteln ob und unter dem Manhartsberge. Mit Abbildungen von Bauwerken und Siegeln. Mit Unterstützung der kaiserl. Academie der Wissenschaften in Wien. Wien, 1869. Friedrich Becks Verlagsbuchhandlung. 8°. 991 p. Am Ende: Nachträge von Zusätzen und Berichtigungen zur zweiten Ausgabe des I. Bandes. 26 p. Materia tomi tertii conficiendi in archivo monasterii Mellicensis mscr. adservatur.

II. Beitrag zum Diplomatarium Austriacum. (i. e. Accessio ad Diplomatarium Austriacum.) Wien, 1851. 8°. Bei Carl Ueberreuter. Continet anecdota archivi Mellicensis. Eine Sylvesterspende, 2 Blätter. Nur 50 Exemplare gedruckt.

III. Melk, von Leopold dem Erlauchten erobert, die älteste Burg der Babenberger in Oesterreich. (i. e. Mellicium a Leopoldo Illustri expugnata, antiquissima stirpis Babenbergicae in Austria arx.) In Hormayrs Archiv für Geographie, Historie etc. Jahrg. 1827. p. 2—7, 25—28, 49—52, 84—85.

IV. Die Ruinen von Aggstein in Niederösterreich. (i. e. Ruinae arcis Aggstein in Austria inferiori.) Loc. cit. Jahrg. 1827. p. 17—23.

V. Loosdorf in Oesterreich unter der Enns, und das einst bestandene protestantische Gymnasium daselbst. (i. e. Loostorf in Austria infra Anasum, et gymnasium protestantium, quod olim ibi exstitit.) Loc. cit. Jahrg. 1827. p. 530—533, 537—541.

VI. Chronik von Melk. (i. e. Chronicon Mellicense.) Loc. cit. Jahrg. 1828. p. 481—483, 493—495, 509—511, 513—519.

VII. Diplomatische Beiträge zur Geschichte der Babenberger. (i. e. Accessiones diplomaticae

ad historiam gentis Babenbergicae.) In Hormayrs und Mednyanskis Taschenbuch für vaterländische Geschichte. Jahrg. 1828. p. 194—209.

VIII. Das Schloss Albrechtsberg an der Bielach. (i. e. Arx Albrechtsberg ad Bielacham.) Loc. cit. Jahrg. 1828. p. 238—270.

IX. Schallaburg in Niederösterreich. (i. e. Schallaburg in Austria inferiori.) Loc. cit. Jahrg. 1829. p. 180—241.

X. Aus dem Stammbuche des Hanns Schrenckher von Etzenberg. (i. e. E libro memoriae amicorum sacrato Ioannis Schrenckher de Etzenberg.) Ein Beitrag zur Geschichte des österreichischen protestantischen Adels (1617—24). Loc. cit. Neue Folge 15. Berlin, 1844. VIII. No. 3.

XI. Notizen über Melk, Kunst und Alterthum betreffend. (i. e. Notitiae artem et res antiquarias Mellicii concernentes.) Wien, 1856. 8°. 11 pag.

XII. Anzeige des Werkes von Malachias Knoll: Das Stift Heiligenkreuz in Oesterreich V. U. W. W. mit den dazu gehörigen Pfarren und Besitzungen, sammt dem vereinigten Stifte St. Gotthardt in Ungarn. (i. e. Recensio operis Malachiae Knoll: Monasterium s. crucis in Austria et s. Gotthardi in Hungaria eidem incorporati.) In der Oesterreichischen Zeitschrift für Geschichte und Staatskunde. Jahrg. 1835. p. 51—52, 55—56, 58—60, 63—64, 67—68, 70—72.

XIII. Das Fest in Melk am 6. October 1835. (i. e. Festivitas Mellicii die 6. Oct. 1835.) Loc. cit. p. 341—343.

XIV. Beiträge zur Geschichte des Nonnenklosters zu Tiernstein an der Donau. (i. e. Accessiones ad historiam monasterii monialium in Tiernstein ad Danubium.) In Chmels „Oesterreichischer Geschichtsforscher", II. Bd. 1841. p. 1—16.

XV. Zur Chronik und Topographie von Tuln. (i. e. Ad chronicon et topographiam Tulnae.) Loc. cit. p. 16—21.

XVI. Beiträge zur Topographie von Medling. (i. e. Accessiones ad topographiam Medelicensem.) Loc. cit. p. 21—29.

XVII. Urbar des ehemaligen Klosters St. Klaren-Ordens zu Tiernstein. (i. e. Urbarium sublati monasterii ordinis s. Clarae in Tiernstein.) Loc. cit. p. 274—300.

XVIII. König Richards von England Gefängniss zu Tiernstein, und die Ritter von Tiernstein. (i. e. Custodia Richardi, regis Angliae, in Tiernstein et equites ibidem.) Loc. cit. p. 301—303.

XIX. Ueber ein angeblich das Stift Melk betreffendes und im Melker Archive befindlich sein sollendes, aber der Burgkapelle zu Wien angehöriges und im Archive derselben verwahrtes Diplom vom Kaiser Albrecht I. vom Jahre 1298. (i. e. De diplomate Alberti I. quod Mellicium concernere ibique in archivo adservatum esse aiebant, reapse vero ad capellam aulae Viennensis pertinet, et in archivo eiusdem custoditur.) Loc. cit. p. 303—311.

XX. Bemerkungen, veranlasst durch eine im Jahre 1841 erschienene Schrift und einen früheren Aufsatz des kön. bayrischen Legationsrathes Ritters von Koch-Sternfeld. (i. e. Adnotationes, quibus occasionem dedit scriptum, quod anno 1841 lucem adspexit, et aliud antecedens erutum a bavarico legationis consiliario equite de Koch-Sternfeld.) Loc. cit. p. 536—548.

XXI. Schloss Kreuzenstein. Berichtigung. (i. e. Arx Kreuzenstein. Emendatio.) Loc. cit. p. 548.

XXII. Bemerkungen zu des Herrn Pr. Filz Geschichte des salzburgischen Benedictiner-Stiftes Michelbeurn (Salzburg 1833) einige Ortschaften in Oesterreich unter der Enns betreffend. (i. e. Animadversiones in domini Pr. Filz historiam monasterii Michaelis Burae, quosdam vicos Austriae inferioris concernentes.) Loc. cit. p. 549—554.

XXIII. Zur Geschichte der Tempelherren in Oesterreich. (i. e. Ad historiam templariorum.) Loc. cit. p. 554—556.

XXIV. Berichtigungen und Zusätze zum österreichischen Geschichtsforscher. (i. e. Emendationes et additiones ad Chmelii opus: „Oesterreichischer Geschichtsforscher".) Loc. cit. p. 556—559.

XXV. Ioannis Schlitpacher de Weilheim, breve carmen hexametro versu in laudem professorum quorundam universitatis Viennensis. In Chmels Notizenblatte für österreichische Geschichte und Litteratur. November 1843. p. 87.

XXVI. Pfarre Gainfahrn. Filiale Vöslau, Grossau, Merkenstein. In der kirchlichen Topographie von Oesterreich, IV. Bd. p. 284—302.

XXVII. Pfarre Traiskirchen, Filiale Möllersdorf, Wienersdorf. Loc. cit. p. 284—302.

XXVIII. Historische und topographische Darstellung des Stiftes Klein-Mariazell in Oesterreich und dessen Umgebungen. (i. e. Descriptio historica et topographica monasterii Cellae Mariae in Austria.) Loc. cit. V. Bd. p. 1—68. Localie Altenmarkt, p. 69—73. Filiale Dornau, loc. cit. p. 73—79. Hafnerberg, p. 79—85. Nestach, p. 85—93. Pfarre St. Corona, p. 93—98. Localie Matzendorf, loc. cit. p. 98—103. Pfarre Grillenberg, loc. cit. p. 103—116. Pfarre Leobersdorf, loc. cit. p. 116—129.

Keller Bonifacius (Raigradiensis), Moravus Stanicensis (Steinitz) anno 1736 5. Mart. natus, studia humaniora Brunae absolvit, religioso habitu ordinis nostri indutus est 1756 19. Dec. per praepositum Bonaventuram ac in eiusdem manus post peractum novitiatus annum calendis Ianuarii 1758 vota sollemnia nuncupavit. Studiis theologicis more tunc solito domi PP. Müller Ferdinando et Conrad Othmaro ductoribus laudabili cum profectu peractis anno 1763 ad sacerdotii dignitatem pervenit et in festo s. nominis Iesu huius neomysta ad aram stetit. Statim post fit culinae praefectus et concionator in festis nec non s. theologiae professor actualis clericorum Raigradii studentium Haberhauer Mauri, Zwolský Nepomuceni et Buzelin Gabrielis, qui praenominati, Bonifacio praeside, annis 1767 et 1768 positiones theologicas scholastico-dogmaticas publice propugnandas susceperunt. P. Bonifacium Keller nostrum cum studiis sacris inde ab initio vitae suae religiosae etiam vitam asceticam intimo foedere coniunxisse, testantur inter alia tum scripta ab eo relicta, tum litterae datae in monasterio fontis B. Mariae ad Zaram, quibus in „numerum 500. confoederatorum sub titulo poenitentium et ferventium cultorum s. Ioannis Nepomuceni“ assumitur. Initio 1769 stabuli praefectus constituitur et postquam infirmam suam valetudinem per aliquot hebdomades Feldspergae exoptato cum successu curavit, Othmarus praepositus eundem, cuius studium et amorem rei oeconomicae optime perspectum habuit, granarium denominavit 1772, ac tribus post provisorem. P. Schmid Friederico parocho Ostrovačicensi iam grandaevo et ad curam animarum proinde minus habili Bonifacius eodem anno cooperator adiungitur, quam provinciam iam triennio ante per aliquot menses in adiutorium parochi t. t. Ottmanský laudabiliter administraverat. Quum parochi Ostrovačicensis labefacta valetudo iterum consolidata fuisset, Domašovium missus P. Bonifacius inspectoris oeconomiae nec non administratoris parochiae munus ibidem per quadriennium sedulo amore obivit, usque dum morbo gutturis in dies ingravescente et voce penitus amissa ad valetudinem in monasterio curandam compelleretur, quapropter, obtenta interim iurisdictione cooperatoria pro Raigrad, malo in melius verso, postea longius iterato in balneis Feldspergae commoratus, in coenobio nostro in quantum possibile ad tempus curae animarum incumbebat. Ast iam ad finem anni 1786 iterum occurit nobis Bonifacius in munere, quo maxime delectabatur, Do-

mašovii constitutus, ubi calamitatibus variis, imo penuria quandoquidem multo exagitatus, forti manu iura coenobii contra ausus temerarios officialium aeque ac subditorum tuebatur, quibus demum cedere ratus anno 1788 domum remeavit, et postquam hic et in circuitu varia officia, in quibus inde ab anno 1791 per quinquennium Urspicii parochi absentis, 1796 magistri novitiorum nostrorum, et anno 1802 a 4. Iul. ad finem Decembris usque Zbraslaviae administratoris commemoranda veniunt, iussu et mandato superioris obierat, initio 1803 prior domus constituitur. Oblatam vero sibi administraturam parochiae Raigradiensis humillime iterato deprecabatur, „quia aetas et vires ad subeundum rite hoc munus non sunt (ut scribit) amplius proportionatae", signanter „quod pedes ab omni humore custodire cogebatur et quia maxilla infausto casu fracta multum loquentem impediebat". Aetatis suae anno 71 placide in Domino obiit 4. Iun. in vigilia patroni sui anno 1806 in scirrhomate hepatis, et in absentia praepositi a parocho Mödloviensi Hilario Drey ad s. crucem Raigradii sepelitur.

Keller Bonifacius sequentia reliquit opera manuscripta:

I. Libelli duo instructionis ad neo-conversum. Cod. pap. tom. unicus in 4°. sine pag. sub Msn. 48. IV. Sign. B/K. II. ב. 10 bibliothecae, conscr. anno 1757.

II. Notae ex s. scriptura seu brevis expositio cuiuslibet capitis suo ordine iuxta alphabetum in ordinem redigenda in auxilium faciendarum concionum. Descriptum sine anno, appositus fasc. cum chronogrammis ex scriptura sacra pro diversis annis compositus. Cod. pap. in 4°. in diversis plagulis sine pag. Msn. 449. Sign. F/K. II. a. 13 biblioth.

III. Tractatus de Deo uno et trino. Cod. pap. terniones 17 in 4°. sine pag. Msn. 516. I. Sign. F/K. II. b. 15 bibl.

IV. Conciones Germanicae in dominicis et festis habitae et scriptae a P. B. K. annis 1791—1796 Urspicii. Cod. pap. in uno fasc. in 4°. No. 15. Msn. 553. Sign. F/K. II. β. 21.

Keller Constantinus (Admontensis). Natale solum fuit Constantino Graecium ab 18. Apr. 1778. Primitiis 4. Nov. 1801 sollemniter celebratis anno sequenti 19. Apr. inter Benedictinos votorum emissione est receptus. Neosacerdoti curatia Hallensis regenda tradebatur unacum munere catechetae et directoris scholae normalis Admontensis. Temporis decursu ad parochiam Mautern et demum Groebming est missus, quo in loco per 40 annos pastorem egit animarum indefessum addita etiam per aliquot tempus administratione decanatus Haus. Obiit senex valdo honorandus, senior capituli, prof. et sacerdos iubilaeus, rever. princ. episc. Seccov. consiliarius et aurea meritorum cruce cum corona decoratus 4. Sept. 1864 marasmo senili consumptus. Constantinus rem pomologicam et rusticam optime coluit et tractavit, qua de re plurium societatum ad id constitutarum tum honorarius quum activus salutabatur sodalis.

Katechetik und Pädagogik zum Gebrauche der Vorlesungen. (i. e. Catecheticae et paedagogiae instructio.) Graz, 1812. 8°.

Keller Ioseph (Murensis), natus Zurzachii in Argovia Helvetiae die 9. Ian. 1784, vota vovit die 31. Mart. 1807 et ordinem sacerdotalem nactus est die 8. Oct. 1809. Docuit rhetoricam, philosophiam et theologiam. Parochiam Lunkhofen administravit 1824—25, dein factus est parochus in Wohlen, ubi mortuus est die 21. Apr. 1854.

Suis talentis in monasterio se distinxit, a parochianis vero ut optimus pater spiritualis aestimatus est. Edidit:

I. Bischöflicher Katechismus für die Kinder der ersten Klasse. (i. e. Catechismus episcopalis pro parvulis primae classis.) Typis Murens. 12°. 24 p.

II. Varia poemata Latina et Germanica ab ipso composita conservantur in bibl. Muro-Gries. Cod. 2. 114.

Keller Victor (San-Blasianus), natus est in Eneatingen in magno ducatu Badensi die 14. Maii 1760; s. habitu indutus in divo Blasio; sollemniter professus die 16. Maii 1781; sacerdos ordinatus die 3. Sept. 1785. Philosophiae et theologiae studiis in univ. Vindob. et divo Blasio absolutis, s. habitu s. Benedicti indutus, adhuc novitius docebat iuniores confratres philosophiam, ab anno 1785 sacerdos historiam ecclesiasticam et ius canonicum. Ad litteras omni studio incubuit, totam lustrans bibliothecam; in „Germania sacra“ exaranda princeps abbas Martinus Gerbert voluit, ut episcopatum Verdensem, Eistadianum et Augustanum scribendum susciperet. At coenobii s. Blasii suppressio impedimento erat, quominus labor coeptus perficeretur. Cum post obitum princ. abbatis Mauritii die 2. Maii 1802 Bertholdus Rottler abbas eligeretur, non pauci confratres P. Victorem suffragiis suis abbatem creare voluerunt. Tum parochus in Gurtweil, dein in Schluchsee laetus ac contentus muneri suo vixit; quapropter in parochiam Wislikon in Helvetia directus aegre abiit. S. Blasii dissolutione iam imminente, parochus in Araugiam vocatus die 14. Febr. 1806; quae vocatio eius vitam, cogitandi et agendi rationem valde immutabat et determinabat. Libere sentiens multis placuit, mox sodalis commissionis bibliothecae, et supremi senatus scholarum pagi Aargaviensis electus, potentium virorum Henrici Zschokke, philosophi Traxler, Sauerländer, Herzog, Feer, Fetzer amicitiam iniit, quorum consuetudine pedetentim in liberum et rationalisticum sensum declinavit. Anno 1812 ordinariatus Constantiensis eum designavit episcopalem commissarium, isque sequenti anno factus est praeses collegii pro examine sacerdotum pagi Aargaviensis. Araugiae (Aarau) adornavit opusculum: „Ideale für alle Stände“, et plurimas scripsit commentationes, seu potius considerationes pro illo notissimo opere, quod ab anno 1809 sub titulo: „Stunden der Andacht“ multis editionibus typis impressum est, ita ut opus hoc potissimum ex concionibus sacris Victoris Keller ortum et compositum fuerit. Verum multis sibi ingratis offensus, parochiam in Zurzach appetebat, ubi simul decanus capituli canonicorum s. Verenae electus est. Cum autem sequenti anno Helvetia e dioecesi Constantiensi excisa esset, Helvetia discessurus permutatione parochiam Grafenhusanam Badensem obtinuit et die 26. Nov. 1816 adiit. Sed Grafenhusanis displicuit eius novandi studium, propterea iterum migrans consedit parochus in Pfaffenweiler, maxime ob caeli temperiem et viciniam Friburgi cum bibliotheca. Etiam huic parochiae praeerat bonus pastor, muneris sui partes 7 annos laete et alacriter implens, frequens visitatus a Friburgensibus, in primis studiosis theologiae, hic etiam scripsit „Catholicon“, quo multa incommoda et malam suspicionem in se concitavit. Demum annis, et laboribus confectus obiit die 7. Dec. 1827.

Victor Keller erat excellentis ingenii, scientiis mire exculti; animo erat benevolus, ingenuus, simplex et apertus; in conversatione hilaris et facete dictis abundans; erat fidelis amicus, hospitalis, largus in pauperes; quare vere dolendum, quod optimus vir tum vigenti saeculo, tum consortio amicorum Helvetorum inductus ad rationalismum theologicum deviaverit.

Sequuntur eius scripta, quae typis impressa sunt:

I. Ideale für alle Stände, oder Sittenlehre in Bildern. (i. e. Paradigmata moralia.) 1., 2., 3. durchaus verbesserte Auflage. Aarau, 1831. Im Verlage bei H. R. Sauerländer. 461 p. 8°.

II. Catholicon. Für Alle unter jeder Form das Eine. 1. Aufl. Aarau, 1824, bei H. R. Sauerländer. 3. Aufl. Aarau, 1832, bei H. R. Sauerländer. 409 p. 8°.

III. Stunden der Andacht. (i. e. Horae aedificationis religiosae.) Plurimae commentationes huius libri religiosi ex calamo Victoris Keller profluxerunt. Aarau, 1809—16. Bei H. R. Sauerländer.

IV. Schutzschrift für den Bisthumsverweser von Wessenberg. (i. e. Defensio administratoris ep. de Wessenberg.)

V. Nachlass. Eine Art von philosophisch-theologisch-politischem Real-Lexicon, unvollendet. Herausgegeben vom Cooperator J. Barbisch. (i. e. Opus posthumum.) Freiburg, 1830. 2 Bde. 8°.

VI. Blätter der Erbauung und des Nachdenkens. (i. e. Folia aedificationi et considerationi dedicata.) Freiburg im Breisgau. Gedruckt und im Verlag bei Friedrich Wagner, 1832. 4 Bde. 1. Bd. 320 p.; 2. Bd. 317 p.; 3. Bd. 323 p.; 4. Bd. 319 p. — Zweiter Titel. Fortsetzung der Stunden der Andacht zur Beförderung wahren Christenthums und häuslicher Gottesverehrung. (i. e. Continuationes ad „horas aedificationis“.) Aus dem Nachlasse Victor Kellers, des Verfassers des Catholicons, der Ideale für alle Stände etc.

Keppler Coelestinus (Admontensis). Natione Suevus e Munderkingen 8. Sept. 1784 oriundus, primo in coenobio Wiblingensi dein Tinecii in Galizia professus, temporum bellique iniuria propulsus Admontes venit et in capella aulae Graecensis votum emisit stabilitatis 8. Dec. 1817, cum iam 27. Nov. 1807 neomysta stetisset ad aram. Tradendis sacris disciplinis cum in Admontensi instituto theologico tum in c. r. lyceo Graecensi operam navans ad universitatem Viennensem est vocatus professor publicus, sed oculorum luce orbatus temporis decursu cathedra se abdicavit et pro meritis suis numismate aureo magno est condecoratus. Obiit vir senex, prof. et sacerdos iubilaeus Viennae 11. Mart. 1858.

Scripta eius variis in ephemeridibus theologicis inveniuntur:

Neue theologische Zeitschrift von Pletz und Frints. (Ueber die Einigung der christkatholischen Kirche mit der Kirche zu Rom. — Einiges über die zwei ersten Hauptstücke des Apostel Matthäus. — Wie offenbart die Kirche ihren Glauben? — Geschichtlich-dogmatische Abhandlung über den Glauben der Kirche an die göttliche Dreieinigkeit. — Zergliederung des tridentinischen Decretes von der Rechtfertigungslehre.)

Kern Adolphus Georgius (Scotensis), Viennae in Austria die 10. Apr. 1829 natus, cum bonis in litteris in gymnasio ad Scotos eruditus esset, cursumque philosophiae in univ. Vindob. consummasset, monasterium B. M. V. ad Scotos ingressus est die 24. Sept. 1849, ubi votis sollemnibus die 29. Sept. 1852 emissis absolutisque in univ. Vindob. s. theologiae studiis, sacerdotio inauguratus die 5. Aug. Deo primam obtulit hostiam die 7. Aug.

1855. Statim deinde curae animarum admotus, cum Ienoe in Hungaria cooperatorem egisset per 8 annos, 1861 eiusdem partes gessit ad s. Udalricum Viennae, 1869 in monasterium redux, curati et catechetae munus suscepit, quod iniuncto 1871 sacristiae directoris officio hucusque diligenter gerit. Complures praeterea societates, uti societas a Iosepho Arimathaea, Katholische Ressource, Künstlerhaus, Donauverein eum sodalem sibi addidere.

Typis edidit:

I. Maria, die Mutter der Unschuld. Gebetbuch für die christkatholische Jugend. (Liber precum.) 1 vol. Pestini, 1857.

II. Das Himmelsbrot oder Beicht- und Communion-Andacht für Katholiken. (i. e. Preces ardentes pro s. confessione et communione.) 1 vol. 1. edit. Pestini, 1857, typis Ioann. Herz. 2. edit. Viennae, 1866, typis congreg. Mechith.

III. Descriptionem peregrinationis anno 1858 voti pii solvendi causa in terram sacram susceptae typis edidit sub titulo: Reise in das heilige Land. 1 vol. 8°. Pestini, 1861, typis Gustavi Emich, dedic. rvdss. abb. ad Scotos Sigismundo.

IV. Predigt (concio) am Palmsonntage, den 20. März 1864 bei Gelegenheit der Aufstellung des neuen Altarbildes (den Kreuztod Jesu Christi darstellend) in der Pfarrkirche zu St. Ulrich gehalten. Viennae, 1864, typis congr. Mechith.

V. Das Rosenwunder. Fromme Legende aus dem Leben der heiligen Elisabeth. (i. e. Miraculosa illa Elisabethae panum in rosas commutatio.) 1 vol. 8°. Viennae, 1865, typis congr. Mechith.

VI. Bethlehem! Die Weihnachtsfreude frommer Seelen. (i. e. Libellus ad excitandam devotionem pro tempore nativitatis Christi.) 1. vol. 8°. Viennae, 1865, typis et sumpt. congr. Mech.

VII. Ephemeridi Viennensi dicto „Wiener Abendpost“ inseruit: Die Certosa bei Florenz. (i. e. Descriptio Certosae monasterii Carthusianorum prope Florentiam.) Die 9. et 10. Aug. anno 1878, n. 182 et 183. — Monte Casino. (i. e. Descriptio monasterii in monte Casino.) Die 10., 11. et 12. Mart. 1879, n. 57, 58, 59. — Censura operum a Dr. Hermanno Zschokke typis editorum, „Reiseerinnerungen aus Südfrankreich“ et „Reiseerinnerungen aus Spanien“ die 19. Iun. 1879, n. 139.

VIII. Libellis dictis „Alte und neue Welt“ in Einsiedeln typis edendum tradidit manuscriptum: Leben und Träumen in Pisa. (i. e. Quae Pisae in urbe expertus, quaeque mihi somniatus sim.)

IX. Libellis porro theologicis, qui Pestini typis edebantur, complures locos homileticos 1853—61 et aliis commentariis diurnis carmina lyrica inseruit.

Kerschbaum Maximilianus (Cremifanensis), antea Thomas, in pago Gerotten Austriae inferioris die 3. Oct. 1805 natus absolutis in scholis Cremifanensibus tam humanitatis quam philosophiae studiis s. habitum sumsit et curriculum theologicum Lincii emensus die 24. Sept. 1833 regularem vitam professus et die 15. Iul. 1835 sacerdotali dignitate ornatus est. 1834—39 in Kirchham, 1839—47 in Vorchdorf cooperator, ab anno 1847 rationum praefectus et director chori musici, 1865—69 simul subprior, ab anno 1869 simul prior; anno 1869 c. r. aurea cum corona cruce pro suis in rem musicam meritis decoratus et eodem anno ab episcopo Linciensi consiliarius declaratus, obiit 5. Dec. 1874.

Excudi fecit hoc opus:

Missa de requiem (in D-moll) composita piis manibus fundatorum monasterii Cremifanensis dedicata. Timpani, Clarini, Corni, 3 Tromboni, Oboi, Clarinetti, Fagotti, Violini, Viola, Cello, Basso, Organo. Leipzig, Breitkopf und Härtl. 1874. 100 exemplaria. Partitura continet 135 paginas.

Praeterea exstant manuscripta opuscula:

I. Missa sollemnis (in B), 4 Singstimmen, 2 Violinen, Viola, Cello, Violon, Oboen, Flöten, Fagotte, Hörner, Trompeten, Pauken und Orgel.

II. Missa brevis, Vesperae, Miserere, Offertorium, Tantum ergo.

Kerschbaumer Florianus (Lambacensis), natus Salisburgi die 1. Mart. anno 1717, votis sollemnibus se devovit Lambaci die 13. Nov. anno 1737, primitias vero Deo obtulit die 1. Maii anno 1740. Praedicator, confraternitatis s. Rosarii praeses et novitiorum magister egregia edidit eloquentiae sacrae specimina. Ex quibus tria typis mandavit. Obiit vir vere pius die 7. Dec. anno 1762. Edidit:

I. Tugendliche Vollkommenheit eines seligen Josephi von Cupertin. (i. e. Perfectio religiosa b. Iosephi.) Linz, Feichtinger. 1753. 4° min. 20 p.

II. Wunder ohne Wunder (de s. Eucharistia). Steyr, Menhardt. 1755. 4° min. 32 p.

III. St. Barbara. Steyr, Menhardt. 1758. 4° min. 23 p.

Kerschischnigg Aloisius (Cremifanensis), antea Antonius, Illyrius Labacensis, die 13. Dec. 1822 natus, absolutis gymnasialibus et philosophicis in urbe patria studiis, s. habitum sumsit die 11. Sept. 1841; quadriennium theologicum in lyceo Linciensi percurrit; professus 27. Aug. 1845 et sacerdotio auctus die 18. Iul. 1846. 1846—47 in Steinhaus, 1847—59 in Buchkirchen cooperator; 1859—71 novitiorum magister; 1862—71 simul sacristiae director et s. supellectilis custos; 1869—71 simul director clericorum; 1871—79 parochus in Hall, nunc praeest parochiae Ried.

Eiusdem scripta sunt sequentia:

I. Ein Besuch an der Wiege Kremsmünsters und an der Wiege des heil. Bischofs Gotthard. (i. e. Descriptio itineris ad monasterium „Nieder-Altaich“ et ad locum natalem s. Gotthardi episcopi.) Vide: „Katholische Blätter“, Linz, 1865. No. 43, 44.

II. Festpredigt zur Primizfeier etc. gehalten in der Pfarrkirche zu Sierning am 8. Aug. 1865. (i. e. Oratio sollemnis habita, quum P. Philibertus Landerl, professus Cremifanensis, primitias celebraret). Wels, Druck von Haas, Verleger P. Philibert Landerl, 1865, 8°. 15 p.

III. Festpredigt zur Primizfeier etc. in der Pfarrkirche zu Buchkirchen am 10. Aug. 1868. Wels, Druck von Haas, Verleger Benedict von Hundsham. 1868. 8°. 14 p.

IV. Festpredigt zur Primizfeier etc. gehalten in der Stiftskirche zu Kremsmünster am 1. Aug. 1869. Urfahr-Linz, Druck von Krausslich, Verleger P. Gotthard Lehner. 1869. 8°. 14 p.

V. Abschiedspredigt gehalten in der Pfarrkirche zu Buchkirchen am 15. Aug. 1859. (i. e. Concio ad parochianos in Buchkirchen habita, qua in monasterium revocatus concionator fidelibus valedixit.) Wels, Haas. 1859. 8°. 12 p.

VI. Kremsmünster und Maria. Ein Festtropfen zur 1100jährigen Jubelfeier des Stiftes Kremsmünster. (i. e. Dissertatio de cultu perpetuo B. Mariae Virginis in monasterio Cremifanensi, scripta ad annum iubilaeum 1877.) Steyr, Bruckschweigers Buchdruckerei, Selbstverlag. 8°. 21 p.

Kettenacker Paulus (San-Blasianus), natus est in Villingen in magno ducatu Badensi die 22. Ian. 1722; sollemniter professus diē 1. Maii 1740; sacerdotio initiatus die 26. Mart. 1746. Studiis philosophicis et theologicis in divo Blasio absolutis, varia officia in variis locis obibat: erat confessarius monialium in Berau, sacellanus abbatis, parochus in Neggenschwil, prior in Sion, decanus conventus, praepositus in Bondorf, ubique strenue opus fecit, cum gravitate sacerdotis comitatem et facilitatem coniungens. Demum ad divum Blasium revocatus, totius congregationis senior iubilaeus plus quam octogenarius, a choro aliisque functionibus liber, honestum

otium nactus, scriptioni vacavit. Ob aetatem ingravescentem non ausus est sequi abbatem Bertholdum anno 1807 in Austriam emigrantem, in patria remanens die 16. Aug. 1812 pie obiit nonagenarius.

Sequuntur eius opera manuscripta, quae in archivo San-Paulano adservantur:

I. Geschichte von St. Blasien. (i. e. Historia San-Blasiana.) 4°. cont. pag. 215, Archiv No. 34.

II. Gesta abbatum principum monasterii et congregationis divi Blasii in nigra silva in compendium redacta et observationibus illustrata, anno 1785. Unum volumen in folio, continet paginas 398. Adnexa est appendix, exhibens patres San-Blasianos, pietate, scientia et scriptis, officiis et rebus bene gestis prae ceteris inlustres ab anno 1611 usque 1759, quae appendix habet folia 29. Archiv No. 203.

III. Gesta Martini II. principis abbatis ad s. Blasium post eius obitum memoriae et gratitudinis ergo conscripta anno Domini 1793. Unum volumen in folio, continet paginas 147, Archiv No. 151.

IV. Necrologium San-Blasianum bis saeculare 1597—1785, continuatum ab anno 1786—1800. Unum volumen in folio, continet folia 137, Archiv No. 123.

V. Tractatus de disciplina monastica San-Blasiana. Tria volumina in folio; I. vol. continet pag. 210, II. vol. continet pag. 753, III. vol. continet pag. 144, Archiv No. 223.

Keusch Rupertus (Muro-Griesensis), lucem adspexit Bosvilae in Argovia Helvetiae die 23. Mart. 1845, monasterium Griesense ingressus vota emisit die 3. Ian. 1868 et sacerdotium inivit die 8. Maii 1870. Antea lector et director capellae abiit 1872 in Helvetiam ibique docet in scholis collegii Sarnensis simulque munus subpraefecti in convictu administrat. Edidit:

I. Nothwendigkeit des Glaubens und der Religion für Wissenschaft und Kunst. (i. e. Fidei et religionis necessaria cum scientia et arte coniunctio.) Programm der Lehranstalt in Sarnen. Sarnen, ap. I. Müller, 1876. 4°. 22 p.

II. Bengalische Beleuchtung von Sigfrid Abts Aufruhr im Freiamt vom Januar 1841. (Spectat ad historiam monasterii Murensis.) Schwyz, ap. Bürgler Roemer 1875. 8°. 144 p.

Khinell Thaddaeus P. (Raigradiensis), Prostannae in Moravia anno 1699 17. Apr. natus, anno 1716 Raigradium venit, et 21. Oct. monachum hicce induit. Post peractum novitiatus annum capitulariter a venerabili conventu susceptus, in manus praep. Antonii Pirmi professus est, 21. Nov. 1718. Die 15. Apr. 1724 sabbato sancto Olomucii in ecclesia s. Annae a Francisco comite Braida ep. Hipponensi, suffraganeo Olomuc. presbyter ordinatus fuit, et Calendis Maiis eiusdem anni primitias celebravit. Anno 1726 philosophiam clericos domi edocuit, 1730 vero theologiam, iuvenes optimae indolis ordinique summo decore servientes inter suos numerans alumnos, ut P. Richardum Schaller etc., duodecim novitios educavit, quorum ultimus praep. Othmarus Conrad fuit. Ob praeclara vitae gesta 1731 subprior domus factus, cum studiis domesticis ad tempus occlusis, nihil negotii haberet, per duo fere lustra sedulo curae animarum operam navavit, studia ut adamatam Rachelem nunquam non amplexurus. Redux Praga a capitulo provinciali ordinis prior constituitur, tum ad tempus inspector Nigrofani, demum Raigradii provisor et primus archivarius summa, qua semper fruebatur, conventus et praepositi fiducia non indignus. Sicce contemplativam semper cum activa agendi ratione coniungens morti cessit vir optimae memoriae et meritorum plenus 11. Mart. 1753.

Typis edidit:

I. Theses ex universa philosophia Thomistica concertationi expositae Raigradii praeside Thad. Khinell o. s. B. defendentibus Maximiliano Puttner et Hugone Ottmanský eiusd. ord. 1728 cum effigie B. Mariae V. cum infante 1 fol. Aug. Vindel. Gottl. Heiss, 1728.

II. Theses universae theologiae ad mentem s. Thomae Aquinatis expositae R. praeside Th. Kh. defendente Aemiliano Matěgský o. s. B. Raigr. 1733, cum effigie s. Ioan. Nepom. 1 fol. Aug. Vindelic. Heiss. 1733.

Kickh Clemens Rudolph. Ioseph. (Scotensis), Viennae in Austria natus est die 23. Oct. 1827. Qui bonis in litteris eruditus in c. r. gymnasio ad Scotos, postquam philosophiae cursum in univ. Vindob. consummavit, in monasterium B. M. V. ad Scotos receptus est die 21. Sept. 1845. Emissis vero votis sollemnibus die 29. Sept. 1849 absolutisque theologiae in univ. Vindob. studiis, sacerdos inauguratus est die 19. Nov. 1850 nec non die 24. Nov. eiusdem anni primam Deo obtulit hostiam incruentam. Statim deinde neomystae alumni cantores erudiendi traditi sunt anno 1850. Quo munere retento usque ad annum 1855, cum inde ab anno 1853 simul concionatorem fervidum egisset excurrendo in suburbium Vienn. Gumpendorf, anno 1859 inter doctores s. theologiae in univ. Vindob. cooptatus est, quorum collegii postea 1866 decanus fuit electus. Publicis vero tentaminibus d. 4. Nov. 1856 pro lingua Latina Graecaque adprobatus etiamque doctrinae religionis publice tradendae aptus testimonio consistorii Vindob. declaratus d. 14. Dec. 1859, partes professoris in c. r. gymnasio ad Scotos anno 1860 suscepit, quas usque adhuc egregie sustinet. Anno vero sequente, d. 18. Nov. 1861, cum de eligendo c. r. aulico concionatore ageretur, dignitatem hanc adeptus tam integre cumulateque praestitit, ut anno 1867 d. 24. Ian. capellanus aulicus titularis sit designatus.

Conscripsit ad programm. gymnasii ad Scotos:

I. Pro anno 1863: Ansichten der Kirchenväter der ersten Jahrhunderte über das griechische und römische Alterthum und die classischen Studien. (i. e. Quid s. ecclesiae patres prioris aevi de Graecis Romanisque veteribus humanitatisque studiis iudicarint.)

II. Pro anno 1874: Gott, Mensch, Tod und Unsterblichkeit. Blütenlese aus den Schriften des L. Annaeus Seneca. (i. e. Anthologia ex scriptis L. Annaei Senecae decerpta de Deo, homine, morte, immortalitate.)

Typis porro edidit:

III. Predigt und Trauerrede (Orationes funebres) nach dem Ableben weiland Seiner Majestät des Allerdurchlauchtigsten Kaisers Ferdinand des Ersten, gehalten in der k. k. Hofburgpfarrkirche. (i. e. Concio et oratio funebris celsissimo imperatore Ferdinando I. vita defuncto in ecclesia parochiali I. et R. habita.) Viennae, 1875, in comm. apud H. Kirsch.

IV. Predigt bei Gelegenheit der festlichen Dankesfeier am 3. Aug. 1875, welche die vor 25 Jahren in Wien geweihten Priester in der Pfarrkirche zum heil. Peter begangen haben. (i. e. Oratio habita die festo iubilaei sacerdotii, quo sacerdotes anno 1850 s. mysteriis iniati per 25 annos fungebantur.) Viennae, 1875, typis congreg. Mechith.

V. Trauerrede nach dem Ableben weiland Seiner k. und k. Hoheit des Allerdurchlauchtigsten Herrn Erzherzogs Franz Karl, vorgetragen in der k. k. Hofburg-Pfarrkirche vor dem feierlichen Trauergottesdienste am 14. März 1878. (i. e. Oratio funebris serenissimo archiduce Francisco Carolo vita defuncto habita in ecclesia paroch. I. et R.) Viennae, 1778, typis Gesellschafts-Buchdruckerei. III.

VI. Exstant porro sermones fere 900, in sacello c. r. aulae habiti, parati, ut typis mandentur;

ex iis nonnulli, praesertim illi, qui forma, ut dicunt, cyclica de variis fidei et morum doctrinis sunt habiti, ut illi, qui inscribuntur: de 7 sacramentis, de sacrificio s. missae, de ecclesia a civitate impugnata, de creatione hominis, de diluvio et Noacho, de Iosepho aegyptiaco, de Mose, populi israelitici ex servitute aegyptiaca liberatore.

Kietreiber Felix Laurentius (de s. Monte Pannoniae), quondam trinitarius, Budae com. Pestin. die 1. Aug. 1754 natus, die 13. Sept. 1780 presbyter ordinatus est. Anno 1803 die 8. Maii ordinem s. Benedicti ingressus eodem anno die 31. Oct. vota sollemnia emisit. 1804—8 munere oratoris a sacris magna eruditione summoque zelo Iaurini functus, hoc anno die 25. Apr. vita cessit.

Lingua Germanica librum precum scripsit. Cf. Tudományos gyüjtemény. 1820. IV. 41 p.

Kilian Carolus, Bohemus Votschensis (Emautinus Montserratensis), natus 1785, professus 1826, presbyter ordinatus 1826, professor classium grammaticalium et catecheta gymnasii Benédictini Emautini Klatoviae emeritus, administrator monasterii Emautini provisorius emeritus, mortuus Votschii 1857. Scripsit lingua Germanica historiam gymnasii Klatoviensis et continuavit Hieronymi Cechneri historiam monasterii Emautini ab anno 1774 usque ad annum 1840 lingua Germanica tomis in folio duobus, archivii monasterii actis studio sollertissimo in usum conversis. Duo tomi historiae huius in bibliotheca abbatiali Emautina adservantur.

Kiem Martinus (Muro-Griesensis), Tirolensis ex Algund, ingressus est in hunc mundum die 8. Febr. 1829, studiis operam navavit Merani et in monasterio Griesensi, in quo vota sollemnia emisit die 16. Sept. 1849. Sacerdotalem dignitatem adeptus est die 15. Febr. 1852. Statim postea missus est ab abbate ad collegium Sarnense, ubi iam ultra quinque lustra in gymnasio docet, inter iuvenes pietatem instituta congregatione Mariana fovet, et indefesse historicis praesertim studiis incumbit, quorum fructum insequens elenchus ostendet. Hinc a gubernio Subsilvano publice laudatus et xenio honoratus est expleto vigesimo quinto anno sui magisterii. Maxima cum diligentia collegit omnia, quae utcumque monasteria Murense et Griesense spectant, ita ut suo tempore, si Deo placet, diffusam Murensis monasterii historiam in lucem edere possit.

Dabimus quae typis impressa sunt, per quasdam classes ea distribuentes:

I. Programmata gymnasii Sarnensis ab 1864 ad 1874. *a)* Dr. Joh. Bapt. Dillier, erster Stifter des Collegiums in Sarnen. Sarnen, ap. Baumann. 1864. 4°. 11 p. *b)* Historische Skizze über das Collegium in Sarnen. Ibid. 1865. 4°. 13 p. *c)* Aelteste Geschichte der Pfarrei Sarnen. Ibid. 1866. 4°. 13 p. *d)* Geschichte der Pfarrei Sarnen 1300—1400. Ibid. 1867. 4°. 13 p. *e)* Geschichte der Pfarrei Sarnen 1400—1500. Ibid. 1868. 4°. 11 p. *f)* Geschichte der Pfarrei Sarnen 1500—1600. Ibid. 1869. 4°. 15 p. *g)* Culturhistorisches des XVI. Jahrh. der Pfarrei Sarnen. Stans, ap. C. von Matt. 1870. 4°. 9 p. *h)* Geschichte Sarnens im XVII. Jahrh. Ibid. 1871. 4°. 12 p. *i)* Bruderschaften in der Pfarrei Sarnen und Ablässe. Sarnen, ap. Imfeld. 1872. 4°. 12 p. *k)* Die Erstellung des Pensionates des sel. Nicolaus von Flue in Sarnen, cum supplem.: Die Actionäre des Pensionates. Stans, ap. C. von Matt. 1873. 4°. 32 p. *l)* Geschichte Sarnens im XVII. und XVIII. Jahrh. (Opera *a*—*l* omnia locum Sarnen spectant.) Sarnen, ap. Müller. 1874. 4°. 16 p.

II. Dissertationes historicae pro periodico annuo: Geschichtsfreund des fünförtlichen historischen Vereins in der Schweiz". 8°. *a)* Das

Maieramt zu Giswil und seine Rechtungen. (i. e. Iura et officia villici Gisweilensis.) XVIII. B. p. 120—144. Einsidl, ap. Benziger. 1862. *b)* Urkunden-Regesten des Frauenklosters zu St. Andreas in Sarnen. (i. e. Codex diplom. mon. monialium ad s. Andream.) Ibid. 1863. XIX. p. 206—221. *c)* Urkunden-Regesten des Staatsarchivs von Obwalden im 13. und 14. Jahrh. (i. e. Item tabularii Obwaldensis.) Ibid. 1864. XX. p. 212—233. *d)* Die Alpenwirthschaft und Agricultur in Obwalden seit den ältesten Zeiten. (i. e. De oeconomia Alpina etc.) Ibid. 1865. XXI. p. 144—231. *e)* Urkunden-Regesten der Pfarrlade Sarnen. Ibid. 1869. XXIV. p. 151—164. *f)* Die Entwicklungsgeschichte und die Landammänner von Unterwalden ob dem Wald. (i. e. Praefecturae Unterw. historia.) Ibid. 1873. XXIII. p. 208—277. *g)* Urkunden und Urkunden-Regesten der Theillade Ramersberg, Pfarrei Sarnen. Ibid. 1874. XXIX. p. 303—329. *h)* Urkunden und Urkunden-Regesten des Staatsarchivs Obwalden im 14. und 15. Jahrh. Ibid. 1875. XXX. p. 234—276. (*e*, *g* et *h* diplomata et regesta varia.) *i)* Acta Murensia, älteste Urkunden von Muri und Necrologium. Hermetis villanum, kritisch beleuchtet mit Dr. Luetolf. Vide: Quellen zur schweizerischen Geschichte, vol. III, herausgegeben von der allgemeinen geschichtforschenden Gesellschaft der Schweiz. Sub praelo.

III. Arithmetica. *a)* Kurze Anleitung zum Auflösen arithmetischer und geometrischer Aufgaben. (i. e. Institutio mathematica.) Sarnen, ap. Baumann. 1866. 8°. 51 p. *b)* Das metrische Maass und Gewicht, verglichen mit den bisherigen Schweizer Maassen und Gewichten und umgekehrt. (i. e. De nova mensura metrica.) Amtlich bearbeitet und gedruckt. Luzern, ap. Raeber, 1876. 8°. 20 p.

IV. Ascetica. *a)* Der sel. Nicolaus von Flue, ein Vorbild für alle Christen, nach Ming bearb. (i. e. Beati Nicolai de Flue vitae descriptio.) Ingenbohl, 1867. 12°. 174 p. Secunda edit. ibid. 1879. *b)* Die Marianische Sodalität an der Lehranstalt des sel. Nicolaus von Flue in Sarnen. (i. e. Sodalitas Mariana Sarnensis.) Einsidl, ap. Benziger. 1871. 12°. 118 p. *c)* Aufmunterungen zur Verehrung Mariä, Circulare an die Mitglieder der marian. Sodalität. (i. e. Ad cultum Mar. promovéndum exhortatio.) Sarn., ap. Müller. *d)* Kleinere Biographien in variis foliis periodicis. (Biographiae.)

V. Manuscripta varia. *a)* Abschriften und Regesten der Urkunden von Alpnach, amtlich beglaubigt. (i. e. Decopiatae regestae Alpnacenses.) Fol. 80 p. in arch. Alpnach. *b)* Copia libelli: „Reus-Biechly uff Ierusalem zu dem Aller Helligsten grabs Iesu Cristi anno 1606“ vom Landammann und Ritter Wolfgang Stockmann. 4°. 200 p. *c)* Plura, quae respiciunt historiam Subsilvanam ecclesiast. et politicam, circ. 600 p. *d)* Alia permulta, quae spectant ad historiam monasteriorum praecipue Murensis et Hermetis villani, in variis fasciculis.

Kienreich Franciscus Xaverius (San-Paulanus), natus est Graecii in Styria die 10. Iul. 1806; s. habitu indutus die 28. Oct. 1823; sollemniter professus die 12. Sept. 1827; sacerdotio initiatus die 8. Sept. 1829. Studio philosophiae et theologiae in lyceo Clagenfurtensi operam dedit, quo absoluto ab anno 1830 parocho San-Paulano cooperatus est; ab anno 1832 autem in gymnasio Clagenfurtensi professor erat institutus classium grammaticalium. Ad magisterium omnino aptus, clare et perspicue docens, studiosos eo deducere studebat, ut suum iudicium adhiberent, severitatem comitate et liberalitate temperavit, ut discipuli omnes eum diligerent, et cum amore magistri et disciplinas traditas diligere coeperint. Virtute poëtica haud exigua inclaruit; varia egregia poëmata in ephemeridibus „Carinthia“ inscriptis typis imprimi fecit, et versionem hymnorum paravit breviarii monastici iuxta regulam s. Patris Benedicti ad usum congregationis ss. Vitonis et Hydulphi, quo utuntur Benedictini San-Paulani, quam typis expressit.

Ab anno 1841 etiam cellae vinariae collegii Clagenfurtensis erat praefectus. Anno 1849 aegrotabat, viribus decrescentibus bene paratus die 3. Ian. 1850 animam Deo reddidit.

Opusculum, ex versione hymnorum breviarii ortum, titulum inscriptum habet:

Feier des Christenthums in heiligen Gesängen. (i. e. Christianitas in cantilenis sacris celebrata.) Katholiken jedes Standes zur Erbauung. Aus dem Lateinischen. Prag, 1844. Druck der k.k. Hofbuchdruckerei von Gottlieb Haase Söhne. p. 356. 8° min.

Kimmerling Robertus (Mellicensis), Viennae in Austria die 8. Dec. natus, in coenobio Mellicensi a puero educatus eidem anno 1754 die 24. Nov. per sollemnem votorum nuncupationem adscriptus est et anno 1761 die 29. Iun. neomysta ad aram stetit. Vix sacerdos consecratus, directorem chori et studiosae iuventutis praefectum agere iussus est, quod munus per sedecim fere annos magna cum laude gessit. Tum variis in paroeciis curam animarum non sine magno animarum lucro administravit. Erat mitis, comis, doli expers, prudens, constans et maxima animi tranquillitate, quam ad ultimam usque vitae horam retinuit, quae ei die 5. Dec. 1799 in Oberweiden obtigit. Musicus excellens, iuvenis adhuc operibus Graun et Bach summam operam impertiit, et Iosephus Haydn, tunc ab omnibus laudatus, eum dignum habuit, quem artem componendi doceret.

Scripsit:

I. Plures cantus ternarios et quaternarios, multas missas, vesperas et alia opera ecclesiastica, inter quae missa in C-dur artis summam exhibuit.

II. Improperia, quae die 17. Apr. 1772 primum ad musicam figuralem aptata, a musicis etiam decantata sunt.

III. Rebecka die Braut Isaaks. In drei Aufzügen. Fol. 1770. Wien, bei Trattner. — R. P. Beda Schuster in ephemeridibus suis ad 21. Apr. anni 1770 scribit: Hora octava augustissimi et illustrissimi hospites drama musicum inscriptum: „Rebecka die Braut Isaaks“, cuius argumentum a P. bibliothecae custode (Beda Schuster) subiectum P. Robertus Kimmerling, tum temporis choragus modulate descripsit, spectatum ibant secundisque admurmurationibus frequentius adprobabant. — Antequam discedebant princeps de Stahrenberg actoribus scenicis, saltatoribus, choridídascalo, quinque coenobitis, qui fidibus ad drama ludebant, argenteos nummos in memoriam harum nuptiarum cusos, reliquis porro musicis famulisque domesticis octodecim aureos distribui iussit.

IV. Munera mystica Deo oblata a plurimum reverendo religiosissimo ac doctissimo domino P. Roberto Wollfart ordinis s. Benedicti in libero et exempto monasterio Mellicensi professo iubilaeo et seniore venerabili, cum sollemni ritu in festo Epiphaniae domini iubilaeus sacerdos sacra faceret. Cecinit nobilis ac ingenuus adolescens Ioannes Evangelista Kimmerling poëseos studiosus, et iubilaei sacerdotis affinis. 1751. 4°. Ms. in bibliotheca Mellicensi.

Kindlinger Ambrosius (Cremifanensis), natus in parochia Münzkirchen die 23. Ian. 1824, gymnasii et philosophiae curriculum Cremifani emensus, die 15. Sept. 1845 s. ordinis veste indutus, absolutis in lyceo Linciensi studiis theologicis in s. regulam die 7. Aug. 1849 iuravit et die 22. Iul. 1850 sacerdos factus est. 1850—53 studiis theologicis in univ. Vindob. vacavit; 1853 iuris canonici doctor; 1854—74 professor theologiae fundamentalis et dogmaticae in instituto domestico ad s. Florian.; 1874 apoplexia tactus et professuram dimittere

coactus valetudinarius in monasterium rediit. Edidit:

Sätze zur öffentlichen Vertheidigung aus allen Theilen der Rechtsphilosophie und des Kirchenrechtes am 26. Iuni 1853. (i. e. Theses ex omnibus partibus philosophiae et iuris canonici publice defendet die 26. Iun. 1853.) Wien, Mechitharisten-Buchdruckerei, 1853. 8°. 7 p.

Kinnast Florianus (Admontensis), ex pago Wasserburg in Austria infra Anasum 23. Aug. 1841 oriundus, studiis in gymnasio Mellicensi absolutis Admontes venit, 9. Oct. 1864 primitias celebravit et 21. Mart. 1865 professione sollemni inter Admontenses Benedictinos est receptus. Ab anno 1864 cancellariae admotus, curat quaesturam et cancellariam, soc. histor. et oeconom. Styriae, et ad promov. cognit. Austriae inferioris sodalis activus anno 1879 insigni cruce equestri regis Alberti Saxonici decoratus est. Scripsit:

I. Karlmann Hieber, Abt zu Admont. Necrolog. (i. e. Abbatis Carolomanni vitae delineatio.) Waidhofen a. d. Ybbs. 1868. 8°.

II. Das Stift Admont, dessen Besitzungen und deren Verwaltung. (i. e. Monasterii Admontensis descriptio.) 1869. Mscr. Archiv des histor. Vereines für Steiermark.

III. Zur Geschichte des steierm. Rüstwesens. (i. e. Res armentariae Styrenses.) Mitth. des hist. Vereines für Steiermark. Graz, 1870. XVIII.

VI. Album Admontense seu catalogus religiosorum o. s. B. in abbatia Admontensi superioris Styriae anno iubilaeo 1874 viventium et ab anno 1674 pie defunctorum. Graecii, 1874.

VII. Liber confoederationis abbatiae Admontensis. Mscr.

VIII. Necrologium Admont. Mscr.

IX. Kleinere Aufsätze in verschiedenen Sammelwerken und Zeitschriften.

Kinter Maurus (Raigradiensis), Brunae in Moravia die 21. Febr. 1842 natus, filius Ioannis Kinter, civis aedificii in urbe possessoris et lanii et Iosephae, natae Wedl Polauensis, baptizatus est Iosephus. Iam puer 5 annorum praeceptori domestico commissus, anno 1848 in scholam normalem ad s. Iacobum receptus est, cuius quattuor classibus absolutis decimo aetatis anno ad gymnasii studia accessit. Anno 1849 infelici casu brachio sinistro fracto, importune a chirurgo tractatus, matris denique sacra peregrinatione ad s. Mariam Cellensem Thaumaturgam modo fere mirabili anno 1851 celeriter sanatus est, id quod indirecte causam praebuit, vitae status sacerdotalis eligendi, quia mater peregrinatione illa eum Deo devovit. In gymnasium Brunense 1852 receptus septem eius classes praeclaro cum progressu usque ad annum 1859 absolvit; sed audita domini professoris Mathiae Procházka de antiquis ordinibus ecclesiasticis praelectione subito animi impulsu concitatus, invitis insciisque parentibus in conventum ordinis s. B. Raigradiensem suscipiendum se statuit, ubi duce benevolo professore Procházka sine mora susceptus accedente mox parentum adsensu die 17. Aug. 1859 una cum tribus aliis candidatis investitus est. Inchoato novitiatus anno religiosis officiis omnibus stricte peragendis occupatus, meditationes cum magistro novitiorum P. Bernardo quotidie institutas, ingenii vena quodammodo incitante, sermone poetico reddere tentabat, cuiusmodi exercitia inter manuscripta conventus adhuc adservantur. Ast mense Octobri eiusdem anni 1859 ad dominum abbatem Guntherum precibus conversus, ut sibi liceret novitiatus tempore octavam gymnasii classem privato studio absolvere et in fine anni novitiatus maturitatis examen cum condiscipulis suis subire:

insolita exceptione admissa, sumptibusque ad eam rem perficiendam generosissime concessis, mense Iulio 1860 adhuc novitius una cum collegis suis examen maturitatis scriptum subiit, finito vero novitiatu viva voce aeque eminente cum successu absolvit. Ab anno 1861 ad 1863 Brunae theologiae studiis publice operam dedit et 1864 quartum studii theologici cursum theologiae pastoralis privato studio absolvit. Die 5. Apr. 1864 in quem diem eodem anno propter dies festos paschatis festum s. P. Benedicti translatum erat, vota sollemnia emisit. Postea, obtenta propter aetatem, cum vix 22 annorum esset, concessione pontificali Roma, die 4. Iun. Brunae in aede sacra s. Michaelis ab episcopo comite de Schaafgotsche sacerdos consecratus est, et primitiis festo ss. apostolorum Petri et Pauli 29. Iun. in aede s. monasterii Raigradiensis magno populi conventu praesentibusque parentibus consanguineis multisque cognatis celebravit. Tempus inde usque ad delatum mense Sept. 1864 iurisdictionis decretum maxime in comitatu episcopi Brunensis, dioeceseos partem visitantis transegit, accepto simul mandato, ut pro concionibus dicendis etiam in slavica lingua exerceretur, cuius, qua natus Germanus, minorem habuit cognitionem. Mense Octobri 1864 bibliothecarius, duobus annis post etiam archivarius et 1870 insuper custos musei physiologici designatus est. Munere bibliothecarii iam 15 annos fungens, quamquam per eorum decursum, praesertim per priores 13 annos, huc atque illuc ad parochos in sacris officiis sublevandos tam frequenter mittebatur, ut in decanatu Moedricensi et Seelovicensi ex. gr. haud ullam invenias parochiam, in qua non aliquanto tempore subsidium in rebus sacris peragendis praestiterit, tamen in domestico munere suo nihil neglegens tam opportune tempore usus est, ut non solum diversissimos catalogos ad optatum finem perduceret, sed etiam bibliothecam eo tempore ultra duplum auctam videret usque adeo, ut initio anni 1879 complexus rerum atque operum ad bibliothecam pertinentium numerum 53718 exhiberet. Porro 9000 amplius librorum consignationes maxima ex parte ab eo factae; catalogus manuscriptorum, exhibens numerum 820, catalogus incunabulorum cum 900 tomis, ad normam optimorum exemplorum et secundum sententiam atque peritiam, ex observatione bibliothecarum Germaniae, Francogalliae, Italiae atque Helvetiae recentissime itineribus adquisitam, adumbratus atque perfectus est; huc accedit etiam catalogus cunctorum 10890 librorum seu operum minorum, sive duris operculis consutorum (Broschüren) item catalogus tabularum geographicarum, numerum 880 complectens. Praeter haec negotia Maurus etiamtum nactus est tantum temporis, ut anno 1874 examen concursale pro parochia praescriptum subire et pergratis sibi historiae et philologiae studiis indulgere, in linguis Romanis, iam in gymnasio addisci coeptis exerceri posset atque omni debita diligentia etiam res ad archivum spectantes pertractaret, quod ille penitus perlustravit suisque laboribus adcommodatum reddidit. Maurus Kinter inde ab anno 1865 est etiam societatis stenographicae Brunensis, porro sectionis historico-statisticae Brunensis, societatis „Görresianae“ ad propagandam scientiam catholicam et societatis oenologicae et pomologicae membrum.

a) Typis edita sunt ab eo:

I. Multae recensiones in „Wiener allgemeine Litteraturzeitung“ (ephemeridis litteraturae universae Viennensis) cum qua, dum ea vigebat, iuste et diligenter inde ab anno 1866 collaborabat.

II. In: Notizenblatt der historisch-statistischen Section in Brünn, i. e. plagellae sectionis historico-statisticae Brunenses, collecta varia in archivis reperta v. g. ad historiam scholae Brunensis ad s. Iacobum spectantia etc.

III. In: Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit, i. e. in organo Norimbergensi scientiae historiae antiquae Germanicae inservienti — communicationes de Cisiojano, antiqua Latina carmina versibus similiter desinentibus scripta concernentes.

IV. Articuli maiores in diurnis politicis Viennensibus „Vaterland“ — epistolae litterariae ex Moravia, opus monachicum, donum monachis etc. — relationes variae in plagellis ecclesiasticis Salisburgensibus.

V. Collationes, archivum monasterii Raigradiensis spectantes in opere: „Burckard, Adressenbuch der deutschen Archive“ et „Correspondenzblatt für deutsche Archive“.

VI. Die Herrschaft Hochwald“, ein historisch-topographischer Versuch, gewidmet dem mähr. Topographen Dr. Gregor Wolný zu dessen Secundiz. (i. e. De dominio Hochwald, periclitatio historico-topographica, dedicata Moraviae topographo D^{ori} Wolný secunditias celebranti 1868.) Brunae, typis Ios. Schneider. 1868. 58 p. 8°.

VII. Friedrich Graf von Waldstein, Erzbischof zu Prag 1675—94. (i. e. De Friderico comite de Waldstein archiepiscopo Pragensi.) Monographia, annis 1869 et 1870 in „Oesterreichische Vierteljahrschrift f. katholische Theologie“ publici iuris facta.

VIII. Drangsale Iglaus während der Schwedenzeit. (i. e. De calamitatibus Iglaviae tempore invasionis Suecorum.) In ephemeride: „Moravia“. Olomucensi de anno 1878 typis editum.

IX. Gunther Ioannes Kaliwoda, Abt und Prälat des Benedictiner-Stiftes Raigern. Biographische Skizze. (i. e. Vitae abbatis Guntheri delineatio.) Brunae, typis R. Rohrer. 16 p. 8°.

b) Manuscripta, prelum exspectantia:

I. Regesta ad diplomatarium ordinis Theutonici per Dr. Bedam Dudík compilatum.

II. Chronik der böhmischen reformirten Franciscaner-Provinz, von der Gründung bis zum Jahre 1678, nach den Aufzeichnungen des P. Bernard Sannig, Ordens-Definitors, bearbeitet und commentirt von ..... (i. e. Chronica Franciscanorum reformatorum provinciae Bohemiae a fundatione usque ad annum 1678.) 4°. 380 p.

III. Urkundliche Beiträge zur Stadtgeschichte Znaims von 1365—1640, nach Originalien zusammengetragen und commentirt. (i. e. Collectio et commentatio quorumdam Znoymae urbis historiam ab anno 1365—1640 spectantium secundum originalia documenta conscriptorum.) 8°. 400 p.

IV. Diplomatarium monasterii Raigradiensis inde ab anno 1046 congestum per ..... et rev. dom. abbati Gunthero ad anni vigesimi quinti regiminis sui feliciter completi iubilaeum dedicatum, in fol. plus ultra 200 plagulas continens, nondum completum.

V. Geschichte der Raigerer Bibliothek und des dortigen Stiftsarchives, nach Originalquellen bearbeitet. (i. e. Historia bibliotheca et archivii Raigradiensis). Nondum completum circa 60 plag. in folio.

VI. Necrologium monasterii Raigradiensis inde ab anno 1624, continens biographias omnium ff. ad Raigrad professorum, opus modo plus 100 pl. continens, magna ex parte completum.

VII. Scriptores o. s. B. monasterii Raigradiensis inde ab anno 1742, additamenta ad opus totius ordinis Austriaco-Hungarici iubilantis 1880. In simul eiusdem operis praefationem et indices universales conscripsit.

VIII. Anno 1880 redactionem ephemeridis novae ordinis Benedictini intitulatae: „Wissenschaftliche Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner-Orden“ suscepit, quam pluribus articulis ditavit.

Kirchlechner Alphonsus Maria (Muro-Griesensis), Tirolensis natus Merani die 24. Apr. 1810, absolutis studiis in

lyceo tridentino sacerdos ordinatus die 25. Mart. 1833, curam animarum qua cooperator diversis in parochiis dioec. Trident. exercuit postremo Griesii, ubi ordinem s. Ben. ingressus die 16. Sept. 1849 vota sollemnia emisit et mox magister novitiorum constitutus est. Anno 1851 postulatus Monachium ad s. Bonifacii monasterium abiit ibique per annum prioris et magistri novitiorum munere functus est. Ad suos rediens curatus in Afing per triennium, dein per sexennium parochus in Senale, 1862 vero revocatus, lector theologiae et secretarius capituli, tandem 1873 subprior nominatus est. Obiit post diram infirmitatem die 17. Aug. 1875.

Edidit duos libellos asceticos:

I. Blumenkranz zu Ehren der heil. Herzen Jesu und Mariä. (i. e. Devotio ss. cord.) Bozen, ap. Wohlgemuth. 1865. 12°. duae partes. 160 et 192 p.

II. Jesus mein Alles. Vollständiges Gebetbuch für alle Zeiten des ganzen Kirchenjahres. (i. e. Liber precum.) Bozen, ap. Kirchlechner. 12°. 568 p.

Kisfaludi (antea Koronits) Tobias Vincentius (de s. Monte Pannoniae), in Szigliget com. Zalad. in Hungaria die 20. Iul. 1847 natus, s. habitu die 8. Sept. 1866 indutus, vota sollemnia 1872 die 27. Iul. emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis, die 27. Iul. 1873 presbyter ordinatus est; ex quo tempore ad annum 1874 professor gymn. Sopronii, 1874—77 Comaromii, ex eo idem munus Iaurini obit. Scripsit:

I. A régi rómaiaknál dívott halotti szokások és szertartások. Régiségi tanulmány. (i. e. De funeribus Romanorum.) In progr. gymn. Comaromiensis, 1875. 4°. p. 3—12.

II. Ab anno 1880 redigit libellos periodicos „Ifjuság és népkönyvtár“ inscriptos. 8°. Octavo quoque die unus libellus editur.

Kittinger Benedictus (Cremifanensis), antea Georgius, die 8. Apr. 1792 in Losenstein superioris Austriae natus absolutis Cremifani humanitatis et philosophiae studiis et sumto habitu religioso die 13. Iun. 1821 professus eiusdem anni 2. Sept. neomysta ad aram stetit. Primum excurrens ad parochias monasterio incorporatas et professor supplens, deinde classium grammaticalium et humanitatis professor, 1841—46 professor doctrinae religionis in lyceo; per biennium culinae et hortorum praefectus, postea parochus in Sipbachzell et Pfarrkirchen, obiit 31. Mai 1871.

Vir studiis admodum deditus scripsit:

Piae memoriae Francisci I. imperatoris modo defuncti, celsissimi atque augustissimi patriae principis devotissime sacratum, ubi triduae Cremifani caesaris exequiae fiebant. Carmen acrosticho-chronographicum. 2°. 1 p. 21 disticha.

Manuscripta idem reliquit sequentia:

I. Rücksprache an die Schüler am 18. Nov. 1831 nach einem aussergewöhnlichen Krankheit- und Sterbefalle eines Mitschülers. (i. e. Allocutio ad discipulos occasione mortis prorsus singularis cuiusdam gymnasii discipuli habita.) 4°. 58 p.

II. Entwurf zu einer genügend vollständigen und vortheilhaften Abfassung der Gedächtnissverse von dem Geschlechte der lateinischen Hauptwörter und den Hauptwandelformen der lateinischen Zeitwörter. (i. e. Institutio ad componendos versus memoriales de genere substantivorum et de coniugatione verborum Latinorum.) 4°. 21 p.

Klaftinger Beda (Mellicensis), Austriacus Claustroneuburgensis, antea Iosephus, natus die 1. Febr. 1821, studiis liberalibus Viennae absolutis, die 29. Sept. 1843 Mellicii indutus, 25. Febr. per sollemnem professionem monasterio adscriptus est dieque 30. Iul. 1848 neomysta ad altare

stetit. Post ordinationem fuit professor praeparandorum, 1850 vicarius in Wullersdorf, 1851 in Melk, 1854 mense Novembri provisor parochiae in Immendorf, 1855 3. Sept. parochus in Matzleinsdorf usque ad 1. Mart. 1867, quo regens chori et director alumnorum simulque professor religionis in gymnasio designatus est. Anno 1870 exceptor hospitum, 1871 parochus in Rohrendorf et 1873 in Ziersdorf denominatus est, ubi ad praesens usque tempus ad curam animarum incumbit. Scripsit:

I. Das hochheilige Messopfer. Predigt bei der Primizfeier des neugeweihten Priesters P. Theodor Jungwirth, Benedictiner-Ordenspriester von Melk, gehalten am 30. Iul. 1866 in der Kirche der Ursulinerinnen in Linz. (i. e. Concio ad primitias.) Linz, 1866. 8°. Im Selbstverlage des Herausgebers.

II. Festpredigt bei der feierlichen Glockenweihe in der Pfarrkirche zu Melk am 24. Mai 1852. (i. e. Oratio sacra in dedicatione campanarum.) St. Pölten. 8°.

Klama Odilo (Gottvicensis), Viennae in Austria die 26. Ian. 1779 natus, absolutis ibidem studiis gymnasialibus et philosophicis indutus s. habitu die 2. Oct. 1796 vota sollemnia emisit die 23. Maii 1802 et primitias Deo obtulit die 6. Ian. 1802. Variis officiis in et extra monasterium functus est. Primum curatus et catecheta parochiae claustralis denominatus est, anno 1803 cooperator in Kilb, 1805 professor theologiae pastoralis in monasterio, 1808—1811 simul subprior et novitiorum magister, 1816—17 professor theologiae pastoralis supplens in univ. Vindob., 1817—1819 iterum professor theologiae pastoralis in coenobio, 1819—25 prior et parochus Gottvicensis, 1825—27 concionator Germanicus Tergesti, 1827—33 parochus in Pfaffendorf et 1833 usque ad vitae finem parochus in Mühlbach fuit. Anno 1854 equitis cruce ordinis Francisci Iosephi decoratus et consiliarius domini episcopi Sanhippolytani denominatus est. Professus et sacerdos iubilaeus obiit die 1. Oct. 1858.

I. Homiletische Versuche. Eine Sammlung von Predigten auf einige Sonn- und Feiertage des Jahres. (i. e. Collectio concionatoria.) Linz, 1814.

II. Wie sehr sich die vernachlässigte Sorgfalt für Erziehung und Unterricht bestrafe. Eine Schulpredigt. (i. e. De neglectae educationis poena sermo.) Wien, Beck. 1826.

III. Der wahrhaft fromme Sinn des Christen in seinen Merkmalen. Bestrebungen und Hoffnungen nach Anleitung der bekannten sieben Worte Iesu Christi am Kreuze. Dargelegt in sieben Fastenpredigten; nebst einer Gedächtnisspredigt am Feste des heil. Ordensstifters Benedict. (i. e. Conciones quadragesimales etc.) Wien, Beck. 1828.

IV. Festpredigt zu Ehren des heil. Bernhard, gehalten in der Stiftskirche zu Zwettl am 25. Aug. 1844. (i. e. Oratio sollemnis in festo s. Bern.) Wien, Beck. 1845.

V. Aufzeichnungen über die Vorgänge im Stifte Göttweig während der französischen Invasion 1809. Kinzls Chronik der Städte Krems und Stein. (i. e. De rebus gestis Gottwicii anno 1809.) 1869. 378 p.

Klappitz Antonius (Raigradiensis), natus Stockeravii in Austria 1732 die 3. Nov., studiis diversis in locis optimo cum successu absolutis, ad nostrum pulsans monasterium, monachum 2. Iul. 1752 induit et sequenti professionem in manus praepositi Aemiliani emisit. Ad studia continuanda mittitur Břevnovium una cum P. Andrea et Ildefonso nostris, post quorum absolutionem sacerdotio initiatus primitias celebravit 1759 24. Apr. Egenburgi in Austria, quo parentes eius interim transmigra-

runt, et ex quorum haereditate anno 1768 summa notabilis monasterio nostro obvenerat. Antonius iterata vice professor philosophiae ac theologiae clericorum domi studentium constitutus, officia insuper cellarii ac bibliothecarii (ab anno 1788) summa cum industria obivit, varia insuper ratione ad finem dierum usque etiam in rebus litterariis agendis acer et industrius. Anno 1791 Calendis Octobribus apoplexia tactus usum linguae amisit ac demum quadriennio post 8. Maii 1795 placida morte ex misera, quam degebat ultimo, vita absolutus obdormivit in Domino et in coemeterio ad s. crucem Raigradii sepultus iacet.

Ex praelectionibus P. Antonii sequentes typis prodierunt:

I. Positiones ex universa philosophia anno 1766, Brunae litteris Svobodianis, unum fol. cum effigie s. Floriani, apud nos sub Bn. 13307.

II. Positiones ex theologia scholastico-dogmatica de Deo uno, anno 1767, 4 folia, Brunae editae ut supra, apud nos Bn. 13655. B. II. f. 37.

III. Item: ex theologia scholastica de Deo trino, anno 1768, 4 folia, Brunae, typis Emanuelis Svoboda, in nostra bibliotheca sub Bn. 2101. Sign. B. II. f. 37.

IV. Positiones ex logica et metaphysica, anno 1769, 4 folia, impressa Brunae litteris Svobodianis. In nostra bibliotheca sub Bn. 6246. Sign. B. II. f. 37. No. 11.

V. Positiones ex theologia scholastico-dogmatica de gratia, incarnatione et fide, anno 1769, 4 folia, Brunae ut supra, apud nos sub Bn. 2104 et Sign. B. II. f. 37. No. 13.

Quas vero ipsemet, qua studens, propugnandas suscepit adsertiones, et quidem:

I. Theologicas scholastico-positivas de fide, regulis fidei, actibus humanis et beatitudine ex praelectionibus P. Othmari Conrad et

II. Adsertiones theologico-canonico-morales de conscientia, iure obiectivo et directivo et de restitutione ex praelectionibus P. Ferdinandi Müller; priores anno 1759 in 4 fol., posteriores anno 1760 item in 4 fol. Brunae, typis Svobodianis prodierunt et in nostra bibliotheca sub Bn. 1053 et 2754 cum Sign. B. II. f. 37. No. 4 et 9 adservantur.

Inter manuscripta vero bibliothecae nostrae eius propria manu exarata inveniuntur:

I. Consideratio pro deliberantibus de vitae statu, porro documenta quaedam animae ad perfectionem religiosam pervenire cupienti valde proficua. Pap. Cod. in fol. p. 62, sine anno Msn. 73. Sign. B/K. II. β. 20.

II. Parnassus romano-catholicus, duodecim stellis nitentibus in professione cuiusdam Lutherani pastoris illustratus, publice expositus anno 1760 mense Augusto, in distichis. Cod. pap. in fol. 29. Msn. 228. Sign. B/K. I. ב. 14.

III. Theologia scholastico-dogmatica. Cod. pap. in 4°. p. 99, 205, 46 et 137 in uno tomo. Msn. 209. Sign. B/K. I. β. 20.

IV. Item: Theologia scholastico-dogmatica, continet 7 articulos. Cod. pap. in 4°. sine pag. Msn. 210. Sign. B/K. I. β. 21.

V. Tractatus prolegomenalis de locis theologicis, congestus et explicatus a . . . ., continet 6 articulos. Cod. pap. in 4°. Msn. 211, p. 173. Sign. B/K. I. β. 22.

Klein Magnus (Gottvicensis), Wasserhovii in Carinthia die 1. Maii 1717 natus, absolutis in seminario Grazensi studiis philosophicis et primo studii theologici anno ac magister philosophiae factus s. conversationis habitu indutus est in monasterio Gottvicensi die 28. Oct. 1738. Votis sollemnibus emissis die 28. Oct. anni sequentis ad studia theologica prosequenda Viennam missus est, unde post triennium baccalaureatus s. theologiae honore auctus domum rediit atque die 15. Aug. 1741 neomysta ad aram stetit. Primum domi hospitum exceptor, ab anno 1742 bibliothecarius, postea secretarius abbatis, ab anno 1747

camerarius et ab 1765 praefectus aulae Viennensis positus erat. Defuncto Odilone abbate die 14. Apr. 1768 abbas electus et die 7. Aug. ab apostolico nuntio Antonio Eugenio Visconti card. presb. est infulatus. Mortuus est die 25. Nov. 1783. Diversis in his locis multa laboravit. Post paucos suscepti regiminis menses disciplinam regularem novis statutis munivit eorumque observantiam per omne vitae tempus urgere non destitit. Multa aedificia in et extra monasterium vel de novo construxit vel in meliorem formam redegit saepe nemine alio dirigente. Cuncta monasterii negotia ipse tractare voluit et tamen oeconomiae curis implicitus, subditorum causis distractus, parochiarum et praediorum commodis intentus, variis etiam alienis negotiis occupatus studiis continenter vacabat. Abbate Godefrido Bessel ductore in lingua Hebraica, Chaldaica, Graeca, Latina, Gallica, Italica et Theodisca veteri bene instructus in historiae patriae et diplomatum notitia eminuit ita, ut ex testimonio nuntii apostolici comitis Garambi albo doctissimorum Germaniae virorum inseri posset, quod etiam permulta opera in manuscripto relicta comprobant:

I. Codex traditionum Laurisheimensium. II tom. Tegurii, 1766.

II. Notitia Austriae antiquae et mediae seu tam Norici veteris quam pagi et marchae posthac ducatus Osterriche per quasvis populorum et gentium, seu indigenarum seu advenarum, urbium item, locorumque, quocunque eventu celebrium, notiones et memorias, ex idoneis probae vetustatis monumentis exhibita et in historiae patriae subsidium adornata. I. tom. Typis mon. Tegernseensis, 1781.

III. Fasti consulares. II tom. Ms. in bibl. Gottv. adserv. No. 712, 713.

IV. Collectanea Noricum et Pannoniam spectantia. I tom. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 714.

V. Tabulae synchronisticae ab anno urbis cond. 709—930. I tom. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 1050.

VI. Annales historici Austriae. IX tom. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 716—724.

VII. Collectanea ad historiam Austriae. III t. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 27, 728, 730.

VIII. Collectanea diplomatica Austriae. XV t. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 750—764.

IX. Topographia Austriae. XVII tom. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 731—747.

X. Zur Geschichte des österr. Adels. (i. e. Ad historiam nobilium imp. Austriaci.) XVI tom. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 765—780.

XI. Provincialia Austriae. XXV tom. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 782—806.

XII. Styrensia. I tom. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 781.

XIII. Monumenta Tyrolensia. II tom. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 808—809.

XIV. Unparteiliche Ausführung der Frage: Ob von den Zeiten Carls des Gr. bis auf den im Jahre 1156 für Oesterreich erfolgten kais. Freiheitsbrief jemals zwischen dem Herzogthume Baiern und der Markgrafschaft Oesterreich unter der Enns eine Verbindung stattgefunden habe. (i. e. Exsistebatne coniunctio quaedam inter ducatum Bavaricum et marchionatum Austriae inf.?) I tom. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 729.

XV. Collectanea ad historiam Germaniae antiquae et mediae. II tom. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 26, 807.

XVI. Chronicalia. I tom. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 715.

XVII. Denkwürdigkeiten aus dem Leben der Kaiser Albrecht I. und Ferdinand I. (i. e. Memorabilia ex vita imperatorum.) III tom. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 725—727.

XVIII. Collectanea topo- et stemmatographica. II tom. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 748, 749.

XIX. Annales ecclesiastici Germaniae. XV t. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 812—826.

XX. Episcopatus Germaniae. XLIII tom. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 827—869.

XXI. Monasticon Germaniae. LI tom. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 28, 29, 870—912, 1051—1054, 1056, 1057.

XXII. Miscellanea. II tom. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 25, 810.

XXIII. Glossaria. I tom. Ms. in bibl. Gottv. ads. No. 811.

Klinger Norbertus (Lambacensis), natus Lambaci die 22. Oct. anno 1823, presbyter saecularis die 30. Nov. anno 1846, s. ordinis habitum induit in monasterio Lambacensi die 22. Aug. anno 1847, ibique vota Deo vovit die 16. Nov. anno 1848, indeque curae pastorali addictus indole non mediocri praesertim artem exercuit catechisticam. Anno 1860 ad vicariatum Aichkirchen prope Lambach promotus singularem plebis suae sibi vindicavit reverentiam. Obiit vicarius istius loci anno 1877, die 1. Febr.

Iter sacrum, quod anno 1870 suscepit descripsit in libello:

Reise der österreichischen Pilgerkarawane nach dem heil. Lande im Jahre 1870. Linz, Verlag der Marienanstalt. 1871. 8° min. 170 p.

Klouček Benedictus (Břevnoveno-Braunensis), a Lichtenberg Bohemiae. Natus 23. Aug. 1814 studiis gymnasii Beneschaviae et philosophicis Pragae absolutis ordinem divi Patris Benedicti Břevnovii ingressus 1835, ibidem die 2. Sept. 1838 sollemnia Deo nuncupavit vota. Presbyter ordinatus est die 2. Aug. 1840. Ad munus professoris humaniorum Braunam vocatus docebat in gymnasio usque 1858, quo anno ei demandatum est officium inspectoris silvarum dominii Braunaviensis. Scripsit:

De studio linguae Graecae ac Latinae nostrae quoque aetati et utili et necessario. Habetur in litteris gymnasii Braunensis 1851 promulgatis.

Knauer Vincentius Andreas (Scotensis), Viennae in Austria die 20. Iun. 1828 natus, cum bonis litteris apud Benedictino-Scotenses et in gymnasio academico operam navasset philosophiaeque cursum in univ. Vindob. consummasset, ad s. theologiae studia colenda Sanhippolytum se contulit, unde biennio expleto Viennam redux ad Scotos s. habitu die 5. Oct. 1850 indutus vota sollemni ritu nuncupavit die 29. Sept. 1852. Absolutis dein s. theologiae studiis in alma univ. Vindob. celebratisque sacris primitiis die 21. Aug. 1853, curae animarum addictus anno 1854 provisorem egit parochiae Platt. Anno vero 1855 cooperator designatus est in Eggendorf, anno 1858 catecheta in suburbio Schottenfeld et praedicator in c. r. domo captivorum, deinde 1861 in Pulkau postremoque ad s. Aegydium in suburbio Vindobonensi dicto Gumpendorf, ubi in animarum cura desudavit usque ad annum 1878, quo, iam prius ad docendam philosophiae doctrinam in univ. Innsbruck destinatus, in monasterium redux bibliothecarii nec non novitiorum magistri et rectoris clericorum partes suscepit, quas hucusque gerit. Philosophiae doctoris gradum adeptus est anno 1867.

Conscripsit typisque edidit, quae sequuntur:

I. Die Könige Shakespeares. Ein Beitrag zur Rechtsphilosophie. (i. e. Shakespeares poëtae illius Anglici „Reges collati ad iuris philosophiam“.) 1 vol. 8°. Viennae, 1863, typ. et sumpt. Caroli Gorischek.

II. Zwei Beiträge zur Würdigung der deutschen Philosophie. Pars I: Ein Votum für Hegel. Pars II: De argumentis, quibus Deum esse pro-

batur. 1 vol. 8°. Viennae, 1867, typis Caroli Gorischek.

III. Der Selbstmord und seine Quellen. (i. e. De morte voluntaria eiusque causis concio.) Predigt gehalten am zwölften Sonntage nach Pfingsten in der Pfarrkirche zu Gumpendorf in Wien. Viennae, 1868, typis Ludovici Mayer.

IV. Mehr Licht und Luft! Predigt gehalten am dreizehnten Sonntage nach Pfingsten in der Pfarrkirche zu Gumpendorf in Wien. Viennae, 1868, typis L. Mayer.

V. Carl Vogt und sein Auditorium. Drei Vorträge, gehalten in Wien vor einem den höchsten und intelligentesten Kreisen angehörigen Publicum. Mit einer Beilage: Astronomische Erklärung der periodischen Wiederkehr der Eiszeit. 1 vol. 8°. 1. et 2. edit. Viennae, 1870, typ. Frid. Pustet, Ratisbonae, sumpt. L. Mayer.

VI. Zur Secundizfeier des P. Odilo Kopp, fürsterzbischöflichen geistlichen Rathes, o. s. B. ad Scotos und Pfarrers in Gumpendorf. (Hymn. festiv.) Viennae, 1871, typ. C. Gorischek.

VII. Ueber den Unterschied von Traum und Wachen. Eine erkenntnisstheoretische Studie. (i. e. Dissertatio de discrimine inter somniandi et vigilandi statum.) 1 vol. 8°. Pragae, 1874, typis Henrici Mercy. Dedicat. Dr. G. J. Elvenich, p. o. profess. philosophiae Univ. Vratislav.

VIII. Geschichte der Philosophie mit besonderer Berücksichtigung der Neuzeit. (i. e. Liber qui est de historia philosophiae, singulari respectu habito ad philosophos recentioris aevi.) 1 vol. 8°. Viennae, 1876, sumpt. Guilelmi Braumüller, c. r. aulic. et univ. bibliop., typis I. C. Fischer et Comp.

IX. William Shakespeare, der Philosoph der sittlichen Weltordnung. (i. e. De Guilelmo Shakespeare poeta simulque philosopho insigni.) 1 vol. 8°. Oeniponte, 1879, typ. et sumpt. Wagner, univ. bibliop.

X. Complures porro locos praesertim criticos de theologia philosophia et rerum naturalium doctrina per multos annos continuos inseruit variis libellis, uti „Wiener allgemeine Litteraturzeitung“, „Wiener theologische Quartalschrift“, „Zeitschrift für Philosophie und philosophische Kritik in Halle“ et aliis quam plurimis.

Manuscripta porro ipse auctor adservat:

XI. Ueber die Anticipationen der neueren naturwissenschaftlichen Theorien bei früheren Philosophen. (i. e. Doctrinarum de rerum natura recentiorum apud priorum aevorum philosophos anticipationes.) Habilitationsvortrag, gehalten am 8. Jänner 1878 an der k. k. Universität zu Innsbruck.

XII. Praelectiones de philosophiae historia ibidem habitae.

Knoepfer Leander (Scotensis), in Plan Bohemiae vitae lumen adiit die 13. Nov. 1802. S. habitu cum esset indutus die 13. Oct. 1822, emissis votis sollemnibus die 18. Oct. 1825, neomysta ad aram Dei stetit die 8. Sept. 1827. Statim deinde curae animarum admotus, cooperatorem egit variis in locis, Watzelsdorf, in suburbio Vienn. ad s. Udalricum, dein 1828 Gaunersdorf et Gumpendorf. Anno 1830 vero in monasterium redux, ibidem curatum egit et concionatorem et sacristiae directorem, donec biennio post professor doctrinae religionis et natural. hist. in gymnasio monasterii est designatus. Quo munere egregie praestito, 1851 parochiam suscepit in Enzersfeld; unde 11 annis post avocato ei parochia Gaunersdorf. demandata est, quam hucusque egregio cum successu administrat, prof. et sacerd. iubilaeus.

Typis mandavit:

I. Abhandlung über den Zirknitzer See. (Describitur lacus Zirknitzensis.) 1837.

II. Christkatholische Erbauungsreden, zunächst für die studierende Jugend. (i. e. Conciones habitae ad excitandam in iuvenibus studiosis pietatem.) 1 vol. 8°. Viennae, 1840.

Knopp Procopius (Raigradiensis), de quo necrologium prioratus dicit

„eundem virum in scientiis nulli secundum fuisse“, anno 1698 Brunae patricio sanguine natus, Raigradii sub Antonio Pirmo praeposito anno 1718 Kal. Nov. Deo sese in religiosam servitutem redegit. Philosophicis mox et theologicis postea summo cum progressu — Thaddaeo Chvalkovský magistro — studiis absolutis et sacerdotii dignitate insignitus, has scientias et insuper iurisprudentiae scita alios docendi ab anno 1726—33 provinciam assumpsit. Anno 1735 bibliothecarii officio donatur, et hoc per quinque annos gaudens munere inspector Ostrovačicium ad tempus mittitur. Post breve intervallum reversus in officium archivarii, P. Thaddaeo praedecessore defuncto, subrogatur, anno 1754 iterum Ostrovačicium mittitur et secundo redux laboribus fractus annisque provectus, longo tempore iam infirmus, mortalem cum caelesti vitam commutavit 24. Aug. 1763. Scientiis totus quantus deditus praecipue in iure canonico et civili excelluit, cuius in testimonium sequentia tum Germanico tum Latino idiomate posteritati consecravit monumenta:

I. Disputationes logicae, sub prof. Franc. Kolbe soc. anno 1714 prof. in univ. Olomuc., in cuius fine nota: „suum complementum non poterat finire, propter grassantem eo tempore in civitate Olom. pestem, aliquot hominum millia fatali suo ac violentissimo afflatu deposcentem“. Msn. 259. Sign. D/K. II. a. 14ª in 4°. pap. sine pag.

II. Kurzer Entwurf vieler kaiserl.-päpstl.-königl.-Land-fürstlicher auch bischöflicher Dignitäten, Präeminantien auch Freiheiten, mit welchen die ansehnliche Collegiat- und Pfarrkirchen ss. Petri und Pauli begabet und begnadet worden. Auch ausführliche Remonstrationen, mit was Unrecht dieselbe von dem Magistrate zu Brünn in ihren pfarrlichen districtu administrationis sacramentorum verhindert wurde und wie weit sich sothaner districtus in und ausser der Stadt Brünn erstrecke. (Diplomatarium ecclesiae s. Petri et Pauli Brunae.) Cum actis et instrumentis adlegatis ab anno 1296—1689. Cod. pap. Ms. sub G. h. 12. No. II. archivi Raigr. in fol. pag. 237—644. Volný in suo opere: „Kirchliche Topographie von Mähren.“ (Topographia ecclesiastica) hocce opere optime usus est.

III. Cursus theologicus benedictino-thomisticus .... perspicua claritate concinnatus ac communi studentium bono expositus (finitus 22. Iul. 1729). Msn. 81. Sign. B/K. II. β. 28. in 4°, sine pag.

IV. Cursus s. canonum in commodum studentium. Msn. 82. Sign. B/K. II. β. 29. in 4°. sine pag.

V. Conciones Germanicae pro feriis rogationum, item pro festis sanctorum annis 1726—1738 habitae. Msn. 548. Sign. F/K. II. β. 13. in fol. sine pag.

VI. Antiphonale anno 1747 conscriptum. Msn. 20. Sign. B/K. II. α. 21. Cod. pap. in fol. p. 265.

Koch Ernestus (Garstensis) in Frankenmarkt Austriae die 19. Aug. 1751 natus, 29. Sept. 1771 sollemniter professus die 1. Nov. 1775 primam Deo hostiam obtulit. Fuit regens chori et dein cooperator Weyrae et in Molln. Domum revocatus denuo regere chorum atque musas humaniores iussus est. Dissoluto monasterio amans matris suae viduatae cooperator saltem ibidem manere adamavit. Continuavit:

I. Catalogum religiosorum Garstensium P. Augustini Digl. Cf. hunc autorem.

II. Biographische und annalische Denkmäler vom aufgehobenen Stifte Steyr-Garsten. (i. e. Monumenta biographica nec non annalistica monasterii Garstensis extincti.) Ms. in biblioth. Seitenstadiensi adserv.

Koch Gregorius (abb. Murensis), ortum habet ex Altwis prope Hitzkirch in Helvetia die 21. Mart. 1747. Religione

votorum se obstrinxit die 26. Apr. 1767. Vix die 22. Sept. 1770 sacerdos inauguratus jam ad altiora munera vocatus est. Tempore Gallicae invasionis qua decanus 1798 in Germaniam deportatus est. Post biennium in Helvetiam reversus prius in parochia Homburg salutem animarum coluit, donec 1802 ad Muros perveniens rursum decani officium gessit usque ad diem 27. Febr. 1810, qua a capitulo abbas eligitur. Post sex annos regiminis obiit die 3. Oct. 1816.

Supersunt ex ejus scriptis:

I. Considerationes piae pro deliberantibus de certo vitae statu, et: Gewisse Grundregeln des geistlichen Lebens. 4°. 40 p. in bibl. Muro-Gries. Cod. 2. 23.

II. Monita in capitulo habita, sermones et exhortationes variae, ibid. Cod. 1. 111.

III. Diaria, Correspondenzen, in arch. Muro-Gries. A. III. IV. VIII.

Kodermann Coelestinus (Lambertinus), natus est in Laibach Carniae 25. Febr. 1816. Monachum induit ad s. Lambertum in Styria 8. Sept. 1838. Absolutis studiis theologicis Labaci et in monasterio Admontensi professus est vota sollemnia 16. Iul. 1840 et neomysta stetit ad aram 8. Aug. eiusdem anni. Tribus prioribus sacerdotii annis in monasterio transactis cooperatorem egit in Maria Hof 1843—51, donec revocatus est domum, ut bibliothecam monasterii in meliorem ordinem redigeret, simulque museum novum naturale componeret. Quibus muneribus omni cum laude absolutis rebus oeconomicis praefectus est, iisque hucusque praeest. Edidit:

I. Die Käfer der St. Lambrechter Gegend in Obersteiermark. (i. e. Scarabaei regionis Lambertinae in Styria superiori.) In Mittheilungen des naturwissenschaftlichen Vereines für Steiermark, 3. Heft (Graz 1865), p. 89—123; ebenso 4. Heft (Graz 1867) p. 32—67 und 5. Heft (Graz 1868), p. 56—60.

II. Die Schmetterlinge der St. Lambrechter Gegend in Obersteiermark. (i. e. Papiliones regionis Lambertinae in Styria superiori.) In Mittheilungen u. s. w. 5. Heft (Graz 1868), p. 61—75.

Uterque tractatus separatim quoque impressus est.

Insuper quam plurimos de rebus oeconomicis tractatus ephemeridibus oeconomicis inseruit, praesertim illis, quibus titulus: „Wochenschrift der steierm. Landwirthschaftsgesellschaft“ et „Steirischer Landbote“.

Königsberger Fridericus Joannes Baptista (Michaelburanus), natus Salisburgi, 29. Mart. 1823, prof. 1. Oct. 1848, sac. 1. Aug. 1849. Studiis theologicis absolutis vocatus est in gymnasium Salisburgi ad docendam mathesin, quo munere fungebatur ab anno 1851 usque ad annum 1876. Per annos viginti aedificavit in diebus dominicis animos iuvenum studiosorum exhortationibus. Tempus recreationis impendit arti apiariae, in qua non raro alumnos theologiae instruxit. Anno 1876, die 16. Sept. abbas monasterii Michaelburani electus, 1. Oct. confirmatus, et 29. eiusdem mensis sollemniter investitus est.

Ephemeridibus Salisburgensibus inseruit:

Meteorologicas observationes et conlationes.

Körmendy Camillus Antonius (de s. Monte Pannoniae), aa. ll. et philosophiae doctor facultatis philos. in r. univ. Pestinensi collegiatus, Papae com. Veszprém. in Hungaria die 31. Maii 1803 natus, s. habitu die 15. Oct. 1819 indutus,

vota sollemnia die 23. Mart. 1826 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 26. Aug. 1827 sacerdotio initiatus est. 1827—29 professor apud alumnos s. ordinis in s. monte, 1829—32 Posonii in academia professor doctrinae religionis, 1832—1850 vero philosophiae, 1850—64 idem in s. monte, 1864—70 autem ibidem vicarius archiabbatis in spiritualibus et auditor causarum generalis, quo anno die 16. Mart. pie in Domino obdormivit.

Scripsit:

I. Szeretet és barátság. (i. e. Amor et amicitia.) In script. period.: „Felső Magyarországi Minerva" 1831. 8°. p. 290—297.

II. Eszmélkedés a világról. (i. e. Meditatio de mundo.) Ibid. p. 545—554. 8°.

III. Eszmélkedés a boldogságról. (i. e. Meditatio de beatitudine.) Ibid. 1832. p. 531—543.

IV. Ész és philosophia. (i. e. Ratio et philosophia.) Ibid. p. 81—96.

V. Értelmi érzelem. (i. e. De sensu intellectuali.) Ibid. 1834. p. 115—131.

VI. Ész és szív. (i. e. Mens et cor.) Ibid. p. 383—402.

VII. Mi gyönyörködtet? (i. e. Quid delectat?) Ibid. 1835. p. 1—22.

VIII. Némely izlési és lélektani tünemények. (i. e. Phaenomena quaedam aesthetica et psychologica.) Ibid. p. 112—133.

IX. Ember és állat. (i. e. Homo et animal.) Ibid. 1836. p. 206—226.

Koffler Othmarus (Scotensis), Viennae in Austria natus est die 9. Ian. anno 1746. Annos natus 17 s. habitu indutus est die 13. Nov. 1763 nec non die 13. Nov. 1764 vota emisit sollemnia. Qui cum post primitias die 5. Mart. 1769 celebratas initio matutini in monasterio concionatoris officio per undecim annos esset functus ibidemque supplentem quoque egisset cooperatorem, 1781—82 cooperator fuit ad s. Udalricum in reg. urb. VII., unde redux in monasterium munus obiit curati et concionatoris ordinarii in parochiali ecclesia B. M. V. Anno vero 1793 prior idemque parochus in monasterio est designatus, quae munera religiose gessit, non tamen neglecto concionatoris officio, cum evangelium summo cum studio et fervore per 27 annos praedicare non desisteret. Quodque egit usque ad diem 4. Febr. 1804, quo die parochus factus est in Waitzendorf; 1807 vero parochiam suscepit in Breitenlee et 1808 in Martinsdorf. Cum vero ibi saepius atque saepius esset tactus apoplexia, tandem ob debilitatem suam et senectutem 1814 in monasterium rediit, ubi valetudinis suae curam gerebat. Viribus fractis ei contigit, ut 1819 sacerdotii sui iubilaeum celebrarit. Idem professus quoque iubilaeus et conventualis senior pie in Domino obdormivit die 6. Oct. 1823 annos natus fere 78.

Typis edidit conciones tres:

I. Lob- und Sittenrede von der Grösse und dem Nutzen der priesterlichen Würde. (i. e. De dignitate sacerdotali.) 1 vol. 8°. Viennae, 1771, typis Leop. Ioann. Kaliwoda.

II. Lobrede auf das Gnadenbild Maria vom guten Rathe. 1 vol. 8°. Viennae 1776, typis Ioann. Ios. Iahn.

III. Predigt von dem Falle des Iudas. Vorgetragen den 20. Hornung 1793. 1 vol. 8°. Viennae, 1793, apud Ioann. B. Hoffer.

Kogler Erhardus (Admontensis). Gresten in Austria Erhardum dedit mundo 16. Ian. 1745, qui Admontes stabilitus 18. Sept. 1763, primam Deo obtulit hostiam 27. Dec. 1767. Concionator egregius et regenschori constitutus eodem tempore confraternitati s. Rosarii praeerat, donec in curam animarum missus in Gaishorn, Wild-

alpen et postremo in Kraubath pastorem egit fidelem, ubi 7. Ian. 1801 febri putrida obiit, iteratis Gallorum invasionibus valde vexatus.

Composuit 2 Regina coeli et 6 Tantum ergo, quae vero incendio anni 1865 perierunt.

Kokal Placidus (Admontensis), Suevus e Gmünd, filius militis 13. Mart. 1797 natus, studiis Graecii laudabiliter absolutis, militiam s. Patris Benedicti sequens Admontes professus est 1. Nov. 1819 et 7. Sept. 1821 primitias celebravit. Totam vitam sacerdotalem erudiendae iuventuti impendens, in gymnasio Graecensi et Iudenburgensi, ubi etiam directoris munere fungebatur, iuvenes instruxit. Relicta cathedra publica ab imperatore Francisco Iosepho aurea meritorum cruce cum corona decoratus, domi professor erat cantorum studiosorum, donec incendii anno 1865 totum coenobium devastantis horroribus debilitatus diem obiit extremum 17. Aug. 1866, paralysi pulmonum correptus.

I. Prolog, welcher am 23. Juni bei Gelegenheit des Priesterjubiläums Sr. Hochwürden des Herrn Alois Friedrich Leitner, Stadtpfarrers zu Judenburg etc. etc., von einem festlich geschmückten Mädchen gesprochen wurde. (i. e. Prologus, dictus in sacerdotii iubilaeo parochi etc.) Stiria, 1844. No. 88.

II. Nachruf Judenburgs an das löbl. k. k. 13. Feldjägerbataillon von Placidus Kokal. (Poema dedicatum cohorti velitum.) Gedicht. Stiria, 1856. No. 12.

III. Verschiedene Logogryphe, Homonyme, Aenigmen, Charaden, theils lateinisch, theils deutsch.

Kolář Aemilianus (Břevnoveno-Braunensis), natus Srlinii Boh. die 9. Oct. 1820, habitu mon. indutus 1842, vota emisit soll. die 3. Aug. 1845, et absolutis in univ. Pragena studiis theologicis die 1. Aug. 1847 sacerdos ordinatus est. Missus in curam animarum ab anno 1862 administrabat parochiam Orloviensem in Silesiae parte Austriaca ibique 28. Apr. pie in Domino defunctus est. Ad festa iubilaei ecclesiae illius, anno 1268 fundatae, ad quam olim praepositura exstitit ordinis nostri, scripsit libellum festa haud indigne illustrantem, cui titulus:

Památka 600 letá založení chrámu Páně v Orlově. Pragae, typis Car. Bellmann. 1868. 12°. 32 p.

Kolb Emmeranus (Seitenstadiensis), Vindobonae imperii Austriaci urbe die 9. Aug. 1729 nobilibus parentibus natus die 28. Oct. 1748 s. habitu indutus eodem posteri anni die nuncupatis votis sollemnibus coetui monachorum Seitenstadiensium est adgregatus. Absolutis in monasterio Seitenstadiensi studiis theologicis die 8. Oct. 1752 primum obtulit sanctissimum missae sacrificium. Primum sacerdotii triennium in parochia Seitenstadiensi animarum curam gessit. Ab anno 1756 in eodem monasterio iuvenes fratres scripturarum sacrarum disciplinam docuit, quo officio fungendo abbati adeo probatus est, ut prior monasterii eligeretur. Quod munus cum unum annum et sex menses gessisset, ecclesiae Wolfsbacensi praefectus est. Post aliquod tempus in monasterium revocatus camerae domesticae est praepositus. Denique 1780 denuo in vineam domini vocatus, parochiae Aspacensi praefuit, quo in munere Kalendis Febr. 1786 pie obdormivit in Domino. Scripsit:

Chronicon sacrum ab orbe condito adusque excisam per Titum urbem et templum Ierosolymitarum concinnatum. Ms. fol. in biblioth. Seitenstadiensi adserv.

Kollendorfer Wolfgangus (Lambacensis), natus est in oppidulo Hall prope Cremifanum die 9. Sept. anno 1779. Musicae indole praeditus Lambacum anno 1791 petiit posteaque stipendio Lambacensi antea pro studio Salisburgensi fundato adiutus Lincii, Seitenstadii et Cremifani studia humaniora absolvit. Monasterium Lambacense ingressus die 20. Sept. anno 1800, vota sollemnia emisit die 7. Oct. anno 1804 et studio theologico Lincii persoluto presbyter ordinatus est die 6. Sept. anno 1806. Curae pastorali deditus munere bibliothecarii et novitiorum magistri mox adauctus est, usque dum ab anno 1812 vicariatum in Aichkirchen suscepit et ad annum 1829 sustinuit. Domum redux mox rei culinariae, postea et novitiatui praefectus et subprior denominatus iam senex ab anno 1852 usque ad annum 1859 parochiale munus Lambaci suscepit. Presbyter iubilaeus anno 1856 cruce aurea pro piis meritis cum corona ornatus, consiliarius ecclesiasticus Linciensis vocari meruit. Senior conventus obiit suaviter leniterque die 30. Apr. anno 1863. Praeter sermones sacros quosdam typis mandatos maioris momenti scripta historica reliquit in scriniis Lambacensibus servata, utpote:

I. Geschichte des Klosters Lambach und seines Stifters (1056—1277). 4° min.

II. Geschichte des Klosters Lambach, 1273—1615. (i. e. Historia mon. Lambacensis.) Fol. opus valde utile.

III. Geschichte des Abtes Placidus. (i. e. Abbatis Placidi vitae delineatio.) s. XVII. 4° min.

Koller Marianus (Cremifanensis), antea Wolfgangus, Illyrius Bistricensis, die 31. Oct. 1792 natus, humanitatis et philosophiae cursum in gymnasio et lyceo Lambacensi emensus, postquam in monasterio Cremifanensi tirocinii annum exegit, theologicas disciplinas in lyceo Linciensi didicit, sollemniter professus die 12. Iun., sacerdotio initiatus die 8. Sept. 1821. 1821—24 cooperator in Sipbachzell; 1824—30 professor historiae naturalis in lyceo; 1825—1839 professor physicae et 1830—1847 director observatorii astronomici, 1843—47 simul c. r. convictus director et scholarum prodirector; 1847 c. r. regiminis consiliarius actualis et penes consilium aulicum studiorum referens; praeses facultatis philosophicae nec non studii philosophici director; 1848 artium liberalium et philosophiae doctor declaratus et consistorii Linciensis consiliarius; 1840—51 consiliar. section. apud ministerium; 1851 consiliarius ministerialis pro rebus cultus et scholarum, c. r. ordinis Leopoldi eques, clarissimum monasterii decus obiit 19. Sept. 1866.

Scripta M. Koller haec sunt:

I. Die Resultate der astronomischen Beobachtungen auf der Sternwarte zu Kremsmünster — der Planeten, des Mondes und der sogenannten Mondsterne am Meridiankreise, der Kometen am Aequatoriale. (i. e. Resultata et calculi observationum astronomicarum in observatorio Cremifanensi factarum — planetarum, lunae, stellarum, quas lunares astronomiae periti dicunt, in circulo meridiano, cometarum vero in aequatoriali.) Vide: Schumachers astronomische Nachrichten, Bd. IX—XXVIII, 1830—47.

II. Beobachtungen der Sternschnuppen. (i. e. Observationes traiectionum stellarum.) Vide: Annalen der Wiener Sternwarte, 1839—40.

III. Catalogue of 208 stars at Kremsmünster. (i. e. Catalogus 208 stellarum.) Vide: Memoirs of the british Royal Astronom. Society, Bd. XII. p. 374—380.

IV. Ueber das Passage-Instrument. (i. e. De instrumento, quod dicitur „Passage“.) Vide: 1. Jah-

resheft der Mittheilungen des naturforschenden Vereins in Brünn. Etiam separatim impress. 1863. 8°. 38 p.

V. Zur Theorie des August'schen Heliostaten. Ibid. 1864. Etiam separatim impress. cum addidamentis et correctionibus. Viennae, Stöckholzer et Hirschfeld. 8°. 17 p.

VI. Ueber die Aenderungen, welche der Stundenwinkel eines Sternes in einem gegebenen Verticale durch die Fehler des Instrumentes erleidet. (i. e. De mutationibus, quas angulus horar. stellae in certo verticali per instrumenti defectus patitur.) Ibid. IV. Bd. Separatim impress. 8°. 7 p.

VII. Beiträge zu den Ortsbestimmungen in Oberösterreich. (i. e. Symbola ad definiendam longitudinem et latitudinem locorum in Austria superiore. Vide: Linzer Musealblatt 1840 et 1841.

VIII. Ueber die Berechnung periodischer Naturerscheinungen. (i. e. De phaenomenis naturae periodicis ad calculos vocandis.) Vide: Denkschriften der kaiserlichen Academie der Wissenschaften in Wien. I. Bd. Wien, k. k. Hof- und Staatsdruckerei. 1849. 4° mai. 21 p.

IX. Ueber den Luftdruck, die wässerigen Niederschläge und die barometrische Windrose von Kremsmünster. (Dissertatio meteorologica.) Vide: Astronomische Nachrichten. XXV. Bd. p. 263—271. 4°.

X. Meteorologische Beobachtungen, angestellt auf der Sternwarte zu Kremsmünster. (i. e. Observationes meteorologicae in observatorio astronomico Cremifanensi factae.) Vide: Linzer Musealblatt, 1840, 1841, 1842.

XI. Ueber den Gang der Wärme in Oberösterreich. (i. e. De processu et mutationibus caloris in Austria superiore.) Vide: V. Bericht über das Museum Francisco-Carolinum, p. 1—29. Separat. impress. Linz, Druck von Eurich. 8°. 1841.

XII. Resultate zehnjähriger auf der Sternwarte in Kremsmünster angestellter Beobachtungen über die Feuchtigkeitsverhältnisse der Atmosphäre, nebst einem Anhang: Untersuchung über die Temperatur des Quellenwassers zu Kremsmünster. (i. e. Resultata observationum de humoribus in atmosphaera existentibus in observatorio astronomico Cremifanensi per decennium factarum cum appendice: Investigatio temperationis fontium prope Cremifanum scaturientium.) Vide: VII. Bericht des Museum Francisco-Carolinum in Linz. Separatim impress. Linz, Druck von Eurich. 1843. 8°. 62 p.

XIII. Die Ergebnisse der erdmagnetischen Beobachtungen auf der Sternwarte zu Kremsmünster. (i. e. Resultata observationum magneticarum in observatorio astronomico Cremifanensi institutarum.) Vide: Gauss und Webers „Resultate des magnetischen Vereins", et: Lamonts „Annalen für Meteorologie und Erdmagnetismus".

Manuscripta M. Koller:

I. Differential-, Integral- und Variationsrechnung. (i. e. Calculi differentiales, integrales et variationis.) 464 p.

II. Notaten zu Cournots „Théorie des fonctions cet." (i. e. Notata ad Cournot: Theoria functionum.) 184 p.

III. Erläuterungen zu Sturms „Cours d'analyse". (i. e. Explicationes ad Sturm: Cursus analyseos.) 20 p.

IV. Zur „Theoria combinationis observationum" von Gauss. 72 p.

V. Integration der linearen Differentialgleichungen. (i. e. Integratio linearium aequationum differentialium.) 1853. 100 p.

VI. Integration der partiellen Differentialgleichungen. (i. e. Integratio aequationum differentialium particularium.) 104 p.

VII. Ueber Fourier'sche Reihen und Integrale nach Moth. 1863. 48 p.

VIII. Ebene und sphärische Trigonometrie. 152 p.

IX. Zu Francoeurs „Géodésie". 12 p.

X. Genäherte Berechnung des Volums eines Eisenbahndammes. 12 p.

XI. Zur Lehre von den regelmässigen Polyedern. 12 p.

XII. Zur Schifffahrt im grössten Kreise. 20 p.

XIII. Die loxodromische Linie. 36 p.

XIV. Notaten zu Poissons „Mécanique". 2. edit. 48 p.

XV. Mechanik nach Petzval. 1852. 128 p.

XVI. Theorie der Elasticität fester Körper nach Stefan. 1862. 144 p.

XVII. Optische Studien, meist nach Fresnel. 1835.

XVIII. Zur analytischen Optik von Schmidt. 80 p.

XIX. Undulationstheorie nach Petzval. 1854. 89 p.

XX. Theorie der Beleuchtung nach Petzval. 1855. 68 p.

XXI. Dioptrik nach Petzval. 1856. 164 p.

XXII. Ueber pankratische Oculare. 16 p.

XXIII. Theorie des Lichtes nach Stefan. 120 p.

XXIV. Interferenz, Beugung und Polarisation des Lichtes nach Stefan. 1864. 40 p.

XXV. Ueber die Geschwindigkeit des Lichtes. 1858. 12 p.

XXVI. Heliostaten, namentlich der August'sche, der Stampfer'sche; Aufstellung und Rectification des letzteren. Bestimmung der Berechnungs-Exponenten nach Stampfer. 72 p.

XXVII. Theorie der Wärme nach Stefan. 1863. 140 p.

XXVIII. Electro-Dynamik und Theorie der Induction nach Stefan. 1863. 104 p.

XXIX. Notaten zu Littrows Vorlesungen über Astronomie.

XXX. Erläuterungen zur „Theoria motus corporum coelestium" von Gauss. Die Theorie der kleinsten Quadrate insbesondere weiter durchgeführt und zwei Beispiele von Bahnberechnungen ganz durchgearbeitet. 768 p.

XXXI. Zu Santinis „Elementi di astronomia". 372 p.

XXXII. Zu Pontécoulants „Théorie analytique du système du monde". 232 p.

XXXIII. Zu Brünnows „Lehrbuch der sphärischen Astronomie". 2. Aufl. 324 p. 8°.

XXXIV. Kollers Vorträge über sphärische Astronomie, gehalten in Wien, 1849.

XXXV. Ueber einzelne Aufgaben der beobachtenden und rechnenden Astronomie. 148 p.

XXXVI. Aeltere und neuere Aufsätze über Finsternisse und deren Vorausberechnung, darunter ein Vortrag, gehalten in Wien, 1855.

XXXVII. Bestimmung der Bahnen der Himmelskörper aus geocentrischen Beobachtungen. (i. e. Derivatio cursus corporum coelestium ex observationibus geocentricis.) 216 p.

XXXVIII. Berechnung der parabolischen und elliptischen Elemente der Kometenbahnen. 84 p.

XXXIX. Ueber Bahnbestimmungen nach Oppolzer. 1866. 184 p.

XL. Theorie der Planetenstörung nach Hornstein. 1859. 108 p.

XLI. Mechanik des Himmels nach Petzval. 1851. 514 p. 2°.

XLII. Der Verticalkreis der Sternwarte zu Kremsmünster; dessen Rectification. 28 p.

XLIII. Das Passage-Instrument des Herrn Deschmann in Laibach und des Herrn Streinz in Linz. 128 p.

XLIV. Ueber das Dipleidoscop. 24 p.

XLV. Bestimmung der Länge des Secundenpendels auf der Sternwarte zu Kremsmünster. 68 p.

XLVI. Ueber die Quecksilber-Composition eines Pendels mit specieller Rücksicht auf die Uhr Kessels. 8 p.

XLVII. Gutachten an die kaiserl. Academie der Wissenschaften in Wien über den Vorschlag, „die Wiener mittlere Zeit durch die Telegraphenlinien nach allen Kronlanden zu übertragen und als allein giltige bürgerliche Zeit einzuführen".

XLVIII. Aufsätze über die Instrumente zur Beobachtung der erdmagnetischen Elemente. 4°. 362 p.

XLIX. Bestimmung der magnetischen Inclination. 44 p.

L. Bestimmung der Horizontal-Intensität des Erdmagnetismus. 112 p.

LI. Höhenmessungen (Theorie und ausgeführte Messungen). 60 p. 4°.

LII. Notizen aus einer Reise durch Norddeutschland über Dresden, Berlin, Hamburg nach London und Paris im Jahre 1838.

(Manuscripta M. Koller adservantur in archivo observatorii astronomici V. 34—86.)

Kopeczky Hilarius Vendelinus (de s. Monte Pannoniae), in Szápár com. Veszprém. in Hungaria die 17. Oct. 1814 natus, habitu s. die 17. Sept. 1832 indutus, die 27. Iul. 1837 vota sollemnia emisit. Absolutis in monte sacro s. theologiae studiis die 20. Iul. 1840 presbyter factus est. His functus est officiis: 1840—41 oratoris a sacris in monte sacro, 1841—44 professoris gymn. Papae, 1844—45 orator a sacris Sopronii, 1845—48 professoris Strigonii, 1848—50 Iaurini, 1850—59 Sopronii, 1859—62 administratoris parochiae in abbatia B. M. V. de Dömölk, 1862—63 oratoris a sacris in monte sacro, 1863—66 administratoris bonorum in abbatia de Tihany, ex eo autem usque ad id tempus administratoris parochiae in Endrőd.

Scripsit (nomine Ködmön P.):

I. Néhány őszinte észrevétel az átalakítandó kath. iskolák ügyében. (i. e. Sincera quaedam verba pro scholis cath. immutandis.) In lib. period. „Religio". 1850. 4°. 25. n.

II. A kath. egyletekről, különösen a soproni ugynevezett kath. conventről. (i. e. De sodalitatibus cath., in primis de conventu Soproniensi, qui catholicus dicitur.) Ibid. 1851. 48. n.

III. Gácser Leo emléke. (i. e. Memoria Leonis Gácser.) Ibid. 1858. II. 31. n.

IV. Párhuzam a volt absolut és a modern liberalis kormány gazdálkodása közt. (i. e. Comparatur imperium, quod absolutum dictum est, cum falso-liberali, quod nunc est.) Ibid. 1875. I. 10. n.

Koplhuber Leopoldus (Cremifanensis), antea Theophilus, in pago Micheldorf Austriae superioris die 11. Oct. 1763 natus, iuvenis aetate maturior frequentatis scholis Cremifanensibus monasterium ingressus die 8. Sept. 1790 theologiae studium in seminario generali Viennae confecit, die 8. Sept. 1791 in ordinis s. P. Benedicti leges iuravit et post quatuor hebdomades (16. Oct.) incruentum Deo sacrificium primum obtulit. Cooperator in diversis parochiis; deinde parochus in monte s. Magdalenae et ab anno 1812 in Steinhaus obiit die 18. Iul. 1826.

Exstant haec eiusdem opuscula manu scripta:

I. Otfrids Evangelienbuch. Aus der altdeutschen Sprache des 9. Jahrhunderts in die heutige deutsche Sprache übersetzt und mit historischen, philologischen und patristischen Anmerkungen versehen. (i. e. Otfridi harmonia evangeliorum ex sermone saeculi IX. in sermonem hodiernum translata et notis illustrata.) 2°. 513 p.

II. Incipiunt glossae super vetus et novum testamentum breviter excerptae singulariter de difficillimis verbis. 2°. 429 p.; Glossae, 2°, 708 p.; Glossae, 2°, 642 p.

III. Textus melodramatum „Die Hühnerstube", „Die Landwehr", „Der Meisenfang", „Der Mair von Faistenbüchl" et carminis celeberrimi „Der Budlhaubnteufel" ab eodem scriptus est.

(In bibliotheca monasterii haec scripta adservantur VIII. 232.)

Kopp Fridolinus (princeps abb. Murensis), natus in Argoviensi urbe Rheinfelden die 8. Oct. 1691, studiis rhetoricae, philosophiae atque theologiae apud Muros operam dedit, ubi die 21. Mart. 1708 vota emisit et 1715 sacerdotium inivit, ac non multo post cathedram conscendit aliisque muneribus functus est, uti secretarii congregationis Helveticae, decani per biennium in Disertinensi monasterio, directoris cancellariae et archivarii. Defuncto principe abbate Geroldo I. in eius successorem die 16. Mart. 1751 electus per sex annos magna cum laude praefuit, donec vitam meritis plenam die 17. Aug. 1757 clauderet. In scientia historica et in arte critica

versatissimus simul ut elegans scriptor Latinus celebratur. Edidit:

I. Vindiciae actorum Murensium pro et contra Marquardum Herrgott, genealogiae diplomaticae augustae gentis Habsburgicae auctorem, seu acta fundationis Murensis monasterii tamquam eiusdem genealogiae fundamenta fidei suae asserta solidisque rationibus et documentis sobrie et iuste vindicata. Typis principalis monasterii Murensis per I. C. Hiltensperger, 1750. 4°. 320 p. „Vindiciae" non erant quidem ignotae nostro Ziegelbauer, ut apparet ex eius vol. IV. p. 485; ast nondum erant typis editae. Novit item opus „Murus et antemurale", de quo infra, sed non novit auctorem, qui est P. Benedictus Studer, mon. Murensis, de quo cf. Calmet in Diario Helvet., Ziegelbauer IV. p. 557. Quod attinet „Vindicias", cf. etiam Potthast „Wegweiser" sub voce „Origines Murenses".

II. Acta fundationis Murensis monasterii. Est appendix ad „Vindicias". 4°. 98 p., cum notis criticis. Est optima hucusque editio huius operis antiqui anonymi Murensis. Cf. Kiem Martinus in hoc opere.

III. Elogia praelatorum Murensium a Reginboldo usque ad Placidum, i. e. 1027—1720. Est appendix operis citati Studer „Murus et antemurale", typis monast. Murens. 1720. 4°. 111 p.

IV. Epistola amici ad amicum super praetensa denudatione anonymi Murensis. 4°. 10 p. Dirigitur contra Rustenum Heer, praetensae denudationis auctorem.

V. Poemata Latina manuscripta variis occasionibus, quae adservantur partim in Parnasso Murensi in bibl. Einsidl., partim in bibl. Argov. vel in bibl. Muro-Gries.

Kopp Leopoldus (Cremifanensis), antea Franciscus Xav., Austriacus Welsensis die 27. Sept. anni 1809 in scholis Cremifanensibus humanitatis et philosophiae studiis confectis die 2. Oct. 1809 tirocinium ingressus et per annum probatus ad haurienda theologiae mysteria Lincium missus est; die 20. Sept. 1832 votis religiosis sollemniter nuncupatis die 15. Iul. 1833 s. presbyteratus ordinem recepit. In diversis parochiis cooperator, 1842—47 parochum Cremifanensem adiuvit; deinde sui iuris factus parochias Egendorf, Fischlham, Adlwang, Weisskirchen, Thalham deinceps administravit, obiit in domo parochiali decani Welsensis apoplexia tactus die 7. Ian. 1871.

Horis ab animarum cura residuis scripsit:

I. Versuch einer liturgischen Abhandlung über die Gebräuche und Ceremonien der katholischen Kirche. (i. e. Dissertatio liturgica de ritibus et ceremoniis ecclesiae catholicae.) Wels, in Commission bei Haas. 1854. 8°. 195 p.

II. Kurze Beschreibung des Ursprungs und der Schicksale des Wallfahrtsortes Adlwang in Oberösterreich. (i. e. Brevis descriptio originis et historiae ecclesiae in Adlwang, sacris peregrinationibus percelebris.) Steyr, 1860. Druck und Verlag der Haas'schen Buchdruckerei. 8°. 24 pag.

Kosťal Clemens (Břevnoveno-Braunensis), a Soběslav Bohemiae. Natus 11. Mart. 1844 vestem monasticam induit 1864, dieque 5. Dec. 1868 s. regulam professus presbyter ordinatus est die 25. Iul. 1869. Absolutis dein in universitate Pragena studiis futuro gymnasii magistro necessariis, magister approbatus docet in gymnasio Braunensi. Scripsit:

I. Carmen, sermone Bohemis vernaculo, honoribus pt. domni abbatis Nepomuceni, anno 1869 quintum ab accepta benedictione abbatiali lustrum celebrantis, quod Pragae typis mandatum fuit.

II. Posuit et solvit e re mathematica problema: Eine Dreieckconstruction aus dem Vierecke. Habetur in litteris gymnasii Braunensis anno 1876 editis.

Kovács Marcus Ioannes (de s. Monte Pannoniae), in Bársonyos com.

Veszprém. in Hungaria die 15. Ian. 1782 natus, s. habitu die 31. Oct. 1804 indutus, vota sollemnia die 18. Maii 1806 emisit. Ex quo anno ad annum 1807 in gymn. Papensi, 1807—8 in gymn. Sopron. officio professoris functus, ad s. montem rediit, ut studiis s. theologiae vacaret, quibus absolutis die 22. Mart. 1812 presbyter ordinatus est. Variis ex eo monasterii officiis, uti 1812—13 professoris in s. monte, 1813—15 administratoris parochiae in Nyalka, 1815—22 in Tényő, 1822—23 oratoris a sacris in s. monte, 1823—24 administratoris parochiae in Füred, 1824—27 in Kapoly, 1827—28 superioris domus in abbatia de Bakonybél, 1828—29 administratoris bonorum ibidem, 1829—30 oratoris a sacris Sopronii, 1830—1831 in abbatia B. M. V. de Dömölk, 1831—1832 cooperatoris, 1832—38 administratoris parochiae, 1838—43 denuo cooperatoris, 1843 subprioris et administratoris parochiae in abbatia de Tihany, 1843—50 administratoris parochiae in Nyalka laudabiliter functus, ex anno 1850 spiritualis in abbatia de Bakonybél degit, ubi die 8. Dec. 1854 pie vita cessit.

Complura edidit opera ingenio et industria praeclara, et quidem:

I. Örömdal méltóságos Kovács Tamás, pannon halmi fő apát-urnak bé-léptető ünnepére böjt elő havának 14-dik napján 1830. (i. e. Carmen honoribus Thomae Kovács archiabbatis, cum inauguraretur.) Sopronyban, Kultsár Katalin betűjével. 8°. 4 p.

II. A keresztény katolikai isteni tiszteletnek minden ágaira kiterjedő énekes könyv négy részre felosztva és a szükségesebb imádságokkal is ellátva. (i. e. Liber hymnorum et precum cum notis musicis.) Áldozza Kovács Márk, sz. Benedek rendü. Pesten. Esztergami Beimel József sajátja és áruja. 1842. 4 fasc. X + 267, 152, VI + 108, IV + 141 p.

III. Elegia iucunde lacrymans, quam illustr. ac rev. domino Michaeli Rimely archiabbati Montis Pannoniae, dum sedem hanc suam sollemniter ingrederetur, obtulit Marcus Kovács, o. s. B. in Tihany. XVIII. Apr. 1843. Veszprimii. Typis Ioannis Totth. 4°. 4 p.

IV. A keresztény kath. hitre visszatérő ágostai vagy helvét vallásu személynek előleges oktatása. Irta és használta Kovács Márk. (i. e. Institutio hominis august. vel helvet. confessionis ad religionem cath. revertentis.) Pesten. Beimel és Kozma. 1845. 8°. 60 + 2 p.

V. Falusi tisztujítás. Irta Kovács Márk 1846. (Restauratio munerum pagorum, i. e. nova electio iudicum cet.) Győrött, özvegy Streibig Klára betűivel. 1847. 8°. 60 p.

VI. In script. period.: „Religio és Nevelés“ praeter minora quaedam: *a)* Szent kereszt tisztelete. (i. e. Cultus s. crucis.) 1843. II. 29. n. *b)* Észrevételek az egyházi énekről. (i. e. De cantu ecclesiastico.) 1845. II. 6. sz.

VII. Katolika visz-hang Tihonyi Predikátornak. Irta Kovács Márk. Sz. Benedek rendi Tihonban. (i. e. Echo catholica praedicatori luth. Tihanyiensi.) 1841. 8°. 165 p. Ms. Adserv. in bibliotheca centrali in s. monte.

VIII. Alia quam plurima eius manuscripta, dissertationes, narratiunculas, carmina, iucunda atque utilia continentia adservantur in bibliotheca abbatiae de Bakonybél.

Kovács Rupertus Paulus (de s. Monte Pannoniae), s. theologiae doctor, in Szécsény com. Sopron. in Hungaria die 17. Ian. 1742 natus, vota sollemnia die 21. Dec. 1763 emisit et die 20. Maii 1770 presbyter ordinatus est. Per annum ex eo in s. monte, tum vero usque ad ordinem s. sublatum in academia Iaurinensi ius canonicum docuit. Ordine s. restituto anno 1802 officio administratoris bonorum et parochiae in Füss functus, die 28. Febr. 1803 vita decessit. Scripsit:

I. Kovács Pálnak magyar példa- és közmondási. (i. e. Parabolae et proverbia Pauli Kovács:

s. ordine sublato nomen baptismale resumpsit.) Győrben. 1794. Streibig. 8°. 235 p.

II. Sublato s. ordine ius canonicum in seminario Iaurinensi docuit, cuius manuscriptum Hungarico idiomate reliquit. Fuxhoffer-Czinár: Monast. I. 151 p.

Kovács Thomas Iosephus (archiabbas s. Martini de s. Monte Pannoniae), s. theologiae doctor, facultatis theol. in r. univ. Budapestinensi collegiatus, in Szabadka com. Bács. in Hungaria die 23. Nov. 1783 natus, die 5. Nov. 1803 s. habitu indutus, vota sollemnia die 24. Nov. 1804 emisit et die 23. Apr. 1811 presbyter ordinatus est. 1804—7 professor gymn. Iaurini; 1807—9 ibidem, 1809—13 vero in s. monte studiis s. theologiae vacavit. 1813—27 ibidem officio professoris studii biblici et linguarum orientalium, 1827—29 prioris maxima cum laude functus, 1830 archiabbas nominatus est. Pie in Domino obdormivit die 5. Ian. 1841.

Insignis vir atque optime de s. ordine meritus varios reliquit libros manu scriptos, qui in bibliotheca centrali in s. monte adservantur; maioris momenti sunt:

I. Hermeneutica biblica utriusque foederis et introductio in libros novi foederis. 4°. 223 + 196 p.

II. Manuscripta biblica. 4°. 934 p.

III. Historia litteraria exegeseos novi foederis. 4°. 38 p.

IV. Ius canonicum seu ecclesiasticum. 4°. 447 p.

V. Scripta iuris ecclesiastici. 4°. 210 p.

VI. Ius publicum gentium. 4°. 198 p.

VII. Ius publicum Hungaricum. 4°. 95+36 p.

VIII. Philosophia iuris. 4°. 152 p.

IX. Politia. 4°. 432 p.

X. Statistica. 4°. 154 p.

XI. Oeconomia nationalis. 4°. 160 p.

XII. Theologia moralis. Concinnata a Th. Kovács. 4°. 448 p.

XIII. Theologia pastoralis. Concinnata a Th. Kovács. 4°. 59 p.

XIV. Scientia rei aerariae seu financia. 4°. 23 pag.

XV. Stilus curialis. 4°. 44 p.

Kovátsits Marcellus Franciscus (de s. Monte Pannoniae), adsessor s. sedis consist. archiabbatialis, in Zala-Apáthi com. Zalad. in Hungaria die 14. Nov. 1805 natus, monasterium in s. Monte Pannoniae situm die 15. Oct. 1820 ingressus, ei die 17. Iul. 1827 sollemni votorum emissione adscriptus est. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis, anno 1828—29 in abbatia de Tihany munus bibliothecarii obiit; inde autem, cum die 21. Oct. 1829 sacris initiatus esset, Papam iussu archiabbatis se contulit, ubi per annum officio professoris gymn. functus, anno 1830 aeque professor gymn. Ginsium translatus est, ibique usque ad annum 1850 degit. 1850—57 professor gymn. Iaurini, 1857—65 promagister novitiorum et rationum exactor in s. monte, ex eo ibidem munere spiritualis et rationum exactoris fungitur. Mense Oct. 1879 omnibus congratulantibus iubilaeum sacerdotale celebravit.

Duo edidit sine nomine carmina, quae dicuntur occasionalia, alterum in honorem archiabbatis Michaelis Rimely, alterum in honorem episcopi Sabariensis Gabrielis Balassa. Carmina inscribuntur:

I. Oda, mellyel méltóságos és főtiszt. Rimely Mihál urnak, tavaszhó 18-án 1843 tisztelkedék a kőszegi királyi tanoda. Kőszegen, Reichard Károly betűivel. 4°. 7 p.

II. Méltóságos és főtiszt. Balassa Gábor tiszteletére püspöki székének elfoglalásakor a pannonhegyi benedekiek kőszegi székháza által. 1844-ben. Ibid. 4°. 7 p.

Kraus Honorius (Scotensis), Transsylvanus Coronensis, natus est die

19. Aug. 1773. S. habitu cum indutus esset die 6. Dec. 1794, exacto vitae religiosae triennio professus est die 14. Sept. 1797 et sacerdotio inauguratus die 18. Nov. 1798 incruentam Deo obtulit hostiam. Ingenii et morum maturitas iuvenem aliis praefecit novitiorum magistrum. Deinde historiam ecclesiasticam et canones docuit in domestica coenobii schola, institutoque c. r. ad Scotos gymnasio anno 1807 praecepta eloquentiae tradidit. Exacto quadriennio parochiam suburbanam in Campo Scotorum impetravit, quod munus nisi cum vita et spiritu post undequadraginta annos deposuit. Hanc sibi provinciam, posthabito magisterio scholastico, exoptavit; hanc egregie administravit, hanc exornavit, natura dives et gratia. Die 18. Nov. 1848 quinquagesimum sacerdotii sui annum sollemni sacrificio complevit. Ultimum vitae annum fractis viribus, nullo vexatus dolore, nulloque morbo in lectulo degebat; placidissima morte solutus est die 19. Iun. 1850, annos natus 77.

Typis edidit:

I. Die Pfarre und Kirche Sanct Laurenz im Schottenfelde. (i. e. Tractatus historicus de parochia et ecclesia ad s. Laurentium.) Als Beitrag zur kirchlichen Topographie und als Ehrenbuch der vorzüglicheren Wohlthäter dieser Kirche. 1 vol. 8°. Edit. 1. Viennae, 1821, typis B. Ph. Bauer. Edit. 2. 1826, ibid.

II. Denkbuch der Pfarre und Kirche zum heiligen Laurenz im Schottenfelde. (i. e. Liber memorialis eiusdem parochiae.) Als Beitrag zur kirchlichen Topographie und als Ehrenbuch der vorzüglicheren Wohlthäter dieser Kirche. Mit einem Anhange: Das Stift Schotten. 1 vol. 8°. Edit. 1. Viennae, 1839, typis congreg. Mechith. cum imag. chalcogr. auctoris, et cum 3 seq. edit.

III. Hymnos pro diversis festis: Hymne, dem P. Benedict Lichtensteiner, Pfarrer zu St. Ulrich, zu seiner fünfzigjährigen Jubelfeier als Priester von seinem Amtsbruder Honorius Kraus. Viennae, 1822, typis B. Ph. Bauer. — Dem Hochwürdigsten Herrn Herrn Andreas, Abt des Benedictiner-Stiftes zu den Schotten in Wien und zu Telky in Ungarn, k. k. wirklichem Hofrathe, Präses der theologischen Facultät u. s. w., als Superintendenten des Versorgungshauses Langenkeller am Neubau in Wien, bei Gelegenheit der fünfzigjährigen Jubelfeier der Kapelle dieses Versorgungshauses. Viennae, 1822, typis B. Ph. Bauer. — Rundgesang zur Namensfeier des P. Benedict Lichtensteiner, Pfarrers zu St. Ulrich und Senior des Stiftes Schotten. Bei dem Freudenmahle im traulichen Kreise seiner Freunde und Mitbrüder vorgesungen. Viennae, 1825.

IV. Conciones habitas pro diversis occasionibus: Ein paar Worte der Erbauung, gesprochen, als das erste heil. Messopfer in der neuerbauten Kapelle zu Klein-Harras feierlich dargebracht wurde. Viennae, 1825, typis congr. Mech. — Worte der Erbauung, gesprochen, als das Fest der heil. Aposteln Philipp und Jacob, der Schutzheiligen des neuerbauten Gotteshauses zu Klein-Harras, das erste Mal feierlich begangen wurde. Viennae, 1826, typis congr. Mechith.

V. Orationes pro divers. occass. habitas: Bei Gelegenheit als am 4. Oct. 1827 das Bildniss des Kaisers Franz des Ersten in dem Gemeindehause der Vorstadt Schottenfeld nach abgehaltenem feierlichen Gottesdienste aufgestellt wurde. Viennae, 1827, typis congr. Mechith. — Ein paar Worte der Erbauung, den die öffentliche Schule in der Pfarre Schottenfeld auf dem Neubau No. 206 besuchenden Mädchen gewidmet, als ihnen eine Schulfahne zum Geschenk gemacht wurde. Viennae, 1841, typis congr. Mechith. — Der in der Pfarre St. Laurenz im Schottenfelde festlich gefeierte Weihnachtsabend 1843, an welchem 200 arme, fleissige und gesittete Schulkinder dieser Pfarre mit den nöthigen und ganz neuen Winterbekleidungen beschenkt wurden. Viennae, 1844, typis congr. Mechith.

VI. Das erste Kinder-Krankenhaus Wiens, gegründet in der Pfarre Schottenfeld von Dr. Ludw. Wilhelm Mauthner und beschrieben mit

einigen ans Herz gelegten Worten. Viennae, 1838, typis congr. Mechith.

VII. Orationem pro nuptiis semisaecularibus habitam: Bei Gelegenheit als die goldene Jubelhochzeit des hocherlauchten Ehepaares Sr. Excellenz des Pleniss. Tit. Herrn Rudolph Grafen von Czernin, Sr. k. k. apost. Majestät wirkl. geheimen Rathes, Oberstkämmerers und Oberst-hofmeister-Stellvertreters, Ritter des goldenen Vliesses etc. etc., und der hochgebornen Frau Gräfin Theresia, geb. Gräfin von Schönborn, Sternkreuzordens- und Pallastdame etc. etc. von dem sämmtlichen Hauspersonale im gräflichen Pallaste gefeiert wurde. Viennae, 1831, typis congr. Mechith.

Manuscripta eius in 8° adserv. in bibliotheca Scotensi sub 53. g. 21—26:

I. Joh. v. Jahn, Vorlesungen über biblische Alterthümer. Zusammengetragen 1796. (i. e. Praelectiones Ioannis de Iahn in archaeologiam biblicam collectae 1796.)

II. Religionsunterricht für Schüler der 1. und 2. Classe. 1800.

III. Entwürfe der Christenlehren vom October 1800 bis August 1801.

IV. Miscellen, Gedichte, Reden, Charaden in deutscher und lateinischer Sprache. (Varia.)

V. Ernst und Laune. Reden und Gedichte.

VI. Herzlich gemeinte Gelegenheitsworte, Toaste, Gedichte etc.

Kreil Benno (Admontensis), honestis parentibus in oppido Admontensi natus 1. Nov. 1779, cum in gymnasio domestico tum in academia Graecensi studia praeparatoria felici cum successu absolvens, Admontense coenobium petens 11. Iul. 1802 vota emisit sollemnia et 19. Dec. eiusdem anni primitias celebravit. S. theologiae professor primo in coenobio, dein in c. r. univ. Graecensi constitutus, iam 1809 ad gradum doctoris s. theologiae est promotus. Die 21. Mart. 1823 per vota fratrum administrator coenobii electus dominum opulentam ex egena, securam e dubia, viribus pollentem ex infirma reddidit. Die 21. Aug. 1839 in abbatem electus et 8. Sept. eiusdem anni mitra decoratus Benno abbas usque ad annum 1861 naviculam coenobii Admontensis firma manu impavide rexit, donec aetatis onere consumptus abbatia resignaret 4. Iul. 1861. Die 7. Mart. 1863 excessit e vivis praesul Benno, meritorum plenus, neofundator domus sibi commissae. Pro tantis meritis Benno nummo aureo maiore et cruce equitum ordinis Leopoldini est insignitus, qui pluribus societatibus cum ad bonum publicum tum ad scientias promovendas constitutis sodalis erat adscriptus. — Symbolum Bennonis abbatiale erat: „Sub alis et aquilis imperatoriae maiestatis."

Scripsit haec opera:

I. Gedicht von Pr. Benno. (Aufmerksame.) 1815. No. 10.

II. Hauptlehrsätze aus der biblischen Alterthumskunde, der Einleitung in die Bücher des alten und neuen Bundes und der bibl. Auslegungskunde von P. Benno Kreil, approb. Professor. (i. e. Paradigmata historiae antiquitatis biblicae.) 1803. 8°.

III. Die frühe Vollendung und Erinnerungen aus dem Leben des edlen Jünglings Wenzeslaus Grafen von Purgstall; besungen und den Freunden des Seeligen gewidmet von Pr. Benno. (i. e. Memorabilia vitae iuvenis comitis de Purgstall.) Grätz, gedruckt bei Andreas Leykam, 1817, am 20. Geburtstage des Seeligen. 8°.

IV. Ein Werk: „Einleitung in die göttlichen Bücher des neuen Bundes" (i. e. Introductio in libros N. T.), welches bis zum Brande des Jahres 1865 im Manuscripte zu Admont vorhanden war.

Krenn Isidorus (Mellicensis), Bohemus Graslitzensis, die 15. Iul. 1841 natus, 15. Sept. 1861 s. habitu indutus, 25. Sept. 1864 vota sollemnia emisit. Absolutis par-

tim ad s. Hippolytum, partim Mellicii studiis theologicis sacerdos inauguratus die 15. Aug. 1866 primitias celebravit. Eiusdem anni mense Novembri linguam Latinam et Graecam in gymnasio Mellicensi tradendam suscepit supplendo. Annis 1867—1870 candidatus magisterii gymnasii in univ. Viennensi, mense Martio 1872 examine peracto in docenda philologia classica adprobatus nec non die 4. Nov. professor denominatus est. Anno 1872 in convictu munus praefecti et 1875 directoris obtinuit, eique die 18. Oct. 1876 munus gymnasii Mellicensis regendi delatum et convictus administrandi officium 1878 abrogatum est. Denique eodem anno exeunte munus quoque camerae Mellicensis adsecutus est.

Scripsit:

Die griechischen und römischen Staats- und Privatalterthümer an den Gymnasien. (i. e. De antiquitatibus Romanorum Graecorumque cum publicorum tum privatorum dissertatio.) Im Jahresbericht des Melker Gymnasiums 1876. Wien, Druck bei Ludwig Mayer. 8°.

Krenner Rupertus (Gottvicensis), die 21. Ian. 1722 Salisburgii natus studiis in urbe patria absolutis s. habitu Gottvicii indutus die 15. Nov. 1741 vota sollemnia emisit et die 8. Nov. 1745 primum sacrificium Deo obtulit. Successive magister novitiorum, director clericorum, subprior ac tandem prior constitutus est. Aptus ad omnia in vineam Domini post haec ire iussus per 22 annos in tribus parochiis laboravit. Simul poeta, orator et historicus haud vulgaris erat, praeprimis opuscula historiae potissimum monasterii servientia conscribebat et epistolas encyclicas de morte confratrum collegit et in ordinem redegit. Mortuus est die 18. Oct. 1782.

I. Ara iubilaea Godefridi dedicata a Ruperto Krenner 1746. Cod. man. bibl. Gottv. No. 684. Fol. 119—132.

II. Gedicht in plattdeutscher Mundart auf Abt Godfrids Secundiz. Cod. man. bibl. Gottv. No. 892.

III. Catalogus religiosorum sub abbatibus Michaele Herrlich etc. usque ad Godefridum. Cod. man. bibl. Gottv. No. 892.

IV. Series abbatum Gottvicens. Cod. man. in archiv. Gottv. ads.

V. Necrologium religiosorum sub abbatibus Michaele Herrlich usque ad Magnum. Cod. man. in archiv. Gottv.

VI. Senectus venerabilis P. Hieronymi Schweiger metro celebrata. 1749. Crembsii, typis Antonii Präxl.

VII. Benedictio magni Iacob super filios suos. Quinquaginta chronographica abbati Odiloni ad secunditias. 1766. Crembsii, typis Antonii Präxl.

Kretz Leodegarius (Murensis), natus est die 21. Dec. 1805 in Schongau in parte Lucernensi Helvetiae. Ordinem s. P. Ben. ingressus ad professionem religiosam venit die 27. Maii 1827, ad sacerdotium vero die 4. Mart. 1832. Magnus erat liberalium artium fautor et amicus, stilo, penicillo et aqua rodente laboravit, plura non mediocria opera sui ingenii reliquit, thesaurum seu collectionem imaginum in monasterio constituit. Memor tamen vocationis suae etiam in vinea Domini sedulus fuit operarius, qui praecipue qua sacer orator claruit. Post suppressionem monasterii Murensis primissarius Bosvilae, deinde parochus Altendorfii, 1846 votis abbatis obsecundans perrexit ad coenobium Gries et per decennium adnexam parochiam administravit, valde aestimatus ab archiducibus Rainer, a ducissa Mutinensi Adelgunde aliisque distinctis personis.

Ibidem etiam veterem ecclesiam parochialem tempore occupationis initio huius saeculi ab extraneis clausam restauravit et cultui divino restituit. Missus postea ad parochiam Marling cum aliis fautoribus artis sacrae, historiae veteris et monumentorum antiquorum instituit circulum „Meraner Leseverein“ pro colenda arte christiana et huic societati praefuit usque 1863, quo anno in Helvetiam rediens parochiam Buenzen gubernandam suscepit. Gravibus infirmitatibus coactus munere pastoris abdicato in collegium Sarnense se recepit et ibi inter confratres pie ex hac vita decessit die 28. Mart. 1871.

Opera ipsius typis impressa sunt:

I. Dissertationes variae in ephemeride „Schweizer-Kirchenzeitung“ 1836—41; contulit etiam operam in edendo libro Frid. Hurter „Befeindung der katholischen Kirche“ et in fasciculo „Die Katholiken des Aargaus und der Radicalismus“, sine loco. 1843. 8°.

II. Sermones. *a)* Die Religion im Bunde mit dem Kreuze. Sarmenstorf, ap. Keller, 1841. 8°. 30 p. *b)* Romfahrt oder die Aussöhnung mit Gott und seiner Kirche. Luzern, ap. Raeber, 1842. 8°. 26 p. *c)* Das Blut des neuen Bundes. Ibid. 1843. 8°. 27 p. *d)* Glaubet und lebet katholisch, so werdet ihr den wahren Frieden haben. Einsidl., ap. Benziger, 1846. 8°. 24 p.

III. Historica. In periodico supradictae societatis Meran. eius cura edito publici iuris fecit: *a)* Historische Memoires über den gregorianischen Choralgesang mit besonderer Beziehung auf St. Gallen. (i. e. De cantu chorali Gregoriano.) 1861. 8°. 15 p. *b)* Historisch-technische Notizen über die St. Valentinskirche in Obermais. (i. e. Ecclesia ad s. Valentinum.) Ibid. 13 p. *c)* Biographische Notizen aus dem Leben des berühmten Bildhauers J. B. Pendl in Meran. (i. e. Notata biographica sculptorem Pendl concernentia.) Ibid. 1862. 23 p. *d)* Das Schloss Habsburg und seine Geschichte. (i. e. Arx Habsburgica.) Beiblatt des Südtiroler Volksblattes 1867. No. 8 et 14. *e)* Vater Joseph Martin Meyer, Thierarzt in Buenzen, biographische Skizze. (i. e. Veterinarii Martini Meyer vita.) Muri, ap. Zeller, 1865. 8°. 15 p.

Kreutter Franciscus (San-Blasianus). Natus est Friburgi in Brisgovia die 15. Apr. 1736; s. habitu indutus in divo Blasio; sollemniter professus die 11. Iul. 1753; sacerdos ordinatus die 9. Iun. 1759. Studiis theologicis et historicis Parisiis excultus, in divo Blasio iunioribus religiosis tradidit philosophiam, et sacellanus celsissimi abbatis functus est. Ob rerum gerendarum dexteritatem oeconomus maior factus, simul aedificationi novi coenobii et grandis templi invigilavit. Postea praepositus in Bürglen, multas difficultates superare et molesta negotia conficere debuit, ut integros praepositurae et coenobii s. Blasii servaret reditus. His non obstantibus elaboravit historiam anterioris Austriae, quam usque nunc magni faciunt, maximi autem, si stilo simpliciori et minus devoto usus fuisset. Ceteroquin erat monachus admodum religiosus, in se ipsum severus, nunquam bibens vinum, cubile eius stramine stratum; at in conversatione hilaris, affabilis et salibus abundans; elegantia et suavitate morum omnium animos sibi devinciens. Imminente iam coenobii sibi dilecti ruina, pie et totum se voluntati divinae committens anno 1806 in divo Blasio exspiravit.

Typis expressit:

Geschichte der vorderösterreichischen Staaten, aus Urkunden, gleichzeitigen Geschichtsschreibern und anderen Quellen gezogen. (i. e. Historia civitatum anterioris Austriae.) S. Blasien, 1790. Zwei Theile. 8°. Erster Theil 636 p., zweiter Theil 655 p.

Kristiány Pius Paulus (de s. Monte Pannoniae), die 28. Febr. 1801 Albae-Regiae eiusdem com. in Hungaria natus, die 15. Oct. 1818 s. habitu indutus, vota sollemnia die 19. Oct. 1822 emisit. 1822—1824 officio professoris Ginsii functus redux in s. montem studiis s. theologiae vacavit, quibus absolutis die 7. Aug. 1828 sacerdotio initiatus est. 1828—36 professor gymn. Ginsii, 1836—46 Comaromii, ab anno 1846 vero administrator bonorum in abbatia de Tihany, ubi die 9. Nov. 1863 vita cessit. Scripsit:

I. Hála-szó, méltóságos Nádasdi Gróf Nádasdy Leopold Úr Komárom megye főispányához és nagylelkü nejéhez Forray Iulia asszony csillagkeresztes dámához 1839. május 2-kán. (i. e. Carmen gratias agens comiti Nádasdy et uxori eius Iuliae Forray.) Komáromban. Weinmüller Francziska. 4°. 6 p.

II. Alia carmina occasionalia, dissertationes cet. in script. period. „Religio és nevelés“ cet.; ex quibus versionem hymnorum „Lauda Sion“ et „Stabat mater“ in linguam Hung. memoramus. (V. Religio és nevelés, 1841. I. 78 et 143 p.)

Kröll Godefridus (a s. Petro Salisburgi), natus in Oberzell dioecesis Passaviensis 24. Ian. 1682, musis humanioribus operam navavit Passavii, studia vero philosophica absolvit in Athenaeo Benedictino Salipoli. Anno 1700 27. Nov. tirocinium monasticum ingressus, 1701 30. Nov. votis sollemnibus emissis, neomysta 19. Mart. 1705 ad aram stetit. Exin pro sua prudentia ad omnia fere monasterii officia applicatus, utpote custodis ecclesiae, oeconomi, cancellariae praefecti, novitiorum et clericorum magistri, prioris claustralis et confessarii monialium o. s. B. in Nonnberg. Praeterea pro insignis ingenii sui documentis 1708 20. Iun. suprema theologiae laurea decoratus anno 1714 in alma universitate Salisburgensi primum controversias fidei docere coepit, a quibus post biennium ad exponendam s. scripturam transivit, quam cathedram anno 1733 resignavit superioris in monte Mariano-Plainensi munus suscepturus. Demum abbas ad s. Petri electus 1741 26. Oct., monasterio praefuit usque 26. Maii 1753, quo obiit. Scripsit:

Monotessarum evangelicum sive historia evangelica ex quatuor evangelistis in unum volumen collecta ac mysteria evangelica litteraliter et mystice explanans. Tractatus I et II usque ad nativitatem Domini. Salisburgi, Mayr, 1725. 4°. 429 p. Tractatus III usque ad baptismum. Ibid. 1728. 4°. 368 p. Editio II Augustae Vind. Wolf, 1759. Fol.

Kronecker Guntherus (Cremifanensis), antea Paulus, in parochia Fischlham die 27. Ian. 1803 natus studia Cremifani confecit; exacto tirocinii anno Lincium ad studia theologica digressus, votorum emissione die 21. Sept. 1830 ordini sese et monasterio obstrinxit, die 3. Iul. 1831 sacerdos inauguratus. 1831—35 in Eberstallzell, 1836—40 in Thalheim cooperator, ab anno 1841 rationum monasterii praefectus simulque chori musici director obiit die 14. Aug. 1847.

Artis musicae amantissimus et peritissimus ad sollemnes sacerdotii sui primitias cantum liturgicum ipse composuit, praeterea sequentes compositiones eius extant:

I. Missa in B, ad sollemnitatem nominis P. Bedae Plank, 1827.

II. Graduale (Amavit eum), 1827.

III. Graduale (Ecce nunc benedicite Dominum), 1831.

IV. Offertoria pro dominicis Adventus, 1832.

V. Libera (duo chori), 1832.

VI. Cantus ad melodrama „Jelva oder die russische Waise“, 1832.

VII. Offertorium conscriptum ad parochi cuiusdam installationem, 1834.

VIII. Vesperae defunctorum, 1834.

IX. Te Deum, 1835.

X. Abschied von unserm theuren Freunde Adalbert Stadler. Gedicht von K. A. Kaltenbrunner, in Musik gesetzt von P. Gunther Kronecker, 1838.

XI. Der Wunsch (cantus quaternarius), 1838.

XII. Missa sollemnis ad primitias iubilaeas rr. episcopi Linciensis Gregorii Thomae Ziegler conscripta, 1843.

XIII. Miserere et antiphona: „Christus factus est pro nobis obediens“, 1845.

XIV. „Cantate“ ad primitias sollemnes.

XV. Offertorium pro festo nativitatis Domini.

XVI. Offertorium „diffusa est gratia“.

Praeterea Requiem Michaëlis Haydn in B-dur perfecit, et plures compositiones aliorum transcripsit.

Kropff Martinus (Mellicensis) in fano s. Leonardi ad forestum in Austria die 8. Iul. a. 1701 natus, studiis humanioribus Mellicii, dein Cremsii operam dedit, et 1. Ian. sollemni votorum sacramento dicto 29. Sept. 1728 hostiam Deo in odorem suavitatis obtulit. Per tres annos in litteris humanioribus tradendis versatus, subbibliothecarii, et anno 1739 bibliothecarii muneri praefectus est, et nummis antiquissimis romanis graecisque colligendis et in ordinem redigendis anno 1740 totum se collocavit. Ab anno 1763 praedium Leesdorf administrandum suscepit, cui muneri 1776 se abdicavit, ibique die 27. Ian. 1779 grandaevus marasmo extinctus est.

Scripsit:

I. Bibliotheca Mellicensis, seu vitae, et scripta inde a sexcentis et eo amplius annis Benedictinorum Mellicensium, auctore r. d. Martino Kropff Austriaco, antiquissimi et exempti monasterii Mellicensis ord. s. Benedicti in Austria inferiore professo, et bibliothecario, qui etiam catalogum selectorum nonnullorum manuscriptorum addidit, et hic primum ex bibliotheca mss. Mellicensi publicae luci commisit. Sumptibus Ioannis Pauli Kraus, bibliopolae Vindobonensis 1747. 4°.

II. Unschuldige Erläuterung des Pater Martin Kropff, Bibliothecarius in dem freyen Benedictiner-Stift Melk über die Beurtheilung seines so genannten Werkes „Bibliotheca Mellicensis“ in Ansehung der angeführten Schriftsteller, enthalten in dem 129. Theile der zuverlässigen Nachrichten von dem gegenwärtigen Zustande, Veränderung und Wachsthum der Wissenschaften. 1750. Nebst Vertheitigung des Fleisses und der Gelehrsamkeit der Mönche. (Eiusdem defensio prioris operis.) Ms. in F. 205 p. In bibliotheca Mellicensi.

III. Dissertatio brevis historica de origine usus Mitrae Mellicensium abbatum, eorumque altaria consecrandi potestate. Opus hoc 7 foliis in 4° constans priori „Bibliotheca Mellicensis“ additum est.

IV. Leben und Wunderthaten des heiligen Leopold, Markgrafen in Oesterreich. Vom Worte zu Worte nach der lateinischen Herausgebung unsers gelehrten Pater Hieronymus Pez deutsch abgefasset, und in eine sowohl dem kritischen, als andächtigen Leser anständige Ordnung eingekleidet; nicht minder mit einigen Zusätzen vermehret. Vom Pater Martinus Kropff, des freyen Stifts Melk in Unterösterreich Benedictiner und Bibliothecarius. (i. e. Vitae miraculosae s. Leopoldi descriptio.) Wien in Oesterreich. Gedruckt bey Leopold Johann Kaliwoda, kayserl. Reichs-Hof-Buchdruckern, 1756. 4°.

V. Der entlarvte Mede, das ist gründliche in den ersten Quellen aufgesuchte Widerlegung und Aufdeckung jener vermummten auf Unkosten der Wahrheit ausgeschückten, unsichern Scheingründe der so genannten Abhandlung vom Opfer und Altare der ersten Christen. Erstlich von Joseph Mede, einem Engländer, verfasset, nachmals aber ins Deutsche übersetzt, und dem ersten Theile der deutschen Uebersetzung allgemeiner

Kirchengeschichte des Claudius Fleurz angehangen, den Starken zum Trost, den Wankenden zur Aufrichtung, und den Widersachern zur heilsamen Beschämung. (i. e. Dissertationis de oblationibus ac altaribus antiquorum Christianorum confutatio.) Augsburg und Innsbrugg. Verlegts Joseph Wolf. 1760. 8°.

VI. Isidori Clarii, ex monacho Parmensis Monasterii Episcopi Fulginatis Commentationum in cap. XV. Epistolae prioris divini Pauli ad Corinthios, ad Basilium fratrem libri III. Prodeunt nunc primum in lucem opera et studio R. P. Martini Kropff. Styrae, litteris Gregorii Menhardt. 1763. 4°.

VII. Encomium senectutis de bibliotheca Mellicensi depromtum dum plurimum reverendus ac doctissimus D. P. Robertus Wolfarth, venerabilis senior ac iubilaeus, professus in eodem monasterio, quinquagenarius sacerdos, augustiori apparatu non absque numine sacris operaretur. F. Ms. in bibliotheca Mellicensi.

VIII. Ichnographia de bene ordinanda, ornandaque bibliotheca Mellicensi, ac praecipue de conficiendo duplici catalogo, iudicio et adprobationi reverendissimi perillustris ac amplissimi D. D. Praesulis sui demississime subiecta ab observantissimo filio P. M. K. P. M. F. 1751. 16 folia, in bibliotheca Mellicensi. Ms.

IX. Oratio in laudem Leopoldi Illustris, primi Austriae Marchionis, Mellicensis monasterii fundatoris principis. Ms. 4°. In bibliotheca Mellicensi.

X. Adumbratio tumuli honorarii in funebri pompa Benedicti XIV. Pontificis, Mellicii erecti. 1758. Fol. reg. Ms. In bibliotheca Mellicensi.

XI. Itineris in Styriam anno 1741 ab aliquot religiosis Mellicensibus iussu reverendissimi domini sui Adriani abbatis suscepti descriptio. Ms. 8°. In bibliotheca Mellicensi.

XII. Ephemerides P. Martini. Anno 1740, 1741 et inchoative 1742. F. 2 volumina 42 et 64. Folia. In archivo Mellicensi. Ms.

XIII. Excepta et animadversiones circa statum clericalem et religiosum XVI. XVII. et moderni saeculi. Ms. F. In bibliotheca Mellicensi. 21 folia.

XIV. Bibliotheca selecta, quae mediocris spatii locum requirat. Ms. F. 7 folia. In bibliotheca Mellicensi.

Krotkovský Procopius (Břevnoveno-Braunensis), ab Unterlichtbuch Bohemiae. Natus 1812 vestem religiosam induit 1835 et emissis die 2. Sept. 1838 votis sollemnibus anno 1840 die 2. Aug. sacerdotio initiatus est. Missus in curam animarum subiit munus cooperatoris Wernersdorfii, at paulo post ad docendum in gymnasio Braunam vocatus, fuit hocce in officio usque ad annum 1863, quo parochiam eamdem Wernersdorfensem administrandam suscepit. Tertio vero iam abhinc anno die 15. Iun. ibidem quievit in pace.

Praeter plurima, quae recurrentibus diebus festivis composuit carmina, scripsit de verbo Graecorum:

Ueber die Methode bei der Bildung der sogenannten Zeitformen griechischer Zeitwörter. Habetur in annalibus gymnasii Braunensis de anno 1854.

Kruesz Ioannes Chrysostomus, archiabbas s. Martini de s. Monte Pannoniae ordinarius, eius et aliarum ad sacram regni Hungariae coronam pertinentium o. s. B. abbatiarum archiabbas et praeses perpetuus, insignis ordinis s. Stephani regis apostolici eques, academiae eruditorum Hung. socius ad honores, item socius regnicolaris commissionis conservandis monumentis aedium et artis, doctor ss. theologiae ad honores, item aa. ll. et philosophiae doctor cet., in Völgyfalva com. Sopron. in Hungaria die 21. Ian. 1819 natus, s. ordinem die 16. Sept. 1835 ingressus, die 9. Iun. 1840 vota sollemnia emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 26. Iul. 1843 sacerdotio initiatus

est. Variis in locis officio functus est professoris, et quidem 1843—45 Posonii, 1845—1849 apud alumnos s. ordinis Iaurini, 1849—1850 Posonii in academia, 1850—61 in s. monte in lyceo archiabbatiali; 1861—65 director in regio gymn. maiore Posoniensi, eiusdem anni die 3. Nov. archiabbas nominatus est.

Plurima ill. domini de re publica sacra aeque ac profana merita referre longum est neque ad nostrum institutum pertinet; aliis ea recensenda relinquimus. Typis exscribi curavit:

I. Versuch einer Darstellung der Lehre vom Diamagnetismus. (i. e. De diamagnetismo.) In progr. gymn. Strigon. 1855/6, p. 21—32 et 1856/7, p. 18—30.

II. Természettan felgymnasiumok és főreáltanodák számára. (i. e. Physica pro classibus superioribus. Scripsit S. Subič.) Fordították Kruesz Krizosztom és Kühn Rajmund. Pest. 1862. Heckenast. 8°. 2 t. XVI + 336 et 208 p. Ed. 2. emend. et aucta ibid. 1866. 530 p.

III. Vegytani adatok, pótlékul Subič természettanához. (i. e. Quaedam ex chemia; additamentum ad physicam S. Subič.) Szerkeszté Kruesz K. Ibid. 8°. 68 p. Tertia huius libri editio inscribitur:

IV. A szervetlen és szerves vegytan rövid vázlata. A felgymnasiumi ifjuság számára irta Dr. Kruesz Krizosztom. 3. kiadás. Ibid. 1865. 8°. VIII + 88 p.

V. A tünkövekről. (i. e. De meteoris.) In progr. gymn. Poson. 1863/4.

VI. Székfoglaló. A rendtársakhoz. (i. e. Ad membra s. ordinis oratio, cum munus archiabbatis occiperet.) Pest. 1865. Emich. 2°. 4 p.

VII. Dr. Kruesz Krizosztom pannonhalmi főapát elnöki beszéde, melylyel a magy. orvosok és természetvizsgálók XVII. nagygyülését megnyitotta. (i. e. Oratio sollemnis, qua praeses conventus medicorum et naturae investigatorum Hung. XVII. hunc conventum aperuit.) Győr. Czéh Sándor. 1874. 2°. 4 p.

VIII. Emléklapok, melyeket a pannonhalmi sz. Benedekrend a főmonostori székesegyháznak főmagasságu Simor János bibornok sat. által 1876. évi aug. hó 27-én történt negyedik fölszenteltetése alkalmából a jelen és az utókornak nyujt. (i. e. Tabulae memoriales in memoriam quartae consecrationis ecclesiae cathedralis in s. monte.) Kiadja a pannonhalmi főapátság. 1876. Nyomatott Fromme Károlynál Bécsben. M. 2°. 20 p., cum XV tabulis chrom.

IX. In libro „Ifjusági Plutarch“ (vide Füssy) haec leguntur: *a)* Albertus Magnus. 1858. I. p. 34—63. *b)* Bacon Roger. Ibid. II. p. 60—103. *c)* Kopernik Miklós. 1859. III. p. 150—177. *d)* Brahe Tycho. 1859. IV. p. 118—147. *e)* Hell Miksa. II. 1859. 1. p. 135—160. *f)* Kepler János. Ibid. 2. p. 129—158.

X. Varias edidit litteras encyclicas ad populum fidelem, et quidem: *a)* Encyclicam quadrages. pro anno 1866. Pest. Emich. 2°. 4 p. *b)* Encycl. quadrag. pro 1867. Ibid. 2°. 4 p. *c)* Encyclicam de scholis elementaribus. 1869. Athenaeum nyomdája. Pest. 8°. 34 p. *d)* Occasione expugnationis Romae per Italos. Komárom. Siegler. 1871. 8°. 26 p. *e)* Encycl. quadrag. pro anno 1872. Ibid. 8°. 22 p. *f)* Encycl. ad indulgentias iubil. publicandas. 1875. Ibid. 2°. 4 p. *g)* Főpásztori szózat a keresztény hívekhez. (i. e. Ad populum fidelem.) Ibid. 1877. 8°. 16 p. *h)* Encycl. de malis hodiernis simulque ad indulgentias iubil. a Leone P. P. XIII. concessas publicandas. Győr. 1879. Sauerwein. 8°. 20 p.

XI. Scripsit demum recensiones librorum, orationes sacras, dissertationes aliaque minora in lib. period. cet: Egyetemes magyar encyclopaedia, Tanodai lapok, Religio, Családi olvasmányok, Győri közlöny, Pázmány-füzetek, Katholikus lelkipásztor, Győr megye és város egyetemes leirása (vide Fehér Hipp.) cet.

Kříž Venceslaus (Raigradiensis), Bohemus Poličkensis 1783 6. Dec. natus et Nicolaus in s. fonte ecclesiae decanalis ad s. Iacobum maiorem vocatus post absoluta studia humaniora Litomišlii rectoribus piaristis, ex manibus praepositi Oth-

mari susceptionem in monasterium Raigradiense accepit et 1801 13. Nov. monachum apud nos induit, dimissus prius e dioecesi Reginaehradecensi. Absoluto novitiatu mittitur anno 1804 Litomišlium ad continuanda studia philosophica, quae iam Raigradii anno 1803 coeperat, ibique per biennium commoratus psychologiam empiricam, logicam universalem, metaphysicam, ethicam, physicam et mathesin applicatam audivit, feriarum tempore 1805 28. Oct. ad sacram professionem admissus unacum connovitiis suis Gallo et Mauro. Anno 1805 3. Ian. ad mandatum praepositi Pragam ad monasterium Břevnoviense profectus ibi per decursum duorum annorum theologiae partes historiam ecclesiasticam, introductionem, ius canonicum, dogmaticam et hermeneuticam ex praelectionibus professorum Bonaventurae Müller t. t. prioris, Placidi Benesch et Lamberti Lindenthal optimo cum successu audivit, et 10. Febr. 1807 obtenta desuper licentia episcopi Brunensis una cum f. Gallo et Cyrillo subdiaconatus ordine insignitus est. Redux domum 1809 theologiam moralem et pastoralem in seminario episcopali Brunae didicit sicque absoluto theologiae universae studio 30. Aug. h. ann. ab episcopo Brunensi in sacello eius domestico presbyter est ordinatus. Magna sacerdotum inopia coactus eodem anno episcopus praepositum nostrum precibus adit, ut quemdam suorum Schlapanicium in subsidium curae animarum mittat, quibus Othmarus obsecundans P. Venceslaum illuc dimisit 18. Oct., qui ibidem usque ad anni 1814 finem commoratus est, insimul Socolnicii in nosocomio castrensi varie occupatus. Quum anno 1815 curatus Syrovicensis Bernardus Pivonka ob infirmam valetudinem munus abdicasset, Venceslaus in eius locum suspectus est, qui per quatuordecim annos in curatia praefata omnes officii sui partes adimplens magnum sibi fidelium acquisivit amorem; usque dum 1829 9. Ian. ab episcopali officio ob errorem commissum avocatus in monasterium remittitur. Sed neque hicce diu erat manendum. 7. Apr. enim iterum sarcinam collegit et Neo-Rausnitium se contulit. Parocho vero ibidem defuncto aeger animo Venceslaus domum remeat 13. Aug. huius, et 10. Dec. ab officio episcopali iterum Höfleinam pro iuvamine in cura animarum ordinatus novum biennium foris transigere cogitur. 3. Febr. 1832 tandem revocatus quietem peroptatam in coenobio nactus, sacrista et refectorarius constitutus, a quorum priori 1835, a posteriori vero 1870 absolutus est. Hilari animo semperque studio philologiae slavicae necnon musicae totus quantus deditus dies suos ad decrepitam usque aetatem prolongavit, et celebrato professionis nec non sacerdotii sui iubilaeo post morbum non nisi quatriduanum ut senior conventus nonagenarius fere placidissime in Domino obdormivit ex marasmo senili die 13. Oct. 1872 hora 7½ mane, cuius corpus per abbatem Guntherum sepulturae traditum.

Opus P. Venceslai Kříž quod typis prodiit titulatur:

Nejnovější kancionálek čili zpěvníček pro katolické křesťany. (i. e. Novissimum cancionale seu liber canticorum sacrorum ad usum catholicorum.) Brunae, typis viduae Rudolphi Rohrer. 1843. 8°. p. 100 et 12, in nostra bibliotheca sub Bnr. 17194.

Sermonem nativum bohemicum P. Venceslaus noster praeprimis colebat, quod

quum tunc iam incoepisset, quum studia philologica linguae huius in cunabulis adhuc essent, proprio Marte sibi „orthographiam slavicam“ congessit „pravis“ appellatam in archivo sub C. s. 13 adservatam, ubi etiam eius opus: Grammatikalní nálezy a básně (i. e. Additamenta ad grammaticam et poëmata) — seduloque labore in id incubuit, ut gentis suae homines mores suos et instituta servarent; qua de causa ipsemet populum carmina gentis propria edocuit, quae collecta sub titulo: „Chasoviny“ et „Syroviny“ in manuscripto duobus tomis comprehensa sub Msn. 693 et 694. Fol. 534 et 555 in bibliotheca nostra adservantur. P. Kříž nomen sibi acquisivit in Moravia et Bohemia ante omnia sua „etymologia“ qua declarare conatus est, idioma slavicum inter antiquissima orbis esse recensendum. Sedulo huic scopo insudavit, basi phonetica innixus, cuius fructus speciali eius opere „Slovník“ (Lexicon) continentur, inter manuscripta bibl. nostrae adservato. Quae conamina eius tunc, quum opus praeclarum Šafařiki „Antiquitates“ nondum lucem aspexerat, iure et merito philologorum slavorum laudem meruerunt.

Kubovics Remigius (de s. Monte Pannoniae), in Farkashida com. Poson. in Hungaria die 8. Ian. 1742 natus, die 17. Mart. 1774 presbyter ordinatus, vota sollemnia die 15. Apr. 1779 emisit. 1802—10 orator a sacris in abbatia B. M. V. de Dömölk, 1810—30 spiritualis Iaurini, quo anno die 14. Ian. vir vere religiosus et ab omnibus singulariter cultus vita cessit.

Scripsit:

Applausus honori illustr. ac rev. domini Thomae Kovács archiabbatis pro sollemni eiusdem installatione dicatus. 1830. Iaurini. Typis Leopoldi Streibig. 4°. 7 p.

Kuehn Raimundus Ludovicus (de s. Monte Pannoniae), Ginsii com. Castrif. in Hungaria die 15. Dec. 1828 natus, s. habitu die 15. Sept. 1844 indutus, emissis die 3. Aug. 1852 votis sollemnibus et absolutis in s. monte s. theologiae studiis eodem anno die 7. Aug. presbyter factus est, ex quo tempore usque ad annum 1868 officio professoris Strigonii functus, ab anno 1868 administrator bonorum Iaurini degit. Scripsit:

I. Adnotationes meteorolog. pro instituto meteorolog. centrali Viennensi ab anno 1856 ad annum 1864.

II. Természettan felgymnasiumok és felreáltanodák számára. Irta Subič S. Ford. Kruesz Kr. és Kühn R. (i. e. Subič: Physica, convert. Kruesz et Kuehn.) Pest, Heckenast. 1862. 8°. 336 et 208 p. 2 edit.

III. Természettan algymnasiumok számára. Piskó F. J. 2. kiadása után ford. Kühn R. (i. e. Piskó: Physica. In ling. Hung. convertit Kuehn.) Ibid. 1864. 2. edit. Pro scholis, quae vulgo „reales“ dicuntur, separatim editum opus.

IV. Vélemény a Magyarországban használandó természettani tankönyvek ügyében. (i. e. Qui libri phys. in scholis Hungariae adhibeantur.) In „Tanodai lapok.“ 1865.

V. A pannonhalmi főapátság kismegyeri gazdasága. (i. e. Praedium archiabbatiae de s. M. Pannoniae in Kismegyer.) In: Győr megye és város egyetemes leirása. p. 279—282. (Vide: Fehér Hipp.)

Kuhn Augustinus (Murensis), natus die 10. Sept. 1790 in pago Buenzen in Argovia, sollemniter professus die 8. Dec. 1810, sacerdos die 9. Oct. 1814, multum laboravit qua director in scholis Murensibus multosque gratos discipulos qua professor rhetorices, physices et philosophiae habuit usque ad annum 1835, quo schola a guber-

nio Argoviensi violenter clausa est. Tunc absente abbate in negotiis gerendis oeconomo adstitit. Post expulsionem e monasterio venit ad collegium Sarnense iterumque in scholis docere incepit. Ast non diu rexit; casus tristissimus dilecti coenobii ipsi tam corde erat, ut vere dolore diruptus dici possit. Piissime obiit die 3. Ian. 1843.

Scripsit:

I. Diarium 1836—38, in Fol. 400 p.

II. Acta capituli, quae pro historia monasterii simul cum diario magni sunt pretii. In archiv. Muro-Gries. A. I. III.

Kuhn Ioannes Ev. (Murensis), natus Waltenschvilae in Argovia, professionem monasticam emisit die 27. Dec. 1820, et sacerdos inauguratus est die 24. Aug. 1825. Per plures annos docuit in scholis Murensibus et in collegio Sarnensi. Obiit Griesi die 29. Mart. 1855. Archiv. Muro-Gries. conservat eius:

Diaria a suppressione monasterii Murensis 1841 usque 1845, quae conscribendae historiae illius temporis inserviunt. 8°. 102 p.

Kumbli Hieronymus (Murensis), natus Solodori in Helvetia die 1. Maii 1732, vota religiosa emisit die 21. Ian. 1751, sacerdotalem ordinem accepit die 21. Sept. 1755. In scientiis theologicis bene versatus per plures annos iuvenes instruxit, postea munus oeconomi in monasterio ei collatum est. Claruit morum integritate modoque vivendi ascetico. Ex hac vita emigravit die 23. Sept. 1795. Unum opus scriptum superest:

Betrachtungen über die vornehmsten Pflichten des Klosterstandes sammt einer Erklärung des Kirchengesanges vom heil. Geiste, nach dem Franz. des P. Morel, Congr. s. Mauri. (i. e. Considerationes de officiis superiorum coenobii.) 4°. 229 p., in bibl. Muro-Gries. Cod. 10. 116.

Kummerer Rupertus (San-Paulanus). Natus est in Bruck in Bavaria die 6. Martii 1835; s. habitu indutus die 24. Aug. 1857 sollemniter professus die 1. Apr. 1862; sacerdos ordinatus die 31. Iul. 1862. Studio theologiae in episcopali instituto Clagenfurtensi vacabat usque ad annum 1862, anno sequenti in monasterio s. Pauli ad munus docendi publicum privatim se parabat, ab anno 1863 usque ad annum 1866 in univ. Vindob. philologiae Graecae et Latinae operam dedit tam eminenti et celeri progressu, ut inter alumnos seminarii philologici susceptus fuerit. In examine eminenter approbatus professor in variis gymnasiis docebat; usque ad annum 1867 in gymnasio San-Paulano, dein in gymnasiis Clagenfurtensi, Pettoviensi in Stiria, Linciensi in Austria, Brunensi in Moravia litteras Graecas et Latinas explanabat et explanat ea ratione, quae tum iuvenibus studiosis tum gymnasiorum praepositis admodum probatur.

Sequuntur eius scripta typis impressa:

I. Ueber den Gebrauch des Plurals statt des Singulars bei Sophokles und Euripides. (i. e. De usu pluralis loco singularis Sophoclis et Euripidis.) Programm des k. k. Gymnasiums zu Klagenfurt am Schlusse des Studienjahres 1869, p. 1—23; und am Schlusse des Studienjahres 1870, p. 1—21. 8°.

II. Ueber das Schuldbewusstsein des Sophokleischen Oedipus auf Kolonos. (i. e. Oedipus sui delicti conscius.) Programm des III. Jahresberichtes des steiermärkischen Realgymnasiums in Pettau. 1872. p. 1—24. 8°. Selbstverlag des Realgymnasiums. Gedruckt in Graz bei Leykam.

III. Zum Gebrauche des griechischen Conjunctiv, insbesondere des Conjunctiv-Aorist. (i. e. De usu coniunctivi Graeci etc.) Programm des k. k. Staatsgymnasiums zu Brünn für das Schuljahr 1876. p. 1—19. 8°. Druck von C. Winiker in Brünn.

IV. Zum Gebrauche des griechischen Imperativ und Infinitiv-Aorist. (i. e. Item de usu imperativi et aoristi infinitivi.) Programm des II. deutschen Staatsgymnasiums in Brünn für das Schuljahr 1879. 8°. Druck v. C. Winiker in Brünn.

Kuncze Leo Ferdinandus (de s. Monte Pannoniae), sodalitatis „de nostra Domina" nominatae in Hung. director, societatis bibliographicae Parisiensis socius correspondens, Posonii eiusdem com. in Hungaria die 15. Maii 1840 natus, s. habitu die 8. Sept. 1858 indutus, vota sollemnia die 26. Maii 1863 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 2. Aug. 1865 presbyter ordinatus est. Ab anno 1865—1869 munere professoris Papae, 1869—70 Comaromii, 1870—78 bibliothecarii in s. monte functus, ex eo eodem officio in abbatia de Tihany fungitur. Scripsit:

I. A legszentebb szívnél közbenjáró Asszonyunkról czimzett imaegylet. (i. e. Sodalitas „de N. Domina" nominata.) Győr. 12°. 1873. 76 p. Edit. 2. 92 p.

II. Társulati imakönyv Jézus legszentebb szivénél közbenjáró Miasszonyunk tiszteletére. (i. e. Preces pro sodalitate cet.) Győr. 16°. 116 p. Edit. 4. 1879. 150 p.

III. A magyar gyorsirás története. (i. e. Historia stenographiae Hung.) In: A magyar gyorsiró. 1873. 2—5 n. Etiam in „Zalai közlöny." 9—11 n.

IV. Repertorium zur Monatsschrift „Natur und Offenbarung". Győr. 1875. 1. tom. VIII et 227 p. Tom. II. sub prelo.

V. Weihmünzensammlung. (i. e. Collectio nummorum in honorem sanctorum cusorum.) Győr. 1876. 1. fasc. 8°. 16 p.

VI. A pannonhalmi sz. Benedek rend könyvtárainak története és jelen állapota. (i. e. Historia et status bibliothecarum o. s. B. de s. Monte Pannoniae.) In: Magyar Könyv-Szemle. Budapest. 1878. 8°. p. 167—190.

VII. A pannonhalmi sz. Ben. rend közmüveltségre törő irodalmi működése 1064—1876. (i. e. Historia litteraria o. s. B. de s. Monte Pannoniae ab anno 1064 ad 1876.) Könyvészeti modorban. Ms. 2°. 305 p.

VIII. A pannonhalmi könyvtár. (i. e. Bibliotheca de s. M. Pannoniae.) In libro: Győr megye és városa egyetemes leirása. (V. Fehér Hippol.) p. 228—240.

IX. Catalogus bibliothecae residentiae o. s. B. Papensis. *a)* Index locorum, *b)* auctorum, *c)* rerum. 1866. 4°. 496 p. Ms.

X. Archicoenobii o. s. B. de s. M. P. religiosorum, quorum ab incunabulis (1001) hucusque (1875) indutorum superest mentio, series integra e fontibus archivi domestici aliisque authentica manu scriptis repetita per L. Kuncze. 1875. Ms. 2°.

XI. Tabellarische Uebersichten zur Vergleichung aller grammatischen Regeln der slovakischen Sprache. (i. e. Compendium grammaticae Slav.) Ms.

XII. Slovakisch-deutsches Wörterbuch zu Viktorins Schulgrammatik. (i. e. Lexicon Slavo-germ. verborum grammaticae Viktorini.) Ms. 8°. 118 p.

XIII. Deutsch-slovakische und slovakisch-deutsche Uebungsbeispiele. (i. e. Exercitationes Germanico-slavae et Slavo-germanicae.) Ms. 8°.

XIV. Quam plurimae denique minores eius dissertationes leguntur in his aliisque scriptis periodicis: Religio, Jelenkor, Komárom, Jézus sz. szivének hirnöke, Pressburger Zeitung, Monatrosen, Katholik, Recht, Sendboten cet.

Kuon Romanus (San-Blasianus). Natus est Rotwilae in Würtembergia die 2. Febr. 1740; sollemniter professus die 1. Maii 1757; sacerdotio inauguratus die 28. Maii 1763. Post conflagrationem aedium s. Blasii anno 1768 ad Augiam divitem dimissus, ibi officium oeconomi gessit. Inde redux iterum scholarum Latinarum professor, et censor morum erat. Posthac officia sacellani abbatialis, subdecani, superioris in Todtmos, administratoris in Schönau, cellerarii in conventu, ac demum ad-

ministratoris et parochi in Bettmaringen ubique eo cum fervore implevit, ut valetudini parum parceret. Hinc quietis captandae gratia in praepositura Clingnoviensi, ubi ab antiquis temporibus emeriti, et viribus labore exhaustis infirmati Blasiades annos vitae suae finiverunt, vivere iussus, inter continua pietatis opera vir bene devotus et multum orans exspiravit die 13. Nov. 1797.

Sequitur eius manuscriptum:

Diarium monasterii s. Blasii 1777—80. Continet (in folio) 110 folia et adservatur in archivo San-Paulano No. 165.

Kurz Isidorus (Cremifanensis), antea Ferdinandus, Moravus Mueglitzensis, die 12. Iun. 1835 natus, in gymnasio Olomuciensi eruditus et die 3. Sept. 1857, absoluto iam Olomucii primo quadriennii theologici anno s. veste indutus, theologica studia in instituto domestico ad s. Floriani continuavit, ad sollemnia vota die 5. Sept. admissus et eiusdem anni mensisque die 20. sacramentum ordinis recepit. 1861—62 cooperator in Vorchdorf; 1862—64 in univ. Vindob. lectiones mathematicas et physicas quum audiisset, ab anno 1865 mathematicam interdum simul physicam docuit, ab anno 1871 simul praefectus in convictu; absoluto anno scholastico 1878 ad curam animarum reversus parochiam ad s. Conradi suscepit administrandam, a scholis discedens singulari c. r. consilii scholastici provincialis laude per litteras ornatus, nunc praeest parochiae Hall.

Typis vulgavit:

Mathematische Aufgaben, bearbeitet von den Schülern der 8. Classe im Schuljahre 1877/8. (i. e. Themata mathematica a discipulis 8. classis anno scholastico 1877/8 elaborata.) Gymnasialprogramm. Linz, Druck von Feichtingers Erben. 8°. 41 p. Verlag der Direction.

Kyrle Bruno (Cremifanensis), antea Ferdinandus, in civitate Schaerding in finibus superioris Austriae sita die 7. Oct. 1825 natus humaniora et philosophica studia in gymnasio et lyceo Cremifanensi absolvit; die 11. Sept. 1844 s. veste indutus, theologicis disciplinis Lincii operam dedit; die 31. Maii 1849 vota sollemniter emisit et 23. Iul. eiusdem anni venerabili sacerdotum choro adscriptus est. 1849—62 in Steinerkirchen, 1862—70 in parochia domestica cooperator et catecheta in Kirchberg, anno 1870 parochiam Neuhofen administrandam suscepit.

Typis vulgata est eius oratio sacra:

Andenken zur frommen Erinnerung etc. Abschiedsworte an die etc. Pfarrgemeinde Steinerkirchen gerichtet. (i. e. Oratio ad populum valedicendi causa habita, cum e parochia Steinerkirchen ad parochiam domesticam discederet.) Wels, Druck der Haas'schen Officin. 1863. 8°. 14 pag.

Labach Bertholdus Alexander (de s. Monte Pannoniae), Sopronii eiusdem com. in Hungaria die 31. Mart. 1846 natus, die 8. Sept. 1863 s. habitu indutus, die 27. Iul. 1869 vota sollemnia emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis, die 26. Iul. 1870 presbyter factus est, ex quo tempore ad annum 1878 in eodem s. monte officio professoris linguae et litterarum Graec. atque Lat., ex eo vero bibliothecarii et professoris fungitur. Scripsit:

I. Latin mondattan. (i. e. Syntaxis Latina.) Schinnagl s egyéb szerzők nyomán. Ms. 4°. 324 p.

II. A görög szójárások. (i. e. Dialecti linguae Graecae.) 4°. 32 p. Ms.

III. In linguam Hung. convertit: *a)* Carmina Qu. Horatii Flacci paucis exceptis; *b)* Sophoclis

Aiacem et Electram; *c)* tres Demosthenis orationes olynth.; *d)* Homeri Od. 20 et 22; *e)* Platonis Critona, et alia. Ms.

IV. Erzabtei Martinsberg in Ungarn mit den dazu gehörigen Abteien Bakonybél, Dömölk und Tihany. (i. e. Brevis historia archiabbatiae s. Martini de s. Monte Pannoniae et abbatiarum ad eam pertinentium.) In libro Dr. Seb. Brunner: Ein Benedictinerbuch. Würzburg. Woerl. 1880. 8°. p. 218—255.

Lajh Corbinianus (Admontensis), e fano s. Margaritae prope Pettovium Stiriae inferioris oriundus 28. Febr. 1840 studia in gymnasio Marburgensi summa cum laude absolvens Admontes venit, et primitiis 2. Sept. 1866 celebratis demum ad religiosam professionem admissus est 18. Iul. 1867. Primo ad magisterium vocatus, pueros cantores optime docuit, dein curatiam Hallensem suscepit regendam, hodie vero parochiae s. Georgii ad Poessniz laudabiliter praeest. Societas s. Hermagorae in Carinthia, historica in Stiria nec non matica Slovenica Labaci Corbinianum salutant sodalem respective fundatorem.

I. Q. Horatii Flacci ars poetica. Prolegomena. Metrische Uebersetzung ins Slovenische nebst einem Realcommentar. (Zora. „Morgenröthe", Zeitschrift für Wissenschaft und Kunst.) Marburg. Jahrg. 1872. No. 15—21.

II. O senji ali Lukianovo življenje! Der Traum oder das Leben Lukians. Uebersetzung aus dem griechischen Originale in das Slovenische mit einer kurzen Kritik lukianischer Schreibweise. (i. e. Translatio Luciani operis de somno aut vita in linguam Slovenicam.) Věstnik. Literar. Nachrichten. Marburg, 1873. I. No. B. und 7.

III. Da ali ka? Eine grammatische Untersuchung über die richtige Anwendung dieser Conjunctionen im Neuslovenischen. (i. e. Disquisitio grammaticalis de usu coniunctionis Slovenicae: „Da ali ka.") Ibid. Marburg, 1873. I. No. 12.

Lamprecht Ildephonsus (Muro-Griesensis), in vitam venit die 22. Oct. 1835 Tiroli prope Meranum, sollemnia emisit vota die 8. Dec. 1855, et sacerdotium inivit die 31. Oct. 1858. Erat cooperator et lector, nunc parochus in Gries. Amicus monumentorum antiquitatis et historiae naturalis haud spernendam collectionem incepit praecipue coleopterorum, conchyliorum et fossilium. In re numaria pariter se peritum ostendit et numothecam constituere intendit.

Landerl Philibertus (Cremifanensis), antea Iosephus, natus die 6. Apr. 1840, Austriacus Sierningensis, absolutis in gymnasio Cremifanensi studiis novitiatum die 22. Aug. 1860 ingressus exacto tirocinio mysteria theologiae in instituto domestico ad s. Floriani hausit; ad s. professionem admissus die 29. Sept. 1864 anni insequentis die 30. Iul. 1865 ordinis sacramentum accepit. 1865—67 in gymnasio professor supplens; 1868—70 in univers. Vindob. studiorum historicorum et philosophicorum causa commoratus ab anno 1871 geographiam et historiam nec non elementa philosophiae iuvenes in gymnasio docet (1874 doctoris philosophiae nomine ornatus) et ab anno 1878 simul iuvenibus in convictu degentibus praeest.

Typis vulgavit dissertationem philosophicam:

Die Willensfreiheit vom Herbartischen Standpunkte aus. (i. e. De libero arbitrio iuxta Herbartii philosophi praecepta.) Gymnasialprogramm 1874. Linz, Druck von Feichtingers Erben. 4°. 32 p. Eiusdem dissertationis altera pars prodiit ibidem anno 1875. 4°. 18 p.

Landsmann David (Cremifanensis), antea Michael, die 21. Iun. 1781 Vien-

nae in Austria natus studia humanitatis et philosophiae Viennae percurrit, quibus absolutis s. habitum sumsit; theologiae universas partes in instituto theologico domestico edoctus sollemnia vota die 27. Dec. 1802 professus sacerdotibus adnumeratus est die 24. Iun. 1804. 1804—36 professor doctrinae religionis in gymnasio, ab anno 1812 simul musei praefectus et historiae naturalis praeceptor, 1836 moneta aurea maiore decoratus ad regendam parochiam Buchkirchen e monasterio discessit, sed mense Decembri anni insequentis dimissa parochia rediit in monasterium; ab anno 1841 cum parochi domestici locum tenuisset, professus iubilaeus obiit 1. Iul. 1853.

Exstant eius libri typis excusi sequentes:

I. Handbuch der Religionsgeschichte des alten und neuen Bundes. (i. e. Liber manualis historiae veteris et novi foederis.) Wien, Gerold. 1813. 8°. 3 tomi (I. 168 p., II. 150 p., III. 59 p.)

II. Messgesänge für den Gottesdienst der studirenden Jugend. (i. e. Hymni sacri in usum studiosae iuventutis.) Steyr, Greis. 1807. 8°. 29 p.

III. Gesänge zur öffentlichen Gottesverehrung der studirenden Jugend am Gymnasium zu Kremsmünster. (i. e. Hymni sacri in usum studiosorum iuvenum Cremifanensium.) Linz, Kastner. 1813. 8°. 48 p.

IV. Gesänge der Andacht zur öffentlichen Gottesverehrung an katholischen Lehr- und Bildungsanstalten, wie auch für andere katholische Gemeinden anwendbar. (i. e. Hymni sacri in usum gymnasiorum catholicorum aliorumque institutorum.) Linz, in Commission bei Fink. 1823. 8°. 264 p. Editio altera emendata prodiit Lincii ibid. 1841. 8°. 264 p. Editio tertia emendata prodiit Viennae, Auer. 1857. 8°. 264 p. Secutae sunt plures editiones non mutatae.

Lang Romualdus (Cremifanensis), antea Carolus, in urbe provinciali Wels superioris Austriae die 12. Oct. 1821 natus, gymnasii studia Cremifani, cursum philosophicum Lincii confecit; die 11. Sept. 1841 s. ordinis veste indutus exacto tirocinio theologiae mysteria in lyceo Linciensi hausit; emissa die 27. Aug. 1845 votorum promissione et confecto theologiae cursu insequentis anni die 18. Iul. sacerdotum choro aggregatus est. Neomysta cathedram conscendit et 1846—49 philosophiam in lyceo docuit; immutata studiorum ratione ab 1849 praeter philosophiam propaedeuticam geographiam quoque et historiam iuvenibus tradidit usque ad annum scholasticum 1865, ex quo anno solam geographiam et historiam professorum senior in gymnasio superiore docet.

Vir studiis et legendo admodum deditus typis vulgavit:

Das Unbewusste im Menschen. (Tractatus psychologicus.) Gymnasialprogramm. Linz, Druck von Feichtingers Erben. 1859. 4°. 20 p. Verlag der Direction.

Langegger Andreas (Cremifanensis), Austriacus Cremifanensis, die 22. Oct. 1711 natus, in gymnasio Cremifanensi, deinde in univ. Salisburgensi rite institutus sollemni votorum emissione die 29. Sept. 1731 facta sodalibus Cremifanensibus adscriptus est; postea, ut sacris litteris operam daret simulque linguae Gallicae studeret, Salisburgum remissus et doctoris theologiae laurea coronatus sacerdotali munere die 15. Aug. 1738 primo functus est. 1739—41 in academia nobilium Cremifanensi philosophiam docuit; 1741—1746 cooperatoris in Weisskirchen locum tenuit; 1746—51 in univ. Salisburgensi ethicae et historiae, 1751—56 theologiae moralis professor, virginum Lauretanarum sacer moderator, celsissimi principis ar-

chiepiscopi consiliarius, religiosorum convictus regens, maioris academicae congregationis praeses, saepius philosophicae et theologicae facultatis decanus salutatus. Mense Iunio 1757 parochiae Kirchham praepositus eiusdem anni die 25. Nov. hectica stomachali obiit.

Ab eodem typis mandata est:

Norma lectionum et collegiorum in theologia morali pro anno scholastico 1753—54 in archiepiscopali universitate Salisburgensi. 4°.

Langenmantel Iosephus Franciscus Xav. de (Scotensis), Hartberg, in Styriae oppido natus die 2. Nov. 1818, cum gymnasii et philosophiae studia absolvisset Graecii, die 21. Sept. 1839 s. habitu est indutus. Votis vero sollemnibus die 2. Oct. 1842 emissis emensoque in univ. Vindob. cursu theologico, sacerdotio inauguratus est die 22. Iul. 1844, dieque 4. Aug. eiusdem anni neomysta in ecclesia parochiae natalis ad altare Dei stetit. Anno sequente cooperator missus est Zellerndorf et 1850 Pulkau, unde in monasterium redux ibidem curatum atque concionatorem egit fervidissimum, cui 1856 res quoque vinaria curanda est tradita. Quas partes egregie sustinuit usque ad diem 30. Iun. 1862, quo die monasterii prior est designatus. Hanc provinciam retento simul cellerarii officio hucusque summa omnium laude tuetur. Praeterea cum complures sodalitates, uti societas dicta „Verein für Landeskunde in Wien“ et „Landwirthschaftlicher Verein in Mödling“ socium sibi addiderunt.

Typis mandavit:

I. Abriss der österreichischen Geschichte für die vaterländische Jugend. (i. e. Summarium historiae Austriacae in usum iuventutis.) 1 vol. 8°. 1. ed. Viennae, 1851, apud Grandel et Meyer. 2. ed. 1853, 3. ed. 1859 ibid.

II. Conciones primitiales et secunditiales: Bei Gelegenheit der Primizfeier des P. Norbert Dechant am Feste der h. Anna. Viennae, 1845, typis Caroli Ueberreuter. — Zur Primizfeier des P. Gerard Bäumel am 7. Sonntage nach Pfingsten. Viennae, 1854, typis Ant. Schweiger. — Zur Primizfeier des Herrn Joseph von Langenmantel, Weltpriesters der Seckauer Diöcese, am 10. Sonntage nach Pfingsten. Viennae, 1855, typis Ant. Schweiger. — Zur Primizfeier des P. Berthold Reissner am 10. Sonntage nach Pfingsten. Viennae, 1858, typis Ant. Schweiger. — Zur Secundizfeier des Herrn Joseph Schrötter, Dechants und Pfarrers zu Altenfelden. Lentiae, 1867, typ. et sumpt. Hucmers vid. et Dauner.

III. Conciones divers. in occass.: Predigt zur jährlichen Patronatsfeier des Handlungs-Krankeninstitutes am Pfingstmontage. Viennae, 1859, typis congr. Mechith. — Bei Gelegenheit der II. Säcularfeier der Gründung der Pfarre St. Leopold in Wien am 22. Nov. 1870. Viennae, 1871, typ. et sumpt. F. Eipeldauer.

IV. Weihrauchkörner, gestreut zur Primizfeier des P. Otto Mosmeyer am 30. Iul. 1843. Der Bruder seinem Bruder. Viennae, 1843, typis Caroli Ueberreuter. (Carmen lyricum.)

V. Locos porro complures, quos dicunt belletristicos, inseruit variis libellis uti „Wanderer“ et „Langs Hausbuch“.

Langes Benedictus (Mariaemontanus), natus in Tisens, Tirol, 3. Aug. 1750, professus 11. Nov. 1770, s. ordinibus donatus est 26. Dec. 1773. Munere parochi Burgusiani, prioris, praefecti gymnasii Meranensis ac superioris collegii nostri ibidem functus est. Genuinus Benedicti filius pietate in Deum et proximum, mortificatione sui, fideli vocationis custodia, magnus ingenio, litterarum cultu ac scientia sanctorum; nec minor charitate in confratres, paterno affectu in iuventutem studiosam ac zelo animarum, unice connisus, ut in om-

nibus glorificetur Deus. Prior monasterii per sex annos spiritum s. Patris, quo ipse plenus fuit, excitare custodire augereque impigre laboravit. Ultra septem lustra dificillimis tempestatibus munus praefecti gymnasii ita sustinuit, ut amorem ac reverentiam sibi tam a superioribus quam ab inferioribus, gymnasio vero insigne decus pepererit. Confratrum amator et vitae religiosae promotor et singulos et universos coluit et fovit, abbatibus nostris optime meritis, Mathiae, Iacobo, Ioanni Bapt. persimilis. Ipse monasterio novellam sobolem, bibliothecam ac s. supellectilem magna ex parte providit, et post tristem 10 annorum dispersionem sua potissimum opera rei nostrae nos restituit. Pie obiit Merani 19. Iun. 1820, honorificentissime pro meritis elatus, ad Placidum abbatem appositus est. Erit memoria eius in benedictione. Dilectissimus nobis confrater Benedictus, per 37 annos gymnasio Meranensi praefectus, latebrarum, quae in iuvenibus sunt, sagacissimus explorator praemissa brevi gymnasii historia nomina conscripsit moresque notavit omnium gymnasii alumnorum ab anno 1782 usque ad 1819, manuscriptum omni aestimatione dignum, cui titulus:

Namen und Conduite der Studenten, welche vom Jahre 1782 angefangen an unserem Gymnasium studirten. (i. e. Nomina morumque notatio omnium gymnasii nostri alumnorum ab anno 1782 —1819.) 4°. Ms. 1 vol. 836 p. In archivo gymnasii Meranens. adserv.

Langhayder Constantinus (Cremifanensis), antea Iosephus, Silvestri Langhayder frater germanus, Austriacus Berghamensis, 13. Iul. 1726 natus studia Cremifani absolvit et exacto tirocinio die 8. Sept. 1745 professus et studia philosophica et theologica partim Cremifani, partim Salisburgi complexus die 18. Oct. 1750 sacerdotali dignitate auctus est. Cremifani primum principiorum, per triennium philosophiae, ab anno 1757 matheseos et philosophiae experimentalis professor simulque tertius academiae nobilium ephorus, initio anni 1761 Salisburgum abiit et iuris utriusque doctor creatus s. canonum professor in universitate Benedictina institutus et in consilium ecclesiasticum celsissimi principis et archiepiscopi Salisburgensis adhibitus. Ab anno 1766 rector magnificus universitatis et celsissimo archiepiscopo ab intimis consiliis de re litteraria optime meritus et amplissimum monasterii sui decus obiit 29. Dec. 1787.

Praeter theses physico-mathematicas in lucem editas conscripsit:

I. De multiplici privilegiorum significatione eorumque notione genuina et adfectionibus propriis dissertatio. Salisburgi, 1766. 4°. (Quam dissertationem clarissimus Io. Phil. Steinhauser, pandectarum Salisburgi professor „perpetuum singularis prorsus et profundissimae eruditionis documentum“ appellavit.)

II. De legatis et nuntiis pontificum eorumque fatis et potestate commentatio historico-canonica. Salisburgi, 1785.

Langhayder Meinradus (Cremifanensis), antea Erenbertus, frater Silvestri et Constantini Langhayder, Austriacus Berghamensis, die 11. Febr. 1731 natus est. Studiis Cremifani absolutis monasterium illud ingressus vota sollemnia emisit 21. Nov. 1753, inter artium liberalium magistros nec non theologiae Viennensis doctores 1757 cooptatus die 1. Nov. 1758 primam laudis hostiam sacerdos litavit. Cellis Marianis in Austria inferiore confessarius, de-

hinc per quinque annos praefectus rei granariae; unde 1763 revocatus in academia Cremifanensi poeticam, 1765—67 Salisburgi philosophiam docuit; postea parochus in Eberstallzell et Vorchdorf obiit 23. Sept. 1792. Scripsit:

I. De philosophia Germanorum generatim dissertatio I. Salisburgi, 1766. 4°.

II. De philosophia Germanorum divina dissertatio II. Salisburgi, 1766. 4°.

III. De philosophia Germanorum naturali et morali dissertatio III. Salisburgi, 1767. 4°. 14 p.

Langhayder Silvester (Cremifanensis), antea Ignatius, in castro Bergham superioris Austriae die 19. Iun. 1717 natus, disciplinarum liberalium elementa Cremifani, philosophiae praecepta Lincii edoctus in monasterio Cremifanensi die 8. Nov. 1754 religionis sacramento obligatus ad prosequenda litterarum studia in convictum Salisburgensem ablegatus triennio post artium liberalium et philosophiae lauro insignitus rediit et 24. Iun. 1742 primum missae sacrificium obtulit. Cooperator in Weisskirchen, confessarius conventualium, 1744 primus iuris canonici in academia Cremifanensi professor, deinde ius civile, pandectas, ius publicum et feudale docuit, 1754 bibliothecae praefectus, 1760 tabularii custos, die 4. Nov. eiusdem anni notarii publici, in album archivii curiae Romani relati, dignitatem accepit; praeclarus insuper architectus obiit 4. Sept. 1795.

Scripta Silvestri Langhayder (vide Zieglbauer, P. IV. p. 239):

I. Senatusconsulti Macedoniani exegesis. Styrae, 1750. 2°.

II. De piis dispositionibus specimen iuris Germanici antiqui. Styrae, 1751. 4°. 174 p.

III. De civili felicitate dissertatio. Styrae, 1752. 4°. 131 p.

IV. De summo civitatis bono dissertatio. Styrae, 1753. 4°. 139 p.

V. Disquisitio furtivae venationis, ad genuina iuris principia verumque Germanorum sensum accommodata. Norimbergae, 1767. 8°. 191 p.

VI. Betrachtungen über die in der kurbrandenburgischen Aeusserung vom 25. Sept. 1778 angeführte Titel und deren Einfluss in die baierische Successionssache. (i. e. Considerationes de successione Bavarica.) 1779. 8°. 30 p.

VII. Gedanken von der Verzicht Herzogs Albrecht von Oesterreich. (i. e. De renuntiatione Alberti ducis Austriae.) Vide: Sammlung aller Staats-, Hof- und Gesandtschaftsschriften, auch anderer rechtlichen und historischen Abhandlungen. Tom. II. part. III. p. 318. Wien, 1779.

VIII. De origine Caesarearum Capitulationum.

Praeterea manuscripta reliquit sequentia:

I. Observationes in diplomata fundationis nostrae.

II. Commentatio de servitute personarum in Germania. 2°. 384 p. sign. VIII. 101.

III. Eadem commentatio denuo rescripta. 2°. 267 p. sign. VIII. 102.

IV. Commentatio de advocatia ecclesiastica singulari ad historiam et rem diplomaticam medii aevi elucubrata. 2°. 129 p. sign. VIII. 103.

V. Commentatio de usu iuris emphyteutici in Germania. 2°. 208 p. sign. VIII. 104.

VI. Theses iuridicae. 2°. 80 p. sign. VIII. 105.

VII. Responsiones praeliminares, quibus theses quaedam iuridicae ab animadversionibus doctorum H. (Hayden) et H. (Hupka) vindicantur. 2°. 23 p. sign. VIII. 106.

VIII. Principia iuris colonarii Germanorum opposita iuri Romanorum emphyteutico. 2°. 289 p.

Larger Mauritius (Murensis), natus est in oppido Sulz in Alsatia superiore die 12. Mart. 1725. Votis se Deo consecravit die 25. Mart. 1745 et ordinem sacerdotalem obtinuit die 31. Mart. 1748. Erat cancellariae director, dein 1754—60 parochus

in Homburg, postea secretarius principis abbatis, denique oeconomus in Dettensee. Exivit ex hoc mundo die 11. Ian. 1789. Adservatur in archiv. Muro-Gries.:

Defensio authentiae actorum Murens. et plures hac de re communicationes cum canonico Argentor. Grandidier. Archiv. A. I. 2.

Laslof Basilius (Mechitharista), fuit unus ex senioribus patribus Mechitharistis, qui anno 1773 Venetiis transmigrarunt Tergeste. De eius vita nihil aliud notum est, nisi quod Armenopoli (vulgo: Szamosujvár) in Transilvania sit natus.

Unicum opus existit ab eo ex Latino textu in ling. Palaeo-armenam translatum et typis editum:

Հաբերտի Համառօտ վարդապետութիւն, i. e. Haberti, Compendium doctrinae fidei et theologiae moralis. Tergesti, typis Mechith. 1791.

László Balthasarus Michael (de s. Monte Pannoniae), Kaposvarini com. Somogy. in Hungaria die 6. Ian. 1850 natus, die 8. Sept. 1868 s. habitu indutus, absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 10. Aug. 1873 vota sollemnia emisit, die vero 17. eiusdem mensis et anni presbyter ordinatus est. 1873—74 professor Iaurini, ex eo Papae eodem fungitur officio.

Scripsit:

Európa kedvező éghajlatának főbb tényezői. (i. e. De praecipuis causis caeli in Europa salubritatis.) In progr. gymn. Papensis 1876/7. 8°. p. 3—31.

Lebinger Norbertus (San-Paulanus). Natus est ad s. Lambertinum in Stiria die 9. Iul. 1833; s. habitu indutus die 18. Oct. 1851; sollemniter professus die 18. Oct. 1854; sacerdotio initiatus die 27. Iul. 1856. Simul ac studia theologica in episcopali instituto Clagenfurtensi absolverat, ad curam animarum deputatus parocho ad s. Paulum cooperatus est per annum, dein duobus annis in univ. Vindob. historiae et geographiae studio operam dedit, in examine probatus et honeste approbatus professor docebat historiam et geographiam primum in gymnasio San-Paulano, ab anno 1866 in gymnasio Clagenfurtensi docet tanta ingenii dexteritate, ut supremus scholarum senatus Vindobonensis litteris anno 1878 ad directorem gymnasii Clagenfurtensis datis P. Norberti docendi rationem aptissimam commendaret, quam candidati utriusque huius disciplinae sibi sumerent servandam. Praeter haec tenet praefecturam cellae vinariae in collegio Clagenfurtensi, ac Musaei historiae naturalis Carinthiae est sodalis et societatis historicae sodalis et delectus ad deliberandum.

Sequuntur eius scripta typis impressa:

I. Die Reformation und Gegenreformation in Klagenfurt. (i. e. De reformatione et contrariis ausibus Virunae.) *a)* Die Reformation. Programm des k. k. Gymnasiums in Klagenfurt. Am Schlusse des Studienjahres 1867. Druck von J. und F. Leon in Klagenfurt. p. 1—49. 8°. *b)* Die Gegenreformation. Programm des k. k. Gymnasiums zu Klagenfurt. Am Schlusse des Studienjahres 1868. Druck von J. und F. Leon in Klagenfurt. p. 1—55. 8°.

II. Mittheilungen aus dem Stiftsarchive von S. Paul. (i. e. Relationes ex tabulario s. Paulano.) Abgedruckt im Archiv für vaterländische Geschichte und Topographie. Herausgegeben von dem historischen Vereine für Kärnten. 4. Jahrgang. Klagenfurt, 1858. Druck von Joh. Leon. p. 6—21. 8°.

Lehnert Geraldus (Admontensis), Graecii in Stiria natus 10. Iun. 1820, vota emisit sollemnia 11. Iul. 1844, et primitias celebravit 11. Aug. 1844. Curae animarum destinatus cooperatorem egit in Groebming, Gaishorn et Kraubat usque

ad obitum 18. Iun. 1858 phtysi tuberculosa consumptus. Imagines sic dictas „Silhouetten“ confratrum artificiose exaravit.

Rede, gehalten bei der Weihe einer Jungfrauenfahne am Feste Maria Geburt zu Gröbming im Jahre 1848 von P. Gerald Lehnert, Benedictiner-Ordenspriester. Den Mitgliedern des Jungfrauenvereines gewidmet. (i. e. Sermo in benedictione vexilli coetus virginum habitus.) 8°. Graz, 1850. C. Danzer'sche Buchdruckerei.

Leuthner Wolfgangus (Cremifanensis), antea Theophilus, die 7. Febr. 1744 in arce Scharnstein superioris Austriae natus, studia cuncta humanitatis et philosophiae in academia Cremifanensi absolvit, quibus confectis monasterium Cremifanense ingressus die 11. Nov. 1762 votis sese sollemnibus ligavit. Studiis theologicis in celeberrima univ. Salisburgensi quum vacasset, die 1. Maii 1768 sacris initiatus est. Primum cooperator in Weisskirchen, deinde professor grammaticae; tum Viennam missus iuris prudentiae operam dedit. Vienna redux primum professoris pandectarum adiunctus, dehinc iuris civilis professor; sublato cum academia iuris studio parochus in Kirchberg; ab anno 1787 usque ad annum 1793 prior et aliquamdiu spiritualium administrator; ab anno 1793 parochus in Thalheim die 23. Iul. anni 1800 abbas monasterii eligitur, iniquissima tempora passus, ignes, fulmina, terrorem bellicum trinamque hostium invasionem; quibus adeo fractus non est, ut s. supellectilem augeret, hospitum cubilia exornaret, multa aedificia instauraret et studia theologica in ipso monasterio conderet. Obiit die 23. Febr. anni 1812.

Professor iuris civilis conscripsit libellum:

Dissertatio de torturis etc. Lincii, typis Pramsteidel. 8°. 144 p.

Lichtensteiner Benedictus (Scotensis), frater maior natu illustris illius Meinradi Lichtensteiner (Scotens.), vitae lumen adiit Vindobonae die 26. Iul. 1748. S. habitu s. P. n. Benedicti cum esset indutus die 13. Nov. 1768, votis sollemni ritu die 13. Nov. 1769 nuncupatis sacerdotio inauguratus est die 29. Sept. 1772. Diversis posthac in locis cooperatorem se praestitit pium strenuumque in Zellerndorf 1781—84, in Pulkau per aliquot menses, dein 1784—1787 in Gaunersdorf, postremum ad s. Udalricum 1787—93. Cum deinde parochi munus gessisset in Platt 1793—94, parochus designatus est in Martinsdorf 1797—1805 nec non in Engersdorf min. 1805 — d. 30. Iul. 1807. Unde in monasterium revocatus, camerarii officio functus est 1807—9 magnamque ex eo munere gerendo laudem sibi comparavit. Tum vero parochiam suscepit in suburbio, dictam ad s. Udalricum, ubi professus iubilaeus die 13. Nov. 1819 sacerdotii sui iubilaeum die 29. Sept. 1822 celebravit. Sex deinde annis pie peractis fere octogenarius, totius capituli senior, amorem huius lucis immortalium spe bonorum laetus proiecit et ad divinum illud animorum concilium plenus meritis migravit die 23. Apr. 1828.

Typis edidit concionem:

Predigt bei Gelegenheit eines Titularfestes zu Ehren des heiligen Benedicts um eine glückselige Sterbestunde. (i. e. In festo titulari ad honorem s. Benedicti pro felici hora mortis concio.) 1 vol. 8°. Viennae, typis Sonnleithner.

Lichtensteiner Meinradus Iosephus (Scotensis), natus die 18. Ian. 1759 in suburbio Viennensi, quod Gumpendorf

dicitur, puerulus adhuc traditus est in disciplinam fratri natu maiori, qui tum, Benedictus nomine, in monasterio ad Scotos Viennae ingenio et industria elucebat. Ab eo non solum Latinas Graecasque litteras strenue edoctus, severiora etiam philosophiae praecepta percepit tam felici cum profectu, ut essent, qui ad publicam disputationem adolescentulum incitarent; quam ille non modo non abhorruit, sed, quo erat animi vigore et ingenii alacritate, magno cum applausu instituit. Iam quo liberius saluti suae prospicere et ad bonarum artium studium incumbere posset, praeterea, quo arctius cum dilecto fratre vivere et conversari liceret, in ordinem s. Benedicti ad Scotos suscipi petiit, votique compos factus die 28. Oct. 1778 s. veste indutus est. Exacto probationis anno, studium disciplinarum s. theologiae, quae ea aetate domi tradebantur clericis Scotensibus, ardentissime amplexus, quod reliquum temporis vacabat, id omne classicis Graecorum et Romanorum auctoribus et, quod tum singulare visum, addiscendae linguae Franco-gallicae tribuebat. Ita multa ac solida doctrina imbutus, cum die 25. Ian. 1783 emissis sollemni ritu votis divo Benedicto in omnem vitam sese consecrasset, die 5. Oct. eiusdem anni neomysta ad aram stetit. Statim propter magnam docendi facilitatem catecheta in schola parochiae claustralis constitutus, hoc in munere egregiam operam per decennium collocavit, commercio praeterea litterario cum illius aevi eruditissimis viris coniunctus, quorum hortatu et exemplo typis impressam edidit historiam ecclesiasticam Bonaventurae Racine, quam ex idiomate Franco-gallico in Germanicum transtulit. Anno 1793 ad suburbium, qui Campus Scotorum dicitur, cooperator missus verbum Dei ferventer praedicavit. Inde revocatus in monasterium, biennio post in oppidum Gaunersdorf abire iussus, mox parochiae praefectus est in Hoebersbrunn (1801—5), dein vicinae in Martinsdorf, quam dum administrabat, domum et Dei et suam et parochianorum tecta vitasque ab hostium furore tuitus est. Anno 1807 quum c. r. gymnasium, olim Musaeum dictum curis Scotorum demandatum et praefectus iam designatus, P. Andreas Wenzel, interim abbas monasterii electus esset, haud dubium erat, cuinam munus deferretur. Itaque accitus e statione rurali P. Meinradus libenter suscepit praefecturam, quam nonnisi cum vita deposuit. Hic quam multa et praeclara gesserit, mille testes existunt, quos pueros sine spe, sine opibus suam in tutelam recepit, adolescentes re et consilio iuvit, viros etiam et in publico munere positos patronis commendavit. Idem cum ab inclyta facultate philosophica universitatis Viennensis ad doctoris gradum permotus 1809, decanus iterum (1817 et 1823) lectus fuisset, in annum scholasticum 1825—26 rector magnificus creatus, curam gymnasiorum per Austriam inferiorem, quae inde ab anno 1820 ei ceu c. r. vicedirectori delata erat, adeo non remisit, ut librorum, quibus discipuli uterentur, tum novas plane editiones, tum eorum, qui iam in usu erant, editiones indefesso studio et labore consummaverit. Quas inter ardentes occupationes tam gymnasio ad Scotos, quam ceteris per totam provinciam sitis invigilare non desinebat semper praesens tentaminibus publice habitis. Ob haec merita saepe laudatus a regimine Austriae inferioris et

apud omnes summo honore habitus, quum anno 1832 quintum praefecturae lustrum feliciter explevisset, undique ei congratulatum est. Eundem a litterarum amore nunquam recessisse, indicium est, quod ad ultimam usque vitam libros, qui praestantissimi ederentur, non solum comparavit sed etiam legit et relegit, dum visu valebat. Cum vero propter oculorum defectum legendo impar esset, hoc malum, licet gravissimum, animo tam aequo tulit, ut ne verbulo quidem de eo conquestus sit. Interea die 5. Oct. 1833, quinquagesimus dies anniversarius sacerdotii sui rediit, quo die, cum ipse propter caliginem oculorum sacra obire non posset, summa cum devotione sacrificio missae hunc in finem ab abbate celebratae interfuit et sacra synaxi refectus Nestoris annos aetati suae additurus videbatur. Die vero 28. Apr. 1834 cum cubitu surgere vellet, vehementi tussi et subita febri praepeditus die 2. Maii eiusdem anni hora post meridiem secunda sitiens, porrigenti poculum, quum bibisset „Valete", inquit, „amici" et mox sine ullo dolore spiritum creatori reddidit.

Typis edidit:

I. Beruhigungen beim Ausbruche des gegenwärtigen Krieges. (Concio ad placandos animos orto bello anno 1799.) Eine Predigt, gehalten bei Gelegenheit des zweiten Dankfestes, dass durch das Aufgeboth das Vaterland ist gerettet worden. Viennae, 1799, typis Antonii Pichler.

II. Die Pflichten des Priesters. (i. e. Quae sacerdoti sint observanda, quomodoque se gerat.) Versio Germanica ex idiomate Franco-gallico. Herausgegeben von Christoph Bengel. 1 vol. 8°. Viennae, 1782, typis Sonnleithner.

III. Des Herrn Abts Racine Kirchengeschichte. (i. e. Historiae ecclesiasticae Racine abbatis in linguam Germanicam versio.) Nach der neuen, mit einigen Anmerkungen und Zusätzen vermehrten Ausgabe. 20 vol. 8°. 1. ed. Viennae, 1783, apud Ioannem David Hörling, typograph. 3. ed. 1790—96 ibid.

Lidl Ildephonsus (a s. Petro Salisburgi), Styrus ex Rottenmann, natus 17. Apr. 1736, novitius 28. Aug. 1755, monachus professus 29. Aug. 1756, neomysta 22. Apr. 1759. Finitis studiis theologicis et iuridicis ex utroque iure examinatus et pro suprema laurea approbatus varia officia tum domestica, uti catechetae et praefecti scholae domesticae, repetitoris iuniorum in iure utroque, tum externa uti cooperatoris in Abtenau, professoris theologiae domestici in monasteriis ad s. Michaelem Burae et ad s. Vitum in Bavaria et vicarii parochiae in Dornbach subire iussus est. Anno 1778 6. Sept. suprema s. theologiae laurea decoratus per 6 annos theologiam moralem et pastoralem in univ. Salisb. docuit. Obiit 2. Iul. 1808. Scripsit:

I. Frage ob der Mönchsstand Gott gefällig und der Welt nützlich sei? Mit einem sichern Ja beantwortet wider die lieblosen Mönchsfeinde. (i. e. Estne utilis status religiosus mundo?) Sine loco et nomine 1771. 8°. 259 p.

II. Doctrina moralis de restitutione publicae exercitationi exposita. Salisburgi, Mayr. 1779. 4°. 8 p.

III. Assertiones theologico-morales de actuum humanorum natura eorumque in- et externa regula. Ibid. 1779. 4°. 12 p.

IV. Trauerrede auf Antonius, Abt zu Michaelbaiern. (Concio funebris.) Salzburg, Prodinger. 1783. Fol. 19 p.

V. Wundersprüche unserer aufgeklärten Zeiten. (i. e. Edicta miraculosa moderni aevi.) Gedruckt mit pressfreiheitlichen Schriften. Sine nomine et loco. 1783. 8°. 38 p.

VI. Lob- und Sittenrede am Festtage des hl. Augustin, Kirchenlehrers. (i. e. Concio festivalis in honorem s. Augustini.) Salzburg, 1783. 8°.

VII. Oratio in sollemni confirmatione Francisci Xav. com. de Salm, Gurcensis episcopi neonominati. Salisburgi, Prodinger. 1784. Fol.

VIII. Rede auf das Fest des hl. Martyrers und Leviten Lorenz, nebst einer Vorrede an Lorenz Hübner. (i. e. In festo s. Laurentii concio habita.) Anonym. Augsburg, 1790. 8°.

IX. Meine Zweifel über das unredlich sein sollende Betragen der vorgeblichen Feinde der Aufklärung. (i. e. Dubitationum de iniqua agendi ratione eorum, qui falso eruditionis inimici censentur discussio.) Sine nomine et loco. 1791. 8°. 64 p.

Lierheimer Bernardus Maria (Muro-Griesensis), natus est Eichstadii in Bavaria die 1. Dec. 1826. Absoluto in patria gymnasio Romae in collegio Germanico-hungarico studiis philosophicis et theologicis operam dedit 1846—52. Ibidem die 21. Dec. 1850 sacerdos ordinatus et die 26. Iun. 1852 praestitis examinibus in universitate gregoriana doctor theologiae creatus est. In patriam reversus curam animarum in oppidis Neumarkt et Ellingen exercuit, usque dum 1855 professor religionis et historiae in gymnasio Monacensi vetere nominatus est. Anno 1861 munus concionatoris in ecclesia aulica div. Michaelis Monachii ipsi commissum est, cui per decem annos satisfecit, simulque qua secretarius archiconfraternitati s. Michaelis pro colligendo obolo s. Petri inservivit et a S. P. Pio IX. aureo numismate honoratus est. Tandem saeculo renuncians in monasterio Gries. 1871 receptus ibidem expleto probationis anno vota religiosa die 29. Sept. 1872 emisit. Ab abbate ad tradendas disciplinas theologicas designatus in scholis monasterii docet et curam bibliothecae gerit.

Plures edidit libros:

I. Sermones, quos fere omnes qua concionator aulicus habuit, scilicet: *a)* Leib und Seele. (i. e. Anthropologia religiosa.) Regensburg, ap. G. I. Manz. 1864. 8°. 455 p. Editio secunda aucta. Ibid. 1878. 532 p. *b)* Die Kirche Jesu Christi nach ihrem Bestande, ihrer Aufgabe und Wirksamkeit mit besonderer Berücksichtigung der Gegenwart. (i. e. De ecclesia.) Ibid. 1865. 8°. 365 p. *c)* Der leidende Jesus. Fastenbetrachtungen. (i. e. De passione D. N. I. X.) Ibid. 1865. 8°. 122 p. *d)* Die Vollkommenheiten Gottes zur Belehrung und Erbauung für das christliche Volk. (i. e. De perfectionibus div.) Ibid. 1866. 8°. 270 p. *e)* Die Parabeln und Wunder in den Sonntagsevangelien des Kirchenjahres. (i. e. Parabolae et miracula.) Ibid. 1868. 8°. 386 p. *f)* Die zehn Gebote Gottes. (i. e. Decalogus.) Ibid. 1869—70. 8°. I. vol. 418 p., II. vol. 370 p., III. vol. 454 p. *g)* Jesus mit uns. Jesus in uns. Jesus für uns. (De s. altaris sacram.) Ibid. 1871—72. 8°. I. vol. 252 p., II. vol. 255 p., III. vol. 319 p. *h)* Das hl. Busssacrament. (i. e. De poenitentia, dedicatum abb. Adalberto iubilanti.) Ibid. 1874. 8°. 340 p. *i)* Die letzten Worte des Welterlösers. (i. e. De septem verbis Christi.) Ibid. 1878. 8°. 135 p. *k)* Der Papst und seine lehramtliche Unfehlbarkeit. (i. e. De infallibilitate.) Regensb., ap. Pustet. 1871. 8°. 134 p. *l)* Predigt bei dem Gründungsfeste der Bruderschaft vom hl. Erzengel Michael. (i. e. Pro obolo s. Petri.) München, ap. Weiss. 1862. 8°. 14 p. *m)* Der selige Petrus Canisius, seine Wirksamkeit und seine Tugenden. (i. e. Beatificatio P. Canis.) München, ap. Leutner. 1865. 8°. 34 p. *n)* Kleine Anreden vor der hl. Communion. Ibid. ap. H. Manz. 1864. 12°. Edit. secunda 1871. 130 p.

II. Versiones ex Latino. *a)* Von dem Wandel in Gottes Gegenwart und den verschiedenen Arten und Zeiten der Gottesverehrung. Nach dem Opusc. XI. des Nic. Lancicius S. I. Regensburg, ap. G. I. Manz. 1861. 8°. 334 p. *b)* Die vier F oder Wege zur Vollkommenheit. Nach dem Opusc. III. eiusd. ibid. 1861. 8°. 297 p. *c)* Die Wirkungen der hochheiligen Eucharistie in der Seele. Nach dem Opusc. XIV. Ibid. 1861. 8°. 153 p.

III. Versiones ex Italico idiomate. *a)* Scaramelli, S. I. Anleitung zur Ascese. 4 partes. Regensburg, ap. G. I. Manz. 1853—55. 8°. I. vol. 524 p., II. 448 p., III. 549 p. et IV. cum appen-

dice Predigtentwürfe auf die Sonn- und Festtage nach Scaramellis Anleit. zur Ascese. 474 p. Secunda edit. ibid. 1867. *b)* Scaramelli S. I. Anleitung in der mystischen Theologie. Ibid. 1855—1856. 8°. I. vol. 411 et 271 p., II. vol. 453 p. *c)* Benedict Rogacci S. I. Von dem Einen Nothwendigen. Ibid. 1857—59. 8°. Introd. et vol. I. 808 p., vol. II. 588 p., vol. III. cum append. 717 p. *d)* Leben der ehrwürd. Dienerin Gottes Maria von Jesu O. S. Fr. Aebtissin in Agreda. Nach dem Italienischen des P. Anton M. da Vicenza. O. S. Fr. Ibid. 1875. 8°. 191 p.

IV. Curavit novas editiones: *a)* Perrone, S. I. Praelectiones theologicae, edit. XXI. Ratisbon. I. 9 vol. 8°. 1855. *b)* Eiusdem Praelect. in compendium redactae; praemissa est historiae theologiae cum philosophia comparatae synopsis. Edit. XXVII. Ratisb. II. 2 vol. 8°. 1856.

V. Dissertationes theologicas et politico-ecclesiasticas, recensiones criticas, necrologia et his similia in variis ephemeridibus et foliis periodicis evulgavit. Adsunt etiam manuscripta partim conciones partim materiarum theologicarum.

Lindemayr Maurus (Lambacensis), natus Neukirchii prope Lambach anno 1723 die 17. Nov. nominatusque est in s. baptismate Caietanus Benedictus Maximilianus. Scholae cantatoriae Lambacensi traditus puer gymnasium s. I. Lincii frequentavit. Anno 1746 s. habitu ordinis Lambaci indutus vota vovit sollemnia die 21. Sept. anno 1747. Biennio theologico in univ. Salisburgensi absoluto primitias Deo obtulit die 6. Oct. anno 1749. Mox missionarius in vicariatu Aichkirchen ad evellendas protestantismi radices missus omni fervore ac charitate curam egit animarum. Domum redux mox onere prioratus ornatus anno 1754 gratissime accepit quinquennio post vicariatum soli paterni in Neukirchen regendum, ubi vir vere catholicus, theologus gravis, verbi Dei praeco eximius, poëta natus vitae suae dies transegit usque ad ultimum, qui accidit die 19. Iul. anno 1783. Scripsit:

I. Die grossen Merkmale der Gottheit Jesu in seinen Wunderwerken, in seinem Kreuzestode und in seiner Kirchenstiftung. (i. e. Magna divinitatis Iesu insignia.) Augsburg, 1767. 8°. 729 p.

II. Fastenpostille oder buchstäbliche und sittliche Erklärungen über die hl. Fastenevangelien. (i. e. Evangeliorum pro tempore quadragesimali dilucidatio.) Augsburg, 1777. 8°. vol. 2. 1214 p. 1198 p.

III. Predigten auf alle Sonn- und Festtage des ganzen Jahres. (i. e. Conciones per annum.) Augsburg, 1777. 8°. vol. 3.

IV. Praefationes in versiones sermonum sacrorum collectorum utpote: *a)* De la Rue's sonntägliche Predigten. 4 Theile sammt einem Bändchen rednerischer Eingänge. *b)* Renat de la Tour du Pins Lobreden. 4 Bde. vol. 4. Augsburg, 1772 et 1773. 8°. *c)* Rednerische Eingänge zu Bordonis Predigten. XIV. Theil. Augsburg, 1777. 8°. *d)* Rednerische Eingänge zu Franz Masettis Predigten. Augsburg, 1778. *e)* Praefatio operis: „R. P. Rudolph Graser, praktische Beredsamkeit der christlichen Kanzel.“ 1. ed. Salzburg, 1766. 2. ed. Augsburg, 1774. 8°.

V. Max Deza's „Das Herz zu Gott“ cum praefatione de lectione spirituali. Linz und Augsburg, 1758. 8°.

VI. Kurzer Lebensabriss der seligen Angela von Merici. (i. e. S. Angelae de Merici vitae descriptio.) Augsburg, 1769. 8°.

Poëta christianus edidit Maurus Lindemayr:

VII. Der singende Büsser oder die VII Busspsalmen in deutscher Sprache übersetzt. Augsburg, 1768. 8°.

VIII. Der achte Psalm Davids. Linz, Pramsteidl (s. a.) aliaque Ms.

Poëta patrius scripsit Maurus „Laudons Tapferkeit“ aliaque minoris momenti, quae inter typis mandatum tantum:

IX. Treuherzige Unterredung eines Landler Bauern mit seinem Herrn Pfarrer die dermalig

bedrängte Zeit und den preussischen Krieg betreffend. Linz, Münzer (o. J.) Fol.

Nomen sibi comparavit Maurus comoedias et cantilenas sermone rustico-antiquo conscribendo componendoque, ex quibus ipso tum in vivis typis mandata est comoedia:

X. Kurzweiliger Hochzeitvertrag zu Unterhaltung der Frau Maria Antonia, Erzherzogin von Oesterreich, Dauphine von Frankreich. Steyr, Menhardt. 1770. 16°. 16 p.

XI. Die Komödieprob. Steyr, Menhardt. 1776. 8° min. 36 p.

Omnia quae in manuscripto quodam bibliothecae Lambacensis a fratre Mauri Petro Theophilo Lindemayr composito habentur denuo edita inveniuntur in libello:

XII. Maurus Lindemayrs sämmtliche Dichtungen in obderennsischer Volksmundart. Herausgegeben von Pius Schmieder. Linz, Ebenhoech. 1875. 8° min. 418 p.

Linder Fintanus (San-Blasianus). Natus est in Radolphszell in magno ducatu Badensi die 7. Mart. 1725; s. habitu indutus in divo Blasio; sollemniter professus die 8. Dec. 1744; sacerdotio initiatus die 23. Maii 1850. Inter togatos scholares s. Blasii a teneris educatus, praeter solita studia addiscendis linguis orientalibus ea industria et eo profectu se impendit, ut non solum iunioribus s. Blasii, sed et ex aliis ordinibus monasticis et coenobiis in conventum San-Blasianum ideo susceptis religiosis easdem tradiderit, qui deinde hoc linguarum studium tamquam necessarium comparandae sacrae eruditionis subsidium alibi, in publicis etiam academiis propagarunt. In eorum usum grammaticam Hebraicam typis commisit, a methodi facilitate et soliditate multum laudatam, inque brevi lexico grammaticae addito — quod tunc temporis raro fiebat, etiam dialectos Arabicam, Syriacam et Aethiopicam comparavit. Iunioribus clericis s. Blasii philosophiam tradidit bis, et partem theologiae methodo valde succincta. Adiunctus deinde in Berau, et parochiae vicarius in Bernau et Grafenhausen, posteriori loco annis undecim consedit; modo honorificum officium praepositi in Bürglen sustinuit. Ibi, cura rei domesticae saeculari cuidam, qui ipsi hunc in finem adiunctus fuerat, potissimum relicta, lexicon magnum Hebraeo-rabbino-talmudicum, quod grammaticae secuturum adpromiserat, iam dudum inchoatum, ad finem deducere adlaboravit, ad vitae finem ipse citius properans. Ipsa obesi corporis moles morbi causa aut initium fuit, cui inopinato succubuit sexagenarius die 10. Maii 1785: opus coeptum manebat imperfectum.

Prelo commisit:

I. Opus grammaticum Ebraeum ad solidam sacrae linguae intelligentiam methodo analytica ducens. Ulmae, 1755.

II. Lexicon Latino-ebraicum-rabbinico-thalmudicum. Manuscript (in archivo San-Paulano No. 96).

III. Sonnenfelsii Lapis lydius cum opere grammatico Ebraeo P. Fintani Linder collisus, ac comminutus in Philebraeorum gratiam curante eiusdem operis auctore, academiae scientiarum Roboretanae membro. Ulmae, typis Wohler. 1758. 121 p. 8°.

Lintzmeyer Rupertus (Emautinus Montserratensis), Bohemus Přesticensis, natus anno 1714, baptizatus a P. Antonino Otecký ord. s. Benedicti Cladrubii professo et Přesticensis residentiae administratore, professus anno 1737, primitias celebravit in patria sua Přesticii anno 1740 comitante ipsum Hieronymo Cechner

clerico diacono. Tempore belli Gallici addiscendae linguae Gallicae operam navavit, ut posset in nosocomio Gallico, quod factum est in monasterio Emautino confessiones aegrotorum militum Gallicorum audire, anno 1764 cum licentia domini abbatis ad Montem Serratum in Hispania abiit, anno 1775 in monasterium Emautinum rediit, professione iubilatus obiit anno 1789 Pragae aetatis anno 75.

Typis edidit lingua Germanica accuratam descriptionem in orbe catholico celeberrimi:

Montis Serrati in Hispania, monasterii illius cum 13 habitaculis eremitarum. Beschreibung des Berges Montserrat in Spanien, des Klosters und der Einsiedeleien. Prag, bei Johanna Peuschin Witwe. 1777. In bibliotheca Emautina minori III. 4°. 60 p.

Lodron comes de, Ioannes Nep. (Cremifanensis), Salisburgi die 17. Maii 1740 natus, studia in academia nobilium Cremifanensi absolvit, sacra sese professione Deo die 13. Nov. 1760 devinxit et theologicis disciplinis in instituto domestico excultus primam Deo hostiam obtulit die 1. Iul. 1764. Cooperator in Steinerkirchen; deinde academiae nobilium subregens et philosophiae professor usque ad finem academiae; tum rebus silvaticis et venatoriis primus ex coetu monasterii praefectus; illustrissimi principis et archiepiscopi Salisburgensis Sigismundi ex comitibus de Schrattenbach consiliarius obiit die 3. Febr. 1806.

Typis impressae sunt:

Adsertiones ex logica et metaphysica etc. adsistente P. Ioanne Nep. ex comitibus de Lodron. Styrae, Wimmer. 1782. 4°. 14 p.

Loritz Urbanus Iosephus (Scotensis), Viennae in Austria vitae lumen adiit die 1. Ian. 1807. Grammaticam cum humanioribus litteris in gymnasio ad Scotos egregie edoctus ac philosophicis disciplinis in univ. Vindob. laudabiliter absolutis, sacro s. P. n. Benedicti habitu indutus est die 10. Oct. 1825. Votis vero sollemni ritu nuncupatis die 28. Oct. 1828, cum s. theologiae cursum in univ. Vindob. esset emensus, die 23. Iul. 1830 presbyter ordinatus est et die 1. Aug. eiusdem anni neomysta ad aram Dei stetit. Qui statim exinde propter morum urbanitatem humanitatemque hospitum magister nec non refectorii hortorumque inspector ac curator infirmorum in monasterio designatus, cum his muneribus egregie esset functus duranteque cholerae morbo curatum egisset strenuum in nosocomio suburbii Vindob. dicti Gumpendorf, anno 1832 curae animarum, quod ipse vehementissime desideraverat, admotus, primum cooperatoris munus in Gumpendorf dein 1832—36 in Eggendorf gessit. Cum vero interea die 22. Iun. 1832 et 17. Ian. 1833 examin. rigoros. ex omnibus fere s. theologiae disciplinis approbatus fuisset, 1836 in monasterium revocatus professuram paedagogiae et paulo post theologiae pastoralis in univ. Vindob. suscepit, cuius insuper concionator academicus est designatus. Quas partes laudabiliter tuitus, die 1. Nov. 1841 cooperator missus est in suburbium Vindob. dictum Campum Scotorum novemque annis post anno 1850 parochus eiusdem loci merito est declaratus, cuius partes hucusque saluberrimo cum profectu sustinet. Hac enim in provincia collocatus, longum est enumerare, quidquid boni et praeclari praestiterit et in rebus divinis rite perpetrandis et in ecclesia parochiali pulchre decoranda

et in egenorum inopia efficaciter sublevanda et in infirmorum cura pie gerenda et in exhibenda humane parvulis charitate. Qua propter non solum parochiani omnes et confratres eum uti patrem diligunt et honorant, sed ipse august. Austriae imperator Franciscus Iosephus candidum pii pastoris Camposcotensis pectus die 24. Iun. 1867 cruce aurea coronata decoravit et biennio post amplus Vindobonae urbis senatus eum moneta aurea mai. s. Salvatoris pro meritis die 25. Nov. 1869 honoravit. Ipse professus iubilaeus inde a die 28. Oct. 1878, consiliarii quoque archiepiscopi Vindob. dignitate insignitus est die 25. Dec. 1871.

Typis edidit:

I. Predigt bei Gelegenheit des Restaurationsfestes im Wiener-Bürgerspitale zu St. Marx. (Concio occasionalis.) Viennae, 1842, typis Ferd. Ullrich.

II. Blätter der Belehrung und Erbauung für die hl. Fastenzeit. (i. e. Pietatis exercitia pro temp. Quadrages.) 1 vol. Viennae, 1843, typ. L. Grund.

III. Blätter der Belehrung und Erbauung für die heil. Weihnachtszeit. (i. e. Pietatis exercitia pro temp. circa nativ. Christi.) 1 vol. Viennae, 1843, typis congr. Mechith.

IV. Der Herr sei mit Euch! Gebet- und Erbauungsbuch für katholische Christen. (Liber precum.) 1 vol. 1. ed. Viennae, 1844, typis congr. Mechith. Cum subseq. 5 nov. edit.

V. Des Kindes Engel. Gebet- und Erbauungsbuch für die christkatholische Jugend. (Liber precum.) 1 vol. Viennae, 1846, typ. congr. Mechith. Cum compl. imagin. s. Missae partes demonstrantibus.)

VI. Erinnerungsblatt an die feierliche Weihe der neuen grossen Glocke im Pfarrbezirke Schottenfeld. (In memoriam dedicationis campanae.) Viennae, 1855, typis congr. Mechith.

Quae de suscepta anno 1855 in terras sacras peregrinatione unacum confratrib. Alberto Gatscher et Udalrico Roiss (vide hunc) memoria digna iudicavit, typis edidit op.:

VII. Blätter aus dem Tagebuche meiner Pilgerreise in das heilige Land im Jahre 1855. 1 vol. 8°. 1. ed. Viennae, typis congr. Mechith. Huius libelli, mult. imaginib. terrae sanctae ornati, tres iter. edit. sunt secutae.

VIII. Die Auferstehung Jesu — über allen Zweifel. Ein Wort zur Stärkung für Alle, welche ihren Glauben lieben. (i. e. Resurrectionis domini dilucidatio.) Viennae, typis Leop. Grund.

Manuscriptum porro ipse auctor adservat:

IX. Erinnerungen aus meinem Leben. (i. e. Vitae commentarii.) 1 vol. 4°.

Lóskay Placidus Stephanus (de s. Monte Pannoniae), Papae com. Veszprém. in Hungaria die 27. Iul. 1845 natus, s. habitu die 8. Sept. 1861 indutus, die 14. Apr. 1868 vota sollemnia emisit, et absolutis in s. monte s. theologiae studiis eodem anno 1. die Augusti presbyter ordinatus est, ex quo tempore ad annum 1879 officio professoris Comaromii functus, nunc Budapestini in universitate regia studiis vacat. Scripsit:

I. A pápa udvari órása. (i. e. Artifex horologiorum Rom. pontificis.) Ex lingua Germ. convertit. In lib. periodicis: Kath. Néplap. 1867.

II. Elvazi Berengar. (Narratiuncula.) Ex lingua Germ. convertit. In: Kath. Hetilep. 1879.

Lueond Bernardus (Murensis), natus in Suitensi pago Biberegg die 5. Ian. 1792, inter monachos receptus sacra professione die 8. Dec. 1810, sacerdotio insignitus die 8. Oct. 1815, fuit professor, dein subprior et bibliothecarius, postea vicarius et curatus apud Muros et in Wohlen. Tempore suppressionis monasterii prius ad Einsidlenses, postea Klingenbergam

profectus est. In monasterio praefuit typographiae simulque in pomologia et re saltuaria peritissimus fuit. Hinc 1853 Sarnam vocatus docuit pomologiam et rem saltuariam usque ad obitum die 15. Nov. 1871. Edidit:

I. Pomologie oder kurze Anleitung in der Obstbaumzucht für Anfänger. (i. e. De pomorum cultura.) Luzern, ap. Raeber. 1856. 8°. 12 p.

II. Der fromme Christ. Ein Gebet- und Unterrichtsbüchlein für die Verehrer des hl. Martyrers Leontius. (i. e. Liber precum.) Typis Murens. 1834. 12°. 130 p.

Lyrzer a Zechenthall Placidus (Admontensis), in terra Salisburgensi, quae dicitur Mittersill, praenobilibus natus parentibus 17. Iun. 1722, absolutis Salisburgi studiis ad coenobium Admontense, quod avunculus Anselmus abbas per 11 annos rexerat, veniens, 15. Aug. 1743 professus, 2. Oct. 1746 primo stetit ad aram. Variis demum officiis cum sacris tum temporalibus admotus illum se exhibuit, quem desiderarent superiores et amarent subditi. Egit nempe cooperatorem in Mautern 1753—54, ad s. Galli 1754—56, praefectum hospitio 1756—62, parochum in Wildalpen 1763—76, praefectum in Mainhartsdorf 1776—86, et postremo oeconomum in arce Strechau 1787, ubi gangraena depastus placide obdormivit in Domino 13. Iul. 1792 et sepultus est in coemeterio parochiae Lassing, cum depositio in crypta coenobii vi decreti caesarii esset prohibita.

Beschreibung und Geschichte der Kapelle Altötting zu Winkler. (i. e. Descriptio historica capellae in Winkler.) Von P. Placidus Lyrzer von Zechenthall. Mscr. 1778. (Admonter Archiv BBB. 27.)

Maár Bonifacius Ioannes (de s. Monte Pannoniae), aurea cruce pro meritis decoratus, aa. ll. et philosophiae doctor, facultatis phil. in regia univ. Pestinensi collegiatus, in Devecser com. Veszprém. in Hungaria die 29. Aug. 1788 natus, s. habitu die 31. Oct. 1804 indutus, vota sollemnia die 6. Dec. 1809 emisit et absolutis Iaurini et in s. monte s. theologiae studiis die 22. Aug. 1811 presbyter factus est. Ab anno 1811—13 professor gymn. Tyrnaviensis, 1813—14 promagister novitiorum in s. monte, 1814—16 professor gymn. Poson., 1816—18 educator filiorum comitis Somogyi Viennae, 1818—20 bibliothecarius in s. monte, 1820—21 professor historiae universalis et pragmaticae regni Hungariae apud alumnos s. ordinis Iaurini, 1821—50 vero in academia Iaurinensi, 1850—51 director gymn. Iaurinensis, quibus omnibus officiis maxima cum laude gestis, ex anno 1851 spiritualis Iaurini degit ad annum 1855, quo anno die 3. Sept. in balneis Balaton-Füred pie vita cessit.

In rebus historicis versatissimus summa cura diligentiaque praeter minora quaedam scripsit:

I. Egyetemes történelem, mellyet érettebb ifjak és olvasók számára irt Maár Bonifácz. Őskor. (i. e. Historia universalis. Aetas antiqua.) Győrött. Sauervein Géza. 8°. Pars 1. 1853. 4 + 636 + 9 p. Pars 2. 1854. 979 + 11 p.

II. Elegia illustr. ac rev. domino Thomae Kovács o. s. B. archiabbati occasione sollemnis eius installationis. Iaurini, typis Leopoldi Streibig. 1830. 4°. 11 p.

III. Carmen propempticum honoribus rev. ac ampl. domini Pauli Horváth, abbatis s. Aniani de Tihany, dum abdicato regentis munere in Tihanyiensem abbatiam rediret. Ibid. 1830. 4°. 7 pag.

IV. Hála-adó vers, mellyet méltóságos és főtiszt. Iuranits Antal Urnak, Győrmegye püspökének, midőn méltós. és főtiszt. Kovács Ta-

mást sz. Mártoni fő Apáturnak szentelné, mély tisztelettel ajánl sz. Benedek rendje. (i. e. Carmen gratias agens ill. ac rev. episcopo Iaurin. Antonio Iuranits, cum ill. ac rev. dominum Thomam Kovács archiabbatem benediceret.) Ibid. 1830. 4°. 7 p.

Maeder Conradus (Murensis), natus Bosvilae in Argovia die 19. Oct. 1789, sollemniter professus die 8. Dec. 1810, absolutis in monasterio studiis sacerdos ordinatus est die 31. Oct. 1813. Erat praecipue musicae et mechanicae deditus. Monasterio suppresso in Bosvil fere semper infirmus iacuit usque ad mortem die 13. Apr. 1845. Tempore infirmitatis confecit optima horologia licet simplicissimae constructionis, a multis artificibus quaesita et expetita, solummodo, quod mirum est, absolute necessariis instrumentis utendo, ita ut nec circinum adhibere voluerit, clavo cum funiculo ad ducendum circulum contentus.

Composuit ita dictos „Falsibordoni“ pro utroque choro Murensi et aliquot missas. In monast. Gries.

Maerkinger Ildephonsus (Seitenstadiensis), Weistrachii in foro Austriae inferioris die 19. Mai 1838 natus, absolutis in c. r. gymnasio Mellicensi studiis die 25. Sept. 1858 habitum sacrum induit. Absolutis in seminario Sanhippolytano episcopali studiis theologicis votis sollemnibus die 5. Apr. 1863 familiae s. Benedicti est adgregatus et eodem anno die 15. Aug. Deo omnipotenti primam obtulit hostiam incruentam. Tum candidatus magisterii gymnasii in univ. Vindob. ad litteras incubuit et 1866 philologiae professor in c. r. gymnasio Seitenstadiensi est constitutus idemque convictui monasterii praefuit usque ad annum 1871. Scripsit:

Die Rhetorik nach dem platonischen Dialoge Gorgias. (Adumbratur rhetorica auctore Platone in dialogo, qui inscriptus est Gorgias.) Habetur in litteris caes. reg. gymnasii Seitenstadiensis, 1878.

Magyary Sulpicius Franciscus (de s. Monte Pannoniae), Strigonii eiusdem com. in Hungaria die 28. Sept. 1854 natus, s. habitu die 8. Sept. 1870 indutus, vota sollemnia die 23. Iul. 1876 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 8. Oct. 1877 presbyter ordinatus est. 1877—1878 orator a sacris in s. monte, 1878—1879 vicebibliothecarius ibidem ex eo munus professoris gymn. Comarom. obit.

Scripsit:

Esztergom a tatárjárás korában. (i. e. Strigonium tempore Tartarorum.) Esztergom. 1877. Buzárovits. 8°. 58 p.

Mann Aemilianus Ioannes (de s. Monte Pannoniae), aa. ll. et philosophiae doctor, Posonii eiusdem com. in Hungaria die 18. Apr. 1797 natus, s. habitu die 29. Oct. 1813 indutus, vota sollemnia die 19. Apr. 1818 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 19. Sept. 1823 presbyter ordinatus est, cum iam antea 1818—19 Iaurini, 1819—21 Sopronii munere professoris gymn. functus esset. Anno 1823—1830 professor in lyceo domestico Iaurinensi, 1830—50 prof. historiarum in academia Posoniensi, 1850—59 officio magistri novitiorum in s. monte functus est, quo anno die 13. Iul. ad monasterium o. s. B. strictioris observantiae in Austria inferiori in colle oppidi Lambaci situm se contulit, ubi retento nomine Aemiliani annum probationis denuo absolvit, tardius vero officium prioris summa cum laude gessit. Celebrato die 21. Sept. 1873 iubilaeo sacer-

dotali die 3. Aug. 1876 senex fere octogenarius pie in Domino obdormivit.

Vir pius omnibusque acceptissimus haec scripsit (sine nomine):

I. Világtörténet. A hajdani kor. (i. e. Historia antiquitatis.) 1841. Pozsony. 8°. 247 p.

II. Betrachtungen am Fusse des Kreuzes. (i. e. Meditationes sub cruce.) Von einem Benedictiner Ordens-Priester. Pest, Müller. 1850. 8°. 34 pag.

III. Compendium asceseos benedictinae. Posonii, Belnay. 1852. 8°. 86 et 115 p.

IV. Varia minora in lib. period.: „Der kath. Christ", ut: *a)* Die christliche Mutter. (i. e. Mater christiana.) 1849 et 1850. *b)* Mutterpflicht und Muttersegen. (i. e. De officiis et benedictione matris.) 1849. *c)* Hingebung in Gottes Willen. (i. e. De animo Deo obnoxio.) 1849, cet.

Mann Honorius Henricus (de s. Monte Pannoniae), Ginsii com. Castrif. in Hungaria die 29. Nov. 1841 natus, s. habitu die 8. Sept. 1858 indutus, vota sollemnia die 26. Maii 1863 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 24. Sept. 1865 presbyter ordinatus est; ex quo tempore ad annum 1867 Iaurini professor gymn., ab hoc anno Strigonii eodem officio fungitur. Scripsit:

Az analyticai és syntheticai módszer. (i. e. De ratione analytica et synthetica.) In progr. gymn. Strig. 1873/4. 8°. p. 1—24.

Manzl Laurentius (Lunaelacensis), natus 6. Maii 1716 in vico Hopfgarten Salisburgensis ducatu, anno 1743 in monasterio Lunaelacensi emisit vota sollemnia. Ab anno 1750 usque ad annum 1760 munere professoris in alma patrum Benedictinorum universitate Salisburgensi, dein parochi in Steinakirchen Austriae inferioris est functus, quo in loco pie obdormivit in Domino die 29. Sept. 1779. Scripsit:

I. Elementa logicae Probabilium thesibus menstruis exposita. Salisburgi, 1751. 4°.

II. Systema psychologicum, seu positiones de anima humana. Ibid. 1752. 4°.

III. Systema theologiae naturalis seu positiones de Deo. Ibid. 1752. 4°.

IV. Systema physices generalis seu positiones de mundo corporeo in genere. Ibid. 1752. 4°.

Maratz Stephanus (Mechitharista), senior Mechitharistarum, qui Tergeste anno 1810 Viennam transmigrarunt. De vita eius notum est, eum Kutahiae (olim Cotyaeum) in Asia minori esse natum. Viennae fuit vicarius generalis congregationis. Ibidem die 18. Nov. 1828 senio confectus (85 [?] annos natus) de vita pie migravit.

Existit unicum eius opus typis editum:

Ազիզ Վալիտէթուլլահին Միւճիւզաթ., i. e. Liber miraculorum B. M. virginis, in ling. Turcica (vulgari, litteris Armeniacis conscriptus). Viennae, typis Mechith. 1818.

Mareta Hugo Aloisius (Scotensis), in Baden prope Viennam in Austria natus die 10. Apr. 1827, cum litterarum studia in c. r. gymnasio Scotensi nec non philosophiae disciplinas in univ. Vindob. coluisset, die 21. Sept. 1846 s. Benedictinorum veste est indutus. Votis vero sollemnibus die 29. Sept. 1850 emissis absolutisque s. theologiae in univ. Vindob. studiis, sacerdotio inauguratus, die 27. Iul. 1851 primum ad aram Dei stetit. Statim deinde ad professuram destinatus iam a mense Aprili 1852 linguam Latinam et Germanicam in quinta, sexta et septima classe gymnasii professor supplens professus est. Cum tentaminibus publicis pro lingua Latina litterisque Germanicis die 26. Apr. 1855 adprobatus esset, professor in c. r. gymnasio ad Scotos designatus est die 15. Iun. 1856, eiusque partes usque adhuc egregie gerit.

In lingua Germanica eiusque dialectis et litteratura versatissimus conscripsit ad programm. gymnasii ad Scotos:

I. Pro anno 1861 et 1865. Proben eines Wörterbuches der österreichischen Volkssprache mit Berücksichtigung der älteren deutschen Mundarten. (i. e. Specimina dictionarii Austriaco-vernaculi.)

II. Pro anno 1875. Ueber Judas, der Erzschelm, von Abraham à St. Clara. Ein Beitrag zur Litteraturgeschichte des 17. Jahrhunderts. (Agitur de Iuda, sic dicto Erzschelm, quod opus conscripsit Abraham à St. Clara.)

III. Manuscriptum porro adservat auctor: Dictionarium Austriaco-vernaculum, ex quo, ut supra commemoratum est, iam in programm. gymnasii ad Scotos specimina edidit. Est opus magnum insignique cum diligentia exaratum, continens centum milia pagellarum.

Márkfi (antea Markója) Samuel Ioannes (de s. Monte Pannoniae), aurea cruce pro meritis decoratus, aa. ll. et philosophiae nec non s. theologiae doctor, facultatis theol. in r. univ. Pestinensi collegiatus, emeritus rector et decanus facultatis theol. eiusdem universitatis, academiae erud. Hung. socius correspondens; in Cserencsótz com. Zalad. in Hungaria die 29. Mart. 1811 natus, die 16. Oct. 1826 s. habitu indutus, vota sollemnia die 24. Apr. 1832 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 8. Mart. 1835 sacerdotio initiatus est. Cum 1834—37 Viennae in instituto de s. Augustino nominato studiis vacasset, obtentis gradibus acad. 1837—46 in s. monte officio professoris studii biblici utriusque foederis summa cum laude functus est, quo anno professor studii biblici novi foederis in r. universitate, quam diximus, renunciatus permissu archiabbatis Budapestinum se contulit. Ab anno 1852 visitatoris apostolici principis primatis Hungariae Ioannis card. Scitovszky secretarius, ab anno 1856 director recollectionis annuae spiritualis pro clero curato districtus Pestinensis, anno 1857—58 director studiorum theol., Deo ac patriae servivit usque ad annum 1861, quo anno die 2. Iun. piam Deo reddidit animam.

Vir summae eruditionis haec scripsit:

I. Búcsúvers, mellyel fő tiszt. Horváth Pál tihanyi apát urat, Pannonia hegyéről, hol tizenkét esztendeig viselé a sz. Benedek rende kormányát, saját apátságába késéré a pannonhegyi szerzetes nevendékség 1830. (i. e. Carmen propempticon, cum Paulus Horváth, 12 annis s. ordinis gubernator, in abbatiam suam Tihanyensem reverteretur.) Győrött. Streibig. 4°. 7 p.

II. Hitkételyek. (i. e. Dubia de rebus fidei.) Irta Márkfi S. sz. Benedek pannonhegyi tagja. Pesten. Kozma Vazulnál. 1849. 8°. II + 158 p.

III. Szent szakaszok, melyek az anya-szentegyház köz isten-tiszteletén olvastatnak. (i. e. Pericopae biblicae in ecclesia sub cultu divino legi solitae.) Kiadja a sz. Istvántársulat. Pesten. 1854. 4°.

IV. Szent evangeliumok, leczkék és épistolák a katholikus egyházi évnek minden vasár- és ünnepnapjára. Üdvözítőnk szenvedéstörténetével és egy függelékkel. (i. e. Evangelia, lectiones, epistolae pro omnibus anni diebus dominicis et festis. Cum passione D. N. et uno additamento.) Bécs. 1856.

V. Introductio in s. libros novi testamenti. In usum auditorum scripta a Samuele Márkfi. Budae. Typis c. r. universitatis Pestin. 8°. Pars generalis 1856, I + 271 p. et ind.; pars specialis 1857, I + 271 + index. Recepta est pro institutione Romae in collegio de propaganda fide, Diacovarini, Ungvarini, Colocae cet. Ed. 2. 1871. Vide: Vurdics.

VI. Scriptores facultatis theologicae, qui ad c. r. scientiarum universitatem Pestinensem ab eius origine, anno 1635, ad annum 1858, operabantur. Pestini. Typis Ios. Gyurian. 1859. 8°. 43 p.

VII. Codex Graecus quatuor evangeliorum e bibliotheca universitatis Pestinensis cum inter-

pretatione Hungarica editus a Samuele Márkfi o. s. B. Pestini. Typis G. Emich. 1860. 2°. XVII + 439 p.

VIII. In script. period. „Religio“: *a)* A hittani oktatás rendezéséről. (i. e. Quo modo fiat institutio theol.) 1848. I. n. 43. 44. *b)* 1850. (Post motus civicos.) 1850. I. 1. n. *c)* Lehet-e a nem katholikusoknak más elvők a sz. irás értelmezésében mint a katholikusoknak? (i. e. Possintne acatholici alia in interpretanda s. scriptura sequi principia quam catholici?) 1851. I. 3. 4. n. *d)* Betekintés némely mult századi tervekbe. (i. e. De quibusdam saeculi praeteriti propositis.) 1851. I. 70—72. n. *e)* Szabad tanórák sz. Pál leveleiből. (i. e. Scholae liberae ex epistulis s. Pauli.) 1853. I. 2—7. n. *f)* A magyar sz. irás javításáról. (i. e. De emendatione textus Hung. s. scripturae.) 1854. I. 10—14. n. *g)* Uros, pannonhegyi apát 1206—1244. (i. e. De Uria, abbate de s. M. Pannoniae.) 1855. I. 12. 13. n. *h)* Igaz-e, hogy az utóbbi evangelisták az előbbiekből sokat átirtak? (i. e. Verumne sit, posteriores evangelistas multa ex prioribus exscripsisse?) 1856. II. 49. n. *i)* Mit keresünk Mária-Czelben? (i. e. Quid quaeramus Cellis minoribus?) 1857. II. 13. n. *k)* Sok a mi sok. (i. e. Ne quid nimis. De studiis theol.) 1860. I. 28. n.

IX. Interpretatio litterarum apostolicarum, quibus Pius IX. s. m. immaculatam B. M. V. conceptionem dogmatice definivit, ab ipso facta pro usu ecclesiastico receptus est.

X. Manu scripta biblica. (Exeg. in evang. s. Ioannis, Matthaei, Marci, actus apostolorum, apocalypsin.) 4°. 259 p. Adserv. in bibliotheca centrali in s. monte.

XI. Oratio, qua augustissimi Austriae imperatoris Ferdinandi I. Hungariae etc. etc. regis apostolici gloriosum natalem die 19. Apr. 1836 in instituto sublimiori ad s. Augustinum homagiali devotione et gratissimi animi sensu celebravit Samuel Markója. 4°. 33 p. Ms. Adserv. ibid.

XII. Acta benedictinorum Montis Pannoniae anno 1841 et 1842. Grande volumen. 2°.

Mascheck Henricus (Scotensis), in oppido Retz in Austria natus, die 8. Febr. 1832, cum litteris humanioribus in c. r. gymnasio Znoimensi operam navasset, die 21. Sept. 1853 sacro s. Benedicti habitu indutus est. Votis sollemnibus die 29. Sept. 1856 nuncupatis absolutisque s. theologiae in univ. Vindob. studiis die 25. Iul. 1858 sacerdotio inauguratus, primam hostiam die 8. Aug. eiusdem anni Deo litavit. Curae deinde animarum admotus, cum diversis in locis cooperatorem egisset, 1865 alumnis praefectus est. Tentaminibus vero publicis pro lingua Latina Graecaque adprobatus die 10. Mart. 1864, professor gymnasii ad Scotos designatus die 12. Iul. 1867.

Conscripsit:

I. Ad programma gymnasii ad Scotos: Pro anno 1873: Der Charakter des Aias in dem gleichnamigen Drama des Sophokles. (i. e. De vita moribusque Aiantis Sophoclei.)

II. M. Schinnagl's lat. Lese- u. Uebungsbuch f. d. 2. Gymn.-Cl. 8. verb. Aufl. Wien, 1877, bei Fr. Beck.

III. M. Schinnagl's theor.-prakt. lat. Elementarbuch f. d. 1. Gymn.-Cl. 10. verb. Aufl. Wien, 1878, bei Fr. Beck.

Mathon Placidus (Raigradiensis), natione Čecho-Slavus, natus 24. Febr. 1841 in pago Slavětín parochiae Měrotinensis archidioec. Olomucensis in Moravia. Ut humanioribus studiis operam dare possit, ediscit primum linguam Germanicam Moravo-Neostadii et tunc demum in studiis gymnasialibus se exercebat Olomucii et Brunae, quorum sex classibus absolutis petiit habitum s. P. Benedicti Raigradii, quo 17. Aug. 1859 indutus, post novitiatus annum gymnasium, deinde s. theologiae studia Brunae absolvit. Anno 1865 21. Mart. sollemniter professus, die 2. Iul. e. a. ab apostol. nuntio Viennensi excell. D. Mariano Falcinelli († card. presb. S. R. E.) Raigradii sacerdos est factus. Sequentibus

duobus annis, cum munere catechetae et custodis musei nat. in monasterio fungeretur, incipit novas ephemerides Škola B. S. P. (schola s. Cordis Iesu) redigere et publicare, quibus anno 1870 addita est: „Zábavná bibliotheka“ (bibliotheca amoena). Cuius redactio editioque cum in dies difficilior evasisset, missus est Brunam, ubi in domo Raigradiensi, apparatui typographico necessario vicinus hucusque munus redactoris obit.

Eius calamo exarata sunt, quae et publicavit:

a) In Škola B. S. P. quae ephemerides inserviunt praeprimis confraternitatibus: perpetuae adorationis s. altaris sacramenti, s. Cordis Iesu; apostolatus orationis et aliis ad vitam christianam et devotam spectantibus:

I. Tractatus de praecipuis piis confraternitatibus adhuc vel vigentibus, vel iam oblitis in Moravia earumque brevis historia.

II. Tractatus varii de devotione erga s. Cor Iesu, B. M. V. et contemporanea eius historia.

III. Historia diversorum, sacris peregrinationibus celebrium locorum.

IV. Succinctae Sanctorum vitae, considerationes, et alia ad confraternitatum directionem spectantia.

b) In „Zábavná bibliotheka“ (bibliotheca amoena) quae est collectio amoenae lectionis, ad modum Wisemanni „Fabiolae“, respectu habito ad patriae historiam. Initio anni 1879 editur iam opus 56; e quorum serie permulta a redactore correcta et non raro ad praefixum finem directa fuere. Mathon proprio Marte edidit:

V. „Beniamina“ seu vita in servitio carnis et mundi. Brunae, typ. Gul. Burkart 1870. 12°. 158 p.

c) In „Časové listy“ (epistolae opportunae) quorum finis est declaratio aevi nostri legum liberalium earumque in detrimentum ecclesiae summi momenti demonstratio — serie scripsit:

VI. De talmudistis (iudaeis) in Austria. Brunae, Guliel. Burkart. 1866. 16°. 32 p. — Quod opus, priusquam publicam in lucem ederetur, a regimine confiscatum est.

d) Separatim edidit:

VII. Sanctum rosarium. Brunae, typis Guliel. Burkart. 1867. 16°. 32 p. Manuale sodalibus dedicatum cum illustrationibus.

VIII. Via s. Crucis. Iuxta s. Leonardum a Portu Mauricio, cum illustr.

IX. Vita s. Galli abbatis. Brunae, typis Guliel. Burkart. 1867. 24°. 48 p.

X. Annales s. Infantiae. Libelli septem. Brunae, Guliel. Burkart, anno 1871—78, in 24° ad 48 pag.

XI. „De cruce s. P. Benedicti“ eius origine et indulgentiis annexis, in lingua Boëmica, Germanica, Polonica et Russica.

XII. Novissimo tempore suscepit redactionem calendarii Boëmo-moravici: „Moravan“; et in manuscripto complevit ac praelo praeparat opus, quod inscribitur: „Vita B. M. V. eiusque virginei sponsi Iosephi“, tribus partibus constitutum: *a)* Vita ipsa, secundum ordinem naturae et gratiae. *b)* Honor ipsis attributus ab ecclesia per varias artes, festa et sollemnitates, s. ordines, confraternitates et sodalitates. *c)* Miraculosa prodigia patrata, beneficiaque misero humano generi praestita a Deipara eiusque sponso in locis s. peregrinationibus illustribus ubique terrarum, praeprimis autem in gente Slavorum, specialiter in regno s. Venceslai i. e. in Moraviae, Boëmiae, Silesiae et Lusatiae ditionibus.

Pro Škola B. S. P. a P. Placido Mathon edita insuper fratres Raigradienses sequentes scripserunt tractatus:

I. P. Zbrožek Marianus sub titulo: „S. patroni artificum“ biographias ss. Maximi, Theodoti, Cononis, Crispini et Crispiniani, beatae Germanae Cousin, b. Bonavitae s. Lauri et Flori, s. Vannis, s. Diomedis, Nicolai de Flue, Peregrini, Eligii.

II. P. Hlobil Petrus: „Vita D. N. Iesu Christi iuxta visiones Catharinae Emerich“, translata in idioma Slavicum, et publicata in schola, partim adhuc in manuscripto.

III. P. Miklík Pius: „Vita s. Caeciliae“ (in Schola 1878 No. 10 et 11).

IV. P. Vajda Bonifacius: Spolky dělníků na základech křesťanských. (i. e. Sodalitates opificum legibus christianis innixae et desuper fundatae.)

V. P. Kráčmer Cyrill: De miraculosa Strengensi in Tirol.

Matkovics Adolphus Lucas (de s. Monte Pannoniae), in Szabadka com. Bács. in Hungaria natus die 20. Febr. 1822, s. ordinem ingressus die 16. Sept. 1838, sollemnia vota die 2. Iun. 1846 emisit et eodem anno die 20. Iul. absolutis in s. monte s. theologiae studiis presbyter factus est. Functus est 1846—51 Strigonii, 1851—54 Papae, 1854—60 Comaromii, 1860—1862 Iaurini officio professoris, deinde vero 1862—65 in abbatia B. M. V. de Dömölk, 1865—70 in Tényő, 1870—72 in s. Martino officio administratoris parochiae ex eo autem idem munus in parochia Lázi obit. Scripsit:

Irányeszmék az ifjusághoz. (i. e. Quae iuvenibus petenda ac facienda sint.) In progr. gymn. Comarom. 1856/7. 8°. p. 3—8.

Matoušek Timotheus (Břevnoveno-Braunensis), a Deštná Boh. Natus 2. Iun. 1813 studiorum causa frequentavit gymnasium Neodomense (Neuhaus). Absolutis Lutomyšlii studiis philosophicis habitum ordinis Benedictini in monasterio Břevnoviensi induit. Tirocinii tempore peracto praelectiones ex universa theologia in c. r. univ. Pragena audivit et die 19. Sept. 1836 vota emisit sollemnia. Presbyter 6. Aug. 1837 ordinatus statim officium magistri in gymnasio Braunensi suscepit et anno 1847 gymnasii director est denominatus. In educanda iuventute optime meritus anno 1863 ad regendam parochiam Braunaviensem vocatus ab illustrissimo episcopo Reginaehradecensi ad dignitatem notarii episcopalis et decani promotus est. Societas erudita „Lotos“ ipsum sodalem sibi elegit, et cives Braunavienses eum honoris causa concivem salutant suum. Ob insignia in cura animarum merita volente reverendissimo ordinario anno 1878 vicario episcopali districtus Braunaviensis secretarius est adiunctus. Vir diligentia et ingenio praecellens inter varios officiorum labores scripsit:

Mathesin spectantia:

I. Wann wird das Studium der Mathematik aufhören, Vielen gehässig zu sein? (i. e. Quando invidiae in studium matheseos imponetur finis?) Habetur in annalibus gymnasii Braunensis ab eo ipso 1850 editis.

II. Lehrbuch der Geometrie. (i. e. Artis geometricae liber.) I. Buch, 96 p. 8°, tabulae XI. fol. Pragae, typis Haase iuniorum. 1854.

III. Logische und arithmetische Richtigkeit der Lehrsätze: zwei gleichbezeichnete Factoren geben ein positives, zwei ungleichbezeichnete Factoren geben ein negatives Product. (De problemate arithmetico.) Promulgavit in litteris gymnasii Braunensis anno 1857.

IV. Ibidem anno 1859: Die Kreisfläche und ihr Quadrat. (i. e. De quadrato circuli.)

V. Loc. cit. a. 1861: Ein trigonometrisches Handbüchlein. (i. e. Libellus trigonometricus.)

VI. Die ewige Woche. Eine übersichtliche Tabelle zur schnellen und leichten Ermittlung, auf welchen Wochentag jedes beliebige Datum der Vergangenheit und Zukunft fällt. (i. e. Septimana perennis.) Fol. un. Pragae, typis C. Bellmann. 1876.

VII. Tausendjähriger Kalender-Extract (i. e. Extractus calendarii millenarii.) 1200—2600. Fasc. un. 14 p. 4°. Typis Th. Böhm. Neopoli Boh. 1877.

VIII. Hemerologium christiano-catholicum perenne. Fol. un. Typis Th. Böhm. Neopoli Boh. 1878.

IX. Die Zeit, ein Secular-Kalender, giltig für alle Jahre nach Christi Geburt bis incl. 2400. (i. e. Calendarium saeculare.) Ms. 8°. Fol. 11. Adservatur in bibliotheca Břevnoviensi. Sign. 31. γ. A.

X. Res gymnasii Braunaviensis scrutatus scripsit: Geschichte des Gymnasiums der Benedictiner in Braunau. Vol. un. 8°. 205 p. Typis C. Bellmann. Pragae, 1863.

XI. Confecit indicem legum studia gymnas. imperii Austriaci dirigentium: Normalien-Nachschlagebuch für Directoren etc. an k. k. Gymnasien. 1875. 4°. iam edit. per C. Bellmann. Pragae. Vol. un.

Matuskovics Polycarpus Iosephus (de s. Monte Pannoniae), in Érsekujvár com. Nitr. in Hungaria die 13. Febr. 1814 natus, s. habitu die 31. Oct. 1831 indutus, vota sollemnia die 24. Maii 1836 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 20. Iul. 1839 presbyter factus est. Ex quo tempore variis officiis uti professoris Tyrnaviae 1839—46, Comaromii 1846—49, Sopronii 1849—64, superioris domus et directoris gymnasii ibidem 1864—69, subprioris demum in s. monte laudabiliter functus, anno 1871 die 27. Aug. pie vita decessit.

In linguis et litteris antiquis versatissimus haec scripsit:

I. Wozu die griechische Sprache? (i. e. Quo nobis lingua Graeca?) In progr. gymn. Sopron. 1851/2. 4°. p. 3—11.

II. Rathschläge zur Behandlung der griechischen Sprache an magy. Gymnasien, angeknüpft an eine Kritik der Grammatik von Finkey, Soltész und Somossi. (i. e. Lingua Graeca quo modo tractetur in gymnasiis Hung.) In progr. gymn. Strigon. 1854/5. 8°. p. 13—26.

Matzke Basilius (Admontensis), natione Silesius e Falkenburg 30. Dec. 1727 natus, militiae s. P. Benedicti adiurans 10. Aug. 1749, primam Deo litavit hostiam 7. Sept. 1753. Variis per longam sacerdotii vitam est functus muneribus utpote: cooperatoris in Wildalpen et Monte Culmensi, parochi Admontensis, in Gaishorn et Ionsbach, vicarii in Altötting, professoris theologiae et philosophiae domi, magistri novitiorum et clericorum, directoris chori musici, granarii et praefecti hospitio, oeconomi in Admontbühel et postremo subprioris. Secunditias sollemnes celebrans ipse concionatus est. Obiit vir grandaevus, professus et sacerdos iubilaeus, nec non capituli senior marasmo confectus 8. Apr. 1809.

Composuit varia oratoria et cantica, quae infelici anno 1865 grassante incendio flamma voraci perierunt.

Mayer Gregorius (Mellicensis), Pulkaviae in Austria die 19. Ian. 1754 natus, puer duodecim annorum alumnus Mellicium venit, ibique, absoluta rhetorica, decem septem annos habens s. Benedicti habitum die 13. Nov. 1771 induit, studiisque philosophicis et theologicis operam dedit. Doctrina et moribus probatus die 24. Febr. 1778 professionem religiosam sollemniter emisit, et die 23. Aug. eiusdem anni in monasterii ecclesia ab excellentissimo comite Garampi, nuntio apostolico, sacerdotio initiatus, die 8. Sept. primam Deo hostiam obtulit. Anno 1779 linguarum, Hebraicae, Chaldaicae, Syriacae, Graecaeque addiscendarum causa Viennam missus est, unde reversus aestheticam et linguam Graecam cum novitiis repetiit. Anno 1780 in publico monasterii studio philosophiam tradidit, bibliothecamque monasticam administrandam suscepit. Dignitatem abbatis commendatarii canoniae Gerusiensis ab imperatore Iosepho II. sibi

destinatam modeste recusavit. 1786 sine examine professor disciplinarum novi foederis in alma universitate Viennensi electus, atque doctor theologiae creatus, etiam linguas orientales per quinquennium tradendas suscepit. Anno 1801 ab universitate Viennensi canonicus ecclesiae cathedralis Linciensis electus, 1807 decani capituli, post obitum episcopi Iosephi Gall vicarii generalis, 1812 directoris studiorum theologicorum atque deputati statuum vices usque ad 25. Nov. anni 1820 subiit, quo pie in Domino defunctus est. Scripsit:

I. Auslegung der christlichen Lehre, oder Unterweisung in den Grundwahrheiten der Religion. (i. e. Interpretatio doctrinae christianae.) Aus dem Französischen. 4 Theile. Wien, 1782. gr. 8°.

II. Das Evangelium, zergliedert nach dem historischen Zusammenhange der vier Evangelien, sammt erbaulichen Anmerkungen. (i. e. Evangelium secundum historicum contentum quatuor evangeliorum.) Nach dem Französischen. Wien, 1783. 8°.

III. Geschichte und Schriften der Apostel, zergliedert sammt erbaulichen Anmerkungen. (i. e. Historia et scripta apostolorum.) Nach dem Französischen. 3 Bände. Wien, 1785. gr. 8°.

IV. Demea und Alciphron. Eine Apologie fürs Frauenzimmer in zwei Gesprächen. (i. e. Apologia pro sexu femineo.) Verfasst von F. E. Gr. M. B. Wien, 1785. 8°. 148 p.

V. Specimen animadversionum in Graecum Mathaei textum, eruditorum examini propositum. Norimbergae, 1786. 8°.

VI. Compendium historiae litterariae theologiae. Vindobonae, 1787. 8°.

VII. Der Brief des Apostels Paulus an die Galater und zwei Briefe an die Thessalonicher. (i. e. Translatio Germ. epistolae s. Pauli ad Galatas et ad Thessalonicenses.) Uebersetzt und mit Anmerkungen. Wien, 1788. 8°.

VIII. Institutio interpretis sacri. Vindobonae, Beck. 1789. 8°. 342 p.

IX. Authentie und Oeconomie der göttlichen Schriften des neuen Bundes. (i. e. Authentia et oeconomia divinarum scripturarum novi foederis.) I. Stück. Wien, 1791. Schaumburg. 8°. 140 p. Continuatio adservatur in bibliotheca Mellic. Ms. 4°.

X. Beiträge zur Erklärung des Evangeliums Mathäi für Sprachkundige. (i. e. Accessiones ad explicationem evangelii Matthaei pro linguarum peritis.) Wien, 1818. A. Doll. 8°.

XI. Beiträge zur richtigen Uebersetzung der syrischen Chronik des Gregor Barhebräus, oder Rechtfertigung verschiedener Stellen der lateinischen Uebersetzung des Barhebräus, welche Paul Jacob Bruns und Gr. Wilhelm Kirsch herausgegeben haben. (i. e. Additamenta ad rectam versionem chronici Syriaci Barhebraei.) Leipzig, 1819. gr. 8°.

XII. Nachtrag zu den Beiträgen einer richtigen Uebersetzung der syrischen Chronik des Gregorius Barhebräus. (i. e. Supplementum ad additamenta ad veram versionem chronici Syriaci Gregorii Barhebraei.) Wien, 1820. 8°.

XIII. Beiträge zur Erklärung des Evangeliums Iohannes für Sprachkundige. (i. e. Additamenta ad interpretationem evangelii Ioannis pro linguarum peritis.) Linz, 1820. Haslinger. 8°.

XIV. Ueber die Möglichkeit der besten Welt. (i. e. De possibilitate mundi optimi.) Manusc. in bibliotheca Mellicensi. 4°.

XV. Beiträge zur Erklärung der drei ersten Hauptstücke der Apostelgeschichte für Sprachkundige. Aus seinen hinterlassenen Papieren. (i. e. Ad interpretationem 3 priorum cap. actuum apostolorum additamenta.) Mscr. in bibliotheca Mellicensi. 4°. 81 p.

XVI. Beiträge zur Erklärung der Briefe Pauli an die Römer, Epheser, Kolosser, Philipper, Timotheus, Titus, Philemon, Hebräer, dann der Briefe Jakobi, Petri und Judä. Aus seinen hinterlassenen Papieren ins Reine gebracht von einem Benedictiner des Stiftes Melk (Gilbert Pöschinger). 1836. (i. e. Item ad epistolas s. Pauli.) Ms. in bibliotheca Mellicensi. 4°. 234 p.

XVII. Excerpta ad stylum N. T. illustrandum. Ms. 4°. 263 p. In bibliotheca Mellicensi.

Mayer Leodegarius (Murensis), natus in oppido Sulz Alsatiae superioris 1686, in monasterio Murensi 1699 studiis operam dare incepit, 1704 s. habitu indutus post annum vota emisit et 1711 sacerdotibus adgregatus est. Omnibus fere muneribus in monasterio perfunctus est, sc. professoris, bibliothecarii, parochi in Homburg, magistri novitiorum, oeconomi apud Muros, archivarii et tandem 1740—54 decani. Intercedente nuntio apostolico Passionei postea S. R. E. cardinali, cum quo per totam vitam amicissimo foedere iunctus mansit, ad monasterium s. Germani Lutetiis Parisiorum missus est 1726, ut in studium biblicum et liturgicum incumberet. Tamquam fructum huius studii edidit 1737 iam a Ziegelbauer (vol. III. p. 600) laudatam „Explicationem Caeremoniarum". De ipso referunt etiam, quod musices suo tempore peritissimus erat. Multa adhuc alia scripsit partim propria partim confratrum sub ipsius directione manu, quae memoria digna sunt. Obiit die 9. Apr. 1754.

I. Archivium Murense, 32 vol. in fol. quorum 28 continent exempla omnium diplomatum, documentorum etc., 3 indices speciales, 1 indicem generalem seu repositorium, additis insignibus abbatum et conventualium. Nunc in archiv. Argoviensi.

II. Compendium archivii Murensis, 3 vol. 8°. 1735, ad usum abbatum conscriptum.

III. Annalium sive historiae monasterii Murensis continuatio 1693—1751. 3 vol. in fol. ultra 2300 p. In archiv. Muro-Gries.

IV. Relatio eorum, quae monasterium Murense pro conservanda fide catholica praestitit. In archiv. Muro-Gries. A. I. 4.

V. Epistolare ad usum abbatum pro missa pontificali. In sacristia Muro-Gries.

VI. Falsi-bordoni ad usum chori Murensis a 4 voc. cum organo. In monast. Gries.

VII. Relatio de translatione s. martyris Leontii, ap. Bolland. Acta Sanct. 15. Sept.

Mayer Lucas (San-Blasianus), natus est in Gündelwangen in magno ducatu Badensi die 9. Ian. 1774; s. habitu indutus anno 1793; sollemniter professus die 22. Febr. 1795; sacerdos die 21. Sept. 1799. In paupertate natus, per dura et aspera gymnasium et Friburgi studia philosophica absolvit, theologicis in divo Blasio absolutis, in gymnasio San-Blasiano professor, paucos numerabat discipulos. Ab anno 1800 erat professor linguae Graecae in gymnasio Constantiensi, et iuvenes studiosos cum auctoritate docendo et educando ducebat. Anno 1804 Constantia avocatus primum in Todtmos, quo plurimi religionis causa peregrinabantur, dein in Oberriedt animarum curae sese impendit. Coenobio s. Blasii exstincto, confratribus in Austriam emigrantibus noluit se adiungere, saepius quippe offensus; etiam praefecturam gymnasii San-Gallensis in Helvetia honeste sibi oblatam suscipere recusavit; totus patriae victurus; in patria autem mox parochus in Nötgerswil, ab anno 1813 parochiae in Gurtweil praefuit, ubi sua sorte contentus, felicem vitam agebat. Cum anno 1814 nosocomium militum ibi esset, anno 1817 parochiani dira fame et inopia laborarent, nulli labori parcens, solatio et auxilio illis succurrebat, quantum valebat. Ceteroquin absque ulla ostentatione officia boni pastoris implebat, otium scientiis impendit. Diutius aegrotans demum die 18. Iun. 1821 tranquille et placide ex hac vita decessit, cum magno parochianorum et vicinorum luctu. Theologiam in primis coluit practicam et pastoralem, et in archivo pastorali Constantiensi saepius

suam sententiam dixit; in historia autem exploranda et scribenda praeprimis patria operam collocavit; utroque laudem meretur. Perenni memoriae autem ipsi cedit fundatio s. Lucae, quam fecit in usum pauperum studiosorum theologiae ex suis cognatis vel parochiarum Gündelwangen, Bonndorf, Boll et Schluchsee, ut annuis stipendiis 160 usque 300 florenorum sacris litteris vacare possent, vitae curis minime distracti.

Sequuntur scripta vel typis impressa, vel manuscripta. Scripsit duodecim commentationes, quae in archivo pastorali dioecesis Constantiensis impressae sunt.

I. Ueber den Nutzen der Kirchengeschichte für den Seelsorger. (i. e. De utilitate historiae ecclesiasticae.) 1808. Heft V. 345 p.

II. Etwas aus dem Leben Martin Gerberts. (i. e. De vita Martini Gerberti.) 1811. Heft III. 195 p.

III. Das Benehmen des Seelsorgers bei gewissen ausserordentlichen Verrichtungen. (i. e. De curatorum certis occasionibus agendi norma.) 1811. VI. 401 p.

IV. Ansicht über die Liturgie. (i. e. De liturgia disquisitio.) 1812, II. 111 p.

V. Das Pfarrbuch von Kirchzarten. (i. e. Diarium parochiale.) 1813. XII. 401 p.

VI. Wie Conferenzen abzuhalten. (i. e. De conferentiis.) 1815. III. 212 p.

VII. Ueber zweckmässige Regeneration der Liturgie. (i. e. De liturgiae regeneratione.) 1816. VIII. 81 p.

VIII. Der h. Gallus als Christenlehrer. (i. e. S. Gallus catechizans.) 1818. VII. 3 p.

IX. Wie die Kirchengeschichte des Bisthums Constanz für die Seelsorger zu schreiben sei. (i. e. De scribendi modo historiam dioec. Constantiensis.) 1819. II. 73 p.

X. Ueber den Gesammtwillen der einzelnen katholischen Kirchen bezüglich des Bisthums Constanz. (i. e. De communi ecclesiarum quoad episcopatum Constant. sententia.) 1819. VIII. 104 p.

XI. Geschichtliche Beleuchtung des alemannischen Volksglaubens. (i. e. Vulgi opinio Alemannica.) 1819. VIII. 104 p.

XII. Stiftungsurkunde über den Armenfond Gurtweil. (i. e. Diploma erectionis fundi pauperibus destinati.) 1820. X. 259.

Sequuntur eius manuscripta, quae possidet et adservat Dr. Iosephus Bader, archivarius Caroloruhensis.

XIII. Zur Culturgeschichte des Schwarzwaldes. (i. e. Ad historiam cultus humani civilisque silvae nigrae.) Scriptum anno 1813. 6 Foliobogen.

XIV. Geschichte der Pfarrei Gurtweil. (i. e. Chronicon parochiae Gurtweil.) Scriptum anno 1813. 22 Foliobogen.

XV. Zur Geschichte der Salpeterer auf dem Schwarzwalde. (i. e. Ad hist. „Salpeterianorum“ silvae nigrae.) Scriptum anno 1815. 35 Foliobogen.

XVI. Schicksale der Wiedertäufer auf dem südöstlichen Schwarzwalde. (i. e. De fortunae vicissitudinibus anabaptistarum silv. nigr.) Scriptum anno 1816. 22 Foliobogen.

Manuscriptum hoc typis impressum est in ephemeride: Badenia inscripta, edita a Dr. Iosepho Bader anno 1840. 276 p.

XVII. Römische Alterthümer im Kletgau. (i. e. Antiquitates Romanae in Kletgau.) Scriptum anno 1818. 12 Foliobogen.

XVIII. Geschichte und Beschreibung der Schwarzenbergischen Landgrafschaft Kletgau. (i. e. Districtus Schwarzenberg, descriptio historica.) Scriptum anno 1820. 30 Foliobogen.

XIX. Geschichte des südöstlichen Schwarzwaldes. (i. e. Regionis inter ortum brumalem et meridiem silvae nigrae descriptio.) Pertingit usque ad annum 1485. Absolutum anno 1821. 190 Foliobogen.

XX. Beiträge zur Geschichte der Hauensteiner. (i. e. Quaedam ad historiam Hauenst.) Absolutum anno 1821. 8 Foliobogen.

XXI. Hausteiniana. Gesammeltes über die Grafschaft Hauenstein, Schriftstücke von 1727—1764.) 83 Foliobogen.

XXII. Die Freiherrn von Krenkingen. (i. e. De familia baronum de . . .) 6 Foliobogen.

XXIII. Gesammeltes über altdeutsche Sprache. (i. e. Analecta quoad linguam veterum Germanorum.) 12 Foliobogen.

XXIV. Umriss der Geschichte des Kletgaues. (i. e. Circuli Kletg. descriptio historica.)

Manuscriptum hoc typis imprimi fecit Dr. Iosephus Bader in opere a se edito sub titulo: „Briefe über das Badische Oberland.“ 1833.

Sequuntur manuscripta, de quibus non constat, num et ubi exstent:

XXV. Geschichte des Thales St. Wilhelm bei Oberried. (i. e. Vallis s. Gulielmi descr. hist.) Beitrag zur einstigen Pfarrgeschichte. Scriptum anno 1808.

XXVI. Geschichte der Pfarrei Nötgersweil. (i. e. Parochiae N. res eventus.) Scriptum anno 1812.

XXVII. Aus dem Leben des Priesters Origines. (i. e. Quaedam e vitae curriculo Originis.) Scriptum anno 1815.

Mayer Theodorus (Mellicensis), Austriacus, Viennae die 2. Febr. anni 1788 natus, studiis humanioribus et philosophicis ibidem imbutus, die prima Ianuarii 1806 ordinis s. Benedicti veste indutus, 5. Febr. 1809 per vota sollemnia gremio Mellicensi adscriptus, die 22. Iun. 1810 neomysta primam Deo hostiam incruentam litavit. Studiorum theologicorum intra monasterii parietes curriculo nondum egressus, necdum s. ordinibus initiatus in c. r. gymnasio Mellicensi grammaticam Latinam docuit et paulo post bibliothecae administrandae opus in se suscepit; simulque clericos in historia ecclesiastica iureque canonico erudivit. Mense Novembris 1813 ad tradendam theologiam moralem Gottvicium vocatus est, et a mense Novembri 1816 clericis Mellicensibus in seminario episcopali scientiis theologicis imbuendis per annum director praefuit; quo elapso domum redux gymnasii Mellicensis discipulos syntaxis Latinae regulas et linguae Graecae rudimenta, postea artis poëticae et rhetoricae praecepta docere, anno 1825 gymnasii praefecturam suscipere et anno 1836 huic officio iterum bibliothecae curam adiungere iussus est. De iuventute informanda optime merito honor publicus non defuit, utpote qui anno 1842 Ferdinandi I. clementia numismate magno aureo decoratus est. Gymnasio Mellicensi in octo classes ampliato, eiusdem director itemque styli Latini et linguarum Graecae et vernaculae professor factus, his et bibliothecae negotiis, quamdiu vires sufficerent, omnem dicavit operam, donec morbo correptus docendi primum, deinceps anno elapso bibliothecae custodiendae muneri valedicere cogeretur. Malo insanabili, cuius cruciatibus insolita mirandaque animi constantia resistere consueverat, in dies magis magisque invalescente ad mortis agonem praeparatus die 2. Iul. 1861 pati et inter vivos esse desiit. Anno 1846 a Carinthiae societate historica sodalis honorarius electus institutique geologici Austriaci a correspondentibus adnumeratus, maximam operam historiae Austriacae, medii potissimum aevi, navavit. Scripsit:

I. Ueber den Benedictiner-Orden. (i. e. De ordine Benedictinorum.) Wien, 1848. 8°. Friedrich Beck.

II. Anleitung zum Styl. (i. e. Praecepta styli.) Wien, 1850. 8°. Beck.

III. Ueber Aufhellung alter Zeiten aus alten Namen. (i. e. De explicatione antiquorum temporum ex antiquis nominibus.) In Adolf Schmidls

„Oesterreichischen Blättern für Litteratur und Kunst“, 1844. II. Quartal. No. 2.

IV. Nachlass der Gebrüder Pez. (i. e. Reliquiae fratrum Peziorum.) In Hormayers Archiv 1827 und 1828.

V. Die Fresken in den Arkaden des Hofgartens zu München von M. M. (i. e. Imagines horti aulici Monacensis in aulici tectorio pictae.) Loc. cit. 1831.

VI. Urkunden des Prämonstratenser-Stiftes Geras. (i. e. Documenta canoniae Gerusiensis.) Im Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen, Jahrg. 1849. 1. Heft.

VII. Acta s. Quirini Martyris. Loc. cit. Jahrg. 1849. II. Bd. 1. und 2. Heft.

VIII. Dreizehn Urkunden über die Verpfändung von St. Pölten und Mautern an den König Mathias Corvinus, 1481, nebst einigen anderen Beiträgen zur Geschichte der Stadt St. Pölten. (i. e. Tredecim documenta de pignoratione fani s. Hippolyti regi Mathiae Corvino facta, cum aliis additamentis ad historiam fani s. Hippolyti.) Loc. cit. Jahrg. 1851. I. Bd. 3. und 4. Heft.

IX. Spicilegium von Urkunden der österreichischen Babenberger Fürsten. (i. e. Spicilegium documentorum principum stirpis Babenbergicae.) Loc. cit. XII. Bd.

X. Fundatio monasterii in Walderbach, nebst Vorerinnerungen über die Familie der Regensburger Burggrafen von Stevening und Riedenburg. (i. e. Fundatio monasterii Walderbacensis cum prolegomenis de familia burggraviorum Ratisbonensium de Stevening et Riedenburg.) Loc. cit. XII. Bd.

XI. Einige Bemerkungen über die Stifter von Seitenstetten. (i. e. Commentaria nonnulla de fundatoribus monasterii Seitenstadiensis.) Loc. cit. XXI. Bd.

XII. Ueber die Verwandtschaft der deutschen Sprache mit der lateinischen. (i. e. De affinitate linguae Germanicae cum Latina.) Im Programme des k. k. Obergymnasiums zu Melk. 1851. Wien, Anton Schweiger. 4°.

XIII. Scholia in Quinti Horatii Flacci opera. Ibid. 1852. 4°.

XIV. Ueber die heidnische Lecture in christlichen Schulen. (i. e. De lectione ethnicorum in scholis christianis.) Defensio eiusdem. Ohne Titel und Namen des Verfassers. Ibid. 1853.

XV. Streiflichter auf die Geschichte Oesterreichs von der Völkerwanderung bis Carl den Grossen. (i. e. Excursus historici concernentes Austriae historiam a gentium peregrinationibus usque ad Carolum magnum.) I. Abth. ibid. Wien, 1854, Pichlers Witwe und Sohn. II. Abth. ibid. 1855. III. Abth. ibid. 1857. 4°.

XVI. Fluss- und Ortsnamen, ein wichtiger Theil des Geschichtsstudiums. (i. e. Fluviorum et locorum nomina, magnae in studio historico auctoritatis pars.) Ibid. 1856. Wien, Pichlers Witwe und Sohn. 4°.

XVII. Einige Fragmente des Euripides übersetzt. (i. e. Quaedam Euripidis fragmenta in linguam vernaculam translata.) Ibid. 1858. Wien, Pichlers Witwe und Sohn. 4°.

XVIII. Multis annis in elaborando maiori quodam opere desudavit, quo principum Austriacorum e stirpe Babenbergica oriundorum stemmata resque gestas, inlustraturus erat, cuius operis fragmenta nonnisi, indigestamque notitiarum molem reperimus, quae omnia in archivo Mellicensi adservantur.

XIX. Gaufridi de Vino Salvo Poëtria nova. Cum adnotationibus. Folia 47. 4°. Ms. in bibliotheca Mellicensi.

XX. Alcuini dialogus de rhetorica et virtutibus. 29 fol. 4°. Ms. in bibliotheca Mellicensi.

XXI. Iohannis Carlandii Synonymorum opus. Fol. 16. 4°. In bibliotheca Mellicensi. Ms.

XXII. Dialogus super auctores confectus ex persona magistri et discipuli. 34 fol. 4°. In bibliotheca Mellicensi. Ms.

XXIII. Eberhardi Artesii Labyrinthus. 40 fol. 4°. In bibliotheca Mellicensi.

Mayr Carolus (Mariaemontanus), natus in pago Tirol prope Meranum 2. Mart. 1774, studiis gymnas. Merani, philosophicis Oeniponti absolutis susceptionem ad ordinem petiit. S. veste 29. Sept. 1797 indutus est, vota sollemnia 30. Sept. 1798 emisit,

s. presbyteratus ordine 28. Oct. 1798 Merani suscepto, 11. Nov. in patria sua neomysta ad aram stetit. Primum cooperatoris munere ad s. Martinum in Passyria, dein professoris in gymnasio Meranensi functus est. Monasterio nostro 1807 a regim. Bavar. suppresso in lyceo Tridentino philosophiam omni cum laude professus est. Cum anno 1816 Franciscus, Austriae imperator, restaurationem monasterii benignissime concessisset, confratres ex dispersione in montem s. Mariae redierunt et 16. Oct. 1816 Carolum abbatem elegerunt. Proh dolor! Neoelecti enim erat, domum penitus expilatam restaurare et regere. Sed nec animus illi nec vires defuerunt. Auxiliante gratia divina, re et consilio confratrum adiutus, iura monasterii recuperavit eiusque bona collegit et auxit. Praefuit ita et profuit in omnibus, ut certe dignus sit, qui restaurator immo tertius monasterii nostri fundator appelletur. 1849 gymnasium Meranense, civibus opem prompte ferentibus, amplificavit. Quam ob rem de civitate optime meruit eiusque meritum ad posteritatis memoriam pertinebit. Eodem anno Dom. 4. Aug. iubilaeum sacerdotale sollemni ritu celebravit. Per plures annos stomacho laborans ante oculos hospitum, qui eum visitandi causa aderant, apoplexia tactus et s. unctione provisus obiit 23. Maii 1855 aetatis suae 81. Epitaphium eius haec habet verba: „Monasterii restaurator, gymnasii Meranensis amplificator, iusti rectique tenax, aliis mitis, rigidus sibi.“ Sit memoria eius in benedictione!

Ad usum suum in lyceo Tridentino maxima cum diligentia et cura scripsit:

Praelectiones philosophicae. Ms. 4°. 1 vol. In biblioth. monast. adserv.

Mayr Sebastianus (Cremifanensis), in parochia Steinerkirchen die 20. Ian. 1845 natus, frequentato gymnasio Cremifanensi s. habitu die 25. Aug. 1865 indutus quadriennium theologicum in instituto domestico ad s. Floriani percurrit, die 9. Sept. 1869 vota sollemnia emisit et die 31. Iul. 1870 sacerdos unctus est. 1870—71 in univ. Vindob. linguis recentioribus operam dedit; ab anno 1872 linguarum recentiorum et ab anno 1873 simul linguae Germanicae professor in gymnasio.

Edidit libellum:

Ausgewählte Dichtungen von P. Marcus Holter. (i. e. Poemata selecta P. Marci Holter, professi Cremifanensis.) Wels, Druck und Verlag von Johann Haas. 1877. 12°. 171 p.

Mayrhauser Amandus (Cremifanensis), antea Ioannes Ev. Austriacus Linciensis, die 23. Nov. 1779 natus, studiis gymnasii et philosophicis in urbe patria absolutis die 29. Septembris 1797 Cremifani religioso habitum indutus, die 28. Oct. 1802 vota religiosa sollemni ritu nuncupavit et 25 diebus post sacerdotio ornatus est. Primum cooperator in Pettenbach anno 1805 Viennam missus, ut se ad docendam in instituto theologico domestico theologiam dogmaticam praepararet; 1807 professor theologiae dogmaticae simulque religionis in lyceo Cremifanensi, ab anno 1816 camerae tributariae praefectus, anno 1817 a s. c. r. mai. Francisco I. Austriae imperatore moneta aurea media pro piis meritis ornatus; 1821—24 vacante sede abbatiali administrator monasterii triumvirali potestate; ab anno 1824 c. r. convictus director et studiorum Cremifanensium prodirector; ab anno 1821 simul rei

vinariae praefectus et ab anno 1830 cancellariae director, obiit 29. Maii 1839.

In rebus theologicis versatissimus et in docendo elegantissimus plures conscripsit dissertationes theologicas, quae ephemeridibus litterariis Linciensi et Viennensi (Pletz) insertae continentur.

Mayrhofer Guntherus (Cremifanensis), antea Carolus, in castello Egendorf Austriae superioris die 12. Oct. natus, studia Cremifani percurrit, quibus absolutis s. ordinis habitu die 22. Aug. accepto theologiae in instituto domestico ad s. Floriani operam dedit; die 29. Aug. 1858 per sollemnem votorum emissionem coetui Cremifanensium monachorum adgregatus sacerdotale munus suscepit die 31. Iul. 1859. Biennio cooperator in Thalheim, 1861—62 professor supplens in gymnasio; 1862—64 in univ. Vindob. studiis philologicis operam dedit; unanimi professorum calculo adprobatus ab anno 1865 in gymnasio utroque linguam Graecam et Latinam discipulos docet (1868—72 simul in convictu praefectus).

Typis vulgavit dissertationem:

Des Sophokles Elektra und die Trilogie. Als Nachtrag die Frage: Besass die römische Litteratur das Satyrodrama? (i. e. De Sophoclis Electra.) Gymnasialprogramm 1870. Linz, Druck von Feichtingers Erben. 4°. 26 p.

Praeterea conscripsit aliquot vitas defunctorum monachorum Cremifanensium, quae dicuntur epistolae rotulares. Lincii, typis heredum I. Feichtinger. 2°.

Mayrlechner Sebastianus (Cremifanensis), Austriacus Welsensis, natus die 17. Iul. 1686, humaniorum litterarum fundamenta Salisburgi iecit; s. habitu die 13. Nov. 1703 indutus studia philosophica et theologica partim Salisburgi, partim in ipso monasterio, partim in academia Graecensi confecit; die 13. Nov. 1706 professus, sacerdotale munus auspicatus est die 1. Ian. 1712. Cooperator in Kirchberg, anno 1713 extra monasterium iussus est habitare, ut hominibus pestilentia infectis adsisteret. Post triennium professor rhetoricae et scholarum praefectus; 1717 ad docendam grammaticam Salisburgum vocatus elapso biennio munus professoris philosophiae suscepit; ex universitate Salisburgensi redux novitiorum magister, subprior et paullo post parochus in Kirchberg; ab anno 1723 prior extremo abbatis Alexandri Strasser et interregni tempore monasterium paene solus rexit; 1732 parochus in Viechtwang ibidem, professus iubilaeus, obiit die 5. Febr. 1759.

Libri Sebastiani Mayrlechner:

I. Disputatio de existentia causae primae. Salisburgi, 1721. 8°.

II. Apparatus philosophicus succo prudentiae sive reflexionibus moralibus illustratus. Salisburgi, 1721. 4°.

III. Hierarchia Benedictino-ecclesiastica. Styrae, 1752. 4°. 280 p.

IV. Hierarchiae Benedictino-ecclesiasticae luminaria maiora etc. Salisburgi, 1754. 4°. 280 p.

Medics Mathias Ferdinandus (de s. Monte Pannoniae), Sopronii eiusdem com. in Hungaria die 2. Aug. 1841 natus, s. habitu die 8. Sept. 1859 indutus, vota s. die 8. Sept. 1863 emisit. Mense Decembri obtenta Romana a votis dispensatione ad congregationem Lazaristarum transivit.

Scripsit:

Végezzünk-e s hogyan általános gyónást? (i. e. Peragamusne et quo modo confessionem generalem?) Utmutatás gyóntatók és gyónók számára. B. Porto Maurizio L. után németből. Pest, 1864. Lampel. 12°. 101 p.

Meier Edmundus Rudolphus (Scotensis), Viennae in Austria natus die 26. Oct. 1845, cum ibidem humanis literis in c. r. gymnasio ad Scotos vacasset, s. Benedictinorum veste indutus est die 14. Sept. 1862. Emenso deinde in univ. Vindob. cursu theologico nec non votis sollemniter emissis die 28. Oct. 1866, sacerdotio inauguratus est die 11. Mart. 1868, dieque 22. Mart. eiusdem anni primam hostiam Deo litavit. Linguis deinde Graecae Latinaeque operam dedit et, cum pro iisdem tentaminibus publicis die 5. Iul. 1871 adprobatus esset, die 1. Oct. 1872 professor c. r. gymnasii ad Scotos est designatus, quo munere functus est usque ad annum 1879, quo sine vestigiis evanuit.

Conscripsit ad programm. gymnasii ad Scotos:

Pro anno 1879. Das „Wunderbare" in der Aeneide des Vergilius. (i. e. De deorum in Vergilii Aeneide interventu.)

Meller Placidus (Scotensis), natus Znoymae in Moravia die 16. Ian. 1806, cum sacro s. Benedicti habitu indutus esset die 15. Oct. 1824 votaque sollemni ritu die 28. Oct. 1828 nuncupasset, die 23. Aug. 1829 neomysta ad aram Dei stetit. Statim deinde curae animarum addictus, cum variis in parochiis duranteque cholerae morbo in nosocomio in Campo Scotorum inde ab die 24. Sept. ad 6. Dec. 1831 subsidiarium egisset, cooperator factus est 1832—34 in Zellerndorf, deinde ad 1843 in Campo Scotorum ac tandem usque ad annum 1849 in Stammersdorf, unde parochus missus est in Enzersdorf et postremo 1855 ad s. Afram Eggendorf. Anno vero 1867 in monasterium redux partes subprioris et curatoris infirmorum necnon biennio post bibliothecarii suscepit, quas egregie cumulateque praestitit usque ad diem 20. Apr. 1871, quo die letum oppetiit.

Typis edidit:

Christkatholische Erbauungsreden für alle Sonntage des Kirchenjahres. (i. e. Conciones ad excitandam pietatem per annum habitae.) 1 vol. 8°. Viennae, 1847, typis A. Pichler viduae. Dedicat. parocho suo P. Coelest. Hauer.

Modos musicos manuscriptos, qui in archivo Scotensi adservantur, reliquit:

I. Tantum ergo in D-dur. Vocal-Quartett (nach Kreuzer's Gebet). 1869.

II. „O gloriosa Domina." Graduale oder Offertorium in A-dur für Marienfeste. Sopran-Solo, vier Violoncelli et Orgel. Nach Fr. Schubert's „Nebensonne". 1869.

III. „Ave maris stella." Graduale oder Offertorium für ein Marienfest. (In F.) Für Alt-Solo, Horn- oder Tromba-Solo, Violino I^{mo} et II^{do}, Viola, Cello, Violone et Organo. Nach Fr. Schubert's „Zügenglöcklein". 1869.

IV. Zur Vesper de beata V. Hymnus: Ave maris stella. Für Sopran und Alt (unisono) mit Orgel. Nach Conradin Kreuzer's Gebet. 1869.

V. Graduale für das Weihnachtsfest: „Viderunt omnes fines" für Sopran-Duett und Horn-Solo (F-Horn) mit Quartett-Begleitung. Nach Mendelssohn-Bartholdy's „Lobgesang." 1869.

VI. „Viderunt omnes fines." Graduale für das Weihnachtsfest in Es. Zwei Soprano, F-Horn, Quartett und Orgel. Nach Mendelssohn-Bartholdy. 1869.

VII. „Assumta est Maria." Offertorium in E für das Maria-Himmelfahrtsfest. (Sopran-Solo, Quartett und Orgel.) Nach Händel. 1870.

VIII. Regina coeli in D. Für Alt-Solo mit Chor und ein volles Orchester nach Hasse und Händel. 1870.

IX. „Angelus Domini descendit." Offertorium in A für den h. Ostermontag. (Chor und Orchester.) Nach G. F. Händel. 1870.

X. Graduale in D für den 22. Sonntag nach Pfingsten „Ecce, quam bonum." Sopran oder

Tenor-Solo, Quartett, Hörner und Orgel. Nach Händel. 1870.

Meng Gregorius (Murensis), ortum habet ex Gipf in Argovia die 28. Nov. 1800, votorum sponsione se obligavit die 9. Maii 1819 et inter sacerdotes adnumeratus est die 18. Dec. 1824. Erat professor in gymnasio Murensi et catechista, deinde vicarius in parochia Wohlen, postea parochus apud Muros 1836—67. Electus 1855 decanus capituli ruralis Mellingen simulque consiliarius ecclesiast. et examinator paroch. Nunc ab anno 1867 commoratur in Villmergen qua capellanus ad honores, iubilatus professione et sacerdotio. Edidit:

I. Das Landcapitel Mellingen in der Diöcese Basel. (i. e. Districtus Mellingensis descriptio.) Muri ap. Keller, 1869. 8°. 106 p.

II. Geschichte des Amtes und der Pfarrei Muri. (i. e. Magistratus et parochiae Murensis historia.) Programm der Bezirksschule in Muri. Aarau, Sarmenstorf und Muri, 1858—62. 8°. 42 p.

III. Andachtsbuch für katholische Christen. (i. e. Liber precum.) Sarmenstorf ap. Keller, 1848. 12°. Editio secunda, Stans ap. C. von Matt, 1862.

IV. Catechismen der christkatholischen Religion. (i. e. Liber catecheticus.) *a)* für die erste Classe der Kinder, Luzern ap. Raeber, 1844. Editio IV. 1851. *b)* für die zweite und dritte Classe. Ibid. 1839 et Baden ap. Huwiler, 1851. 8°. 126 p.

V. Manuscripta in archiv. paroch. Murensi: *a)* Chronik von Muri. (i. e. Chronicon Murense.) Fol. 100 pag. *b)* Pfarrstatistik (statistica) von Muri, die Sterblichkeitsverhältnisse von Decennium zu Decennium durch 160 Jahre. *c)* Familienverzeichniss (index familiarum) für die Pfarrei Muri. 5 vol. 4°.

Mentberger Guilielmus (Emautinus Montserratensis), Bohemus Pilsnensis, natus 1794, professus 1818, presbyter ordinatus 1817. Praefectus gymnasii Benedictini Emautini in civitate Klatoviae, postea curatus militaris legionis tormentariorum emeritus, mortuus 1856. Scripsit lingua Germanica historiam monasterii Emautini in folio tomo uno, quae anno 1848 in iubilaeo quingentesimi anni ab erecto monasterio Emautino typis edenda fuit, quo anno etiam universitas Pragensis iubilaeum quingentesimi anni ab erectione sua celebratura fuit. Historia haec 80 paginas numerat. At historia haec ad typum non venit ob turbulentos anno isto exortos motus. Adservat. in biblioth. abbatiali Emautina.

Menzl Fridericus (Břevnoveno-Braunensis), a Qualisch Bohemiae, natus 24. Aug. 1828. Absolutis Braunae gymnasii et Pragae philosophiae studiis ordinem amplexus divi P. Benedicti Břevnovii veste s. indutus est 1848. Disciplinis theologicis in univ. Pragena incumbens 5. Oct. 1851 sacram emisit professionem et die 31. Iulii 1853 ad presbyteratus ordinem promotus est. Iussus ab abbate suo Pragae tentamina rigorosa subiit ex theologia universa, decoratusque doctoratus laurea potitus est munere adiuncti facultatis theologicae in eadem universitate Pragensi. Sed paulo post Braunam vocatus fuit ad docendam in gymnasio religionem, quo in officio pluribus annis peractis prioris simul monasterii dignitate ornatus dupplici hoc fungitur munere.

Praeter alia non edita prelo subiecit poëmata haec:

I. Jubelklänge zur hohen Feier des 25. Wahltages Sr. Gnaden des t. p. Herrn Abten Nepomucenus. (Carmen lyricum.) 4°. Pragae, per Bellmann. 1869.

II. Cantate zu derselben Feier. Braunaviae, apud Mayrhoffer. 1869. 4°.

III. Festgedicht zur hohen Feier der Jubelprofess Sr. Gnaden des t. p. Herrn Abten Nepomucenus. (Carmen.) Pragae, per Bellmann. 1878. 4°.

Mérei (antea Merl) Augustus Iosephus (de s. Monte Pannoniae), Baiae, com. Bács. in Hungaria die 10. Aug. 1845 natus, s. habitu die 8. Sept. 1863 indutus, vota sollemnia die 27. Iul. 1869 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis anno 1870 die 26. Iul. presbyter factus est. Anno 1870—1871 professor gymn. Comaromii, 1871—1875 vero Strigonii, hoc anno s. ordinem deseruit. Scripsit:

Az ókor műveltségi történetének rövid áttekintése. (i. e. Breviarium historiae humani cultus civilisque antiquorum.) In progr. Strigon. gymn. 1874—75. 8°. p. 3—20.

Méry Attilius Iosephus (de s. Monte Pannoniae), in M.-Szölgyén, com. Strigon. in Hungaria die 5. Mart. 1834 natus, die 11. Sept. 1851 s. habitu indutus, vota sollemnia die 29. Maii 1855 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 31. Aug. 1857 sacerdotio initiatus est, ex quo ad annum 1862 Papae, dehinc vero usque ad hunc diem Iaurini officio professoris fungitur.

Antiquitatum studiosissimus praeter alia minora haec scripsit:

I. In lib. period. „Családi lapok“: *a)* Az egély angyala. Vallásos olvasmány. (i. e. Angelus religionis.) 1855. II. t. *b)* A genzanoi urnapi virágünnepély. (i. e. De floralibus in Genzano. 1857. II. t.

II. In lib. period. „Tanodai lapok“: *a)* Guzmics Izidor; Maár Bonifácz; Vajda Samu. (i. e. Vita Isidori Guzmics. 1857. I. Bonifacii Maár, ibid.; Samuelis Vajda. 1857. II.) *b)* Révay Miklós életrajza. (i. e. Vita Nicolai Révay.) 1858. *c)* A természettudományok előadása az algymnasiumban. (i. e. Disciplinae, quae naturae investigatione continentur, quo modo tractentur in gymn. inferiori.) 1858. *d)* Bessenyei György. (i. e. Vita Georgii Bessenyei.) 1860.

III. In libro: „Ifjusági Plutarch“, quem una cum Thoma Füssy et Claudio Vaszary redegit: Garay János. 1858. Szent Imre. Ibid. (i. e. Vita Ioannis Garay et S. Emerici.) Agriae.

IV. In libro „Győr megye és város egyetemes leirása“ (vide: Fehér Hipp.): *a)* Győrmegye állatvilága. (i. e. De animalibus in com. Iaurin.) p. 133—157. *b)* Győrváros utczái és nevezetesebb épületei. A győri székesegyház kincstára. Győrvár. A győri főgymnasium régészeti gyüjteménye. Győrmegye műemlékei. (i. e. Plateae et notatu digniora aedificia Iaurini. Thesaurus ecclesiae cathed. Iaurin. Castrum Iaurinense. Collectio antiquitatum in gymn. Iaurin. Monumenta com. Iaurinensis.) p. 410—449.

V. Arrabona temetői. (i. e. De locis sepulturae Arrabon.) In progr. gymn. Iaurin. 1875—1876. p. 3—73.

VI. Pázmándi Horvát Endre élet- és jellemrajza. Születése százados évfordulójának emlékére. (i. e. Vita Andreae Horváth Pázmándensis.) In progr. gymn. Iaurin. 1878—79. p. 3—170.

Messerer Aloisius (Altenburgensis), Znoymae in Moravia die 29. Iun. 1783 natus, s. habitu die 18. Oct. 1803 indutus, sollemnia vota die 19. Oct. 1806 emisit, et absolutis summa cum laude in univ. Viennensi studiis theologicis, sacerdotio inauguratus, die 17. Apr. 1808 primum Deo sacrosanctum missae sacrificium obtulit. Primum cooperatoris in urbe Horn et deinde ab anno 1815—20 parochi in Strögen munere functus est. Anno 1820 in monasterium prior vocatus, Bertholdum Reisinger, senem abbatem suum venerabilem, per breve quidem tempus, sed vere filiali solicitudine iuvit fovitque. Abbate Bertholdo defuncto subsequente anno (1821) die 24. Ian. Aloisius abbas canonice electus vitam suorum saluti fratrum dicavit, nilque aliud

fecit, quam ut rem monasterii tunc temporis valde miseram cito emergere curaret. Eminuit hac in re tanta sollicitudine talique industria, ut anno 1833 turrim monasterii, quae anno 1820, fulmine petita, liquefactis campanis a summo usque ad imum perusta fuit, magnis sumptibus restitueret et quattuor novis campanis ditaret, atque ad deflectendam perniciosam fulminis vim perticam ferream cuspide deaurata erigi curaret. Deflagratam etiam domum parochialem cum schola in Ludweis restituit et complura alia in utilitatem monasterii fecit. Hic vir, memoria dignus, die 21. Ian. anni 1842 e vita discessit.

Scripsit sequentia:

I. Epicedion. Manibus dedicatum Reverendissimi, Perillustris ac Amplissimi Domini Domini Bertholdi Reisinger, Abbatis monasterii Altenburgensis dignissimi, Sacrae Caes. Reg. Apost. Maj. Consiliarii nec non insignis Caes. Ord. s. Leopoldi Equitis. Viennae, typis Antonii Strauss. 1820. Fol.

II. Succinctum Chronicon praecipuorum domus nostrae (i. e. Altenburgensis) momentorum e documentis tabularii nostri excerptum. Viennae, typis congregationis Mechitharisticae. 1839. 4°.

Meyer Geroldus II. (Princeps-abb. Murensis), in lucem editus est Lucernae die 13. Maii 1729, votis se Deo obtulit die 12. Oct. 1746, ordinem sacerdotalem accepit die 20. Maii 1752. Relicto officio professoris et bibliothecarii administravit egregius oeconomus bona monasterii in Dettingen. Die vero 19. Iun. 1776 princeps abbas electus est rexitque ultra 33 annos. Vitam praesentem clausit die 14. Febr. 1810. Ipse ingentem illam fabricam monasterii construxit, quae hodiedum conspicitur, simulque permulta scripsit et scribi curavit, quae nunc in archiv. Argoviensi retinentur, uti e. gr. Schodeler, rerum Helveticarum historia, et varia opera P. Mauritii van der Meer de monasteriis Seckingen, Katharinenthal et de congregationis Helveticae viris inlustribus. Praeterea e thesauro eruditionis suae complura in scriptis reliquit:

I. Litterae familiares, quas dedit vel accepit. 4 vol. cum circ. 800 p. In archiv. Muro-Gries.

II. Dispositio ad moribundorum sacramenta suscipienda; actus et exercitia ad beatam mortem obeund. 8°. 306 p. In bibl. Muro-Gries. Cod. 2. 44.

III. Eruditiones, historiae, fabulae, sententiae, dicta, facta, nova, vetera, iocosa, seria, mira, inaudita, urbana, rustica. Miscellania cum indice materiarum. 4°. 406 p. Ibid. 2. 18.

IV. Exhortationes 80 ad conventum Murensem, moniales Hermetis villae, ad novitios, neoprofessos, 2 vol. 4°. 570 p. Ibid. 2. 19, 20.

V. Sermones ad populum in lingua vernacula 52. Ibid. Cod. 1. 109. Inter hos invenitur sermo in primitiis fratris sui Germani postea abbatis Rhenoviensis Bernardi III.

Mick Lambertus (Scotensis), Viennae in Austria die 24. Iun. 1763 natus, cum die 28. Oct. 1780 adolescens septemdecim annorum s. habitu esset indutus, absolutis sacrosanctae theologiae studiis catechetae in parochia monasterii munus subiit. Votis vero sollemniter nuncupatis die 29. Iun. 1788 sacerdotio inauguratus est die 15. Aug. 1788. Paulo post neomysta cooperator missus est ad parochiam in Eggendorf in valle, unde mox in monasterium redux, curati et concionatoris matutini (1793—1800) officio functus est. Ad quod magisterio quoque novitiorum suscepto, cum idem concionator dominicalis nec non festivalis et bibliothecarius 1800 designatus esset, partes eas egregie sustinuit magnamque ex iis muneribus laudem retulit. Anno 1804 primus

capitularium Scotensium peregrinationem religionis causa ad s. Mariae imaginem in Mariazell suscepit, stipatus magna civium Vindobonensium multitudine; quod usque adhuc septimo quoque anno peragebatur. 1806 vero abbas eum parochiae in Campo Scotorum praefecit. Cum deinde 1811 a mense Aprili usque ad 19. Oct. parochiam in Eggendorf administrasset, tandem parochus factus est in Stammersdorf, cui muneri saluberrime per 18 annos gesto immortuus est 7. Iun. 1830.

Typis edidit:

I. Unverwerfliche Zeugnisse und Denkmäler für die Brauchbarkeit der Schriften der heiligen Väter mit Rücksicht auf den öffentlichen Religionsunterricht. (i. e. Testimonia s. patrum in religione publice tradenda adhibenda esse.) 1 vol. 8°. Viennae, 1795, typis I. Th. nob. de Trattner.

II. Geistliche Betrachtungen über verschiedene Wahrheiten des Heiles. (i. e. Meditationes de variis salutis quaestionibus.) 1 vol. 8°. Viennae, 1802, sumpt. Iosephi Riedl.

III. Typis porro mandavit conciones diversas: Von den Pflichten der Gläubigen gegen die Priester. (Or. primit.) Viennae, 1797, typis I. Th. nob. de Trattner. — Rede von den eingebildeten Hindernissen der gewissenhaften und christenwürdigen Verwendung der Gaben und Gnaden Gottes zur Heiligkeit und Seligkeit; am Feste des heiligen Leopold zu Klosterneuburg. Viennae, 1801, typis I. nob. de Trattner. — Ueber den Nutzen und Werth der Ordensgeistlichen, am Feste des heil. Vaters Benedictus. Viennae, 1802, apud Ioseph Riedl. — Von den Vorzügen Mariens. Gehalten am Festtage ihrer glorreichen Himmelfahrt. Viennae, 1804, typis I. Th. nob. de Trattner. — Lobrede auf die heil. Angela Merici, Stifterin der Gesellschaft der heil. Ursula. Viennae, 1808, typis Iosephi Tendler.

Millwisch Augustinus (Admontensis), natione Stirus natus 10. Iul. 1833, studiis in urbe patria absolutis Admontes vota emisit sollemnia 27. Maii 1860 et primo stetit ad aram 26. Iul. 1860, ex quo anno cura animarum occupatus in parochia s. Michaelis, Kallwang, Ardning et postremo in Gaishorn pastorem agit indefessum, c. r. musei Vindobonensis pro artibus et industria fovenda correspondens, soc. ad artem christianam promovendam et soc. s. Caeciliae sodalis activus.

I. Die Sonnwendfeier im Oberennsthal. (i. e. Sollemnitas brumalis.) Grazer Volksblatt, 1868.

II. Ueber die Kirchenstühle. (i. e. De sedilibus in ecclesiis.) Mit einer Kunstbeilage. Kirchenschmuck, 1870. No. 8.

III. Der in der Kirche zu Gröbming aufgefundene Römerstein. (i. e. Lapis Romanus in ecclesia Groeb.) Histor. Zeitschrift, Graz, 1870.

IV. Anleitung zur Aufnahme von plastischen Ornamenten und Inschriften. (i. e. Ad delineanda ornamenta plastica et inscriptiones manuductio.) Kirchenschmuck, 1874.

V. Der gothische Flügelaltar in Gröbming. (i. e. Ara in alae formam redacta Groebmingii.) Mit Kunstbeilage. Kirchenschmuck, 1876. No. 10.

Mitter Wolfgangus (Seitenstadiensis), Windischgarstii in oppido Austriae superioris die 26. Nov. 1758 natus. Studiorum humaniorum curriculo partim in Seitenstadii partim Cremifani scholis absoluto die 8. Dec. 1778 ad vitae monasticae se conformavit normam et votis die 27. Nov. 1782 emissis sollemnibus. Anni sequentis die 8. Oct. Deo omnipotenti agnum immaculatum obtulit. Variis et in monasterio et foris muneribus functus bibliothecae deinde custos constitutus est ibique cum evolvendis doctis voluminibus tum colligendis antiquis monumentis indefessam tanto cum fructu dedit operam, ut dignus haberetur, quem viri eruditissimi, in his Michael Denis familiari epistolarum commercio sibi devincirent. Penuria sacerdotum in vineam

Domini missus in Säusenstein, ad s. Ioannem et in Aspach parochi munere per viginti annos functus hac in parochia die 1. Apr. 1829 obdormivit in Domino. Scripsit:

I. Monumenta Steitenstadiensia. 8 vol. In archivo Seitenstadiensi adservata.

II. Tabulae manuscriptorum codicum in biblioth. Seitenstad. adservatorum. 2 vol. In bibliotheca Seitenstadiensi.

III. Antiquitates typographicae seu libri usque ad annum 1500 impressi, qui in bibliotheca monasterii Seitenstadiensis adservantur secundum annorum seriem dispositi et descripti nonnullisque notis historico-litterariis illustrati. Ms. Fol. in biblioth. Seitenstad. adserv.

Mödlhammer Gregorius Michael (Michaëlburanus), Salisburgensis, natus Salisburgi, 29. Sept. 1811, prof. 29. Sept. 1836, sac. 12. Aug. 1838. Studiis theologicis absolutis ad curam animarum vocatus tanto fervore in vinea Domini laboravit, ut ad summa munera in nostro monasterio, utpote ad officium prioris, vicarii parochiae et administratoris praedii „Amthof" in Seewalchen, prioris et administratoris monasterii in suburbio Mülln prope Salisburgum designaretur, et a nostro augustissimo imperatore Francisco Iosepho I^mo^ aurea cruce meritoria cum corona ornaretur.

Prelo tradidit sequentia scripta:

I. Rede bei der Hinrichtung des Mörders E. M. zu Schwanenstadt. Der Reinertrag war für die Hinterbliebenen des Erschlagenen bestimmt. (i. e. Allocutio, cum homicida E. M. patibulo affigeretur Schwanenstadii.) Lentiae, typis Ioannis Weinmayr. 1842. Emolumenta afferuntur cognatis trucidati.

II. Reiseerinnerungen. (i. e. Recordationes itineris.) Salisburgi, typ. Ant. Pustet. 1870. 37 p. 8°.

Moedlhammer Martinus (Cremifanensis), antea Franciscus de Paula, Austriacus ad s. Floriani, die 1. Apr. 1745 natus, studia humaniora et philosophiam Cremifani absolvit. Exacto tirocinio s. regulam die 11. Nov. 1765 professus et die 29. Iul. 1770 presbyteratus dignitate auctus est. 1771 professor matheseos et philosophiae experimentalis, 1772 professor physicae; deinde parochus in Sipbachzell, postea granarii praefectus in monasterio, denique parochus in Steinerkirchen, obiit die 2. Iun. 1800.

Manuscriptum reliquit satis voluminosum librum:

Uebersetzung und Commentar der Biwaldschen Naturlehre. (i. e. Versio et commentarius scientiae naturalis Biwaldi.) 4°. Archivium observatorii astronomici VI. 116.

Typis impressae sunt:

I. Positiones ex mathesi et physica etc. praeside P. Martino Moedlhammer. Styrae, Wimmer. 1774. 4°. 16 p.

II. Positiones ex physica etc. praeside P. Martino Moedlhammer. Lincii, Feichtinger. 1777. 4°. 12 p.

Mollik Tobias (de s. Monte Pannoniae), s. theologiae doctor, Iaurini eiusdem com. in Hungaria die 13. Iun. 1751 natus, vota sollemnia die 17. Nov. 1768 emisit et die 29. Iun. 1775 presbyter ordinatus est. Ordine s. sublato primum Iaurini in lyceo episcopali, tum Agriae, deinde Pestini ad regiam universitatem, sublataque ad hanc facultate theologica iterum Iaurini theologiae in seminario professor; restituto s. ordine 1802—7 superior domus Iaurin. et director gymn., 1807—15 vero bibliothecarius et theologus domesticus amici sui Leopoldi Somogyi, episcopi Sabariensis, ex quo anno spiritualis Iaurini degit, ubi die 15. Apr. 1824 pie ut vixit obiit.

Praeclarus vir, qui anno 1816 pro vacantibus abbatiis de Tihany et Bakony-

bél meruit candidari, bene multos edidit libros, ut:

I. Dissertationes locupletissimae de religione naturali, revelata in genere et in specie mosaica ad systema theologicum per Hungariam praescriptum exactae a Tobia Mollik. Agriae, 1785. Typis episcopalibus. 4°. 309 p.

II. Dissertationes dogmaticae de thesibus hocce specialius aevo disceptatis auctore Tobia Mollik. Ibid. 4°. Pars prior de sacramentis 1785, 268 p., posterior de iustificatione et cultu sanctorum etc. 1790, 137 p.

III. Pentateuchus secundum litteralem mysticumque sensum familiari s. patribus methodo per breves videlicet homilias explicatus atque omnigena historiae theologiaeque eruditione illustratus a Tobia Mollik, o. s. B. Ibid. 4°. 1785. 418 + 102 p.

IV. Dissertationes de ecclesia Christi, concinnatae a Tobia Mollik, o. s. B. Ibid. 1786. 4°. 440 + 171 p.

V. Concordia revelationis et rationis circa aeternae vitae vel mortis praedestinationem. Explicata per Tobiam Mollik. 1790. Ibid. 4°. 192 p.

VI. Synopsis catholicae de gratia actuali doctrinae huiusque applicatio. Explicata per Tobiam Mollik. Ibid. 1790. 4°. 194 p.

VII. Iosephi II. litterarum de coelo transmissarum refutatio. 1790.

VIII. Convulsio extractus dissertationis Sam. Verenfels. 1790.

IX. Diluitio errorum de votis et clericali coelibatu. Agriae, 1790.

X. Dissertatio ad quaestionem, an sic dicta apostasia inter delicta civilia referenda? in examen vocavit T. M. Pesthini, 1790.

XI. Incarnatio, vita et mors veri redemptoris. Agriae, 1790. 4°.

XII. Sacrosanctum missae sacrificium rite ac pie celebrandi ratio cum dissertatione de frequenti celebratione et fidelium s. communione. Sabariae, 1819. Typis Francisci Perger. 8°. 116 p.

XIII. Dissertationes trinae de LXXII interpretum Graeca v. t. versione. Iaurini, 1819. Typis Leop. Streibig. 8°. 161 p.

XIV. Dissertatio de divina auctoritate deuterocanonicorum utriusque testamenti librorum ac partium. Iaurini, 1819. 8°. 298 p.

XV. Votum et promptum cuivis subsidium unionis in unam salvificam ecclesiam hanc ingredi anhelantibus a s. theologiae doctore et emerito professore r. p. o. Budae, 1821.

XVI. Elementa scientiae sanctorum collecta a s. theologiae doctore eiusdemque emerito r. professore p. o. Agriae, 1822. Typis lycei archiepiscopalis. 8°. 750 p.

XVII. Theologiae dogmaticae in systema redactae pars I. Ms. Adserv. in bibliotheca centrali in s. monte. 4°. 390 p.

Molnár Ferdinandus Iosephus (de s. Monte Pannoniae), in D.-Szerdahely com. Poson. die 12. Mart. 1844 natus, s. habitu die 8. Sept. 1862 indutus, vota sollemnia die 4. Oct. 1868 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 6. Aug. 1869 ordinatus est, ex quo tempore ad annum 1874 Papae munere professoris est functus, quo anno s. ordinem deseruit.

Scripsit:

A természetrajz módszertani kezelése. (i. e. Quo modo tractanda sit historia naturalis.) In progr. gymn. Papensis. 1873/4. 4°. p. 3—6.

Molnár Titus Ioannes (de s. Monte Pannoniae), s. theologiae doctor, Tyrnaviae com. Poson. in Hungaria natus die 29. Aug. 1798, s. habitu die 28. Oct. 1813 indutus, vota sollemnia die 30. Aug. 1819 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 13. Sept. 1821 presbyter ordinatus est. Variis ex eo monasterii officiis uti professoris gymn. Iaurin. 1821—22, Tyrnaviensis 1822—26, prof. studii biblici utriusque foederis et linguarum orientalium in s. monte 1826—32, doctrinae religionis Comaromii 1832—33, in academia Iaurin. 1833—42, secretarii illustr. domini archiabbatis 1842—46, superioris domus et

directoris gymn. Comaromiensis 1846—51, superioris domus ibidem 1851—56 summa cum laude functus, spiritualis vitam Comaromii degit, ibique die 17. Maii 1857 pie in Domino obdormivit. Anno 1841 tertio loco dignitatis archiabbatialis fuit candidatus.

In studiis theologicis quam plurimum occupatus scripsit:

I. Titi Molnár, benedictini Pannonii, Institutiones religionis christiano-catholicae usibus praelectionum academicarum accommodatae. Budae, typis reg. scient. universitatis Hung. 8°. Pars I. 1836. 141 p. Pars II. 1837. 271 p.

II. Composuit hymnos sacros, quos breviarium congregationis olim s. Mauri ad festa propria s. patronorum regni Hung. continet, pro officio s. Emerici.

III. Manuscripta biblica. 4°. 791 p. Adserv. in bibliotheca centrali in s. monte.

Morávek Wolfgangus (Břevnoveno-Braunensis), Neodomi (Neuhaus) in Bohemia 1817 die 5. Nov. natus, absolutis in univ. Pragensi philosophiae et theologiae studiis 1842 die 31. Iul. presbyter est ordinatus, postquam 27. Sept. 1840 sacra vota religiosa sollemniter emiserat. Iussu superiorum animum advertit ad munus docendi in gymnasio Braunensi publico, quo in officio ab anno 1845 usque ad annum 1863 munere professoris functus eodem abhinc anno munus directoris eiusdem gymnasii administrat. Anno 1877 ab inlustrissimo episcopo Reginaehradecensi in numerum notariorum episcopalium relatus est.

Scripsit et in annalibus gymnasii Braunaviensis anno 1855 et 1859 edidit:

I. Selecta variorum auctorum lectio unius auctoris lectioni proferenda est.

II. Animadversiones. Einige Worte über K. F. Süpfles Aufgaben zu lateinischen Stylübungen. 2. Thl. 5. Aufl.

Moriggl Augustinus (Mariaemontanus), natus Burgusii (Burgeis) in Tirol 10. Mart. 1816. Absoluto Meraniae gymnasio, Oeniponte cursu philosophico et Brixinae s. theolog. cursu 3. Aug. 1839 legitime susceptus S. P. N. Benedicti habitum induit die 15. Aug. e. a. Vota sollemnia emisit 16. Aug. 1840, sacerdotio Brixinae initiatus est 1. Aug. 1841. Is postquam per quadriennium in monasterio versatus est, per proximum quadriennium ad s. Martini Passyriae curae animarum magna cum sollertia se dedit. Prosperrimo cum eventu pro tradenda historia universali publice probatus in gymnasio Meranensi superiori ab anno 1850 historiam et linguam Germanicam professus simulque per aliquod tempus convictum „Rediffianum“ moderatus est. Professor fuit tum incensus tum instructus tali ingenio, ut discipuli, quae docuit, perspicua imbuerentur cognitione. Quare ipsi, quorum animos non tantum magister sed etiam educator movit, amorem, gravitatem ac eruditionem altissimam memoria retinebunt. Augustinus post mortem Caroli abbatis monasterio orbato a confratribus, qui ei confidebant, 22. Aug. 1855 praeficitur et mitra abbatiali decoratur. Abbas eodem ac professor spiritu officia quaelibet praestare perrexit, neque destitit plenus assiduitatis et gravitatis persequi omnibus viribus, quaecumque subditorum saluti conducere videbantur. Inter aedificia oppidi Meranens. eminet et e longinquo conspicitur convictus „Mariaemontanus“, qui ab Augustino 1858 maximis sumptibus aedificatus est. Attamen nimio labore vires eius consumptae sunt. Lenta tabe confectus obiit 14. Apr. 1861, 45 annos natus. Hic vir quanto fuerit ingenio et in-

dustria, testantur „tabulae historicae“ ab ipso maxima cum diligentia compositae, quae omnino omnium admiratione dignae in gymnasio Meranensi adservantur.

Verba epitaphii virum accuratissime describunt: „Multa et magna molientem zelus Domini comedit.“

Moesch Beda (Murensis), natus est Frickii in Argovia 1741, in ordine s. Ben. emissis votis receptus 1759. Per 36 annos egregius erat capellae magister, musices peritissimus. Obiit die 2. Dec. 1802.

Compositi sunt ab ipso Falsi-Bordoni, Missae nonnullae et Veni s. Spiritus a 4 voc., 2 clarin., 2 corn. et violone cum organo obligato.

Moser Ambrosius (Lambertinus). Natus est Muravii in Styria 11. Iun. 1696, habitum ordinis Benedictini induit in vicino monasterio s. Lamberti 21. Oct. 1717 et ibidem vota sollemnia emisit 27. Dec. 1718. Absolutis in ipso monasterio suo studiis theologicis primitias celebravit 15. Apr. 1721. Exinde repetitis vicibus, quia plenus erat spiritu religionis et disciplinae monasticae, functus est munere magistri novitiorum, insuper etiam subprioris, prioris (1740—43), dein administratoris in Veitsch, donec repositis curis saecularibus obiit in Maria-Hof 8. Mart. 1756.

In bibliotheca Lambertina plura ipsius exstant manuscripta ascetica, inter quae in primis nominari meretur: „Decendialis exercitatio pro neo-profitendis.“ 4°, quod diu adhuc post ipsius mortem ad instruendos novitios adhibitum est.

Moser Antonius (Michaëlburanus, Salisburgensis). Natus Gastunae, 17. Febr. 1711, profess. 29. Sept. 1733, sacerdos 1737. Postquam in gymnasio Salisburgensi ab anno 1740 usque ad annum 1751 pedetentim in omnibus classibus huius scholae munus professoris et praefecti administraverat, suscepit anno 1751 in archiepiscopali Benedictina universitate professuram philosophiae practicae et historiae universalis. Anno 1756 adscendit cathedram s. theologiae, et docuit theologiam moralem, usque ad annum 1764. Anno sequente (1765) 16. Nov. abbas monasterii sui, consiliarius ecclesiasticus reverendissimi archiepiscopi et s. r. i. principis Salisburgensis et praeses almae universitatis electus est, et 4. die Martii, 1783 animam Deo rededit.

Prelo tradidit manuscripta sequentia:

I. Schematismus doctionis in cathedra ethices et historiarum pro anno scholastico currente in archiepiscopali Benedictina universitate Salisburgi. 4°.

II. Prolegomenon historiae, seu introductio in historiam universam. Salisburgi. 1756. 4°.

III. Homo beatus, dissertatio theologico-moralis. Salisburgi, 1760. 4°.

Mösl Vitalis (a s. Petro Salisburgi), natus Salisburgi 19. Nov. 1735, novitius 7. Sept. 1753, monachus professus 8. Sept. 1754, neomysta 12. Nov. 1758, sequentibus annis in univ. Salisb. rudimenta, ac grammaticam et 1764 philosophiam docuit, quam biennio absolvit. Ab anno 1767 concionator ecclesiae academicae expetitus hanc cathedram post biennium propter vocis infirmitatem reliquit. Reliquos vitae suae annos primum in colle Mariano-Plainensi, dein in monasterio Deo et proximis laboribus suis litterariis vixit. Obiit bis iubilaeus 2. Dec. 1809.

I. Academische Preisfrage über die Ursache periodisch fliessender Quellen und die Verbesserung moosiger Gründe. (i. e. De perennitate

fontium etc. dissertatio.) Eine von der Academie der Wissenschaften zu München 1764 gekrönte Schrift.

II. Einige satyrische und moralische Stücke über verschiedene Gegenstände. (i. e. Satyrica et moralia collecta.) Abgedruckt in der Münchner Monatsschrift: Zum Unterricht und Vergnügen. 1765.

III. Epitome historiae philosophicae Salisburgensis. Periodus I de antiquissima Iuvaviensium philosophia usque ad Ioan. Iacobum archiep. anno 1560. Periodus II a temporibus Ioan. Iacobi archiep. usque ad nostra tempora. Salisburgi, 1765. Mayr. 4°. 35 p.

IV. Geistliche Reden von der heutigen Lauigkeit in dem Christenthum und dem hl. Geheimnisse des Altares. (i. e. De tepiditate et de ss. Altaris sacramento orationes sacrae.) Ibid. 1770. 8°. Tomus I. 517 pag., tomus II. 433 p.

V. Des hl. Johannes Chrysostomus Predigten und kleine Schriften aus dem Griechischen übersetzt. (i. e. S. Ioannis Chr. orationes et scripta.) Herausgegeben von I. A. Cramer. Nunmehr zum sicheren Gebrauche katholischer Prediger von eingemischten Irrthümern gereiniget und nach griechisch-lateinischen Auflagen durchgehends verbessert. Augsburg, Wolf. 1772—76. 8°. 11 t.

VI. Die ächten Werke apostolischer Männer. (i. e. Opera authentica virorum apostolicorum.) Die Briefe des Clemens, Ignatius, Polycarpus und Barnabas etc. übersetzt von Simon Grynaeus zu Basel. Nunmehr von eingestreuten Calvinischen Irrthümern gereiniget und nach den von Joh. Bapt. Cotelerius gesammelten Handschriften durchgehends verbessert. Ibid. 1774. 8°. 412 p.

VII. Geistliche Reden auf die Festtage des Jahres. (i. e. Orationes sacrae.) Salzburg, Mayr. 1774. 8°. Tomi 2. I. 530 p., II. 541 p.

VIII. Dissertatio de morbo epidemico sub nomine: Mode-Krankheit. In den Salzburgischen Ephemeriden von I. 1773 zu finden.

IX. Betrachtungen über die Regel des heil. Vaters Benedicti. (i. e. Meditationes de regula s. P. Benedicti.) Aus dem Französischen übersetzt. Augsburg, Wolf. 1776. 8°. 416 p.

X. Franz von Sales sämmtliche und ächte Reden auf alle Festtage des Jahres, auf die Fasten und das Advent. (i. e. S. Francisci Salesii orationes.) Aus dem Französischen. Salzburg, Mayr. 1777. 8°. Tomi 4. I. 382 p., II. 397, III. 428, IV. 394 p.

XI. Des H. Abt Mangin Predigten auf alle Sonntage des Jahres nebst kurzen Unterweisungen auf die Festtage, und einem Unterrichte, alle Pflichten der Seelsorge auf eine würdige Art auszuüben. (i. e. Abbatis Mangin conciones etc.) Aus dem Französischen. Augsburg, Wolf. 1779. 8°. Tomi 4. Secunda editio ibidem. 1785. 8°. Tomi 4.

XII. Medicinisches Handlexicon, worin alle Krankheiten, die verschiedenen und jeder Krankheit eigenthümlichen Kennzeichen, Vorbauungs- und Heilmittel wider dieselbe vorgetragen werden. (i. e. Lexicon manuale medicinale.) Aus dem Französischen. Ibid. 1782. 8°. Tomi I. 728 p., tomi II. 556 p.

XIII. Abbé Mangin's Predigten auf die Festtage des Jahres. (i. e. Abbatis Mangin conciones sollemnes.) Aus dem Französischen. Ibid. 1783. 8°. 684 p.

XIV. Abbé Mangin's Christenlehrpredigten. (i. e. Eiusdem conc. catecheticae.) Aus dem Französischen. Ibid. 8°. Tomi 2. I. 1784, 631 pag., II. 1786, 637 p.

XV. Abbé Mangin's kurze Unterweisungen auf die Festtage des Jahres. (i. e. Eiusdem instructiones catech.) Aus dem Französischen. Ibid. 1785. 8°.

XVI. Briefe eines Reisenden nach Sachsen. (i. e. Itinerarium Saxonicum.) Salzburg, 1785. 8°.

XVII. Abbé Mangin's Pastoralunterricht von den Pflichten und Eigenschaften eines Beichtvaters. (i. e. Instructio pastoralis.) Aus dem Französischen. Ibid. 1786. 8°. 516 p.

XVIII. Monmorel's Homilien über die sonntäglichen Evangelien. (i. e. Opus homileticum Monmorelii.) Aus dem Französischen. Ibid. 1788 et 1789. 8°.

Mrakovitsch Thaddaeus (Lambertinus). Natus est in Spielberg Styriae 11. Sept. 1694, s. Benedictini ordinis habi-

tum induit in monasterio s. Lamberti in Styria 15. Sept. 1715, ubi vovit stabilitatem 27. Dec. 1716. Absolutis studiis in ipso monasterio suo et celebratis primitiis (2. Oct. 1718) factus est sacrista et praeses congregationum ad s. Lambertum, parochus in Edlschrott (1732—37), praeses congregationum in Cellis B. V., parochus in Scheifling (1753—56), demum concionator et oeconomus ad Cellas B. V., ubi obiit 9. Dec. 1769 professus et sacerdos iubilaris.

Edidit:

I. Preces familiares in usum quotidianum sacerdotis religiosi. Styrae, typis Gregorii Menhardt. 1752. 8°. 99 p. Libellus saepius reimpressus est, quia Lambertini hucusque eo utuntur.

II. Auserlęsene Andacht auf den Geburts- oder Namenstag eines jeden Menschen, bestehend in einer Tagzeit und Litanei. (i. e. Selecta pietatis exercitia in die natali et onomastico cuiusvis hominis.) Steyer, gedruckt bei Gregor Menhardt. 12°.

Muchar de Bied et Rangfeld Albertus (Admontensis), natus 22. Nov. 1786 in oppido Tirolensi Lienz patre, qui erat c. r. fundorum publicorum administrator, ibidem scholis inferioribus egregie absolutis Graecium in Stiria missus est in philosophia erudiendus; quae studia cum emensus esset maxima cum laude, Admontensi monasterio Benedictinorum exceptus a Gotthardo abbate, illustri litterarum fautore, anno 1808 die 16. Oct. professionem emisit sollemnem. Ubi cum theologicis disciplinis in primis linguis orientalibus praecipuam operam navabat, tum linguas recentiores Italicam, Franco-gallicam et Anglicam discebat. Presbyter ornatus 1. Oct. 1809 Deo omnipotenti primam obtulit hostiam. Pro acri, quo erat, litterarum fervore, non contentus scientia vulgari, Viennam ad Aridam, natione Maronitam, tunc temporis virum magna eruditione florentem, qui docebat linguam Arabicam, se contulit, ut reconditis litteris se imbueret. Anno 1812 suscepit et munus explanandi s. libros veteris foederis et docendi linguas orientales, 1813 bibliothecarius et archivarius factus; 1814—18 Graecos scriptores in philosophico instituto monasterii interpretabatur simulque parochiam Hallensem vicarius regebat ad 1823; per quos undecim annos ingentem membranarum, chronicorum, scriptorum multitudinem colligebat, perscrutabatur, excerpebat, qua materia uteretur illis libris historiarum Stiriae scribendis, quibus Ioannes, archidux Stiriae, ille Maecenas virorum doctorum, iam anno 1812 praemium proposuerat. Anno 1823 Graecium vocatus professor supplens librorum sacrorum veteris foederis; quo munere 1825 dimisso, in philosophica facultate philologiam et aestheticam, doctoris philosophiae dignitate auctus, docebat, decani atque rectoris universitatis Graecensis munere functus usque ad obitum 1849 6. Iun., febri nervosa correptus. Ille, cui tot tamque gravibus occupato publicis officiis, quidquam temporis reliqui fuisse, vix credideris, nihilominus munia omnia, quae sunt eius, qui est a secretis societatis historiae Stiriae, privatae rei, strenuus subibat neque deerat iis, qui consulentes eum adibant. Ipse cum Wartingero archivario auctor societatis historicae Stiriae constituendae est habendus, et consilio et re. Iam vero magnae eruditionis et acris ingenii plurima restant exempla in omnibus eius historiarum libris, qui testantur, eum omnibus artibus instructum fuisse, quibus perficiuntur opera, quae aetatem ferunt.

Prae ceteris, quicunque tractarunt res Stiriacas, propterea est longe optime meritus, quod fontes et investigavit et aperuit, et historicam criticam scribendam suscepit, quae materiam abunde praebet, cui confidere possis, ne multus fiam, fundamenta iecit omnibus de rebus Stiriacis scripturis. Minime vero putaveris illum virum, cuius magnam eruditionem, improbum laborem, indefessam assiduitatem mireris — tristem et difficilem senem fuisse — immo omnes, qui eum noverant et discipuli et cuiuscunque ordinis homines diligebant et plurimi aestimabant eius affabilitatem et comitatem. Merita Alberti non sine praemio remanserunt; imperator Albertum nummo aureo medio civili et aureo magno pro artibus et litteris insignivit et sodalem activum c. r. academiae scientiarum nominavit; societatibus uti oeconomicae in Stiria et Carniolia, historicae in Stiria et musei Francisco-Carolini, quod Lincii coaluerat, sodalis erat adscriptus. Grata societas historica Stiriae celeberrimo patriae historiographo monumentum in coenobio s. Petri Graecensi posuit. Sequuntur eius opera:

I. Das römische Norikum, oder Oesterreich, Steiermark, Salzburg, Kärnten und Krain unter den Römern. Unmittelbar aus den Quellen geschöpft. (i. e. Provincia „Noricum“ Romanorum.) Etiam sub titulo: Beiträge zur Geschichte des österr. Kaiserstaates. 2 Bde. Grätz, 1825 und 1826. Chr. Penz. 8°.

II. Die heiligen Weihen. (i. e. De s. ordinibus.) Nach dem beigefügten Urtexte des römischen Pontificalbuches übersetzt und mit vollständig erläuternden Anmerkungen begleitet, nebst einem Auszuge aus der Pastorallehre des heiligen Gregor des Grossen. Grätz, 1829. Damian und Sorge. 8°.

III. Das Thal und Warmbad Gastein nach allen Beziehungen und Merkwürdigkeiten, nach eigener Anschauung und aus den zuverlässigsten Quellen dargestellt für Aerzte, Körperkranke, Geschichtsforscher, Mineralogen, Metallurgen und Botaniker, und für Freunde der hochromantischen Alpennatur. (i. e. Vallis et aquae calidae Gastenii seu Augustae Antonii.) Mit 2 lithogr. Ansichten und 1 Karte. Grätz, 1834. Damian. 8°.

IV. Quinti Horatii Flacci opera lyrica annotatione e notis aliorum et suis perpetua, versione Germanica inserta et observationibus aestheticis illustravit . . . . Graecii, 1835. 8°.

V. Geschichte des Herzogthumes Steiermark. (i. e. Ducatus Stiriensis historia.) 8 Bde. Grätz, 1845—67. 8°. Primum, secundum, tertium et quartum volumen auctor ipse typis mandavit, quintum Engelbertus Prangner, sextum Ottocarus de Graefenstein, septimum et octavum vero societas historica Stiriae post obitum Alberti de Muchar.

VI. Urkunden-Regesten für die Geschichte Innerösterreichs vom Jahre 1312 bis zum Jahre 1500. (i. e. Regesta diplomatica Austriae interioris.) Archiv für Kunde öst. Geschichtsquellen. 1849.

VII. Ob der berühmte steiermärkische Minnesänger Ottocar von Horneck Mönch von Admont war? (i. e. Fueratne Ottocarus ab Horneck monachus Admontensis?) Hormayrs Archiv. 1817. No. 125 und 127. — Zur Geschichte der steirischen Reformationsunruhen. (i. e. Eventus bellicosi Stiriae tempore reformationis.) — Notizen über das Aufkommen der luther. Lehre im Enns-, Palten- und Liesingthale, aus zerstreuten Angaben der Archivschriften des Städtchens Rottenmann. (i. e. Quaedam de propagatione Lutherianismi.) Ibid. 1819. No. 109—148. — Tibers Fehde mit Marbod, dem Könige der Markomanen, und die grosse pannonische Empörung. (i. e. De seditione Pannonica.) Ibid. 1820. No. 99—129. — Die grosse römische Reichsgrenze an der Donau. (i. e. Limites imperii Romani ad Danubium.) Mit besonderer Hinsicht auf die norischen Landestheile. Ibid. 1821. No. 4—16. — Gebehard, Erzbischof von Salzburg, und die Gründung der steierm. Benedictinerabtei Admont. (i. e. Archiepiscopus Salisburgensis Gebehardus et fundatio

Admontensis.) Ibid. 1821. No. 75—104, 127. — Die uralte Felsenburg Strechau im obersteiermärkischen Paltenthale mit ihren Merkwürdigkeiten und historischen Erinnerungen. (i. e. De arce Strechoviensi.) Ibid. 1822. No. 74—77. — Admont, die Salzburger Erzfürsten, die hl. Gemma und ihr Geschlecht. (i. e. Ad historiam Admontensem notata varia.) Ibid. 1828. No. 15 et seq. — Engelbert, Abt zu Admont 1297—31. (i. e. De abbate Admontensi Engelberto.) Hormayrs Archivum, continuatum a Ridlerio 1832. No. 70—75.

VIII. Das altceltische Norikum oder Urgeschichte von Oesterreich, Steiermark, Salzburg, Kärnten und Krain. (i. e. De historia primaeva Austriae etc.) Steiermärk. Zeitschrift. Bd. 1—5. — Versuch einer Geschichte der slavischen Völkerschaften an der Donau, um die erste Einwanderung und Festsetzung in Kärnten und Krain zu bestimmen und zu erweisen. Von der Zeit des Kaisers Augustus bis in die Mitte des 7. Jahrhunderts n. Chr. Unmittelbar aus den lateinischen und griechischen Quellen gearbeitet. (i. e. De nationibus Slavicis ad Danubium historica disquisitio critica.) Ibid. Bd. 7. 8. 9. 10. — Würdigung zweier Reisebeschreibungen durch die Steiermark. (i. e. Dilucidatio itinerariorum per Styriam peractorum.) Ibid. Bd. 8. p. 27. — Die Gründung der Universität zu Grätz. (i. e. Universitatis Graecii fundatio.) Ibid. Nova series V. Bd. — Geschichte und innere Einrichtung der alten Universität und des Lyceums zu Grätz. (i. e. Eiusdem instituti ordo primaevus.) Ibid. II. Bd. — Die ältesten Erfindungen und frühesten Privilegien für industriellen Fleiss in Innerösterreich. (i. e. Historia inventionum etc.) Ibid. IV. Bd. — Der steiermärkische Eisenberg, vorzugsweise der Erzberg genannt, nebst einer Uebersicht über die Besitzstandswechsel der Eisenschmelzwerke in Vordernberg, wie derselbe aus den Urkunden des Vordernberger Archives erhoben worden ist. (i. e. De officinis ferrariis Vordernbergicis etc.) Ibid. V. Bd. — Privilegien von Grätz. (i. e. Privilegia Graecensia.) Ibid. VII. Bd. — Aeltere Institutionen in Grätz. (i. e. Institutiones primaevae.) Ibid. VIII. Bd. — Geschichte des steiermärk. Eisenwesens am Erzgebirge vom Jahre 1550—90. (i. e. Ferrariae Styrensis historia.) Ibid. VIII. Bd.

Manuscripta Alberti de Muchar, quae typis non sunt mandata, numerantur:

IX. Beitrag zur Geschichte der Steiermark. (i. e. Historica Styrensia.) Archiv. Ioannei Graecensis No. 2301.

X. Der religiöse Geist in den griechischen Tragikern. (i. e. Religiosa indoles tragicorum Graecorum.)

XI. Würdigung der Bücher Virgils vom Landbau. (i. e. Vergilii georgicon liber dilucidatus.)

XII. Uebersetzung und Erklärung einer Tragödie von Sophokles und Euripides. (i. e. Tragoediae Sophoclis et Euripidis translatio et obumbratio.)

XIII. Urkundliche Geschichte der uralten Stift Admont. Salinen zu Hall im Admontthale und zu Weissenbach bei St. Gallen. 1822. (i. e. Salinarum Admontensium primaeva historia.) Admonter Archiv. Handschrift des Verfassers.

XIV. Ueber die dem Stifte Admont pleno iure incorporirte Pfarre Inheing in W. B. (i. e. De parochia Inheingensi Admontensi mon. incorporata.) Admonter Archiv. LLL. 46.

XV. Vorlesungen über Aesthetik. (i. e. Praelectiones aesthetices.) 8 vol. Admonter Arch. Ji. 36.

Mück Ioannes Bapt. Antonius (Raigradiensis), Moravus Přeroviensis natus 1793 8. Ian. Absolutis in gymnasio Kremsiriensi cum eminenti profectu disciplinis humanioribus anno 1809 ordini scholarum piarum nomen dedit, et Gulielmus est vocatus. Qua talis post peractum Lipnicii novitiatus annum per triennium Nicolspurgi pueros qua professor trium classium grammaticalium edocuit. Absolutis interim annis 1812 et 1813 studiis philosophicis et 1814 theologiae quoque anni primi, proprio motu valedixit ob varia in curriculo hocce magistri fulmina fortunae cum testimonio, quod sive statutorum ordinis, sive scholarum exercitium spectes, parti-

bus suis plene omnino responderit. Tum Viennae in familiis illustribus per longum tempus paedagogum egit, privatim studio philologiae tali cum successu deditus, ut septem linguas adamussim loquendas et scribendas ediscerat, Latinam nempe, Graecam, Bohemicam (Slavicam), Germanicam, Gallicam, Anglicam et Italicam. Ob morbum corporis aeque ac spiritus inopinate sibi contractum ad penates Přerovienses reversus valetudinem per tempus curavit; vitae vero regularis desiderio ductus, supplex factus pro susceptione Raigradii anno 1831, benedictino habitu 8. Sept. huius ab abbate Augustino decoratur. Novitiatu sub magisterio P. Mauri prioris, sede abbatiali vacante, absoluto, Brunam ad studia theologica prosequenda mittitur, ubi cum P. Iacobo in residentia nostra habitavit. Quum resolutione aulica, qua examina eius e s. theologia anni primi in ordine scholarum piarum praestita invalida declararentur, ab ovo studium suum incipere debuit, quod cum praeclaro confecit profectu per decursum annorum 1833—36. S. professionem emisit 8. Sept. 1833 et 30. Iul. 1836 s. presbyteratus ordine insignitus est ab illustr. dom. episcopo Brunensi Franc. Antonio Gindel; tum primitias celebravit in ecclesia nostra monasteriali 14. Aug. in praesentia matris et consanguineorum. Ob morum gravitatem, religiositatem et linguarum variarum notitiam illico magister novitii Bedae Dudík instituitur. Anno 1838 P. Baptistae bibliotheca custodienda commissa fuit, quam 1843 28. Sept. P. Antonio Rücker a prof. Brunensi absoluto reliquit. Secretarius abbatis factus ac insuper in cura animarum laborans, affabilitate, modestia et doctrina omnimodam, tum novitiorum et confratrum, tum fidelium, quorum confessionibus audiendis vere paterno modo insudavit, sibi acquisivit aestimationem et amorem. Ast eheu! anno 1858 in crure dextero gravi vulnere ictus frustra medelam in nosocomio fratrum misericordiae Brunae quaesivit, quapropter 1859 initio Bohemiam ad medicum Pich Hořicii habitantem profectus est unde haud melioratus redux ad coenobium ad summum omnium dolorem apoplexia tactus 25. Nov. in lectulo suo repertus est mortuus et 28 ab abbate Gunthero sollemniter sepulturae traditus.

Opera manuscripta, quae P. Mück Raigradiensis reliquit postuma tum in archivo, tum in bibliotheca adservantur et sunt sequentia:

a) In archivo deposita:

I. Exercitia in lingua Gallica, Latina et Anglica diversis annis conscripta in 4 fasc. 4°, sine pag. sub C. s. 15. 1—4.

II. Additamenta ad grammaticam Italianam editam per M. Meidinger. Fasc. in 4°, sine pag. sub C. s. 15. No. 5.

III. Meditationes eiusdem. Fasc. in 4°, sine pag. sub D. g. 24.

b) In bibliotheca adservantur:

IV. Exercitationes poëticae. Ms. pap. in 4°. Fol. 147 sub Msn. 606. Sign. F/K. I. b. 5.

Mülleitner Ferdinandus (Gottvicensis), natus die 10. Oct. 1759 in Palt, villula ad radices montis Gottvicensis, et studiis inferioribus Gottvici, humanioribus et philosophicis Viennae absolutis, s. ordinis habitu die 22. Oct. 1780 indutus est et sollemnem professionem die 12. Oct. 1783 emisit. Disciplinis theologicis domi primum initiatus et in generali seminario absolutis die 1. Maii 1788 primum missae

sacrificium Deo obtulit. Catecheta ad scholam parochiae Gottvicensis, capellanus dein localis in Brunnkirchen et Ietzelsdorf constitutus ab anno 1797 munere subprioris et magistri novitiorum fungens, introductis studiis theologicis domesticis professoratum theologiae dogmaticae accepit, quem per 10 annos gerebat. 1805 prior simul constitutus etiam bibliothecam administravit. Ab abbate Altmanno administrator in Kottes et dein in Nalb constitutus est, ubi vir piissimus die 18. Sept. 1821 extremum diem clausit. Reliquit opus:

Biblia sacra quae tam in codicibus olim manu exaratis quam ab incunabulis typographiae usque ad nostra tempora edita bibliotheca Gottvicensis custodit. 1808. 1 tom. Ms. in bibl. Gottv. adserv. No. 964.

Müller Antonius (Mellicensis), natus Mellicii 9. Maii 1729 saeculum ignorans Deo se dicavit vota vovens 1. Nov. 1747. Philosophicis et theologicis excultus disciplinis, cum 28. Oct. 1753 calicem salutaris Altissimo obtulisset, se pro curandis animabus aptum reddidit, easque tum in Getsdorf, tum in Draiskirchen multis annis curavit. Domum reversus custos sacrae supellectili praefectus, religioso viro dignam vitam duxit, donec apoplexia correptus, die 13. Iun. 1772 hominem exueret.

Scripsit:

Der in seiner Demuth und Erhöhung grosse Iacobus Philippus Maria Bertoni, aus dem heilig und weltberühmten Orden der Diener unserer lieben Frauen, da die hohe Begängniss seiner Seeligsprechung den 2. Iul. 1762 in dem Kloster Schönbüchl, eben dieses heiligen Ordens bei zahlreicher Volksmenge feyerlich begangen wurde. (i. e. De beatificatione Iacobi Philippi Bertoni concio festivalis.) In einer Ehrenrede vorgestellt. Krembs, 1762, 4°, bei Ignatz Anton Präxl.

Müller Bonaventura (Břevnoveno-Braunensis). Natus Viennae Austriae die 12. Aug. 1745, novitius tirocinium Benedictinum Břevnovii subiit, et die 8. Nov. 1767 Braunae s. regulam professus est. Initiatus die 29. Iun. 1773 s. presbyteratus ordine suscepit officium magistri in gymnasio Braunae, et paulo post philosophiam et theologiam in instituto monasterii docere iussus est. Exactis hoc in munere pluribus annis subprioris Policii et dein prioris Břevnovii onus sustinuit. Ob praeclara in litteris ac tuenda disciplina monastica merita consiliarii consistorii archiepisc. Pragensis et eiusdem adsessoris obtinuit dignitatem. Senio tandem confectus Břevnovii placida morte exspiravit 10. Apr. 1830.

In lucem edidit:

I. Abhandlung einiger geoffenbarten Wahrheiten, die man itzt in Zweifel zieht. Zum Unterricht und Nutzen des gemeinen Mannes. (i. e. Apologia doctrinarum nonnullarum fidei catholicae popularis et opportuna.) Vol. unum. 8°. 112 p. Pragae, apud Franc. Gerzabek. 1798.

II. Widerlegung einer Schrift, worin ein sein sollender römisch-katholischer Pfarrer in Schlesien unternommen hat zu erweisen, dass weder die christliche Religion noch die römisch-katholische Kirche die allein seligmachende sei. (i. e. Redarguit sacerdotem apostatam negantem ecclesiam solam salvificam.) Vol. unum. 8°. 335 p. Pragae, apud Fr. Gerzabek. 1799.

III. Summula scitu necessariorum ad legitimam ecclesiasticorum ordinum susceptionem et munerum ecclesiasticorum. Vol. unum. 8°. 272 p. Pragae, in libraria Iosephi Krauss. 1822.

Müller Ferdinandus (Raigradiensis). Anno 1726 2. Febr. Olomucii honesta ex familia progenitus ac pie educatus, propriam inclinationem secutus ad studia altiora se accinxit. Perlustratis in-

feriorum classium scientiis, iuvenem undeviginti annorum in universitate Olomucensi invenimus, ubi studiis theologicis optimo cum successu finitis, anno 1748 ianuas monasterii nostri pulsat ad egregiae pietati suae apprime satisfaciendum. Susceptus a Matthaeo praep. primus in manus succedentis Aemiliani professionem emisit anno 1749 die 8. Sept. sub primo sacro pontificali novi infulati in sacello ecclesiae in honorem B. M. V. noviter erecto. Primitiis domi celebratis 3. Iun. 1753 concionator Germanicus efficitur, tum vi mandati regii Olomucium mittitur ad continuanda studia theologica linguamque sacram addiscendam, ibique multis palmam praeripuit. Ad finem anni sequentis 1756 domum reversus professorem theologiae egit, quam provinciam summo cum fervore et gaudio spirituali usque ad annum 1762 administravit. Bonaventura praepositus eundem absolutum a professura provisorem domus et granarium constituit 1762; ast vix biennio post morte praematura vir meritis plenus etiam ab hocce officio absolvitur. Profectus enim ad germanum suum parochum Schnobolinii morbo correptus est ibique supremum egit diem et per P. Fridericum priorem Raigradium devectus in crypta fratrum sepultus est 1765 25. Aug.

Theologiam docens, conscripsit Latine:

I. Tractatus theologico-dogmatici et morales. Msn. 513. Sign. F/K. II. b. 9—11. 3 fasc. in 4°, sine pag.

II. Fragmenta theologiae dogmaticae et moralis. Msn. 514. Sign. B/K. II. b. 12, in div. plag. in 4°.

III. Universa theologia scholastico-dogmatica et moralis. Msn. 512. Sign. F/K. II. b. 2—8, in 7 fasc. sine pag. in 4°.

Quae omnia inter ms. bibliothecae nostrae recondita adservamus.

Typis vero prodierunt ex eius praelectionibus:

Assertiones theologico-canonico morales de conscientia, iure obiectivo et directivo et de restitutione, quas in antiquissimo, libero et exempto monasterio ss. Petri et Pauli Raigradiensi ordinis s. Benedicti anno 1760 mense Aprili die 14 horis ante- et postmeridianis propugnandas suscepit r. p. Antonius Klappitz eiusdem monasterii professus. Brunae, typis Emanuelis Svoboda, priv. typograph. 1760. 4 Fol. in fol. sub Bn. 2754. B. 11. f. 37 in nostra bibl.

Ipse vero Müller noster proprio Marte edidit:

„Propositiones scholastico-dogmaticae de Deo uno et trino, nec non de iure, iustitia et lege, — quas in alma caesarea, regia ac episcopali universitate Olomucensi societatis Iesu professoribus reverendo ac eximio patre P. Thaddaeo Polansky theologiae doctore, eiusdemque seniore ac professore regio publico et ordinario et reverendo ac eximio patre P. Francisco Werner s. theologiae doctore eiusdemque professore regio publico ac ordinario, coram directore caesareo-regio spectabili decano et inclita facultate theologica pro prima theologiae laurea publice propugnandas suscepit rev. ac relig. dom. Ferdinandus Müller moravus Olomucensis sacerrimi ac antiquissimi ordinis s. Benedicti liberi et exempti monasterii Raigradiensis professus, sacro-sanctae theologiae in annum III. auditor, cum licentia ordinarii“ — sic titulus. Olomucii charactere Franc. Antonii Hirnle privilegiati typographi 1752. 4 fol. in 4°, in nostra bibl. sub Bn. 13698. Sign. B. II. f. 37.

Mueller Sebastianus (Murensis), ortum habuit Lucernae die 19. Sept. 1732, votis se Deo consecravit die 21. Ian. 1753 et sacerdos inauguratus est die 18. Dec. 1756. De ipso in Annal. dicitur: „Vir in iuridicis prudens, professor diligens, theologus resolutus, oeconomus qualiscumque

in Muris et Eppishausen, sed imprimis cancellariae director egregius.“ Tempore revolutionis Gallicae, dum aberat abbas, praecipue 1798—1802, ipse maxime monasterium defendit, ne ab hostibus opprimeretur. Decessit ex hac vita die 7. Apr. 1807.

Plura remanent manuscripta, quae digna sunt, ut commemorentur:

I. Hundert Fragen an den Verfasser der Broschüre: „Reflexionen eines Schweizers über die Frage: ob es der katholischen Eidgenossenschaft nicht zuträglich wäre, die regularen Orden gänzlich aufzuheben oder wenigstens einzuschränken“. Auctor respondet magna cum eruditione historice et apologetice, in fol. 319 p. In archiv. Muro-Gries. G. II. I.

II. Beweise für Muri's Siegelrecht in Bosvil, und Muri's Rechte in Eppishausen. (i. e. De iure signatorio etc.) Auszüge aus Archiven. Ibid.

III. Ob die Schweizerischen Benedictiner das Recht haben, bischöfliche casus reservati zu absolviren. (i. e. De iure Benedictinorum Helvetiae quoad casus reservatos episcopales.) Respondet negative. Ibid. IV. I.

IV. Diarium in fol. et 4°. 1751 seqq. Itinerarium ad monasteria Fischingen, St. Gallen und Rorschach. Ibid. F. II.

V. Biographische Bemerkungen über Fürstabt Fridolin Kopp. (i. e. Notata biographica de abbate principe Fridolino.) Ibid. A. I. III.

Muradian Thaddaeus (Mechitharista), Constantinopoli die 24. Apr. 1807 natus, Viennae in Aust. habitu s. die 21. Sept. 1823 indutus, die 3. Iun. 1825 vota emisit, et die 22. Dec. 1829 consecratus est presbyter. In monasterio docuit per aliquot annos historiam ecclesiasticam. Anno 1835 missus est munere missionarii apostolici Constantinopolim.

Opera eius typis edita:

I. Ս. Կիւրղի Երուսաղէմացւոյ ընծայաբերեան, i. e. Scti. Cyrilli archiepiscopi Hierosolymorum (octodecim) catecheses (κατηχήσεις) ad illuminandos (φωτιζομένους). Viennae, typis Mechith. 1832.

Versio huius operis celeberrimi ex Graeco textu in linguam Palaeo-armenam classicam facta est saeculo V. (quod merito Armenae litteraturae aureum saeculum vocatur). Huius versionis copia rarissima, anno 1277 manu scripta, adservatur in bibliotheca Mechitharistarum Viennae sub no. 42. I. seriae inter ceteros veteres codices Armeniacos manuscriptos. Ex hac copia authentica paravit P. Th. Muradian editionem sine ulla mutatione (exceptis perpaucis orthographiae mendis), diligenter tamen adhibitis notis criticis. Eidem praefixit prooemium, in quo non solum de sublimi genere sermonis Armeniaci in hac versione usitato agit, sed etiam adfirmat se hanc versionem singulari cautione et cura cum textu Graeco contulisse. Locos autem aliquanto variantes, inter textum et versionem occurrentes, indicavit ad calcem singularum Homiliarum*).

II. Ճառ ի յուղարկաւ. Յակ. Տիւզ, i. e. Oratio funebris (in lingua Neo-armena) publice pronunciata in ecclesia cathedrali arm. cath. Constantinopoli in ipso funebri die Iacobi Düz, primi inter optimates Armenos cathol. in Turcarum imperio. Viennae, typis Mechith. 1847.

Nagenzaun Albertus (a s. Petro Salisburgi), natus Salisburgi 14. Nov. 1777, novitius 24. Oct. 1795, monachus professus 21. Nov. 1798, neomysta 22. Mart.

*) Թուղթ Ս. Կիւրղի Երուսաղէմացւոյ առ Կոստանդիոս արքայ՝ վասն երեւելոյ նշանի սուրբ խաչին յերկինից, i. e. Eiusdem s. Cyrilli Hierosolymorum archiepiscopi epistola ad Constantium imperatorem: De signo crucis Hierosolymis viso, quod in caelis apparuit. Huius epistolae versio ex Graeco in Palaeo-armenum sermonem classicum facta est saec. V. Ex manuscripto codice eamdem typis suis ediderunt Mechitharistae Viennae. 1839.

1801, absolutis theologicis et iuridicis pro ulteriori cultura in linguis orientalibus et artibus ingenuis Romam missus est. Post biennium redux 19. Nov. 1808 doctor s. theologiae creatus, in univ. Salisb. linguas orientales docuit usque ad annum 1811, quo, suppressa universitate, curam animarum in parochia Dornbach suscepit, e qua ad abbatiam s. Petri a confratribus vocatus est 15. Dec. 1818. Obiit 29. Sept. 1856, bis iubilaeus. Scripsit:

I. Ueber die Bekehrungsgeschichte des hl. Apostels Paulus auch ein Wort. (i. e. De conversione s. Pauli quaedam.) Impressum in „Salzburger gelehrte Unterhaltungen". Fasc. II. p. 13—46.

II. Ueber den Einfluss der bösen Geister auf den Menschen überhaupt und über die Dämonischen oder Teufelsbesitzungen, wovon in den Schriften des neuen Testaments öfter Meldung geschieht, insbesondere. (i. e. De obsessione et daemoniacis.) Ibid. Fasc. III. p. 26—65.

III. Reisetagebuch in Italien 1804—6. (i. e. Itinerarium Italicum.) Ms. 4°. 400 p. Arch. XCV.

IV. Repertorium archivi Sanpetrensis. Ms. 5 tomi in fol.

Nagenzaun Michael (a s. Petro Salisburgi), natus Salisburgi 19. Mart. 1789, novitius 25. Oct. 1806, monachus professus 19. Mart. 1810, neomysta 22. Dec. 1811, studiis theologicis absolutis variis officiis applicatus est, uti inspectoris chori figurati, capellani in Nonnberg, professoris gymnasii Salisburgensis, vicarii parochiarum Wietingae in Carinthia et in Dornbach, ubi obiit 9. Sept. 1860, professione iubilaeus.

Sequuntur eius opera:

I. Predigt am Einweihungstage der Liebfrauenkirche in Mühldorf, den 19. Nov. 1815, nebst einer Cantate. (i. e. Sermo habitus in benedictione ecclesiae etc.) Salzburg, Zaunrith. 1815. 8°. 26 p.

II. Predigt für das Fest des heil. Leopold. (i. e. Sermo in hon. s. Leopoldi.) Wien, 1841. 8°.

Praeterea composuit:

I. Tantum ergo in G-dur, a 4 vocibus et organo non obligato. 1810. Ms.

II. Tantum ergo in Es-dur, a 4 voc. organo ac violon. et 2 cornibus. 1810. Ms.

III. Tantum ergo in C-dur, a 4 voc. organo, violon. cum 2 violin. clarino, cornu et tympanis. 1811. Ms.

IV. Cum appropinquaret Dominus. Antiph. ad processionem in dom. Palmarum, a 4 voc. in duplo. 1816. Ms.

V. Pange lingua, in C-dur, a 4 voc. 1816. Ms.

VI. Libera in B-dur, a 4 voc. organo et 3 trombon. 1816. Ms.

VII. Ps. Miserere in Es-dur, a 4 voc. et 3 trombon. Ms.

VIII. Missa de Requiem in G-moll, a 4 voci, 2 violini, 2 viole, 2 corni con organo e violone, 3 tromboni. 1816. Ms.

IX. Missa in C-dur, a 4 vocí in pieno, 2 violini, 2 oboe, 2 clarini, tympani, violone, organo e violoncello. Ms.

X. Ad processionem in commemoratione oo. ff. dd. (4 responsoria) a 4 voci in triplo et 3 tromboni. Ms.

Nagl Willibaldus Ioannes (Scotensis), in Natschbach in Austriae inferioris vico natus die 11. Maii 1856, cum gymnasii studia apud p. p. Cistercienses Neostadii egregio cum profectu absolvisset, in monasterio B. M. V. ad Scotos Viennae die 14. Sept. 1875 indutus, hucusque theologicis studiis incumbit.

Typis edidit:

I. Dă Roănăd, eine Uebersetzung von Goethes Reineke Fuchs in die niederösterreichische Mundart unter Berücksichtigung der ältesten deutschen Texte. I. Theil. Probestück und Grammatik. (i. e. Fabulae de vulpeculâ Reinike Goethianae versio in vernaculam Austriacam, conlatis textibus anti-

quioribus. Pars I. continens versionis specimen cum largis grammatices explanationibus.) 1 vol. 8°. Viennae, 1880, typis et sumptibus filii Gerold.

Manuscriptum ipse auctor adservat, typis mox mandandum:

II. Die Grabdenkmäler des Stiftes Schotten und der niederösterreichische Dialect. Ein Beitrag zur Geschichte der Mundart. (i. e. Superior vernaculae Austriacae status ex monumentis monasterii B. M. V. ad Scotos Viennae expositus.)

Nagy Norbertus Stephanus (de s. Monte Pannoniae), Papae com. Veszprém. in Hungaria die 27. Dec. 1838 natus, s. habitu die 8. Sept. 1854 indutus, vota sollemnia die 29. Maii 1860 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 24. Mart. 1862 presbyter ordinatus est, ex quo tempore Papae officio professoris gymn. functus, ibidem die 17. Febr. 1865 pie in Domino obdormivit. Scripsit:

Aeneas Silvius V. László Királyhoz irt: „De educatione liberorum“ czimű munkájából. (i. e. Quaedam ex libro Aeneae Silvii ad Ladislaum V., qui inscribitur „de educ.“) In script. period. „Tanodai lapok“ 1858. Num. 45—50.

Navrátil Ioannes Sarcander Franciscus (Raigradiensis), 5. Ian. anno 1840 Grygovii prope Olomucium in Moravia natus, studiis gymnasialibus 1853 Olomucii coeptis Brunaeque finitis habitu Benedictino in monasterio Raigradiensi indutus est 20. Aug. 1860 per abbatem Guntherum. Elapso tirocinii anno duce P. Bernardo s. theologiae primo anno Brunae ceteris vero tribus annis privatim in monasterio operam navavit. 21. Mart. 1866 sollemnem emisit professionem et 3. Iun. huius in coenobio nostro per Viennensem nuntium apostolicum (postea cardinalem) Marianum Falcinelli presbyter est ordinatus. Tunc ad tempus modo subsidiario curae animarum operam navavit, anno 1867 cellarius, 1869 regens chori constitutus, munus hocce posterius, priori iam post biennium abdicato, adhuc cum officio magistri novitiorum sedulo coniungit, et insuper infirma licet plerumque valetudine, cui medendi causa iterato balnea visitare coactus fuit, diligenti calamo variis edendis opusculis oratione tum soluta tum ligata edendis insudat, uti syllabus sequens declarat:

a) Idiomate Bohemico seu Slavico:

I. Konvalinky. (i. e. Convallaria.) Volumen poeticum. Brunae, 1872, typis V. Burkart. 147 p. 8°. In nostra bibl. sub Bn. 24765. Sign. XIII.

II. Bílá sobota. (i. e. Sabbatum sanctum.) Tragoedia. Brunae, 1873, typis Guil. Burkart. 23 p. 8°. In nostra bibl. sub Bn. 14378. Sign. XIII.

III. Život svatého Antonia Paduanského, excellenci P. Antoniu Arnoštovi, biskupu Brn. věnováno. (i. e. Vita s. Antonii de Padua dedicata episc. Brunensi.) Brunae, typis I. Šnaidr. 1868. 15 p. 8°. Apud nos sub Bn. 23948. XIII.

IV. Český Achill Břetislav. (i. e. Achilles bohemicus Břetislaus. Poema.) 8°. 4 fol. Brunae, typis editum s. anno (ex ephemeride „Hlas“ 1873).

b) Ex idiomate Italico transtulit in Bohemicum sequentes narrationes, quae bibliothecae amoenae fuere insertae:

V. Vestálka, historická povídka z prvního století křesťanstva. (i. e. Vestalis, narratio historica primi saeculi p. Chr.) Brunae, typis Guil. Burkart. 1870. 302 p. 8°. In nostra bibl. sub Bn. 24326. Sign. XIII.

VI. Lodník tiberský. (i. e. Nauta in Tiberi.) Narratio historica ab Ant. Klitsche de la Grange edita. Brunae, typis Guil. Burkart anno 1870. 8°. 219 p. In nostra bibl. sub Bn. 24491.

VII. Poslední dnové Ierusalema. (i. e. Dies postremi Hierosolymorum.) Brunae, Guil. Burkart. 1875. 8°. 183 p. Apud nos sub Bn. 26747 a.

VIII. Kletba. (i. e. Execratio.) Brunae ut supra. 1875. 8°. 166 p. Apud nos sub Bn. 26747 b.

IX. Dvě srdečka. (i. e. Duo corda.) Brunae ut supra. 1877. 1618 p. Apud nos sub Bn. 29047.

X. Octavia. Brunae ibid. 1879. 154 p. 8°. Apud nos sub Bn. 29633.

c) Ex lingua Germanica in Slavicam transtulit opus:

Iob novus. Zábav. biblioth. op. 59. a. 1880.

d) Lingua Latina conscripsit varia poemata, imprimis:

I. NobILI nostrae TrIaDI per asCensVM aLtarIs ConIVbILantI (ad secunditias trium fratrum Raigradiensium Aloisii Škárka, Ignatii Šefčík et Augustini Gazda) in festo s. Rosarii pridie nonas Octobris 1867. Brunae, typis A. Šnaidr. 1867. 6 fol. in fol. Apud nos sub Bn. 23674.

II. Concentus Musarum Raigradii dominica Palmarum, nonis Aprilis 1868 in honorem m. rev. venerabilis ac doctiss. Patris Gregorii Volný etc. Brunae, typis I. Šnaidr. 1868. 10 fol. in fol. Apud nos sub Bn. 23939.

e) Manuscripta eius prelum exspectantia sequentes sunt translationes:

I. Thomae a Kempis, soliloquium animae, in idioma Slavicum.

II. Eiusdem hortulus rosarum et vallis liliorum, in idem idioma.

Insuper conscripsit ad millenarium ordinis nostri „Život sv. Benedikta“ (i. e. Vitam s. P. N. Benedicti), quod ceu op. 60 „Záb. bibl.“ editum 1880 est et in plures ephemerides idiomatis Slavici contulit.

Neidlinger Hermannus (Mellicensis), natus fuit Viennae 16. Febr. 1786 et habitu religioso indutus 1. Ian. 1806. Sollemnem professionem emisit 5. Febr. 1809, et sacerdos factus primam Deo hostiam obtulit 8. Oct. 1809. Fit deinde cooperator in parochiis Leobersdorf et Wullersdorf usque ad annum 1811, quo professor syntaxeos in gymnasio Mellicensi vocatus est. Anno 1817 vocatur director clericorum Mellicensium, qui in seminario episcopali doctrinis theologicis imbuebantur. Anno 1822 in vineam domini missus curam animarum variis in locis, quamdiu per vires licuit, gessit. Quibus fere exhaustis die 26. Aug. 1862 domum rediit et 25. Dec. 1864 placida morte exspiravit. Scripsit:

I. Proben von den Leakeschen fünf Classen des Schrift-Neugriechischen. (i. e. Exempla quaedam de quinque classibus idiomatis Neo-Graecensis.) Göttingen, bei Christian Herbst. 1816. 8°.

II. Ideen über unsere Erasmische Aussprache des Altgriechischen. (i. e. De nostra Vetero-Graecae linguae elocutione.) Wien, bei Phil. Jos. Schalbacher. 1818. 8°.

Németh Guilelmus Michael (de s. Monte Pannoniae), in s. Martino com. Iaurin. in Hungaria die 25. Sept. 1843 natus, die 8. Sept. 1861 s. habitu indutus, vota sollemnia die 14. Apr. 1868 emisit, et absolutis in s. monte s. theologiae studiis eodem anno die 1. Aug. presbyter ordinatus est. 1868—72 professor gymn. Papae, 1872—79 Comaromii, ex eo officio directoris gymn. ibidem fungitur. Scripsit:

I. A Pannonhalmára alapított sz. Ben. r. főapátsági székesegyház ujjászületésének emlékére. (i. e. Carmen eleg. occasione consecrationis ecclesiae cathedr. archiabbatialis.) 1876. 2°. 3 p.

II. Európa politikai és társadalmi állapota a 18. században. (i. e. De politica et sociali Europae conditione saeculo XVIII.) In progr. gymn. Comarom. 1877/8. 8°. p. 3—24.

Nesper Ernestus (Břevnoveno-Braunensis), Lipae Bohemiae die 9. Ian. 1847 natus vota sollemnia Břevnovii pronuntiavit die 5. Dec. 1869. Sacerdos 1870 die 10. Iul. ordinatus studiis philologicis in univ. Pragensi absolutis iniit munus docendi in gymnasio Braunensi.

Scripsit de arte Graecorum poetica: Umriss der Elegie und jambischen Poesie der Griechen. Habetur in litteris gymnasii Braunensis anno 1877 promulgatis.

Nestlehner Alfonsus (Seitenstadiensis), Austriacus Ansfeldensis, natus die 7. Oct. 1849, absolutis in gymnasio Seitenstadiensi studiis die 11. Sept. 1870 sacrum induit s. P. Benedicti habitum. Emissis die 14. Sept. 1874 votis sollemnibus absolutisque in seminario dioeceseos San-Hippolytanae episcopali s. theologiae studiis die 18. Iul. 1875 ordinis accepit sacramentum. Professor supplens denominatus in c. r. gymnasio Seitenstadiensi docet linguam Latinam.

Scripsit:

I. Liebesklagen. (i. e. Quarimoniae Dei amantis.) In „Vocibus s. Benedicti Lambacensibus", cont.

II. Es ist Pflicht, den armen Seelen zu Hilfe zu kommen. (i. e. Nostrum esse animis defunctis subvenire ostenditur.) Ibid.

III. Der heil. Alfonsus M. von Ligorio. (i. e. S. Alfonsus M. de Ligorio.) Ibid.

IV. Das Sacrament der Liebe. (i. e. De sacramento, quod est signum amoris divini.) Ibid.

V. Die heil. Engel und das allerheil. Sacrament. (i. e. De s. angelis et de s. sacramento.) Ibidem.

VI. Es klopft. (i. e. Pulsatur ostium.) Ibid.

VII. Brosamen für die armen Seelen. (i. e. Panis reliquias distribuamus animis defunctis.) Ibidem.

VIII. Emmaus. Ibid.

IX. Von der Besuchung des Allerheiligsten. (i. e. De causis, quae s. sacramentum visitare nos impellere debeant.) Ibid.

X. Leide für die armen Seelen! (i. e. Patiaris dolores pro animis defunctis!) Ibid.

XI. Liebeswerke für die armen Seelen. Vier Forderungen. (i. e. De bonis operibus pro animis defunctis amore faciendis quid petatur.) Ibid.

Neugart Trudpertus (San-Blasianus, postea San-Paulanus). Natus est in Villingen in magno ducatu Badensi die 23. Febr. 1742; s. habitu indutus in divo Blasio; sollemniter professus die 23. Nov. 1759; sacerdotio initiatus die 1. Iun. 1765. Scientiis philosophicis et theologicis ad s. Blasium sub egregiis professoribus Martino Gerbert, Fintano Linder et Francisco Kreutter egregie excultus, in linguis orientalibus praecipuam operam posuit; unde iam anno 1767 ipsi in univ. Friburgensi cathedra studii biblici et linguarum orientalium demandata est, quam multa fide et sollertia tenens, laurea s. theologiae doctoris ornatus est. Anno 1771 ad s. Blasium revocatus, iunioribus confratribus principia theologiae explicuit, eorum mentes illustrans et animos ad divina movens, simul viam ostendens, qua suo Marte in litteris proficerent. Ab anno 1779 parochiae in Gurtweil, dein illi in Neggenschwiel bonus pastor praeerat. Anno 1783 in divo Blasio praefectus est archivo, et ab anno 1787 decanus s. Blasii, isque inspector multarum parochiarum divo Blasio adscriptarum functus est. Ab anno 1791 praeposito feudali in Bonndorf adiunctus erat. Princeps abbas Martinus Gerbert de Germania sacra edenda coeptum effecturus, et P. Trudpertum sodalem esse voluit, eique episcopatum Constantiensem adornandum commisit. Collectanea in archivo s. Blasii facta auxit et ampliavit illis, quae in archivis abbatiarum in Germania et Helvetia collegit; et iam 1791 primum fructum laboris, fundamentum operis, codicem diplomaticum Allemanniae et Burgundiae transiuranae emisit. Defuncto abbati Martino successit anno 1793 Mauritius, qui P. Trudpertum

revocans sui vices gerentem constituit, qualis quidem, saeviente illo bello Gallico ter funesto, in fugitivi tunc temporis abbatis Mauritii absentia, multa et gravia passus est, illius loco, nomine et vice anno 1800 qua obses Argentoratum abductus, ibidemque per duos circiter menses est detentus. Princeps abbas Mauritius anno 1801 ad s. Blasium redux, virum hunc tantopere de monasterio meritum honoraturus, praepositum in Krotzingen, loco iucunde et saluberrime sito, instituit; ubi omne tempus a negotiis liberum elucubrandae historiae Constantiensi impendit. Post fatalem monasterii solutionem emigrans, principis abbatis Bertholdi Rottler delegatus anno 1807 coram imperatore Austriae Francisco I. transegit de traditione collegii hospitalensis, posthac monasterii s. Pauli in Carinthia; et vix ibi San-Blasiani stabilem sedem fixerant, pro iunioribus confratribus theologiae professorem egit venerandus senex, constitutus simul camerarius, vice-director gymnasii San-Paulani, et intimus princ. abbatis consiliarius. Sed et hic a consueto labore manum non dimisit; antiquitati praeprimis Carinthiae explorandae et scriptis historicis componendis penitus se dedidit, quorum quaepiam typis impressa, alia manu scripta adservantur. Anno 1815 iubilaeum sacerdotale celebravit in ecclesia s. Pauli cum summo gaudio et intima congratulatione omnium confratrum ac plurimorum amicorum. Imperatori Francisco I. de gloriosis victoriis reportatis laetitiam suam testificaturus, et pro novo domicilio, quod filiis s. Blasii ad s. Paulum constituerat, grates quantascumque relaturus, scripsit anno 1816 opusculum gravissimi momenti exhibens maiores maternos Rudolphi I. r. r. in Gottfrido duce Alemaniae, proavo Hildegardae coniugis Caroli M. subsistentes: imperatori dedicatum et summa observantia traditum. Aetate iam gravis et decrescentibus in dies corporis viribus, ab anno 1818 semetipsum, quantum fieri poterat, ab hominum consortio segregans, ac spontaneus quasi reclusus, in cella sua solitariam, nunquam tamen otiosam per 7 annos agebat vitam, continuae intentus lectioni, meditationi atque ad mortem praeparationi, donec die 15. Dec. 1825 tactus apoplexia ad Deum redierit. — Vir iste venerandus erat fidelissimus s. Benedicti filius, sanctus sacerdos, quem viventem comitabatur et morientem sequebatur confratrum et omnium, quicumque eum noverant, amor et summa veneratio.

Sequuntur eius opera, partim typis impressa, partim manu scripta:

I. Beschreibung der feierlichen Uebersetzung einiger Gebeine des heil. Pirminus. (i. e. Translationis reliquiarum s. Pirmini descriptio.) S. Blasien, 1777.

II. Doctrina de sacramento poenitentiae recte administrando. Typ. S.-Blasianis MDCCLXXVIII. 470 p. (Ein Quartant.)

III. Spicilegium precum quotidianarum ad usum sacerdotum. Typis San-Blasianis, 1787. 12°.

IV. Codex diplomaticus Alemanniae et Burgundiae transiuranae intra fines dioecesis Constantiensis. Tomus I. typis San-Blasianis, 1791. 652 p. Tomus II. typis San-Blasianis, 1795. p. 562. 136. (Zwei Quartanten.)

V. Episcopatus Constantiensis Alemannicus sub metropoli Moguntina cum Vindonissensi, cui successit, in Burgundia transiurana provinciae Vesontinae olim fundato, chronologice et diplomatice illustratus. Partis I. tomus 1. typis s. Blasii, 1803. p. 552. 27. Partis II. tomus 2. Friburgi Brisgoviae. Sumptibus Herder, MDCCCLII. 814 p. (Zwei Quartanten.)

VI. Historia monasterii ord. s. Benedicti ad s. Paulum in valle inferioris Carinthiae Lavantina. Pars I. De fundatoribus huius monasterii eorumque posteris. Clagenfurti, typis Ioannis Leon. 1848. 109 p. 8°. — Pars II. Series abbatum. Clagenfurti, typis Ioannis Leon. 1854. 128 p. 8°.

VII. Libellus maiores maternos Rudolphi I. r. r. in Gottfrido duce Alemanniae, proavo Hildegardae coniugis Caroli M. subsistentes exhibens. Clagenfurti, typis Ioannis Leon, MDCCCL. XXII p. Folio.

VIII. Codex traditionum. Fundatorum, fundationum benefactorumque monasterii s. Pauli liber. Conscriptus circa annum Domini MCCX. Auctore Udalrico abbate s. Pauli huius nominis primo. Renovatus anno Domini MDCXXII. Notis illustratus a Trudperto Neugart. Manuscript. Folio. Continet 57 folia; adservatur in archivo San-Paulano. — Codicem hunc manuscriptum Beda Schroll multis notis illustratum imprimi fecit typis in opere, quod edidit sub titulo: Urkundenbuch des Stiftes S. Paul in Kärnten. Pertingit a p. 1—76. — Evulgatum in opere maiori, quod est inscriptum: Fontes rerum Austriacarum. Oesterreichische Geschichtsquellen. Herausgegeben von der historischen Commission der kaiserlichen Academie der Wissenschaften in Wien. Zweite Abtheilung. Diplomata et acta. XXXIX. Band. Wien, 1876. In Commission bei Carl Gerolds Sohn, Buchhändler der kais. Academie der Wissenschaften. 8°.

IX. Episcopatus Lavantinus in Carinthia inferiore. Manuscript. Folio. Continet 208 folia; adservatum in archivo San-Paulano. — Huius operis particula, in linguam Germanicam versa, sub titulo: Das Chorherrnstift Eberndorf, typis expressa in Archiv für vaterländische Geschichte und Topographie. Herausgegeben von dem historischen Verein für Kärnten. I. Jahrg. p. 97—120. Klagenfurt, bei Johann Leon. 1849. 8°.

X. Specimen lexici topographico-genealogici interioris Austriae, celeberrimo Ioanneo Graecensi dicatum. Manuscript. Folio. Continet 33 fol.; adservatur in archivo San-Paulano.

XI. Quaestio duplex de duobus Udalricis marchionibus Austriae, qui saeculis XI. et XII. exstitere, explicata. Manuscript. Folio. Continet 6 folia; adservatur in archivo San-Paulano.

XII. Diplomatarium episcopatus Herbipolitani. Manuscript. in folio, continet 186 folia; adservatur in archivo San-Paulano No. 240.

XIII. Collectanea ad historiam episcopatus Lausinensis. 5 volumina in folio. Manuscript. I. volumen continet folia 266; II. fol. 387; III. fol. 347; IV. fol. 400; V. fol. 207; adservatur in archivo San-Paulano No. 241.

XIV. Collectanea ad historiam episcopatus Paderbornensis. Manuscript. in folio, continet folia 404; adservatur in archivo San-Paulano No. 242.

XV. Annales episcopatus Wurceburgensis. Manuscript. in folio; continet folia 170, adservatur in archivo San-Paulano No. 246.

XVI. Diplomata Wimariensia. 2 volumina in folio, adservatur in archivo San-Paulano No. 247.

XVII. Auszüge aus Gregor Mangolds Chronik. (i. e. Chronici Gregorii Mangold extractus.) Manuscript. in folio, continet paginas 310, adservatur in archivo San-Paulano No. 276.

Neumayr Adalbertus (Scotensis), Gansdorf in Austria die 10. Apr. 1719 natus, s. P. n. Benedicti habitu sacrato indutus est anno 1740. Votis vero sollemnibus die 28. Oct. 1741 nuncupatis, primum neomysta ad altare Dei stetit die 14. Apr. 1843. Inprimis philosophiam docuit in monasterio deindeque per plures annos strenuum ibidem theologiae egit professorem. Haud vero ita multo post archivarius et secretarius a Bennone abbate electus est, cui ferventem et in omnibus fere rebus versatissimum adiutorem se praestitit. Cui officio viribus fractus accedente apoplexia immortuus est in monasterio anno aetatis suae fere 68 die 30 Ian. 1787.

Quae manuscripta ab eo restant, pertinent partim ad s. theologiam partim ad archivarii, quod gessit, munus. Archivarius

enim P. Adalbertus indefessam operam navabat colligendis tabulis fundationum, quaecunque asceterium B. M. V. ad Scotos Viennae nec non parochias ei adiunctas spectabant. Scripsit:

I. Tractatus, quo veritas religionis christianae contra quoslibet eius impugnatores vindicatur, p. 1—120. Septem deinde alia opuscula idem volumen complectitur: Op. 1. Complectens quaestiones de Deo uno, p. 121—227. Op. 2. Tractatus de angelis in nucleum redactus, p. 227—251. Op. 3. Parerga scripturistica ad tract. de angelis, p. 252—267. Op. 4. Parerga dogmatica de resurrectione carnis ad tract. de beatitudine, p. 268—291. Op. 5. Parerga de lege positiva divina, p. 292—315. Op. 6. Assertiones theologicae de regulis fidei, p. 316—336. Op. 7. Propositiones de incarnationis mysterio, p. 337—393. Omnia in 1 vol. 4°. integum. scort. ads. in biblioth. monast. 51. g. 3.

II. Tabularium Scotense. Continet cunctas inde ab anno 1209 usque ad annum 1782 exstantes litteras fundatorias monast. B. M. V. ad Scotos Viennae. Adserv. in archivo monast. ad Scotos.

Neundorfer Ioannes (Scotensis), Viennae in Austria natus est die 4. Oct. 1732. S. P. nostri Benedicti habitu cum indutus esset 1751, vota sollemnia emisit die 15. Nov. 1752. Paulo post primitias celebratas die 1. Ian. 1756 cooperatorem egit in suburbano Gumpendorf, deindeque ad s. Udalricum; unde in monasterium redux concionator festivalis et curatus ibidem est factus 1761—65, ex quo curatus evasit parochiae in suburbio Alsergrund 1765—66. Cum deinde concionator matutinus et quadragesimalis ad s. Udalricum, iterumque curatus in monasterio fuisset, 1770 per aliquot menses parochi in domo pauperum officio functus, parochiam tandem suscepit in Gumpendorf, quam egregie administravit usque ad annum 1788. Tum vero cum ob pedum infirmitatem munus sibi demandatum explere non posset, in monasterium reversus est ibidemque viribus fractis Deo sibique per aliquot tempus vivens, apoplexia tactus, omnibus tamen morientium sacramentis provisus obiit die 16. Mart. anni 1790, annos natus 57.

Typis edidit:

Lobrede auf den seligen Simon de Roxas. (i. e. Oratio panegyrica in beatum Simeonem habita.) Vorgetragen den 8. Iuni 1767. 1 vol. 8°. Viennae, 1767, typis Leop. Ioann. Kaliwoda.

Nitzelberger Alfredus Aloisius (Scotensis), Viennae in Austria vitae lumen adiit die 25. Febr. 1836. Gymnasii studia cum partim in gymnasio academico partim ad Benedictino-Scotenses Viennae coluisset, ibidem s. habitu indutus est die 21. Sept. 1854. Probationis tempore elapso, cum vota sollemnia ritu die 29. Sept. 1857 nuncupasset intereaque theologiae in univ. Vindob. cursum consummasset, die 26. Iul. 1859 sacerdotio initiatus Deo primam incruentam hostiam obtulit die 31. Iuli eiusdem anni. Statim deinde ad docendi in c. r. gymnasio ad Scotos munus est destinatus. Tentaminibus publicis die 8. Oct. 1864 pro mathematicis nec non physicis approbatus, earundem disciplinarum actualis professor die 18. Ian. 1871 est designatus. Postquam ipse die 1. Maii 1866 societatem meteorologicam Vindob. cum aliis quam plurimis fundavit, multae aliae alius generis et nominis societates Vindobonae, sive artibus et litteris amplificandis sunt institutae, uti societas anthropologica nec non chemicophysicalica, sive ea curant et agunt, quae humanitatis videantur, eum in sociorum numerum susceperunt. Anno vero

1878 a consiliis scholasticis regionis urbis Vindob. I. est electus.

Conscripsit ad programm. gymnasii ad Scotos:

I. Pro anno 1878: Ueber Diamagnetismus. (i. e. De diamagnetismo.)

II. Catholicis porro commentariis literariis Vindob. plures inseruit locos.

Novák Ioannes Chrysostomus (de s. Monte Pannoniae), archiabbas de s. Monte Pannoniae, in Zalabér com. Zalad. in Hungaria die 5. Apr. 1744 natus, vota sollemnia die 31. Oct. 1762 emisit et die 22. Maii 1768 presbyter factus est. Ante sublatum ordinem s. professor s. theologiae in monte s., mox abbas Bakonybéliensis, post restitutionem vero s. ordinis 1802 archiabbas nominatus est. Anno 1816 septuagenario maior grave s. ordinis regendi onus deposuit, auctoritate regia in humeros Pauli Horváth, abbatis Tihanyensis devolutum, retento tamen titulo archiabbatis; anno demum 1828 die 20. Oct. exactis in honorifica quiete duodecim annis, annos natus 84 et medium placide in Domino obdormivit.

Vir magnae eruditionis scripsit:

I. Vindiciae diplomatis, quo s. Stephanus primus Hungariae rex monasterium s. Martini de s. Monte Pannoniae ord. s. Benedicti anno MI fundaverat, a P. Chrysostomo Novák ord. et loci eiusdem professo ad amicum contra anonymi epistolam nuper sparsam conscriptae. Budae 1780. 8°.

II. Litteras encyclicas edidit ad indulgentias iubil. a Leone XII. P. M. concessas adnuntiandas. 2°. 7 p.

Nowotny Eduardus (Gottvicensis), in Emmersdorf Austriae die 16. Ian. 1841 natus absolutis Mellicii studiis gymnasialibus die 8. Sept. 1860 s. ordinis habitu indutus die 24. Iun. 1865 vota sollemnia emisit et die 30. Iul. 1865 primum Deo sacrificium obtulit. 1865 cooperator in Kottes, 1874 parochus in Schwarzenbach et 1877 parochus in Mauer est constitutus.

Chronik der Pfarre Kottes mit Berücksichtigung deren nächster Umgebung. (i. e. Succincta parochiae Kottes descriptio.) 1874. Selbstverlag. Druck von J. Kinzl in Krems.

Nuridschian Basilius (Mechitharista), Constantinopoli die 7. Nov. 1829 natus, Viennae in Aust. habitu s. die 8. Dec. 1844 indutus, die 4. Oct. 1846 vota emisit, et die 2. Maii 1853 consecratus est presbyter. In monasterio peregit per aliquot annos officium professoris philosophiae et scientiae physicae. Anno 1858 missus est Tergeste ad reparandam valetudinem infirmam, post duos annos missus est Constantinopolim.

Ab eo exstat opus in ling. Neo-armena typis editum:

Բնագիտութիւն փորձառական, i. e. Physica scientia experimentalis et Chimia, cum figuris. Viennae, typ. Mechith. 1856.

Nuttil Paulus (Scotensis), Viennae in Austria die 5. Nov. 1821 natus, cum bonis in litteris in gymnasio ad Scotos eruditus philosophiae cursum in univ. Vindob. consummasset, die 21. Sept. 1842 s. habitu indutus vota sollemni ritu die 28. Sept. 1845 nuncupavit. Emenso cursu ss. theologiae in univ. Vindob. celebratisque die 15. Iul. 1847 primitiis, cum per annum cooperatorem egit in parochia Zellerndorf, in monasterium revocatus, ibidem in c. r. gymnasio ad Scotos professuram disciplinae religionis atque matheseos suscepit, quarum primam hucusque egregio cum profectu gerit simul exhortator pro infer. gymnasii classibus.

Typis edidit:

I. † Dr. Sigismundus Schultes, Abt des Benedictinerstiftes zu den Schotten in Wien. (i. e. Necrologium, ephemeridi Vindob. „Sonntags-Blatt“ insertum anno 1861, vitam et regimen Dr. Sigismundi Schultes, monasterii ad Scotos Viennae abbatis praeclare adumbrat.)

II. Beichtspiegel für die studirende Jugend. (i. e. Speculum morale in usum iuventutis studiosae.) 16°. Vienn. 1864 sumpt. Mayer et Comp. (Edit. compl.)

III. Ein Weg zu Gott auf Grundlage festgestellter Ergebnisse der neueren Naturwissenschaft. (i. e. Cognitio Dei a rerum naturalium scientia ascendens.) Programma gymnasii ad Scotos pro anno 1866.

Nyulassy Antonius Ignatius (de s. Monte Pannoniae), Albae-Regiae eiusdem com. in Hungaria die 19. Ian. 1820 natus, habitu s. die 16. Sept. 1837 indutus, die 26. Iul. 1845 vota sollemnia emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 1. Aug. 1845 ordinatus est; ex quo ad annum 1847 in s. monte, 1847—50 Sopronii functus est officio oratoris a sacris, 1850—1851 ibidem professoris, 1851—56 Strigonii, 1856—62 Comaromii, 1862—63 Papae, 1863—66 Iaurini, tum usque ad annum 1877 administratoris parochiae in abbatia Bakonybél, ex eo autem in Nyalka.

Artis poeticae studiosissimus haec edidit:

I. Nyulassy Antal versei. (i. e. Carmina Antonii Ny.) Esztergom. Horák és társ. tulajdona. 1851. 8°. 231 + IV p.

II. Uj magyar köszöntő. (i. e. Novus gratulationum Hung. liber.) Különféle alkalmi üdvözletek és szavalmányok tára. Mindkét nembeli ifjuság használatára. Esztergomban. 1853. Nyom. Beimel Józsefnél. 8°. IV + 176 p. Ed. 3. aucta et emend. 1878. Esztergom. Buzárovits. 8°. 222 p.

III. Kátyolok a nép életéből. (i. e. Carmina ex vita rusticorum.) Mulatva oktató versek, tiz képpel. Pest. 1865. Nyom. Emich Gusztav, magy. akad. nyomdásznál. 8°. 286 p.

IV. Magyar és erdélyországi uj és ó kalendarium. (i. e. Calendarium novum et antiquum Hungariae et Transsilvaniae.) Red. et pleraque in eo scripsit ab a. 1865—1880. Komárom. 8°.

V. Négyeshangu alkalmi dalok középtanodai növendékek számára. (i. e. Cantica pro variis occasionibus quatuor vocibus descripta.) Irták Nyulassy Antal és Lovassy Sándor főgymn. tanárok. Pesten. Emich G. 1865. 4°. 8 p.

VI. Varia scripsit carmina sollemnia, et quidem: *a)* Emlény az esztergomi nagy-gymnasium fölavatásának ünnepére szentelve okt. 4-én. 1852. (i. e. In dedicatione gymn. maioris Strigon.) 4. Oct. 1852. 4°. 6 p. Esztergomban. Nyom. Beimel Józsefnél. *b)* Gyászhangok. (i. e. Carmen lugubre in obitu Michaelis Rimely archiabbatis.) 8. Mart. 1865. Győr. Nyom. Sauervein Gézánál. 2°. 6 p. *c)* Borostyán-koszoru. Cum Mainradus Jahn abbas B. M. V. de Dömölk (o. s. B. de s. M. Pannoniae) benediceretur. 3. Aug. 1873. Ibid. 4°. 8 p. *d)* Kegyelet-füzér. In honorem suae maiestatis Francisci Iosephi I. die 27. Aug. 1876, cum ecclesia cathedr. in s. monte posita consecraretur. Ibid. 1876. 4°. 8 p. *e)* Nefelejts-koszoru. In honorem cels. archiducis Iosephi eadem occasione. Ib. 4°. 8 p. *f)* Babér-koszoru. In hon. emin. card. Ioannis Simor eadem occasione. Ib. 4°. 8 p. *g)* Hálalombok. In honorem Chrysostomi Kruesz archiabbatis eadem occasione. Ib. 4. 8 p. *h)* Bakonyi hálalombok. In hon. eiusdem, cum ecclesiam abbatiae de Bakonybél consecraret. Die 22. Sept. 1878. Ib. 4°. 8 p. *i)* Borostyán-koszoru. In hon. Nicolai Sárkány abbatis de Bakonybél eadem occasione. Ibid. 4°. 8 p. *k)* Czipruslombok. Cum in tumulo Andreae Horváth parochi quondam Pázmándensis in centesimo nativitatis anniversario monumentum sollemniter erigeretur. Die 22. Iun. 1879. Ibid. 4°. 8 p.

VII. Varia demum carmina, dissertationes, orationes sacras aliaque minora publicavit in his libris, libellis, periodicis ephemeridibus: Olvasó könyv (ed. Lonkay), Olvasmányok (ed. Vagács), Ifjusági Plutarch (ed. Füssy et alii), Szünórák (ed. Füssy), Religio, Családi lapok, Katholikus néplap,

Divatcsarnok, Szent István-társulat naptára, István bácsi naptára, Tanodai lapok, Pesti hirnök, Katholikus lelkipásztor, Egri népujság cet.

Oberhauser Benedictus (Lambacensis), Weidenholzii, parochiae Weizenkirchii pago non ignobili Austriae superioris a parentibus nobilibus die 25. Ian. anno 1719 ortus est. Musis Cremifanensibus comitatus universitates Salisburgensem pro philosophiae studio, Ingolstadiensem et Vindobonensem pro iure utroque penetrando frequentavit. Anno probationis elapso tutelaribus Lambacensibus sollemni voto die 13. Nov. 1740 se devovit, et triennio post die 12. Maii 1743 primam hostiam obtulit sacrosanctam. Studiis philosophicis et iuris canonici deditissimus per abbatem Amandum ad vicariatum Neukirchen prope Lambach pro convertendis rusticis haeresis labe conspersis evocatus paulo post in cathedra philosophiae Salisburgi exercitus transiit ad seminarium episcopale dioecesis Gurcensis Strasburgi pro docenda iuris ecclesiastici ac sacrae historiae notitia fere per triennium ad votum principis episcopi Iosephi comitis de Thun ibi persistens. Domum redux laureâ iuris canonici in Salisburgensi universitate obtentâ cathedram iuris canonici iuxta petitum principis episcopi ac abbatis Fuldensis in academia ibidem conscendit. Triennio pene emenso domum redux inter libros res ecclesiasticas tractantes vitam transegit scribendo, libros edendo, libellos defensores pro sua causa exarando. Principia iuris canonici, quae tenuit, ab ecclesia quidem catholica ad sensum illius saeculi videbantur declinare et favores potestatis civilis nimium extendere. Inde per s. sedem apostolicam graviter monitus retractare coactus est sententias suas vir ceteroquin pontificibus Gurcensi, Fuldensi, Salisburgensi acceptissimus et numero consiliariorum ecclesiasticorum ipsorum adlectus. Tandem die 4. Apr. anno 1786 ex inveterato contractae herniae malo lecto adfixus vitam absolvit divina fretus misericordia die 20. Apr. e. a. Scripsit:

I. Syntagma causarum, ex quibus nata, propagata et emendata philosophia. Salipoli 1754. Vol. 1. 4°.

II. Sensationis natura et structura. 1755. Ibid. Vol. 1. 4°.

III. Principia corporis naturalis eodem loco et anno. Vol. 1. 4°.

IV. Praelectiones canonicae iuxta titulos decretalium ex monumentis, auctoribus et controversiis melioris notae in tres primos decretalium libros. Vol. 3. 4°. Lauterbaci typis Thomae Hegelund. 1762 et 1763.

V. Apologia historico-critica divisarum potestatum in legibus matrimonialibus impedimentorum dirimentium. Francofurti ad Moenum apud Fr. Varrentrapp. 1771. 8°. 54 p.

VI. Systema historico-criticum divisarum potestatum de legibus matrimonialibus impedimentorum dirimentium ex avitis sanae theologiae et iurisprudentiae canoniae principiis. Eodem loco et anno. Vol. 1. 8°.

VII. Compendium praelectionum canonicarum iuxta libros V decretalium. Francofurti 1773. Vol. 2. 8°.

VIII. Thomassinus abbreviatus. Salipoli, sumptibus Ioannis Iosephi Mayr hered. 1774. Vol. 3. 4°. 395, 388, 225 p.

IX. Manuale selectiorum conciliorum et canonum . . . iuxta historiam ecclesiasticam D. abbatis de Fleury per breves epochos XVI saeculorum. Salisburgi, typis et impensis orphanotrophii 1776. Vol. 1. 4°.

X. Specimen cultioris iurisprudentiae canonicae ad iustas ideas divini primatus in Romana ecclesia evolvendas. Francofurti et Lipsiae. 1777. Vol. 1. 8°.

XI. Causa decisa divisarum potestatum in legibus matrimonialibus impedimentorum dirimentium. Francofurti et Lipsiae 1777. Vol. 1. 8°. 227 p.

XII. Pagellae volantes de causa decisa divisarum potestatum in legibus matrimonialibus impedimentorum dirimentium pro studio iuris regii integri illustrando. Francofurti et Lipsiae 1782. Vol. 1. 8°.

XIII. D. Zogeri Bernardi van Espen ius ecclesiasticum in epitome redactum ac subiunctis brevibus sententiis atque argumentis studii patristici instructum. Augustae Vindelicorum, in officina libraria Ioseph Wolffiana. Vol. 2. 8°.

XIV. Praelectiones canonicae iuxta titulos V librorum decretalium . . . in correctiorem et vberiorem ordinem plurimis mutatis digestae. Salzburgi, formis typographiae aulico academicae 1785. Vol. 3. 8°.

XV. De dignitate utriusque cleri tam saecularis quam regularis dissertationes. Pars prior. Salzburgi formis typographiae aulico academicae. 1785. Vol. 1. 8. 315 p. Pars posterior (opus posthumum). Ibidem 1786. Vol. 1. 8. 440 p. Cui praefixum: Memoria biographica viri celeberrimi P. Benedicti Oberhauser iuris utriusque doctoris et consiliarii ecclesiastici Salisburgensis. Ibidem 1786. 16 p.

Oberleitner Andreas Franciscus (Scotensis), primam lucem aspexit die 12. Ian. 1789 in arce oppidi, quod Angern dicitur, in Austria inferiore, ubi pater dominio praefectus erat. Dulcissima voce praeditus puer decem annorum idoneus est habitus, qui c. r. cantoribus aulicis adnumeraretur. Iam cum inter contubernales ingenii vigore et capacitate admodum emineret, ut in gymnasium, quod tum temporis ad s. Annam florebat, mitteretur, facile impetravit, adeoque ibidem assiduo studio ad nobilissimam vitae artem, philosophiam sese praeparavit, ut in primis merito laudaretur. Iuveni litteris tantopere exculto facile aditus patebat ad monasterium B. M. V. ad Scotos Viennae. Die ergo 25. Oct. 1807 ordinis s. habitu indutus est. Elapso tirocinii tempore publicas in ss. theologiam praelectiones in c. r. universitate tanto cum fructu tantaque sui commendatione excepit, ut iam tum essent, qui acutissimum eum rerum divinarum interpretem olim fore praedicaverint. Praeterea sacerdotis Maronitici Aryda, qui eo tempore litteras docebat orientales, assiduus auditor fuit, cuius familiari quoque commercio utebatur. Die 28. Oct. 1810 sollemni votorum sponsione deo obligatus, anno 1812 die recolendae nativitati B. M. V. sacro, primam deo obtulit immaculatam hostiam. Statim exin iunioribus in monasterio fratribus praefectus est, quorum studia moderaretur. Interea ipse ingenium alere industria, libros praeprimis sacros manu versare diurna nocturnaque, caeteris omnibus exemplo esse et ad sui imitationem adducere; quodque, quanto fructu fecerit, indicium est, quod intra decem mensium spatium examina ex omnibus disciplinis theologicis tam felici successu subivit, ut ad summos in ss. theologia honores proxime accesserit. Ineunte anno scholastico 1813—14 professor gymnasii ad Scotos designatus per triennium eo munere fungebatur. Quum vero eo tempore clarissimus ille Aryda munere abdicato in patriam suam Syriam revertisset' quaerereturque, quisnam professuram litterarum orientalium posset suscipere, Andreae, qui in hoc studio omne otium consumpsisset, per gratiam imperatoris contigit successio mense Augusto 1816. Illustriorem hanc provinciam nactus die 4. Sept. 1817 splendidam disputationem habuit, et tribus mensibus post diem 4. Dec. albo

doctorum ss. theologiae insertus est; atque ex eo inde tempore totum se sacrarum litterarum studio immersit et quod ipse ex genuino fonte hauserat, liberaliter cum auditoribus communicabat. At vero non in hoc uno genere doctrinae inclarescebat. Accedit rerum domi forisque gestarum accurata cognitio, linguarum, quae recentiores dicuntur, Italicae, Frangogallicae et Anglicae scientia; quid pulchrum in arte, quid honestum atque decorum in omne vita dicas, recte sentiebat. Unde mirum esse non poterit, eum inter celebratos universitatis Viennensis doctores adnumeratum fuisse; id caeteris omissis ex eo intelligitur, quod inclyta theologorum facultas eum ter sibi decanum elegit in annos 1818, 1819 et 1825; senatus quoque academicus perpetuum Archivarium nominavit die 22. Febr. 1823. Quod exemplum secuti ss. theologiae doctores, in celeberrima regia scientiarum universitate Hungarica collegiati, ultro eum collegio suo die 25. Iun. 1830 insertum iurium omnium, quae de lege et consuetudine doctoribus ibidem collegiatis competunt, participem fecerunt. Licet itaque, quae sunt in re publica literaria amplissima, merito consecutus esset, tamen non est exaltatum cor eius, sed, qua erat modestia, in dilectione ambulabat fraterna, ab omni fastu alienus. Quare mors eius praematura summo dolore affecit fratres. Cerebri enim inflammatione correptus die 1. Iul. 1832, decem diebus post emissa hac voce: „Pater in manus tuas commendo spiritum meum“, placidissime exspiravit die 10. Iul. 1832, annos natus 44. Vita huius tanti viri adeo virtutibus floruit, ut chronista monasterii ad curriculum vitae eius breviter exaratum verba addiderit: „Decuit, o. boni Superi, hominem talem aut nunquam terris dare, aut nunquam auferre.“ Auditoribus suis libris a se editis prodesse non desiit, quos a severioribus etiam iudicibus sincere laudatos legimus, quique usque hodie permultum ad communem usum fructumque afferunt.

Typis mandavit:

I. Ioannis Jahn aa. ll. philos. ac theol. doct., eccles. metrop. ad s. Steph. Viennae canon. cap., archiep. consistorii consil., ll. oo., archaeol., introd. in v. t. et dogm. prof. c. r. p. et o. emer. elementa aramaicae seu chaldaeo-syriacae linguae, latine reddita, et nonnullis accessionibus aucta, 1 vol. 8°. Viennae 1820, typ. et sumpt. Antonii Schmid. Dedicat. ross. d. abb. Andreae.

II. Fundamenta linguae Arabicae. Accedunt selecta quaedam, magnamque partem typis nondum exscriptae sententiae, primis legendi ac interpretandi periculis destinatae. 1 vol. 8°. Viennae 1822, typ. et sumpt. Antonii Schmid. Dedicat. ross. d. Firmian, archiep. Vienn.

III. Chrestomathia Arabica, una cum glossario Arabico-latino, huic chrestomathiae adcommodato. 2 vol. 8°. Viennae 1823, typ. et sumpt. Antonii Schmid, c. r. priv. typographi.

IV. Chrestomathia Syriaca, una cum glossario Syriaco-latino, huic chrestomathiae adcommodato. 2 vol. 8°. Viennae 1826, typ. et sumpt. Antonii nob. de Schmid, c. r. priv. typographi. Dedicat. eminentiss. d. card. Rudolpho, archid. Austriae.

Manuscripta reliquit, quae in bibliotheca ad Scotos adservantur:

V. Chrestomathia Chaldaica, continens 138 p. in 4°, praefatio iam composita nondum calamo sed graphio solum scripta adiacet.

VI. Evangeliorum ss. interpretatio, 160 fol. in 4°, numeris se invicem continuo suscipientibus diligenter signita.

VII. Ad obtinendum doctoris ss. theologiae in univ. Vindob. gradum conscripsit dissertationem de dialectorum orientalium in exponendis sacris veteris foederis liberis necessitate et usu. 35 fol. 4°. 1817.

VIII. Exegeses sublimiores; 1 vol. in Hiobi; 1 vol. in psalm. 1—58; 1 vol. in psalm. 89—150; 1 vol. in Ies.; 1 vol. in Ierem.; 1 vol. in Mich. Earundem exegesium plures duplici adservantur conceptu: altero in 8° minus diligenter scriptis; altero in 4° puriore et lectu faciliore.

IX. Interpretationes Arabicae ad propriam chrestomathiam (vide sub III) potissimum spectantes (de Corano, de psalmis, de mem. Abdull., de Hariri et Hamas., de dialectis etc.); sed et alio pertinentes (Bockhardi, Makamen v. Hariri, Abulfeda etc.).

X. Interpretationes Syriacae propriam etiam chrestomathiam sequentes (vide sub IV).

XI. Interpretationes Chaldaicae ad Iahnii (vide sub I) chrestomathiam spectantes: lib. Mos. 4 et 5. II. lib. Sam., ad psalmos, Nahum etc.

Obwexer Paulus (Muro-Griesensis), natus Bulsani in Tiroli die 25. Ian. 1828 absoluto gymnasio Tridenti studiis philosophicis et theologicis operam navare incepit, sed cursum non absolvit, immo Monachium veniens in academia artem pictoriam didicit, ad quam naturalis indoles eum traxerat. Anno 1862 Norimbergae studium pingendi continuavit ibique etiam a sociis qua poeta laurea decoratus est. Monachium rediit, sed pacem in saeculo non invenit, hinc in patriam reversus petiit et obtinuit in monasterio Gries habitum religiosum et die 3. Dec. 1869 vota emisit. Insequenti anno die 8. Maii 1870 sacerdos constitutus dies suos orando, delineando et pingendo transegit. Plures quam centum imagines delineavit, quas Ratisbonensis bibliopola G. I. Manz incidi curavit et quae ubivis sparguntur. Penicillo multa perfecit opera, quorum aliqua indicabimus: Mors s. Scholasticae in monasterio Fiecht o. s. B., Maria regina mensis Maii in ecclesia principali Bulsanensi, tres imagines in ecclesia collegii Sarnensis, variae aliae in monasterio Gries et aliis in locis. Sed arte etiam poetica illustris fuit. Aliqua poemata habet monasterium.

Typis editum est poema sequens:

Die Waldfee. (i. e. Diva silvestris.) Andenken an das Künstler-Maifest in Nürnberg. 1862. 8°.

Öcsényi (antea Franschitz) Anselmus Iosephus (de s. Monte Pannoniae), s. theologiae licentiatus, s. sedis consist. archiabbatialis adsessor, matrimonii et professionis religiosae defensor, Sopronii eiusdem com. in Hungaria die 13. Dec. 1848 natus, s. habitu die 8. Sept. 1864 indutus, vota sollemnia die 5. Aug. 1870 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 6. Oct. 1871 presbyter ordinatus est. 1871—72 professor gymn. Ginsii, 1872—1874 prof. doctrinae religionis et philosophiae in s. monte, ex eo ibidem officio professoris theologiae dogmaticae fungitur. Scripsit:

I. Az egyházi zenéről. (i. e. De musica sacra.) Ms. 2°. 40 p.

II. Sz. Benedek rendű cant. sz. Anzelm. (i. e. S. Anselmus Cantuar.) Ms. 2°. 500 p.

Ocsovszky Casimirus Ambrosius (de s. Monte Pannoniae), Tyrnaviae com. Poson. in Hungaria die 7. Dec. 1839 natus, die 8. Sept. 1855 s. habitu indutus, die 8. Aug. 1861 vota sollemnia emisit. Absolutis in regia univ. Budapestinensi s. theologiae studiis die 11. Ian. 1863 presbyter ordinatus est; ex quo tempore ad annum 1867 Papae, 1867—68 Iaurini officio professoris gymn., 1868—75 in s. monte professoris theologiae dogmaticae functus, ex eo Papae munus superioris domus et directoris gymn. obit.

Scripsit praeter alia minora:

I. A cayennai zsirhalászok. (i. e. Cetarii Cayennenses.) In opere Thomae Füssy: „Szünórák.“ 1864. p. 5—21.

II. A hajóslegényke. (i. e. Tiro nauticus. Narratiuncula.) Ibid.

III. A ballada elmélete. (De carmine, quod „ballada“ dicitur.) Ms. 4°. 32 p.

Öllmag Godehardus (Lambacensis), natus Lambaci die 30. Sept. anno 1708, monachalem ibidem in monasterio emisit professionem die 13. Nov. anno 1727 et quinquennio post sacerdotio ornatus est die 13. Nov. anno 1732. In vita sua monastica munera fere omnia tam spiritualia quam temporalia domi subiit. Obiit die 19. Mart. anno 1786 primus in coemeterio parochiali sepultus.

Typis edidit:

Concordantia in s. regulam s. P. n. Benedicti. Styrae, 1763. 8° min.

Oettl de, Udalricus (Cremifanensis), natus in castro Achleiten inferioris Austriae die 12. Maii 1731, litterarum studia fere omnia Cremifani absolvit, regulam s. Benedicti per s. votorum emissionem die 1. Nov. 1750 amplexus, theologiae et iuris prudentiae disciplinas partim in univ. Salisburgensi, partim in academia Cremifanensi absolvit, sacerdos die 24. Iun. 1755. 1756—60 professor classium grammaticalium; ab anno 1761 professor institutionum iuris in academia nobilium, ab anno 1775 academiae subregens et sodalitatum religiosarum rector; suppressa academia altiorum scholarum decanus obiit die 24. Oct. 1795.

Opera Udalrici de Oettl:

I. Historia iuris civilis commoda iurium studiosis methodo adornati. Styrae, Menhardt. 1769. 8°. 328 p.

II. Institutionum iuris civilis, commoda iurium studiosis methodo adornati tomus I. Styrae, Wimmer. 1770. 8°. 600 p.

III. Eiusdem operis tomus II. Styrae, Wimmer. 1771. 8°. 578 p.

Dramata Udalrici de Oettl:

I. Victoria gloriosa sive Ioannes Gualbertus hostis suique victor. Styrae, Menhardt. 1756. 4°. 4 pag.

II. Lotharius I. Romanorum imperator. Styrae, Menhardt. 1756. 4°. 8 p. (Eadem tragoedia textu Germanico separatim impressa.) Styrae, Menhardt. 1756. 4°. 8 p.

III. Caecus fratrum amor, seu Udalricus Bohemorum dux Iaromirum fratrem suum oculis privans. Styrae, Menhardt. 1757. 4°. 6 p.

IV. Vindicta victrix seu Fridericus II. Romanorum imperator filium suum Henricum occidi imperans. Styrae, Menhardt. 1757. 4°. 8 p.

Manuscript. reliquit:

Institutionum imperalium tomi III. 4°. 808 p.

Okánik Cyrillus Martinus (Raigradiensis), Hungarus Szacolczensis natus 17. Ian. 1783, absolutis studiis humanioribus monachum induit Raigradii 1801 die 13. Nov. Othmaro praeposituram regente. Transactis tempore universalis inquietudinis ob bella cum Franco-Gallis gesta quatuor apud nos annis 1805 in festo ss. Petri et Pauli ad sollemnem admissus est professionem et biennio post mittitur ad monasterium Emautinum Pragae ad studium theologicum continuandum, unde 1807 et 1808 absoluta historia ecclesiastica et hermeneutica iureque canonico domum reversus, reliquam theologiae partem, dogmaticam nempe et moralem cum pastorali, duobus subsequis annis Brunae in clericorum seminario audivit et studiis omnibus absolutis 24. Aug. anno 1810 a celsissimo principe et episcopo Brunensi comite de Schrattenbach presbyter ordinatus fuit.

Tempore interregni post obitum praepositi Othmari historiam ecclesiasticam fratribus novitiis Ignatio et Augustino explanavit, prius iam munus refectorarii et regentis chori gessit et peractis quatuor annis in cura animarum 1814 ab abbate Augustino magister novitiorum instituitur, 16. Febr. 1818 vero prior monasterii creatus est, quae munera ad annum 1821 sedulo obivit; tunc variis ex causis a dignitate prioris amotus, annuente abbate ab officio episcopali Irizium pro iuvamine in cura animarum mittitur, et abhinc breve post tempus administrator curatiae Domašoviensis institutus, ibi ad 18. Nov. 1841 usque commoratus est. Aetate provecta et desiderio vitae asceticae ductus petiit ad monasterii revocari anchoram, et rebus omnibus ad curam animarum et fundum instructum spectantibus successori suo rite traditis, ad monasterium revertitur — „laudabile simul obedientiae exhibens exemplum, quum argentarium suum pro 12 personis e peculio sibi comparatum, utensilia mensalia decenter instructa etc. successori reliquerit qua fundum instructum, quem ipse in miserrimo invenit statu et propria parsimonia successive comparavit“ (verba abbatis Victoris). Ad finem dierum usque inspectorem hortorum egit et 22. Iun. 1855 morbo „cholera“ correptus animam exhalavit.

Opera manuscripta P. Okánik Cyrilli sequentia in bibliotheca nostra adservantur:

I. Adnotationes ad historiae studium. Ms. pap. in 4°. in uno tomo de anno 1821—28, sub Msn. 609. Sign. F/K. I. b. 8.

II. Lexicon parvum Hungarico-germanicum una cum scriptis translatis. Ms. pap. in uno tomo, 4°. sine pag. et sine anno sub Msn. 611. Sign. F/K. I. b. 10.

III. Hermeneutica biblica secundum praelectiones prof. Fischer Prag. de anno 1807. Ms. pap. in uno tomo, 8°. sine pag. sub Msn. 615. Sign. F/K. I. b. 14.

Insuper eius „Meditationes“ sub D. g. 13 in uno fasc. et „Fragmenta quaedam protocolli seu memorabilium prioratus“ sub F. II. a. 5 in archivo adservantur.

Orsonics Ioannes Bapt. Florianus (de s. Monte Pannoniae), aa. ll. et philosophiae doctor, Sabariae com. Castrif. in Hungaria die 2. Maii 1805 natus, s. ordinem die 15. Oct. 1821 ingressus, die 28. Maii 1826 vota sollemnia emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 18. Maii 1828 presbyter ordinatus est. Anno 1828—29 Papae, 1829—30 in s. monte, 1830—1832 Iaurini apud alumnos s. ordinis, 1832—50 ibidem in academia, 1850—68 ibidem in gymn. officio professoris, 1868—74 ibidem bibliothecarii laudabiliter functus die 10. Dec. 1874 vita cessit. Scripsit:

Földünk történelmének vázlata. (i. e. Brevis conspectus geogoniae.) In progr. gymn. Iaurin. 1853/4. 4°. p. 3—14.

Ortwein Magnus (Mariaemontanus), natus in Laatsch vallis Venustae, Tirol, 3. Nov. 1845 studiis gymnasii optimo cum successu Merani absolutis ordinem ingressus est 20. Sept. 1865, votis sollemnibus se Deo dicavit 14. Nov. 1869, sacerdotio initiatus Brixinae 30. Nov. 1869 sequenti Dom. 2. Advent. in patria sua sollemniter primam Deo hostiam obtulit. Per triennium (1873—76) in univ. Oenipontana studio linguae Germanicae operam navavit. Professor linguae Germanicae in gymnasio superiori Merani simulque chori musici director factus est 1. Sept. 1876.

Artis musicae peritissimus in eaque summa industria versatus composuit:

Acht Gradualien für fünf Stimmen. 11. Hauptvereinsgabe des Cäcilian. Vereines (pro 1879). Regensburg, bei Fr. Pustet. (i. e. Octo gradualia pro V vocibus. Opus primarium sodalibus societatis Caecilianae pro 1879 distribuendum.) Ratisbonae, apud Fr. Pustet.

Osghian Georgius (Mechitharista), Constantinopoli die 25. Iul. 1802 natus, Viennae in Austria s. habitu die 21. Dec. 1817 indutus, die 6. Iun. 1819 vota emisit, et die 24. Oct. 1824 consecratus est presbyter.

Opus eius unicum in ling. Neo-armena typis editum:

I. Պատմութիւն վարուց Կոստն Կայսր, i. e. Historia vitae Constantini Magni (I.) imperatoris. Viennae, typis Mechith. 1826.

Ottmanský Hugo (Raigradiensis), in vicino pago Telnicensi lucem aspexit 8. Mart. anno 1704. Iuvenis optimae indolis mittitur Brunam, ut rectoribus Iesuitis humaniora studia absolvat, quibus peractis vitam a saecularibus vanitatibus remotam, quam inde a pueritia adamaverat, in nostro asceterio amplexus est anno 1725. Novitiatu absoluto ad sollemnem votorum professionem admissus in PP. Thaddaeo Khinel et Procopio Knopp viros professores in theologiae et philosophiae studio nactus est, qui eximiam scientiarum cognitionem pari cum disciplinae fervore et morum candore coniungentes non poterant non instigare ad altiora iuvenem. Studiis absolutis Hugo presbyter ordinatur et in festo s. Placidi 1732 primitias celebrat. In humilitatis fundamentis, quae una cum sincera erga Deigenitricem Virginem veneratione mox inde ab ingressu suo, alte cordi infixerat, optime stabilitus, ostiarii munus, deinde catechistae in pagis et concionatoris festivalis vicino obedientiae pede suscepit ita, ut superiorum suorum plenum adeptus sit applausum. Anno 1744 parochus Raigradii factus, annuente praep. Mathaeo 1747 capellam B. M. V. in ecclesia monasteriali exstrui curavit. Quatuor annis post in prioris munus promotus, provinciam hunc 25. Sept. anno 1762 cum administratura parochiae Ostrovačicensis commutavit. Ad determinandum, quando illinc Hugo domum reversus sit, ut provisorem ageret, fontes nobis non suppeditant. Certum vero, eum post obitum praep. Bonaventurae Pitter una cum prioratu t. t. viduatum asceterium nostrum administrasse (15. Maii ad 17. Iul. 1764) et post electionem Othmari praep. iterum parochum Ostrovačicensem constitutum fuisse. Epistolarum commercium, quod inde usque ad finem dierum inter P. Hugonem et praepositum erat, characterem viri, quem garrulorum calumniae frustra attrectaverant, praeclara luce fulgere facit. Semper enim decorem domus Dei diligens, statuis sanctorum ecclesiam Ostrovačicensem exornavit, paramenta procuravit, ludimagistrum pro Domašovio precibus impetravit, ibique 1771 novam ecclesiam erigendam curavit, quae ipsius cura 14. Nov. eiusdem anni ad fastigium perducta, in festo s. Othmari benedicta fuerat. Paucos post menses P. Hugo, religiosi sinceri exemplar per multos casus probatus, metam curriculi attigit 25. Apr. anno 1772 aetatis suae 68.

Sunt eius duo apud nos adservati fasciculi manuscripti:

I. Conciones in festis sanctorum, cum notis historicis summi momenti ad ecclesiam Moraviae pertinentibus, idiomate Bohemico conscriptae.

Msn. 544. Sign. F/K. II. β. 6—8, in tribus fasc. in fol. sine pag.

II. Conciones dominicales; item lingua Bohemica seu Slavica. Msn. 545. Sign. F/K. II. β. 9—10, in duobus fasciculis sine pag. in folio.

III. Quaestionum miscellanearum decisiones regulares, doctorum testimoniis et rationibus formatae, in variis fasciculis collectae et in suos articulos distributae, fasciculi duo. Primus agit de modo procedendi in susceptione et approbatione novitii. Secundus de integritate temporis ad professionis valorem requisiti. Msn. 509. 4°. in plag. sine pag. et comp. Sign. F/K. II. α. 14, bibl. Raigr.

Prelo subiecit:

Applausus urbis Brunensis ob reportatam manifesto auxilio piae virginis Mariae Thaumaturgae Sancto-Thomensis, penicillo divi Lucae evangelistae depictae, de suecica phalange victoriam, occurrente saeculari celebritate in basilica divi Thomae apostoli ordinis FF. eremitarum s. Augustini Brunae die 17. Aug. 1745 panegirice exhibitus, — aneb, — item titulus idiomate Slavico, contentus in libro intitulato: „Brünns Befreiung.“ (i. e. Brunae liberatio). Typis Brunae, Venc. Lenhart, 1747. In fol. p. 281—290. In nostra bibl. sub Bn. 5067.

Pachmayr Marianus (Cremifanensis), in parochia Kematen Austriae superioris die 22. Oct. anni 1728 natus, in gymnasio et lyceo Cremifanensi excultus, monasterium Cremifanense ingressus, die 13. Nov. 1748 sacra se professione obstrinxit et studiis theologicis partim Cremifani, partim Salisburgi absolutis die 1. Maii 1754 dignitatem sacerdotalem obtinuit. Eodem vertente anno professor matheseos, tum alternis vicibus philosophiae experimentalis et anno 1758 historiarum professor; missis anno 1761 laboribus academicis animarum sese curae addixit et deinceps animarum iudex in Adlwang, cooperator in Kematen, iterum poenitentiarius in Adlwang; 1766—77 vicarius in Sipbachzell, 1777—79 parochus in Kirchberg, denique parochus in Weisskirchen professus et sacerdos iubilaeus pie in Domino obdormivit die 17. Iun. 1805.

Rerum historicarum peritissimus conscripsit celeberrimum librum:

Historico-chronologica series abbatum et religiosorum monasterii Cremifanensis o. s. P. B. quotquot quidem a retro actis mille annis ab eius fundatione in tabulis, ms., catalogis aliisque monimentis inveniri potuerunt. IV partes. 1777—1782. Styrae, typis Abrahami Wimmer. 2°. 934 p.

Praeterea manuscriptum reliquit libellum: „Chronicon celebris asceterii Cremifanensis“, sermone ligato ita compositum, ut singulis lineis chronographica contineantur. Insuper conscripsit „Statuten für eine Academie der Fleissigen“ (Academie des Assidues) in monasterio Cremifanensi.

Pálfi (antea Paulicsek) Franciscus Ser. Vincentius (de s. Monte Pannoniae), in Sternberg vico Moraviae die 26. Iul. 1845 natus, s. habitu die 8. Sept. 1863 indutus, vota sollemnia die 27. Iul. 1869 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis, die 26. Iul. 1870 presbyter ordinatus est; ex quo ad annum 1875 officio professoris gymn. Sopronii, 1875—76 bibliothecarii in abbatia de Tihany, 1876—78 professoris in lyceo archiabbatiali in s. monte laudabiliter functus, hoc anno die 14. Mart. pie in Domino obdormivit. Scripsit:

A szónoklattan állapota a rómaiaknál. (i. e. De arte rhetorica apud Romanos.) In progr. gymn. Sopron. 1872/3. 8°. p. 3—15.

Pampichler Maximilianus (Seitenstadiensis), natus Stockeraviae in oppido inferioris Austriae die 5. Maii 1743, absolutis Vindobonae studiis philosophicis, congregationi Seitenstadiensi anno 1761 est adscriptus. Regula s. P. Benedicti die

21. Nov. 1762 sollemniter iurata scientias theologicas a professoribus domesticis traditas adolescens avidus postquam hausit, primam hostiam Deo obtulit die 5. Oct. 1767. Studiis litterarum semper deditus bibliothecae et museo rerum naturalium complures annos custos praefuit. Hinc avocatus officio prioratus per unum annum administrato camerae domesticae munere per 30 circiter annos omnem impendit sollicitudinem. Denique viribus corporis senectute fractis die 11. Iul. 1814 septuagenarius obiit. Scripsit:

Historia monasterii o. s. P. B. Seitenstadiensis, cont. in tom. VIII. „Austria sacra" a P. Mariano Fiedler conscript. Wien, 1783.

Pampichler Norbertus (Seitenstadiensis), Stockeraviae in Austria inferiore die 30. Sept. 1716 natus, litteris humanioribus et philosophicis Viennae institutus, s. ordinem in Seitenstettensi monasterio est die 28. Oct. 1736 professus. S. theologiae et iurisprudentiae studiis Salisburgi in alma Benedictinorum universitate absolutis die 13. Nov. 1741 primam Deo omnipotenti obtulit hostiam incruentam. Variis monasterii officiis summa cum laude gestis inter primos fuit, qui theologiae sacrae studium in monasterio Seitenstettensi tradiderunt. Propter insignem virtutem ad munus prioratus vocatus vir non minus doctus quam benignus exspectationi de se conceptae semper ubique satisfecit. Quod munus postquam novem annos explevit, parochus in Alhartsberg ad Ibsam fluvium constituitur sed iam duobus mensibus post pleuritide correptus pie in Domino obdormivit 25. Dec. 1768. Scripsit:

I. Dissertatio theologico-dogmatica de sacris peregrinationibus rebusque connexis, qua illarum honestas et utilitas ostenditur, inspersis pro opportunitate iis, quae attingunt celebrem peregrinationem ad montem sanctiss. Trinitatis Sontagberg. Styrae, typis Gregorii Mennhard. 1759. 4°.

II. Catalogus historico-criticus abbatum monasterii Seitenstettensis praemissis iis, quae eiusdem initia et fundatores attinent. Manuscr. in fol. in archiv. Seitenstad. adserv.

III. Genealogia Udiscalci comitis de Still et Hefft nec non ceterorum monasterii Seitenstadiensis fundatorum. Manuscr. in fol. in archiv. Seitenstad. adserv.

Paradeiser Marianus (Mellicensis), anno 1747 die 11. Oct. Riedenthalii in Austria natus, votis sollemnibus anno 1767 in monasterio Mellicensi die 21. Nov. Deo nuncupatis, primis sacris anno 1771 die 29. Sept. operatus, iuventutem duos annos grammaticis, poëticis, rhetoricisque disciplinis imbuit et 1775 die 16. Nov. legi mortis succubuit, omnibus, quibus ob candidissimum, mansuetissimumque animum et insignem musices peritiam in amoribus fuit, sui desiderio relicto. Scripsit:

I. Ecloga Seladon. In optatissimo adventu eminentissimi et celsissimi principis i. r. e. cardinalis Christophori de Migazzi, Waal et Sonnenthurn archiepiscopi Viennensis. Vide Schuster Beda, qui huius eclogae, ad quam noster musicen scripsit, auctor est. Fol. Msc.

II. Singgedicht, als Seine Gnaden und Hochwürden, der Herr Urban II., Abt zu Melk, als einer löblichen n. ö. Landschaft wirklicher Verordneter von dem löblichen Prälatenstande einhellig erwählt worden. (i. e. Carmen ad electionem Urbani in deputatum provinciae.) Im Kloster Melk auf Verordnung seiner geistlichen Söhne von der dortigen Schuljugend abgesungen den 17. Hornung 1765. Die Musik ist von Carl Paradeiser, der 6. Schule befliessenen Alumnus daselbst. Fol. Msc.

III. Kurzer Bericht von dem wunderthätigen heiligen Kreuze, welches in der benedictineri-

schen Stiftskirche zu Melk durch viele Jahrhunderte schon aufbehalten, und am 13. Hornung, als an dem Festtage der Erfindung desselben, zur öffentlichen Verehrung ausgesetzt wird. (i. e. De mirifica sancta cruce Mellicensi relatio.) Nebst den Tagzeiten von eben demselben. Krems, bei Johann Carl Richter. 1774. 8°.

IV. Kurzgefasste Geschichte von dem heiligen königlichen Pilger und Martyrer Kolomann, des ganzen Niederösterreiches und besonders des Benedictinerstiftes Melk Schutzherrn, dessen Gebeine allda ruhen. (i. e. Sancti regii viatoris et martyris Colomanni, cuius reliquiae Mellicii requiescunt, succincta historia.) Nebst einer neuntägigen Andacht. Krems, bei Johann Carl Richter. 1774. 8°.

V. Praeterea scripsit 6 Cantus ternarios, 16 Quaternarios, unam motettam, 5 Salve regina, unum Ave regina, et unum Alma mater. Conf. Keiblinger. Geschichte des Stiftes Melk. 1. Bd. 1018 p. Anmerkung.

Pasterwiz Georgius (Cremifanensis), antea Robertus, in pago Bierhuetten territorii Passaviensis die 7. Iun. 1730 natus, linguam Latinam et musicae artem ab Altahae inferioris monachis edoctus Cremifanum venit, ubi poeticae, rhetoricae ceterisque studiis absolutis die 1. Nov. 1750 sollemnia vota emisit et emensis theologiae, iurium, matheseos et profundioribus rei musicae studiis die 24. Iun. 1755 primum obtulit missae sacrificium. Anno 1759 ad docendam philosophiam vocatus addita 1761 et matheseos professura; 1772 scientias politicas docere iussus; ab anno 1767 chori musici regens multa dramata Italica modulis a se compositis in theatro spectanda exhibuit; deinde rationum monasterii praefectus et paullo post parochus in Buchkirchen; unde Viennam ad procuranda ibidem monasterii negotia vinearumque praefectus missus multorum musices doctorum amicitiam iniit; apoplexia tactus Cremifanum rediit, decanus scholarum altiorum designatus; die 11. Nov. 1800 professus iubilaeus omni munere solutus in conventum reversus 23. Ian. 1803 spiritum Deo reddidit.

Typis vulgata haec eius scripta sunt:

I. Dissertatio philosophica de lege naturali, perfecte, iucunde et commode vivendi. Styrae, 1765. 4°. 57 p.

II. Dissertatio de officiis circa honorem. Styrae, 1767. 4°. 58 p.

III. Akademische Rede von dem Hauptgrundsatze der Polizey oder von der Bevoelkerung. (i. e. Oratio inauguralis initio lectionum politicarum dicta.) 1772. 4°.

IV. Lehrsaetze aus der Policey, vnd den Handlungs- und Finanzwissenschaften, von Christoph Herrn von Stiebar vertheidigt. (i. e. Theses de publicorum reddituum administratione, de publicae securitatis cura etc.) Steyr, Wimmer. 1774. 4°. 8 p.

V. Dissertationes ex philosophia practica universali, iure ethico naturali, algebra, trigonometria sphaerica, astronomia etc. Styrae, Wimmer. 4°. 8 p.

VI. Adsertiones ex universa philosophia etc. praeside P. Georgio Pasterwiz. Styrae, Menhardt. 1761. 4°. 8 p.

VII. Adsertiones ex universa philosophia etc. praeside etc. Styrae, Menhardt. 1765. 4°. 10 p.

VIII. Adsertiones ex universa philosophia etc. Styrae, Menhardt. 1769. 4°. 14 p. (Mensis Augusti die 16.)

IX. Adsertiones ex universa philosophia etc. Styrae, Menhardt. 1769. 4°. 14 p. (Mensis Augusti die 22.)

X. Adsertiones ex universa philosophia etc. Styrae, Menhardt. 1771. 4°. 16 p.

XI. Adsertiones ex logica, metaphysica et algebra etc. Styrae, Menhardt. 1772. 4°. 14 p.

XII. Adsertiones ex universa philosophia etc. Styrae, Menhardt. 1773. 4°. 16 p.

XIII. Adsertiones ex iure naturae connato seu absoluto etc. Styrae, Wimmer. 1780. 4°. 8 p.

XIV. Adsertiones ex iure naturae hypothetico seu adquisito etc. Styrae, Wimmer. 1780. 4°. 8 p.

XV. Adsertiones ex iure civitatis et gentium etc. Styrae, Wimmer. 1780. 4°. 8 p.

XVI. Adsertiones ex logica, metaphysica, ac philosophia practica universa etc. Styrae, Wimmer. 1776. 4°. 10 p.

XVII. Adsertiones ex philosophia practica universali, iure ethico naturali, algebra, trigonometria sphaerica, astronomia et physica etc. Styrae, Menhardt. 1773. 4°. 12 p.

De Georgii Pasterwitz ingenio musico vide: Dr. Constant von Wurzbach's biographisches Lexicon des Kaiserthums Oesterreich. 21. Bd. 337 p.

Sequentes eius compositiones excusae sunt:

I. VIII. Fughe secondo l'ordine dei toni ecclesiastici per l'organo o clavicembalo. Op. 1. Wien, 1792. Artaria. (Orbes melici.)

II. VIII. Fughe secondo l'A-B-C di musica per l'organo o clavicembalo. Op. 2. Ibid. 1792.

III. VIII. Fughe per l'organo. Op. 3. Wien, Kozeluch. 1793.

Post mortem eius impressa sunt:

Dreihundert Themata und Versetten in drei Heften zum Praeambuliren und Fugiren per l'organo etc. (i. e. Trecenta themata et versiculi ad praeambulandum etc.)

Praeterea plus quam ducentae eius compositiones manuscriptae in monasterio adservantur, in quibus 11 Missae, 12 Introitus, 2 Requiem, 78 Gradualia, 75 Offertoria, 3 Vesperae de dominica, 10 Magnificat numerantur.

Patzalt Hermannus (Cremifanensis), antea Antonius, Austriacus Walseensis, die 8. Mai 1820 natus, classes grammaticae et humanitatis in gymnasio Mellicensi, philosophicum cursum in lyceo Cremifanensi absolvit. Exacto novitiatus anno ad haurienda theologiae mysteria lyceum Linciense adiit, die 20. Aug. 1846 professus, sacras primitias celebravit die 15. Aug. 1847. 1847—49 cooperator in Thalheim; 1849—69 in gymnasio inferiori variarum disciplinarum professor, 1867—69 simul bibliothecae gymnasii praefectus; ab anno 1869 parochus in Eberstallzell, rei botanicae peritissimus obiit 30. Mart. 1874.

Disseruit de P. Bonifacii Schwarzenbrunner libro manuscripto:

Versuch einer Vereinfachung der Musikzeichen und einer kurzen Geschichte der Musik. (Vide: Schwarzenbrunner Bonifacius.) Gymnasialprogramm, 1868. Linz, Druck von Feichtingers Erben. 4°. p. 13—44. Verlag der Direction.

Pauer Iacobus (Lambertinus), natus est in Iudenburg Styriae 25. Iul. 1797. Absolutis studiis gymnasticis partim in monasterio s. Lamberti ibidem 15. Nov. 1816 habitum s. Benedicti induit, votaque emisit sollemnia 15. Nov. 1819. Completo curriculo studiorum theologicorum in monasterio Admontensi primum Deo obtulit sacrificium 14. Oct. 1821. Exinde per decennium bibliothecarium et archivarium et cooperatorem egit in monasterio, donec ei parochia Neumarkt (1831) et superioratus decanatusque Cellensis (1849) committebantur. Quo munere per 30 fere annos functus, celebratoque iubilaeo sacerdotali (24. Sept. 1871, qua occasione aurea pro piis meritis cruce decoratus est, cum iam antea academiae quiritum Romae et plurimarum societatum scientificarum vocaretur membrum), obiit 1. Sept. 1878 senili marasmo confectus. 1872 episcopus Seccoviensis eum consiliarium consistorialem sibi elegerat.

Edidit plures tractatus de historia monasterii Lambertini (in „Carinthia“ 1829, Clagenfurti) et:

Jubiläumsablassbüchel sammt einem kurzen Bericht über die Entstehung des Wallfahrts- und Gnadenortes Mariazell, bei Gelegenheit der VII. Säcularfeier. (i. e. Libellus indulgentiarum unacum relatione historica Mariacellensi.) Graz, 1857. 8°. 46 p. Druck und Verlag von A. Leykams Erben.

Pausz Amandus (de s. Monte Pannoniae), in Dömölk com. Castrif. in Hungaria die 13. Nov. 1749 natus, vota sollemnia die 30. Nov. 1769 emisit et die 26. Mart. 1775 presbyter factus est. Varia ex eo in monasterio usque ad ordinem sublatum obiit munera; ordine vero s. restituto 1802—1810, quo anno die 27. Maii pie in Domino obdormivit, officio superioris domus, administratoris bonorum et parochiae in abbatia B. M. V. de Dömölk functus est.

Scripsit:

Kisczeli Szarándok. (i. e. Peregrinator Kisczellensis ad ecclesiam B. M. V. de Dömölk.) Győrben, 1797. 8°. 308 p. Opus ab Godefrido Vekerle (v. hunc) 1835, denuo editum et etiam in linguam Germanicam conversum.

Peinlich Richardus (Admontensis), Graecii in Styria die 5. Mai 1819 natus, ibidem gymnasii et philosophiae studiis absolutis Admontibus die 2. Ian. 1838 indutus, die 30. Mai 1841 vota sollemnia emisit atque omnibus sacrae theologiae studiis in monasterio expletis die 7. Aug. 1842 primitias celebravit. Monasterii pueros canticos grammaticae classium disciplinas docuit ab autumno 1842 usque ad Octobrem 1844. Graecii c. r. convictus praefectus usque ad Iul. 1848. Anno 1847 grammaticae classium, anno 1848 doctrinae religionis in Gymnasiis professor est approbatus. In bello italico 1848 exorto c. r. legionis voluntariae in Styria conscripta capellanus militaris ad belli tempus ab Augusto 1848 usque ad Aprilem 1849 militiam est professus. Iudenburgi c. r. gymnasii professor publicus annis scholasticis 1849—1856 et 1850—51 praeprimis linguam Germanicam docuit. Budae in Hungaria c. r. catholici gymnasii superioris professorem publicum ab 1851 usque ad 1854 egit; simulque anno 1854 libellos hebdomadales „Der katholische Christ“ a s. Stephani societate Pestini publicatos redegit. Graecii c. r. academici gymnasii (quod ab anno 1869 primum est dictum) superioris professor publicus a die 15. Sept. 1854 usque ad Septembrem 1861, et ab initio anni scholastici 1862 usque ad finem anni scholastici 1878 director erat. Triginta annis in munere reipublicae peractis primo die Septembris 1878 sponte abdicavit. Ab anno 1862 Graecii professorum Admontensium collegii superior, ab anno 1870 simul aulae graecensis (Admonterhof) praefectus, quibus muneribus adhuc fungitur.

Recensentur dignitates honoresque, quos adipiscebatur:

Anno 1859 episcopi Szathmáriensis in Hungaria a consiliis ecclesiasticis nominatus est.

1861 militiae civicae Graecensis capellanus et 1864 superior.

1862 ab universitate Friburgi Brisigavorum gradum doctoris s. theologiae obtinuit.

1863 episcopi Seccoviensis in Styria a consiliis ecclesiasticis et 1864 consistorialis nominatus.

1867 ordinis Austriae caesaris Francisci Iosephi eques nominatus.

1870 c. r. consiliarii scholastici titulo et loco insignitus.

1871 numismate aureo pro litteris et artibus ab imperatore Francisco Iosepho insignitus.

1872 ordinis Friderici regis in Würtemberg equestri cruce primae classis insignitus.

1874 nummo Austr. in memoriam bellorum signato decoratus.

1875 caes. reg. regiminis consiliarii titulo insignitus.

Pluribus societatibus tam litteratis quam civilibus addictus eligebatur:

1862 societatis „Austria“ dictae sodalis honorarius.

1865 liberae academiae scientiarum, artium, litterarumque Francoforti ad Moenum in aedibus paternis Goethii institutae sodalis honorarius et magister.

1866 societatis stenographicae Graecensis sodalis honorarius.

1868 societatis styriacae ad parsimoniam fovendam sodalis honorarius.

1873 societatis historicae in Styria praeses in biennium.

1874 c. r. militum veteranorum Graecii societatis primae sodalis honorarius.

Varii generis scripta, quae typis mandata sunt, secundum argumenta disposita enumerantur:

a) Scripta ad fidem catholicam pietatemque fovendam:

I. Ueber 200 Aufsätze erbaulichen oder belehrenden Inhaltes, nämlich Gedichte, Abhandlungen und Betrachtungen, Erzählungen und Legenden, Homilien für alle Sonntage des Jahres und kirchenhistorische Artikel, veröffentlicht in der Wochenschrift „Der katholische Christ“, ein Volksblatt für Haus und Kirche, herausgegeben vom St. Stephansvereine zu Pest in den Jahrgängen 1854 bis 1856, einzelne Aufsätze auch in den Jahrgängen 1856 bis 1862. (i. e. Scripta diversi, sed religiosi argumenti, quae ducentesimum numerum transgrediuntur, in libellis hebdomadalibus sub titulo „Christianus catholicus“ Pestini publicatis 1854—62.)

II. Christkatholischer Kalender (i. e. Calendarium cum annexis narrationibus in usum populi catholici) für das Gemeinjahr 1855. V. Jahrg., herausgegeben vom St. Stephansvereine zu Pest. (Mit populären Erzählungen.)

III. Christkatholischer Kalender etc. für 1856. VI. Jahrg., wie oben.

b) Orationes quadragesimales:

IV. Jesus der Verrathene und Judas der Verräther. (i. e. De Iesu prodito eiusque proditore.) Sieben Predigten für die gebildeten Stände zur Fastenzeit des Jahres 1854 gehalten in der Festungs-Hauptpfarrkirche zu Ofen in Ungarn. Graz, 1855, bei J. A. Kienreich. 8°. 111 p.

V. Unser heiliger Glaube im Gebete des Herrn. (i. e. Quid oratio dominica de fide catholica doceat.) Sieben Predigten, gehalten während der Fastenzeit des Jahres 1859 in der Hof- und Domkirche zu Graz. Wien, 1860, bei Wilhelm Braumüller. 8°. 218 p.

VI. Die Weihe des Lebens von der Wiege bis zum Sarge. (i. e. Hominum vita in ss. sacramentis sanctificatur.) Sieben Fastenpredigten über die Bedeutung und Wirksamkeit der heiligen Sacramente. Wien, 1861, bei Wilhelm Braumüller. 8°. 202 p.

VII. Gott ruft uns. (i. e. Deus vocat nos.) Fastenbetrachtungen vor Passionsbildern über die Wege der göttlichen Erbarmung und Langmuth. Wien, 1865, bei Wilh. Braumüller. 8°. 198 p.

c) Orationes maiales:

VIII. Was haben die Frauen dem Christenthum zu verdanken? (i. e. Quid mulieres religioni christianae debent?) Ein Frühlings-Tannenreis, geflochten in den Maiandachtskranz zu Ehren der allerseligsten Jungfrau Maria. Eine Betrachtung, gehalten in der Stadtpfarrkirche zum h. Blut in Graz. Graz, 1859, bei A. Leykam's Erben. 8°. 23 p.

IX. Die Trösterin der Betrübten. (i. e. De consolatrice afflictorum.) Eine Maiandachtsbetrachtung, veröffentlicht im „Katholischen Wahrheitsfreund“, herausgegeben vom Paulusvereine in Graz, Jahrg. 1861, und im Separatabdrucke, 1861. Graz, bei J. A. Kienreich. 8°. 24 p.

X. Die Königin aller Heiligen. (i. e. Maria omnium sanctorum regina est.) Eine Maiandachtsbetrachtung. (Veröffentlicht wie oben Nr. 9.)

XI. Kindesliebe und Mutterliebe. (i. e. De pietate filiali et amore materno). Eine weisse und rothe Rose aus dem Tugendkranze der allerseligsten Jungfrau Maria. Zwei Maiandachtsbetrachtungen. Veröffentlicht im „Katholischen Wahrheitsfreund“, Jahrg. 1862, und als Separatabdruck. Graz, 1862, bei Kienreich. 8°. 32 p.

XII. Maiglöckchen und Vergissmeinnicht. (i. e. Sub florum symbolo virtutes Beatae Mariae Virginis demonstrantur.) Zwei Maiblumen für die erste und letzte Maiandachtsstunde. Veröffentlicht im Jahre 1864 des „Katholischen Wahrheitsfreund“ und als Separatabdruck. Graz, 1864, bei Kienreich. 8°. 42 p.

XIII. Maria, die liebliche, die wunderbare Mutter. (i. e. Maria, mater amabilis, mater admirabilis.) Eine Maiandachtsbetrachtung, veröffentlicht im „Katholischen Wahrheitsfreund“, Jahrg. 1867, und als Separatabdruck. Graz, 1867, bei Kienreich. 8°. 16 p.

XIV. Die Sonnenblume der Andacht. (i. e. De adorationis et venerationis fervore.) Eine Maiandachtsbetrachtung. Veröffentlicht im „Katholischen Wahrheitsfreund“, Jahrg. 1868, und als Separatabdruck. Graz, 1868, bei Kienreich. 8°. 19 p.

d) Orationes occasione data:

XV. Eine Gebetstunde. (Christianus orans.) Conferenzrede im kathol. Frauenvereine. Veröffentlicht 1859 im „Katholischen Wahrheitsfreund“ und als Separatabdruck. Graz, 1859, bei Kienreich. 8°. 8 p.

XVI. Ein Lorbeer- und Olivenzweig zur Schillerfeier. (Quibus in rebus Friderico Schiller, poetae, catholicus applaudat.) Festrede am 10. Nov. 1859, gehalten am k. k. Gymnasium zu Graz. Graz, 1859, bei Kienreich. 8°. 16 p.

XVII. Von dem christlich klugen Gebahren Jener, welche dem Vereine „Austria“ angehören. (Parsimonia sapiens christianum decet.) Eine Herbstpredigt, welche zu jeder Jahreszeit Geltung hat. Wien, 1859, bei F. Friedrich. 4°. 6 p. II. Auflage: Wien, 1864, bei Waldheim. 12°. 14 p.

XVIII. Trauerrede bei der Todtenfeier für die in Vertheidigung des heil. Vaters und seines Gebietes gefallenen Krieger, gehalten am 6. November 1860 in der Hof- und Domkirche zu Graz. (Milites papales, qui anno 1860 in defendenda sancta sede sanguinem fuderunt, celebrantur.) Veröffentlicht im Jahrg. 1860 des „Katholischen Wahrheitsfreund“ und als Separatabdruck. Graz, 1860, bei Kienreich. 8°. 19 p.

XIX. Te Deum laudamus. Eine Betrachtung am Sylvesterabende des Jahres 1864. Graz, 1865, bei Kienreich. 8°. 18 p.

e) Opera historica:

XX. Geschichte des Gymnasiums zu Graz. (i. e. Historia gymnasii Graecensis in litteris annuis dicti gymnasii annis 1864, 1866, 1869—74 publicata), consistit ex octo partibus: 1) Geschichte des Gymnasiums zu Graz mit einigen Rückblicken auf die Geschichte des Gymnasialunterrichtes im Allgemeinen. I. Periode, I. Graz, 1869, bei J. A. Kienreich. 4°. 23 p. Continet brevem scholarum in Germania historiam usque ad saeculum XVI. atque scholae liberae ad Lechum fundationis Graecii factae. 2) Zur Geschichte des Gymnasiums zu Graz. I. Periode, II. 1866, bei J. A. Kienreich. 4°. 33 p. Tractat 1. De liberae scholae fine; 2. Die evangelische Stiftsschule zu Graz. (i. e. De schola provinciali Lutheranismi additorum, quae ab anno 1574 usque ad 1598 florebat.) 3) Geschichte des Gymnasiums in Graz. II. Periode, I. Collegium, Gymnasium und Universität unter den Jesuiten. Graz, 1869, bei J. A. Kienreich. 4°. 109 p. Continet historiam a S. J. collegii Graecensis fundatione usque ad annum 1607, catalogum scriptorum, qui in collegio Graecensi degebant cum indice illorum operum, quae Graecii typis mandata sunt, et nomina academiae graecensis professorum ab anno 1573 usque ad 1773. 4) Geschichte des Gymnasiums in Graz. II. Periode, II. Collegium, Gym-

nasium etc. wie oben. Graz, 1870, bei der Vereinsdruckerei. 4°. 157 p. Continet collegii et gymnasii historiam ab 1607—1740. 5) Geschichte des Gymnasiums in Graz. II. Periode, III. Collegium, Gymnasium etc. (ut supra 3.) Graz, 1871, bei der Vereinsdruckerei. 4°. 79 p. Continet historiam usque ad 1773. 6) Geschichte des Gymnasiums in Graz. II. Periode, Schluss. Collegium, Gymnasium etc. Graz, 1872. Vereinsdruckerei. 4°. 107 p. Tractat. de ordine S. J. sublato, de bonis collegii Graecensis et continet quasdam notitias statisticas atque catalogum nobilium literarum studiosorum in universitate Graecensi. 1585—1773. 7) Real- und Personalstatistik des k. k. I. Staatsgymnasiums in Graz von 1774 bis 1872. Graz, 1873. Vereinsdruckerei. 4°. 116 p. (i. e. De statu conditioneque rerum atque personarum ad gymnasium Graecense pertinentium.) 8) Geschichte des Gymnasiums in Graz. III. Periode, von 1774—1849. Graz, 1874. Vereinsdruckerei. 4°. 165 p. (i. e. De organisatione Gymnasii Graec. saepius mutata, de professoribus e coenobio O. S. P. N. B. Admontensi et perducit historiam ab anno 1774 usque ad 1849.)

XXI. Die Feier des Jubiläums vom dreihundertjährigen Bestande des k. k. I. Staatsgymnasiums in Graz im Jahre 1874. (i. e. Festi dies anno 1874 laetissimi describuntur, qui annus post gymnasium Graecense fundatum trecentesimus erat.) Graz, 1874. Vereinsdruckerei. 4°. 20 p.

XXII. Jahresberichte des k. k. Gymnasiums Graz (respective des k. k. I. Staatsgymnasiums) vom Schuljahre 1862 bis 1878. 17 Jahrgänge.

XXIII. Blätter der Erinnerung an die Fahnenweihe des Bürgercorps in Graz am 15. Sept. 1861. Graz, 1861, bei J. A. Kienreich. 8. 83 p. (i. e. Quaedam memoratu digna in militiae civicae Graecensis vexilli consecratione referuntur unacum militiae historia.)

XXIV. Benno Kreil, Abt zu Admont. Nekrolog. Graz, 1863, bei Kienreich. 8°. 70 p. (i. e. Bennonis abbatis Admont. vita.)

XXV. Zwei Beiträge zur Biographie M. J. Keplers. *a)* Kepler's Dienstzeugniss bei seinem Abzuge aus den innerösterreichischen Erbländern. (i. e. Kepleri e Styria exsulis testimonium a Styriae ducatus provincialibus datum.) *b)* Versuch zur Lösung der Frage, in welchem Hause M. J. Kepler zu Graz wohnte. (i. e. De Kepleri habitatione in urbe Graz.) Mittheil. d. hist. Vereines für Steiermark. 16. Heft, p. 187—201. Graz, 1868, bei Kienreich. 8°. Nachgedruckt in Dr. Grunert's Archiv für Math. u. Phys. Greifswalde, 1869.

XXVI. Friedrich Edler v. Rigler. Ein Lebensbild. (i. e. De vita Frider. nobil. de Rigler, viri de rebus scholasticis optime meriti.) Veröffentlicht *a)* in der Grazer Zeitschrift „Tagespost", 1867, und *b)* in vielfach erweiterter und überarbeiteter Form im Programm des k. k. Gymnasiums zu Graz 1868. Graz, 1868, bei Kienreich.

XXVII. Die Schlacht bei Sissek am 22. Juli 1593. Ein Beitrag zur vaterländischen Geschichte nach Originalquellen. (i. e. Proelii apud Sissecum 1593 historica descriptio.) Veröffentlicht im „Grazer Volksblatt" und als Separatabdruck 1868. Graz, bei Kienreich. 8°. 32 p.

XXVIII. Einiges über die Lebens- und Wirthschaftsverhältnisse von Graz im 16. Jahrhunderte. Eine Causerie auf archivalischem Boden. Graz, 1869, bei Kienreich. 8°. 35 p. (Disseritur de rebus oeconomicis et ad vitam necessariis, quae saeculo XVI. Graecii inveniebantur.)

XXIX. Ein Beitrag zur Topographie der alten St. Paulskapelle am Schlossberge in Graz. (Proferuntur quaedam antiquae s. Pauli capellae in arce Graecensi documenta topographica.) Veröffentlicht im 18. Hefte der Mitth. d. h. Vereines f. Steiermark. p. 56—71. 1870, bei Leykam.

XXX. Judenburg und das h. Geistspital daselbst. Ein historischer Excurs. Graz, 1870. Verlag von Ulrich Moser. 8°. 52 p. (Narrantur quaedam momenta historica de Iudenburgo urbe, inprimis, quae ad s. Spiritus hospitale pertinent.)

XXXI. Die steirischen Landschaftsmathematiker vor Kepler. Ein Vortrag im historischen Vereine. Graz, 1871. Vereinsdruckerei. 8°. 30 p. (De duobus Styriae provinciae mathematicis, qui Keplerum in munere antecesserant.)

XXXII. M. Johann Kepler's erster Braut- und Ehestand. Vortrag im histor. Vereine f. Steiermark 1872. Graz, 1872, bei Leykam-Josephsthal.

8°. 26 p., und abgedruckt in „Bausteine, gesammelt von Raim. Schrey". Graz, 1872, bei Leykam-Josephsthal. (i. e. De Ioannis Kepleri nuptiarnm conciliatione primoque matrimonio.)

XXXIII. *a)* M. Johann Kepler's Heiratsbrief von 1597. (i. e. Kepleri litterae coniugii testes.) *b)* Zur Wiener Weltausstellung 1873. (i. e. Ad expositionem Viennae 1873 habitam, omnes terras concernentem quaedam referuntur.) Veröffentlicht in den Mittheilungen des histor. Vereines für Steiermark. XXI. Heft. Graz, 1873, bei der k. k. Universitätsbuchhandlung. p. 171—180.

XXXIV. Die Egkennperger Stifft zu Graz im 15. u. 16. Jahrhunderte. Ein Beitrag zur Culturgeschichte und Topographie der Stadt Graz. (i. e. Commentatio de varia ptochotrophii fortuna, quod Eggenberger nobilis vir Graecii fundaverat.) Veröffentlicht als Programm zum Jahresbericht des k. k. I. Staatsgymnasiums in Graz 1875. Graz, 1875. Vereinsdruckerei. gr. 8°. 70 p.

XXXV. Theodor Gassner, Nekrolog. (i. e. Th. Gassneri mortui vita.) Veröffentlicht im Jahresberichte des k. k. I. Staatsgymn. in Graz 1877. Graz, 1877. Vereinsdruckerei. gr. 8°. 15 p.

XXXVI. Der Brotpreis zu Graz und in Steiermark im 17. Jahrhunderte. Eine historische Studie. (i. e. Commentationes de annonae varietate, quae saeculo XVII. Graecii et in Styria erat.) Veröffentlicht in den Mittheilungen des histor. Vereines f. Steierm. XXV. Heft. Graz, 1877. Vereinsdruckerei. 8°. 74 p.

XXXVII. Johannes Kepler auf dem Schöckel. (i. e. Kepleri observationes physic. in monte „Schöckel" factae historice exponuntur.) Veröffentlicht in P. K. Rosegger's Monatsschrift Heimgarten, II. Jahrg., 3. Heft., p. 201—205. Graz, 1877, bei Leykam-Josephsthal. Nachgedruckt im Fremdenblatt (Wien, 21. Dec. 1877, Nr. 349).

XXXVIII. Geschichte der Pest in Steiermark. 2 Bände. 8°. 559 und 662 p. Graz, 1877 und 1878. Vereinsdruckerei. (i. e. Historia pestis in Styria.)

XXXIX. Die Religionshandlung zu Leoben 1586. (i. e. Confessionis Augustanae res, quae 1576 in urbe „Leoben" gestae sunt, proferuntur.) Veröffentlicht im XXVI. Hefte der Mittheilungen des histor. Vereines f. Steiermark 1878. Graz, 1878, bei Leykam-Josephsthal. 8°. 23 p.

XL. Die ältere Ordnung und Verfassung der Städte in Steiermark. (i. e. Urbium styriacarum ordo et constitutio antiquiori tempore.) Eine histor. Skizze. Graz, 1879. Vereinsdruckerei. 8°. 112 pag.

XLI. Zur Geschichte des Buchdruckes, der Censur und des Buchhandels zu Graz im 16. Jahrhunderte. (i. e. Quae ex saeculo XVI. de typographia, librorum censura atque mercatura libraria Graecensi comperta sunt.) Veröffentlicht im XXVII. Hefte d. Mittheil. d. hist. Vereines f. Steierm. 1879. Graz, 1879, bei Leykam-Josephsthal. 8°. 36 p.

f) Scriptum grammaticum:

XLII. Bemerkungen zur Satzlehre. (i. e. Animadversiones syntacticae proponuntur.) Abhandlung, veröffentlicht im Jahresberichte des k. k. katholischen Gymnasiums zu Ofen 1852. Ofen, 1852, k. k. ung. Univers.-Buchdruckerei. gr. 8°. 18 pag.

g) Censura operum librorumque in commentariis litteratis et actis diurnis facta:

(Nonnisi ista eliguntur et afferuntur opera, quae maioris momenti ducuntur.)

XLIII. Jirsik's populäre Dogmatik oder Glaubenslehre der katholischen Kirche. 2. Auflage. Besprochen in der kath. Litteraturzeitung, Jahrg. 1861, Nr. 42.

XLIV. Münch's Universallexicon der Erziehungs- und Unterrichtslehre für Schulaufseher etc. 3. Aufl. 3 Bände. Recensirt in der kathol. Literaturzeitung 1861, Nr. 48.

XLV. Richard's Licht und Schatten. Ein Beitrag zur Culturgeschichte von Sachsen und Thüringen im XVI. Jahrhunderte. Recensirt in der kath. Litteraturzeitung, Jahrg. 1861. Nr. 51.

XLVI. Zahn's Jahresbericht des steiermärkischen Landesarchives in Graz, I. Jahrg., 1869. Angezeigt und mit biographischen und historischen Ergänzungen versehen im Grazer Volksblatt 1869, Nr. 116—118, 120 u. 121.

XLVII. Die steierm. Volksschul-Administrationskarte sammt bezüglichen statistischen

Einschulungstabellen auf der Wiener Weltausstellung 1873. Angezeigt und in ihrer Bedeutung dargelegt in der Grazer Zeitung 1874, Nr. 21 und 22.

Pelczmann Hieronymus Ioannes (de s. Monte Pannoniae), in Szakolcza com. Nitr. in Hungaria die 13. Maii 1783 natus, s. habitu die 5. Nov. 1803 indutus, vota sollemnia die 5. Nov. 1804 emisit. 1806—9 officio professoris in gymn. Iaurin. functus, redux in s. montem studiis s. theologiae vacavit, quibus absolutis die 25. Iul. 1813 sacerdotio initiatus est. 1813—1818 professor Sopronii, 1818—21 Ginsii, 1821—23 administrator parochiae in Aszófő, 1823—24 prior in abbatia de Bakonybél, 1824—33 orator a sacris in abbatia B. M. V. de Dömölk, 1833—37 professor Tyrnaviae, ex eo autem spiritualis Papae, ubi die 17. Oct. 1849 diem supremum obiit.

Scripsit:

Sermo occasione natalis diei Augustissimi imperatoris et regis apost. Francisci I. ab Hieronymo Peltzmann ad studiosam iuventutem in regio gymnasio Ginsiensi habitus. Pridie Idus Febr. 1819. Sopronii. Typis haeredum Siessianorum. 4°. 11 p.

Penner Romanus Sebastianus (de s. Monte Pannoniae), Posonii eiusdem com. in Hungaria die 6. Oct. 1812 natus, habitu s. die 16. Sept. 1834 indutus, die 13. Aug. 1838 vota sollemnia emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis, die 25. Ian. 1842 presbyter ordinatus est. Anno 1841—42 orator a sacris in s. monte, 1842—47 professor gymn. Papae, 1847—49 administrator parochiae et bibliothecarius in abbatia de Tihany, 1849—54 professor Comaromii, 1854—58 Strigonii, 1858—64 denuo Papae, 1864—66 administrator parochiae in abbatia Bakonybél, 1866—70 in Ravazd, 1870—74 spiritualis in abbatia B. M. V. de Dömölk, ex eo vero anno ibidem subprior. Scripsit:

I. Szózat végvizsgálat napján. (i. e. Sermo ad iuvenes gymn.) In progr. gymn. Comarom. 1852—53. 4°. p. 3—6.

II. Erzabtei Martinsberg. (i. e. Archiabbatia de s. M. Pannoniae.) In progr. gymn. Strigon. 1857—58. 8°. p. 25—36.

Perschl Amandus (Scotensis), Viennae in Austria die 16. Iun. 1706 natus et anno 1730 indutus, cum die 13. Apr. 1731 vota emisisset sollemnia primitiasque celebrasset die 8. Iun. 1732, variis in locis cooperatorem egit et quidem in Kl. Engersdorf et Eggendorf; dein reversus in asceterium 1739 ibidem curatus fuit, donec 1749 subprior usque ad annum 1763 et parochus ac postremo bibliothecarius est designatus, cui muneri diligentissime praestito die 26. Iul. 1789 immortuus est, professus iubilaeus inde anno die 13. Apr. 1781 ac sacerdos iubil. anno die 8. Iun. 1782 nec non totius capituli venerabilis senior. Per viginti fere annos continuos bibliothecarii monasterii ad Scotos munere functus, non solum magnam manuscriptorum copiam, quae in eadem bibliotheca sub 53, a. magnis adservantur voluminibus, comparavit, sed ipse quoque summo studio conscripsit:

I. Paschalis II. et Lucius III. Papae diplomatice illustrati. 1 vol. Fol. adserv. in bibliotheca Scotensi 52 a. 8.

II. Alexander III. Papa historice et diplomatice illustratus. 1 vol. gr. Fol. ads. in bibl. Scot. 52 a. 7.

III. Epistolae domini Guiberti abbatis Gemmelacensis. 1 vol. Fol. in biblioth. Scot. 52 a. 11.

Peternader Leo (Cremifanensis), anteą Albertus, die 6. Nov. 1734 in urbe Tyrolensi Kitzbuechel natus, studia Cremi-

fani absolvit, die 1. Nov. 1761 vota sollemnia emisit et quum studia theologica partim Cremifani, partim Salisburgi absolvisset, die 2. Febr. 1764 neomysta ad aram stetit. Primis sacerdotii annis grammaticam, 1776 poeticam, ab anno 1777 rhetoricam iuvenes litterarum studiosos docuit; deinde parochias Fischlham, ad s. Conradi, Sipbachzell magna cum laude administravit. Ad coelestem patriam ascendit die 16. Iun. anni 1808. Ut studium linguae Graecae discipulis facilius expeditiusque redderet, conscripsit et typis vulgavit librum, quo per multos annos scholae Bavaricae ex mandato principis in praelectionibus usae sunt:

Einleitung zur griechischen Sprache für die Kremsmünsterischen Schulen. (i. e. Introductio in linguam Graecam usui scholarum Cremifanensium.) Steyr, 1776. 8°. 350 p.

Omnem studii difficultatem complanaturus proximo anno typis edidit:

Wörterbuch zur gründlichen Verdolmetschung der griechischen Schriftsteller, welche der zum Gebrauche der kremsmünsterischen Schulen verfassten Einleitung zur griechischen Sprache beigefügt sind. (i. e. Lexicon ad interpretandos scriptores Graecos, qui introductioni in linguam Graecam usui scholarum Cremifanensium scriptae adnexi sunt.) Steyr, 1777. 8°. 107 p.

Petheő Damianus Iosephus (de s. Monte Pannoniae), abbas B. M. V. de Dömölk, Sabariae com. Castrif. in Hungaria die 15. Febr. 1805 natus, s. habitu die 16. Oct. 1822 indutus, vota sollemnia die 17. Iul. 1827 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 7. Aug. 1828 presbyter ordinatus est. 1828—30 in s. monte studiis vacavit, 1830—38 professor gymn. Ginsii, 1838—65 professor theologiae moralis et pastoralis in s. monte, ab anno 1850 simul etiam secretarius archiabbatis. Anno 1865 abbas de Dömölk nominatus, ibidem die 17. Ian. 1873 pie in Domino obdormivit.

Scripsit:

I. Paedagogia et didactica. 4°. 78 p. Ms. Adserv. in biblioth. centrali in s. monte.

II. Pastoralis et homiletica. 4°. 2 fasc. 112 + 60 p. Ms. Adserv. Ibid.

III. Didactica et methodica. 4°. 76 p. Ms. Adserv. ibid.

Petrack Udalricus (Mellicensis), natus in Bohemiae urbe Königsegg 12. Sept. 1753 vix primos pueritiae annos ingressus missus fuit ad tabulas Marianas, numero puerorum adscribendus, qui cantorum in ecclesia munere funguntur. Mellicium ad excolendum humanioribus litteris ingenium translatus, ibi 13. Nov. 1771 indutus, studiis philosophicis et theologicis absolutis sollemni professionis vinculo 17. Sept. 1777 sese obstrinxit et 8. Sept. 1778 primam Deo hostiam obtulit. Per octo continuos annos tradendis liberalibus et theologicis litteris operam dedit, 1786 iussu augustissimi imperatoris Iosephi II. prior electus fuit, quo munere per triennium functus est. Electus deinde parochus et administrator temporalium, rem rusticam universam summo studio dexteritateque tractavit, et a caesareo-regia societate oeconomica Viennensi sodalis electus est. Plurima ad rem oeconomicam in melius restituendam et instituere et scribere parans, die 9. Iul. 1814 pituitosae phthisi succubuit. Scripsit:

I. Praktischer Unterricht, den niederösterreichischen Safran zu bauen. (i. e. Instructio practica de croco sativo colendo.) Wien und Prag, 1797. 8°.

II. Cantate zur Feier des fünfzigjährigen Priesterthums des Prälaten Urban von Melk. (i. e.

Cantata ad iubilaeum sacerdotale abbatis Urbani.) St. Pölten, 1785. 8°.

III. An Wien, als Franz II. seinem grossen Oheim auf dem Josephsplatz ein Denkmal setzen liess. (Carmen occasione erectionis monumenti imp. Iosepho II.) Wien, 1806. 4°.

IV. Danklied für das Landvolk nach geendigtem Kriege. (i. e. Carmen in gratiarum actionem finito bello.) Wien, Baden, Triest, 1806. 8°.

V. Eine Vision. Auf die Reise über Melk nach dem Sonntagsberge. (i. e. In itinere Mellicio ad montem „Sonntagsberg" dictum carmen.) 1807. 8°. Manusc. 8 folia.

VI. Vierstimmige Trauergesänge zum Gebrauche bei Beerdigungen. (i. e. Cantus tetrachordi in exequiis.)

VII. Geistliche Lieder für das Landvolk. (i. e. Cantilenae sacrae pro populo.)

VIII. Ueber den Safranbau in Niederösterreich und Anleitung zu demselben. (i. e. De cultura croci.) In den vaterländischen Blättern. Jahrgang 1808. No. XXXII und XXXIII.

IX. Poëmata, idiomate Germanico, in Leons Apollonion, et in ephemeridibus musarum Blumaueri et Ratschky.

Pez Hieronymus (Mellicensis), Austriacus Isipontanus 24. Febr. 1685 mortalium, 26. Dec. 1703 per sollemnem professionem religiosorum sub regula s. Benedicti militantium, denique 8. Sept. sacerdotum numero est adscriptus. Antiquitatis critico studio captus ad eruditissimum Germanum suum, P. Bernardum Pezium, se adiungens Austriacam historiam sibi pro viribus illustrandam desumpsit. Idcirco cum fratre suo Bernardo iter litterarium instituit. Anno 1733 magister novitiorum factus. Perstitit in hoc officio uno dumtaxat anno. Post obitum fratris sui in locum ipsius bibliothecarius primarius successit. Porro ob virtutis et doctrinae opinionem etiam subprioris muneri praefectus est, maioribus dignitatibus, quas sibi oblatas respuit, dignissimus. Praeclara eius de re publica litteraria merita agnovit electoralis academia scientiarum boica, quae eum in extraneum socium ultro adscivit eumque illustri diplomate donatum honorum et privilegiorum, quibus illa aucta est, participem esse declaravit. Dissolutionem corporis sui persentiscens, dissolvi et esse cum Christo cupiens, asthmate acerbe vexatus senili tandem marasmo consumptus, die 14. Oct. 1762 iniit, homo quasi 78 religiosus 59, sacerdos 51 annorum. Scripsit:

I. Acta s. Colomanni regis et martyris, divi tutelaris Austriae. Dissertationibus et notis historico-criticis illustrata. Anno 1713. Crembsii, typis Ioannis Iacobi Kopiz. 4°.

II. Scriptores rerum Austriacarum veteres ac genuini, quotquot ex Austriae vicinarumque provinciarum bibliothecis et tabulariis, decumano labore perlustratis, aut primum in lucem vindicari aut ex ms. codicibus auctiores et emendatiores edi potuerunt. Tomi 3. 4. ad prelum paratus fol. Lipsiae, sumptibus Ioannis Frid. Gleditschii B. filii, anno 1721—45.

III. S. Leopoldi Austriae marchionis historia ex diplomatibus, chartis donationum, coaevis potissimum, meliorisque notae scriptoribus concinnata. Viennae, typis Leopoldi Ioannis Kaliwoda. 1746.

IV. Ephemerides rerum in monasterio et Austria nostra gestarum, a die 31. Iul. 1741, quo serenissimus elector Bavariae Passavium occupavit. Fol. Ms.

Pfeifer Aegidius (Scotensis), e Schattau in Moravia oriundus die 7. Nov. 1842, gymnasii studia apud Scotos Viennae coluit ibidemque sacro s. Benedicti habitu indutus est die 21. Sept. 1864. Absolutis s. theologiae in univ. Vindob. studiis, sollemniter professus iam die 27. Sept. 1868, presbyter ordinatus est die 25. Iul.

1869 primitiasque sacras die 1. Aug. 1869 celebravit. Cum deinde catechetam excurrentem e monasterio in suburbanum Gumpendorf egisset, die 22. Febr. 1872 cooperator missus est Pulkaviam, unde die 2. Maii 1879 in urbem redux usque adhuc cooperatoris in suburbio, sic dicto Campo Scotorum, munere fungitur. Scripsit:

I. Concionem sacram, habitam die 21. Dec. 1879. (Dom. IV. Advent.) „Christbaum und Kreuz.“ Viennae, 1880, typis Ch. Reisser et M. Werthner.

II. Locos porro varios inseruit actis diurnis sic dictis „Volksblatt für Stadt und Land“ (die 21. Apr. et 12. Maii 1878).

Pfeiffer Pius (Seitenstadiensis). Neovillani, foro Austriae inferioris die 29. Dec. 1782 natus, s. ordinis nostri veste die 28. Sept. 1800 indutus coetui monasterii Seitenstadiensis votis sollemnibus Kalendis Ianuariis anni 1804 nuncupatis est aggregatus eodemque die 1806 primum sacrificans stetit ad s. aram. Variis deinde functus est officiis, ac primum quidem ob natam eo tempore sacerdotum penuriam per quadriennium subsidiarius in parochiis saecularibus animarum curae sedulam navavit operam. Cum in monasterium rediit, iuvenes clericos theologiam dogmaticam edocuit, quo in munere exequendo tam strenuum se exhibuit, ut 1814 in Benedictinum, quod dicebatur, in monasterio Gottvicensi institutum professor disciplinae mox laudatae ab abbate mitteretur. Illo collegio abolito anno 1818 in monasterio suo novitiorum magister est factus idemque choro musico praepositus. Anno 1825 in Windhag parochus constitutus animabus in fidem commissis tam solerter prospexit, ut Iacobus Frint, dioeceseos San-Hippolytanae episcopus ipsi augustissimo Austriae imperatori Francisco I. maiorem in modum eum commendandum censeret, quamobrem litterae perhonorificae ad eum sunt datae. Anno 1832 ad regendam s. Trinitatis ecclesiam in Sonntagberg vocatus est, cui officio usque ad vitae finem, qui 17. Maii 1854 evenit, summa cum sollertia erat deditus. Quamquam rebus ecclesiasticis maxime occupatus erat, tamen studiis litterarum quoque imprimis s. theologiae et historiae operam dedit atque cum viris in his disciplinis excellentissimis, velut Hormayr, Pertz, per epistulas collocutus est. Scripsit:

I. Der Gamminger Hof in Wien. (i. e. Domus Gemnicensis ordin. Carthusian. Viennae.) Vaterländische Blätter, 1825.

II. Notulae historiam Austriae inferioris imprimis monasterii Seitenstadiensis illustrantes. Ms. 2 vol. in arch. Seitenst. adserv.

Pichler Henricus (Cremifanensis), antea Mathias, in civitate Wels die 7. Febr. 1722 natus, studia humaniora et philosophica Cremifani absolvit; die 13. Nov. 1743 vota sollemnia professus et theologiae cursum in alma univ. Salisburgensi emensus die 1. Nov. 1748 primum missae sacrificium obtulit. Professor grammaticae, missionarius in Kirchham et Gschwandt; deinde novitiorum magister et clericorum director, simulque sacrista; per 8 annos parochus in Gruenau; denuo s. supellectilis custos; prof. et sacerdos iubilaeus et venerabilis senior obiit die 26. Iul. 1809.

Permulta de s. supellectile monasterii, de vita fratrum, de ecclesiis monasterio incorporatis, de temporibus religiosorum vitae infestis, de disciplina monastica, manuscripta reliquit; prae ceteris memorabilia sunt eius:

I. Diarium Cremifanense.

II. Diarium Salisburgense.

III. Index alphabeticus ad P. Mariani Pachmayr librum: Series abbatum et religiosorum monasterii Cremifanensis.

Piessinger Maximilianus (Cremifanensis), antea Iosephus, Austriacus Cygnopolitanus, die 21. Apr. 1753 natus, cursum studiorum in scholis Cremifanensibus emensus et die 1. Nov. 1774 s. habitu sumpto, theologiae partes omnes in studio domestico theologico, quod tum Cremifani fuit, audivit, per vota sollemnia monasterio obligatus die 24. Apr. 1777, sacerdos factus die 11. Nov. 1778. Professor grammaticae 1778—1802; 1802—10 matheseos professor; simul chori musici director; 1810 oeconomus; 1812 in conventum se recepit et obiit 14. Apr. 1826.

Rei musicae peritissimus et imprimis organi lusu excellens reliquit manuscriptam dissertationem de fundamento harmonico (de tonorum intervallis). 4°. 354 pag. Archiv. observatorii astronomici VI. 119.

Insuper ibidem VI. 120 adservatur eiusdem:

Galanterie, i. e. Anleitung zum Clavierspiel. (i. e. Institutio ad clavichordium artificiose tractandum.) 4°. 160 p.

Piringer Beda (Cremifanensis), antea Leopoldus, in pago Rainbach superioris Austriae die 14. Oct. 1810 natus et absolutis in scholis Cremifanensibus studiis tirocinium die 23. Sept. 1831 ingressus est; quo confecto quadriennii theologici tres priores annos in univ. Vindob. (simul philologicis et historicis studiis deditus), quartum in lyceo Linciensi percurrit, ad s. professionem admissus die 22. Sept. 1835, sacerdos factus die 15. Aug. 1836. 1836—37 cooperator in Sipbachzell; 1838—40 classium grammaticalium in gymnasio, 1841—1848 philologiae et historiae universalis in lyceo professor; 1848—49 deputatus pro constituendo Germaniae statu Francofurti a. M.; deinde professor linguae Graecae et Latinae in gymnasio superiore, ab anno 1859 simul archivarius, 1865—73 simul gymnasii director; 1871 S. C. R. et A. Mai. consiliarius denominatus; 1873, ut domui monasterii praeesset eiusque vineas in Austria inferiori sitas procuraret, sedem Viennae fixit; sed initio anni 1874 valetudinis infirmitate coactus in monasterium rediit tempusque legendo scribendoque impendit, donec die 3. Maii 1876 apoplexia tactus efflavit animam.

Vir profundissimae eruditionis animumque a studiis nullo tempore relaxans hos libros typis vulgavit:

I. Der Christbaum. Ein lyrisch-didaktisches Gedicht. (Carmen lyrico-didacticum.) Augsburg, Rieger. 1848. 8°. 390 p.

II. Antrag des Abgeordneten Piringer an die deutsche Nationalversammlung in Frankfurt a. M. (i. e. Propositio ad Germaniae deputatos.) Bonn, 1848. 8°.

III. Rede des Abgeordneten Piringer von Kremsmünster zur Motivirung seines selbstständigen Antrages etc. (Agitur in hac oratione de mittendis in terras exteras colonis.) Frankfurt, 1848. Druck von Horstmann. 4°. 13 p.

IV. Ueber Wesen und Bedeutung der Poesie. (i. e. Tractatus de natura et vi poeseos.) Gymnasialprogramm. Linz, Druck von Feichtingers Erben. 1851. 4°. 40 p. Verlag der Direction.

V. Eine lexicalische Glosse etc. (i. e. Glossa de quibusdam vocabulis Homericis.) Im Gymnasialprogramm 1870. Linz, Druck von Feichtingers Erben. 4°. 8 p. Verlag der Direction.

VI. Caesar und Ostra. Ein episches Weihegedicht auf den Votivkirchenbau. (Carmen epicum scriptum, quum anno 1853 ob Austriae im-

peratorem Franciscum Iosephum I. de sicarii manu felicissime servatum nova Viennae ecclesia aedificari coepta esset.) Wien, Mechitharisten-Congregation. 8°. 13 p.

VII. Psalterium Romana lyra redditum. Regensburg, Pustet. 1859. 8°. 311 p.

VIII. Predigt zur Secundizfeier etc. in der Stiftskirche Kremsmünster, gehalten am 30. Aug. 1863. (i. e. Oratio sollemnis ad celebrationem sacerdotii iubilaei.) Linz, Druck von Feichtingers Erben. 8°. 17 p. Selbstverlag.

IX. Geschichtliche Notizen über die Ritterburg Altpernstein. (i. e. Historia arcis Altpernstein.) Linz, Druck von Feichtingers Erben. 1871. Edit. II. 15 p.

X. Varia eiusdem carmina continentur in Heliodori Truska „Frühlingsalbum". Wien, Braumüller. 1859. p. 45—52; alia in Wurzbachs Schillerbuch No. 2787, Wien, k. k. Hof- und Staatsdruckerei, 1859, 4°.

Piter Bonaventura (Břevnoviensis — praepositus Raigradiensis) orbis lucem primum aspexit anno 1708 9. Novembris Třebechovicii in Boemia, municipiō sub ditione comitum Colloredo de Valsee. Pater eius Venceslaus ibi figuli opificium exercebat, mater Elisabetha nata Lochmaniana erat, ambo magis ex honesta piaque conversatione, quam diviti censu commendandi. Puerilibus annis in pietatis cultu virtutumque exercitio feliciter transactis, ad triviales scholas, litteris et musica imbuendus, traditur. Anno deinde 1721 post festum Pentecostes, quum etiam rebus oeconomicis adhibitus esset, parentes puerum Arnaviam Boemorum duxerunt, ut linguam Germanicam addisceret. Erat ibidem Fr. Eleutherius matris Bonaventurae germanus in conventu PP. Franciscanorum reformatorum, qui illius curam suscepit. Lingua Germanica utcumque informatus, arbitrio praedicti avunculi studiis tradendus erat; sed diu multumque agendum fuit cum patre quippe metuente impensas, quas in immensum augendas existimabat. Dubio hocce amoto Frater Eleutherius, ad suscipiendum presbyteratum anno 1722 Reginaehradecium a superioribus missus, puerum secum assumpsit, ibique in seminario collegii S. I. in musica eum probandum fecit. Ast parente invito coactus brevi post domum redire debuit. Nec quiescente autem avunculo pridie fest. OO. SS. Braunam ductus, ibique probatus in musica, spem accepit, se victum cum alumnis in monasterio accepturum, quem et victum accepit. Illic in celebri tunc gymnasio primis grammatices elementis imbutus, ad altiora convolans rhetoricam usque; his in scientiis addiscendis progressus is fuit, qui parentum magistrorumque spem longe superaret. Floridis et vastis eloquentiae campis feliciter perlustratis, tantae spei adolescens, mundi vix sibi noti iam pertaesus, de sanctiori vita cogitare, abbatem h. l. Othmarum Zink adire et ut ad religionem admitteretur, omnibus precibus contendere non distulit. Admissus tandem pro votis, die 21. Sept. 1728 veste monastica indutus est et anno insequenti, probationis tempore exacto, omnium monachorum suffragiis conspirantibus ad professionem admissus die 30. Oct., votis sollemnibus in manus d. abbatis depositis, Deo et s. religioni se obstrinxit. Expleto pro more congregationis a professione anno, cuius partem Braunae, partem Policii (mon. ad fluvium Mettavam in Boemia levatum ab imperatore Iosepho II. anno 1785) in spiritualibus exercitiis eadem semper pietate ac animi fervore transegit, Břevnovium ad s. Margaretham consue-

torum philosophiae, theologiae ac iurisprudentiae studiorum causa missus, inter primos sic excelluit, ut ingenium ad scientias egregie comparatum facile adverterint periti rerum aestimatores. Sublimioribus his emensis studiis Kal. Novembris anno 1735 neomysta ad aram stetit, et anno sequenti Braunam vocatus scholas humaniores ibi tradere est iussus, ubi antea ex ambone per octo annos ad populum dicebat. Quo in scholis pertracto anno paulo post ob examen missus ad monasterium Policense, ubi concionibus vacandi sodalitatemque Matris Dolorosae moderandi mandatum accepit. Sed nec hic diu permanere potuit. Labente enim anno 1737 iterum Braunam evocatus, philosophiae primum summa cum laude professorem egit, Břevnovii theologiam deinde docuit et tandem ibidem subprioris, archivarii et bibliothecarii, totius congregationis Moravico-Boemicae o. s. B. secretarii, et finaliter „agentis causarum ordinis“ munere Viennae insimul decorari meruit, quo in officio quatuor ferme annis Viennae perstitit. Sub id temporis contigit, ut vacaret praepositura Raigradiensis. Ideo, ut moris, a suprema aula alium eligendi praepositum illico petitur licentia, qua obtenta, dieque electionis indicta, praesentibus regiis commissariis unanimi fratrum calculo Bonaventura in Aemiliani praepositi resignati locum suffectus (25. Mart.) et 10. Aug. in ecclesia decanali Vyškovien. a card. ep. Olomucen. Troyer abbatialiter benedictus et infulatus est. Quae in monasterii nostri utilitatem perfecit, praemittenda putamus, antequam opera eius litteraria fusius per ordinem describenda aggredimur. Anno 1756 vi rescripti c. r. de die 25. Apr. (quod decreto c. r. anno praecedente emisso innitebatur), beneficia curata, tam Raigradiense quam Domašoviense et Ostrovačicense (Nigrof.), monasterio in perpetuum unita sunt. Tum variis cumulabatur noster praepositus privilegiis a sede apostolica. Sic impetravit a Benedicto XII. indulgentias plenarias semel de mense super cruce pectorali (orig. membr. sub O. g. 42 arch.), pro se suisque successoribus in perpetuum, ab eodem papa (breve de die 29. Mart. anni 1757) facultatem benedicendi de licentia ordinariorum vasa sacra, campanas et paramenta, — etiam adhibito sacro oleo et chrismate, modo hoc prius per aliquem catholicum antistitem confectum fuerit (orig. sub O. g. 40); — nec non facultatem (per breve apost. dto. Romae 27. Sept. eiusdem anni) impertiendi indulgentias 40 dierum omnibus, qui, praestitis praestandis, missae pontificali intersunt. Speciali gratia Romae impetratum corpus S. M. Defendentis, quod Bruna Raigradium apportabat P. Hermannus Schneider prof. Břevnov. prior Raigrad., sollemniter in altari s. Benedicti collocatur (in festo s. s. Trinitatis 5. Iun. anni 1757) et anno 1759 corpus s. Felicissimi M. super aram s. Scholasticae. Ornata sic decenter ecclesia etiam alia negotia non omisit praepositus Bonaventura. Sic anno 1760 pontem lapideum super flumen Švarcava, usque in hodiernum intactum et firmum, construxit; villa nostra Raigradiensis ecclesiae opposita a fundamentis aedificari coepta ad fastigium deducitur, turris ecclesiae mon. sinistra inclinata, ne maiora pararet damna, reparatur et 9. Maii novus imponitur nodus, cui libellus memorialis includitur. Sicque domus Dei honori perabundanter provisum fuisset, nisi

28. Iul. 1763, ingenti terrae motu una cum capitulo et bibliotheca in fundamentis concussa ecclesia magnas egisset rimas, quas, ut repararet, mors praematura praepositum, alias de monasterio nostro bene meritum, prohibuit. Sublimi dignitate insignitus, quamvis innumeris tam provincialibus, quam domesticis negotiis impeditus ac implicatus esset, Bonaventura, vix crederes, animum a studiis nunquam amovit. Dum enim, rei diplomaticae peritissimus et in hac scientia nulli sui aevi secundus, totius congregationis secretarii munere fungebatur, non tantum sui monasterii sed etiam aliorum ordinum in Boëmia et Moravia bibliothecas et archiva lynceis perlustraverat oculis, et ex iis plurima litteraria eruit monumenta hactenus inedita, non temere et prout sors offerebat collecta, sed maturo examine selecta. Dum Viennae agentis partes gerebat, virorum doctorum, praecipue illustriss. dom. Antonii Thaulov de Rosenthal, supremi c. r. archivi t. t. praefecti gratia et auctoritate fretus insignique, per eundem ad aulam transmissis litteris commendatitiis, c. r. Boëmiae historiographi titulo decoratus, aditum ad bibliothecam caes. facile sibi patefecit, omnia fere illius Ms. perlustravit, ex eis innumera, antiquitate veneranda, ad historiam Boëmiae et Moraviae spectantia excerpsit, ac priorem iam opulentam collectionem valde dilatavit et auxit. Ad praeposituram Raigrad. tandem evectus immensam hanc rerum collectarum copiam in certum ordinem redigere aggreditur. Selectis itaque diplomatibus regum, ducum et marchionum Moraviae, ss. pontificum bullis, aliisque ad rem ecclesiasticam spectantibus, horum auctoritate suffultus „Monasticon Moraviense“ seu „Historiam omnium monasteriorum Moraviae a saec. XI—XIV usque fundatorum“ summo cum labore condit, doctissimisque adnotationibus illustrat. Ad diplomatarium Boëmiae manum postea admovet; ast dum pretioso huic operi finem parat, ecce labori immoritur. Febri enim quartana, a qua se biennio liberare non potuit, laborans, vires paulatim decrescere animadvertit; remedia exquisitissima tentantur, ingravescit febrilis aestus, recrudescunt dolores et diutius iis gravissime conflictatus succubuit tandem Bonaventura sacramentis ecclesiae munitus, XVII. Kal. Iunii (15. Maii) anno s. 1764, aetatis suae 56, et in crypta ecclesiae monasterialis per dom. abbatem Zabrdovicensem sepelitur. In die depositionis parochus Magno-Niemčicensis et vicedecanus Iosephus Petsch concionem dixit sub titulo: „Hořkost nejhořčejší“ (acerbitas acerbissima) inter Ms. bibl. nostrae (Msn. 555. Sign. F/K. II. β. 23) adservatam.

Sequitur omnium, sive iam editorum, sive, nisi mors consiliis intercessisset, edendorum rev. dom. Bonaventurae Piter operum catalogus:

a) Prelo subiecta, in lucem prodierunt:

I. Hlas na výsosti. Naříkání a Pláče Rachel. (i. e. Voces gemitus Rachel.) V Hradci Králové. 1778. 8°. In nostra bibl. deest, conceptus in arch. Břev. sub C. X. 13.

II. Pietas benedictina. Venetiis, 1751, apud I. Bapt. Albrizzi. In nostra bibl. sub Bn. 905. 8°. 396 p.

III. Řehole neb zákon sv. Otce Benedikta opata, též jeho život. (i. e. Regula et vita s. P. Benedicti.) V Brně, 1760. Vytištěna u Emanuele Svobody. Bn. 19716. 8°. 224 p.

IV. Thesaurus absconditus in agro Břevnoviensi seu vita s. Guntheri. Brunae, 1762. Ibid. Bn. 5206. 4°. p. 5 et 230.

V. Venceslai a Chvaletitz benedictini Raigrad. Tractatus de passione et morte Domini nostri Iesu Christi. 1764. 8°. In nostra bibl. deest.

b) Manuscripta quae in archivo nostro adservantur:

I. Monasticon Moraviense, diplomatico-historico-chronologicum. In arch. Sign. G. c. 9 et sqq. Codices in fol. s. pag. Hocce immensum et praestantissimum opus (alterum exemplar per manus diligentes P. Gerardi Lefebure decopiatum 14. tomos continet) undecim constat voluminibus omniumque comprehendit in se, magna ex parte a Iosepho II. imp. levatorum, utriusque sexus monasteriorum Moraviae historiam.

Quoad historiam monasteriorum Boëmiae:

II. Liber authenticus privilegiorum pro archisterio Břevnov. cum veris originalibus collatus. Cod. in fol. 268 p. Sign. arch. G. f. 3.

III. Series Rmor. DD. abbatum Břevnov. (hinc inde biographiae longiores sunt insertae). Fasc. variae formae s. pag. Sign. arch. G. g. 3.

IV. Diarium R. P. Venceslai Bittner prof. Břevnov. (ab anno 1607—71) et synopsis vitae R. D. Roberti Kugel eiusdem domus professi. Cod. in fol. p. 33. Sign. arch. G. g. 4.

V. Dissertatio de monasterio Břevnoviensi et de propagatione o. s. B. in Boëmia et Moravia. Fasc. var. formae s. pag. Sign. arch. G. g. 6.

VI. Dissertationes diplomatico-historicae de monasteriis o. s. B. in Boëmia. Cod. in fol. 270 p. Sign. arch. G. g. 7.

VII. Codex diplomatico-historicus pro compilanda Boëmia benedictina. Cod. in fol. 39 p. Sign. arch. G. g. 11.

VIII. Chronicon rerum memorabilium in Boëmiae regno gestarum ad ordinem s. Benedicti spectantium ab anno 856—1651. Cod. in fol. 153 p. Sign. arch. G. g. 15.

IX. Diplomatarium monasterii Strahoviensis Pragae ord. Praem. ab anno 1350—1752. Cod. in fol. s. pag. Sign. arch. G. g. 19.

X. Diplomatarium ad mon. Zderasiense canonicorum s. sepulchri dominici Hierosolymitani et hospitalis domus s. Francisci Pragae spectans. Cod. in fol. s. pag. Sign. arch. G. g. 20.

XI. Instrumenta ad Carthusiam Pragensem „hortum s. Mariae“ spectantia (1342—1512). Cod. in fol. s. pag. Sign. arch. G. g. 21.

Quoad monasteria Silesiae et aliarum terrarum:

XII. Diplomata et litterae praepositurae Neoforensis o. s. B. (1266—1700). Cod. in fol. sine pag. Sign. arch. G. g. 26.

XIII. Epistola Chrysostomi abbatis Dissel-thalensis ad Brunonem monachum Ossecensem. Fol. s. pag. Sign. arch. G. g. 29.

Ad historiam ecclesiarum in Moravia pertinent:

XIV. Historia diplomatico-chronologica ecclesiae collegiatae s. Petri Brunae (manc.) 4 folia. Sign. arch. G. h. 20.

XV. Monumentum diplomatico-chronologicum ecclesiae parochialis s. Iacobi apostoli civitatis Brunensis. Fol. s. pag. Sign. arch. G. k. 14.

XVI. Historia diplomatico-chronologica eccl. s. Iacobi, Brunae. Fasc. in fol. s. pag. Sign. arch. G. k. 15.

XVII. Conamina cuiusdam religiosi ord. Cisterc. et parochi Žarošicensis ad efformandam historiam ecclesiae et divae Thaumaturgae Žarošicensis. Fasc. var. formae s. pag. Sign. arch. G. k. 19.

Ad historiam ecclesiasticam Boëmiae:

XVIII. Instrumenta uti: bullae pontificiae, decreta episcoporum, privilegia imperatorum et statuta ecclesiam metropolitanam Pragensem concernentia. Fasc. variae formae s. pag. Sign. arch. G. m. 1.

Historica ecclesiae generatim:

XIX. Chronicon Laureacensium et Pataviensium archiepiscoporum auctore Bernardo Norico monacho Cremifanensi; erutum ex bibliotheca Valdhusiana. Cod. in fol. 25 p. Sign. arch. G. m. 5.

XX. Historia concilii Basileensis (ex codice bibl. Vindobonensis). Cod. in fol. 723 p. Sign. arch. G. m. 7.

XXI. Ordinationes et statuta Bonifacii Papae IX. Fasc. in 8°. s. pag. Sign. arch. G. m. 8.

De iure provinciali Moraviae disserunt:

XXII. Diplomatarium Moraviae seu: collectio diplomatum marchionatum Moraviae spectantium. Fasc. in fol. s. pag. Sign. arch. H. a. 1.

XXIII. Privilegium baronum et nobilium provinciae Brunensis de anno 1229. Fasc. in fol. 97 p. Sign. arch. H. a. 4.

XXIV. Venceslai anon.: antiqua iura Moraviae, ex iure Iglaviensi perfecta et confirmata. Cod. in fol. 285 p. Sign. arch. H. b. 1.

Historiam Moraviae in genere tractant:

XXV. Consignatio alphabetica omnium bonorum, quae anno 1623 rebellibus in Moravia fuerunt confiscata. Cod. in fol. 113 p. Sign. arch. H. d. 12.

De nobilibus Moraviae et Boëmiae:

XXVI. Genealogia comitum de Schlick. Fasc. variae formae s. pag. Sign. arch. H. e. 1.

XXVII. Des Rosenbergischen Geschlechts Original-Monumente. Cod. in fol. p. 62 et 49. Sign. arch. H. h. 33—34.

Miscellanea ad Moraviam spectantia:

XXVIII. Conceptus litterarum, praefationum, annotationum etc. quae ad historiam praesertim Moraviae pertinent. Fasc. vastus satis in fol. Sign. arch. H. f. 7.

XXIX. Catalogus privilegiorum et litterarum civitatis Brunensis. Fasc. variae formae s. pag. Sign. arch. H. m. 2.

Diplomataria et ius provinciale Boëmiae:

XXX. Diplomatarium regni Boëmiae, partim quoque Moraviae et Silesiae continens 138 instrumenta saeculi XI—XVII. Cod. in fol. s. pag. Sign. arch. H. g. 1.

XXXI. Elenchus privilegiorum regni Boëmiae ex codice bibl. Vindob. de anno 1501. Cod. in fol. 338 p. Sign. arch. H. g. 3.

XXXII. Register privilegiorum regni Boëmiae, Moraviae et Silesiae nec non civitatum in eis sitarum. Cod. in fol. 52 p. Sign. arch. H. g. 4.

XXXIII. Excerpta varia historica et diplomatica ex cancellaria Caroli IV. Cod. in fol. 60 p. Sign. arch. H. g. 5.

XXXIV. Iudicia provincialia regni Boëmiae, excerpta ex „libris Memoriarum regni Boëmiae“ a Carolo IV. usque ad Georgium regem. Cod. sine paginatione, sine ordine congestus. Sign. arch. H. g. 6.

XXXV. Antiqua iura provincialia seu statuta Boëmiae lingua Boëmica conscripta. Cod. in fol. 76 p. Sign. arch. H. g. 7.

XXXVI. Excerpta ad ius provinciale Boëmiae spectantia. 9 filerae in fol. Sign. arch. H. g. 12.

XXXVII. Constitutiones Venceslai II. regis Boëmorum de iuribus Montanorum. Cod. in fol. 102 p. Sign. arch. H. g. 13.

XXXVIII. Boëmia docta: Viri docti et litterati, qui in Boëmia, Moravia et Silesia nati aut educati, omnigena eruditione clari et scriptis ac vulgatis libris sese et patriam illustrarunt. Cod. in fol. 319 p. Sign. arch. H. g. 14.

XXXIX. Vincentii canonici Pragensis chronicon ab anno 1140—1185. Cod. in fol. 103 p. Sign. arch. H. g. 17. (Editum in opere: Dobner, monumenta historica Boëmiae, ast solummodo usque ad 1167, sicuti et cetera opera Ms. a No. 39—48 in historico opere hocce ex parte sunt impressa.)

XL. Chronicon Neplachonis abbatis Oppatovicensis. Cod. in fol. 62 p. Sign. arch. H. g. 19.

XLI. Francisci canonici Pragensis chronicon 1250—1340. Cod. in fol. 145 p. Sign. arch. H. g. 20.

XLII. Přibikonis dicti Pulkava chronicon regni Boëmiae usque ad annum 1330. Cod. in fol. 199 p. Sign. arch. H. g. 22.

XLIII. Pauli Židek can. Prag. libri III. consiliorum ad regem Georgium Podiebradium: „de modo eligendi“. Cod. in fol. 135 p. Sign. arch. H. g. 23.

XLIV. Codex litterarum publicarum adversus Podiebradium. Cod. in fol. s. pag. Sign. arch. H. g. 24.

XLV. Chronicon Hradecense ab anno 1288—1467. Fol. p. 319—330. Sign. arch. H. h. 1. No. IV.

XLVI. Chronicon Boëmiae ab origine gentis usque ad 1458. Cod. in fol. p. 31 et 13. Sign. arch. H. h. 3 et 4.

XLVII. Excerpta quaedam historico-genealogica regum et reginarum Boëmiae. 1060—1388. Fol. 18 p. Sign. arch. H. h. 6.

XLVIII. Chronicon Bartholomaei de Drahonitz. Cod. in 4°. 91 p. Sign. arch. H. h. 9.

XLIX. Descriptio arcium et bonorum ad regnum et coronam Boëmiae pertinentium. Fasc. in fol. s. pag. Sign. arch. H. h. 10/1.

L. Chronicon Boëmiae ab anno 1348—1442, describens crudelitates Hussitarum auctore Calixtino. Cod. in fol. 210 p. Sign. arch. H. h. 16.

LI. Dialogus narrans haeresin Boëmorum auctore Leonardo de Valle Brixinensi ord. Praed. Cod. in fol. p. 44 et 41. Sign. arch. H. h. 18 et 23/I.

LII. Chronicon Andreae canonici, monachi s. Magni: de actis Hussitarum. Cod. in fol. 23 p. Sign. arch. H. h. 20.

LIII. Acta motuum Boëmiae, et alia quam plurima ad Hussitas pertinentia. Fasc. variae formae s. pag. Sign. arch. H. h. 21.

LIV. Finis belli hussitici ex cod. ab anno 1501. Cod. in fol. 36 p. Sign. arch. H. h. 22.

LV. Bohuslaus de Lobkowitz: de urbe Praga et gentis Boëmiae moribus. Cod. in fol. 11 pag. Sign. arch. H. h. 24.

LVI. Historia antiqua civitatis Pilznae in Boëmia, eruta ex cod. Ms. bibl. August. Vindelicorum. Cod. in fol. 38 p. Sign. arch. H. h. 26.

LVII. Acta magistratus Braunensis ab anno 1407—1611. Fasc. variae formae s. pag. Sign. arch. H. h. 27.

LVIII. Vita Caroli IV. imperatoris excerpta ex cod. Ms. bibl. Vindob. Exempl. duo in fol. p. 69 et 58. Sign. arch. H. i. 2.

LIX. Maiestas Carolina seu constitutiones Caroli IV. Cod. in fol. 36 p. Sign. arch. H. i. 3.

LX. Ordo ad coronandum regem Boëmorum fieri solitus, auctore Carolo IV. Exempl. duo in fol. p. 26 et 31. Sign. arch. H. i. 4.

LXI. Moralizatio et moralitates Caroli IV., item sermo Ioannis archiepiscopi Pragensis super morte eius et concio Adalberti Ranconis de Exumio habita in die depositionis Caroli IV. Fasc. in fol. 58 p. Sign. arch. H. i. 5.

LXII. Historie Boleslavská Dalimila Mezičského. Ex Ms. de anno 1314. Chronicon integrum Boëmicis rythmis antiquis conscriptum. Cod. in fol. 238 p. Sign. arch. H. h. 1. W. II.

LXIII. Ioannis ab Hollešov benedictini Břevn. opera omnia. Fasc. in 8°. s. pag. Sign. arch. H. i. 6 et 7.

LXIV. Vetus vocabularium Latino-Boëmicum temporibus Caroli IV. ex variis auctoribus desumptum. Cod. in fol. 51 p. Sign. arch. H. m. 6.

Ad historiam ducatus Silesiae:

LXV. Fragmentum chronici Silesitici erutum ex cod. Ms. bibl. Aug. Vindelicorum. Fasc. in fol. s. pag. Sign. arch. H. i. 16.

LXVI. Libelli Petri Thomas: de montibus gigantibus Silesiae, Boëmiae, Moraviae et Poloniae. Cod. in fol. 64 p. Sign. arch. H. i. 18.

Regnum Hungariae attinent:

LXVII. Aeneae Sylvii et aliorum acta regem Ladislaum Posth. spectantia. Cod. in fol. 122 p. Sign. arch. H. i. 22.

LXVIII. Aeneae Sylvii tractatus de modo bene eligendi ad Ladislaum regem tunc infantem. Cod. in fol. 58 p. Sign. arch. H. i. 23.

Quaedam ad Austriae ducatus historiam:

LXIX. Diarium Austriae archiducis Mathiae (Germanice). Cod. in fol. 32 p. Sign. arch. H. i. 27.

LXX. Verzeichniss aller taitschen Lehen im römischen Reich gelegen so für den röm. Kaiser als König von Böheim etc. (i. e. Feudorum Germanicorum in imperio Romano sitorum consignatio.) Fasc. in fol. 12 p. Sign. arch. H. i. 28.

Miscellanea:

LXXI. Chronicon summorum pontificum et imperatorum. Fol. p. 27 et 7. Sign. arch. H. i. 32.

LXXII. Martyrologium Benedictino-Břevnoviense ex cod. Ms. bibl. Aug. Vindobonensis. Cod. in fol. 127 p. Sign. arch. H. l. 14.

LXXIII. Vitae patrum Graecorum iussu Martini abbatis a Paschasio in Latinum sermonem translatae cum commentario. Cod. in 4°. Sign. arch. H. l. 12.

LXXIV. Collectio litterarum seu commercium litterarum D. Bonaventurae Piter cum viris doctis, eius sermones capitulares, opera ascetica minora, et varia excerpta historica quae pluribus fasciculis comprehenduntur variae formae. Sign. arch. C. e. 22. C. f. 1, 4, 5, 10, 11, 12. C. g. 1, 2, 3, 4—15. C. h. 1—3.

LXXV. Vetus disciplina monastica in mon. Břevnoviensi et filialibus Raigrad. etc. ab anno 993 usque ad tempora Hussitica observata. Conscripta studio Bon. Piter. Maculare sine pag. in fol. Sign. arch. A. XVIII. 12.

Plank Beda (Cremifanensis), antea Franciscus, in oppido Weyer Austriae superioris die 27. Sept. 1741 natus, in monasterio Garstenensi o. s. B. prope Styram urbem sito, prima musicae elementa litterarumque principia didicit; deinde ad gymnasium et lyceum Cremifanense transgressus, die 7. Nov. 1759 s. ordinis veste indutus, insequentis anni 1760 die 13. Nov. votorum sollemnium vinculo alligatus et quinquennali opera in evolvendis s. theologiae arcanis collocata die 1. Sept. 1765 primum Deo missae sacrificium obtulit. Docendi munus in gymnasio auspicatus ab anno 1765 usque ad annum 1785 per gradus ascendens grammaticam, rhetoricam, poesin docuit simulque congregationis minoris praeses scholarumque subpraefectus; ab anno 1785 praefectus rationum monasterii per 25 annos, praeterea ab anno 1794 usque ad finem vitae chori musici regens, in summa senectute nihil a laboribus remittens professus et sacerdos iubilaeus et venerabilis senior, nonagenarius obiit die 23. Oct. 1830.

Scripsit typisque vulgavit:

I. Samson oder die Süsse von dem Starken. Ein Singspiel in zwei Theilen. (i. e. Drama musicum „Samson" intitulatum.) Steyr, Wimmer. 1776. 8°. 16 p.

II. Die Jubelfeier des tausendjährigen Kremsmünsters. (i. e. Descriptio sollemnitatis iubilaei millenarii monasterii Cremifanensis.) Linz, 1778. 4°. 287 p.

III. Trauerrede auf Maria Theresia, unsere grosse Monarchin, im Grabe. In der öffentlichen akademischen Versammlung vorgetragen von einem Mitgliede der k. k. Akademie zu Kremsmünster, den 23. Christmonat 1780. (i. e. Oratio funebris in mortem imperatricis Mariae Theresiae.) Wien, bei Joh. Th. Edlen von Trattnern. 4°. 20 p.

Praeterea manuscriptum reliquit libellum:

Beschreibung der Reise nach Einsidlen, Strassburg und Mannheim, welche im Jahre 1779 den 20. September mit Erlaubniss der Obern angetreten und den 7. November glücklich vollendet hat P. B. P. P. C. (i. e. Itinerarium.)

Multa dramata Latina in sermonem Germanicum convertit et varia dramata tam Latina quam Germanica lingua confecit, quorum haec duo typis impressa sunt:

I. Abramo componimento sacro opera del Signore abbate P. Metastasio. Styrae, Menhardt. 1772. 8°. 62 p.

II. Socrates veritatis victima. Styrae, Menhardt, 1774. 4°. 20 p.

Plodek Christinus (Břevnoveno-Braunensis), a Rzy in Bohemia. Natus 25. Apr. 1840, habitum Benedictinum induit 1859, sacramque regulam Břevnovii professus est die 8. Dec. 1863, ac die 31. Iul. 1864 sacerdotio initiatus. Selectus ad curam animarum ab anno 1872 gregem domini pascit Počaplae ad Albim. Dei eucharistici zelans honorem exstitit auctor

et per aliquot tempus quasi nutritius fuit ephemeridis „Škola Božského Srdce Páně“ (schola div. Cordis Salvatoris) quam Patres Benedictini Raigradienses Brunae typis mandant, bisque libellum precum edidit, quem usibus sodalium unionis conscripserat, cui nomen de adoratione sanctissimi sacramenti perpetua, et quidem publicavit:

I. Bratrstvo věčného uctění nějsvětější Svátosti oltářní pod ochranon slavného zakladatele řádu sv. otce Benedikta. Pragae, typis C. Bellmann. 1865. 12°. 64 p.

II. Čestná stráž před Nejsvětější Svátostí oltářní. Pragae, typis C. Bellmann. 1868. 8°. 162 pag.

III. Iter anno 1871 Ober-Ammergau in Bavaria factum. In ephemeride „Čech“.

IV. Alias aliis ditavit ephemerides scriptis suis, et quam die commemorationis omnium fidelium concionem dixerat sequentiae eccl. „Dies irae“ applicatam typis divulgabatur in „Posvátná kazatelna“.

V. Geographia apprime pollens scripsit mappas egregias, usui proprimis clericorum inservientes: *a)* Regni Bohemiae, tabulae 10, sing. long. 15 cm., *b)* Moraviae, Silesiae et totius dioeceseos Wratislaviensis nec non illorum Pomeriae districtuum, qui delegati apostolici subsunt iurisdictioni: tabulae 4, long. sing. 45 cm., lat. 35 cm., *c)* Tirol, tabulae 2, long. 50 cm., lat. 32 cm.; quae manuscripta usque modo retinet.

Pockstaller Pirminius (ex Fiecht in principatu Tirolensi), natus in Ienbach die 4. Sept. anno 1806. Studia gymnasialia et biennium philosophicum in lyceo Oenipontano absolvit et mox habitum s. P. Benedicti induit in monasterio Fiecht. Die 19. Sept. 1830 vota sollemnia emisit, dein Brixinam ad perficiendum cursum theologicum missus ibi die 29. Iul. anno 1832 sacerdotio redimitus fuit. In subsidium parochi in Valle Achen profectus, inde ad dignitatem abbatialem evectus est die 29. Ian. anni 1834. Summa cura tabularium monasterii perlustravit ac omnia memoratu digna conscripsit. Verum hoc magnae molis opus in miseranda conflagratione monasterii die 21. Iun. 1868 totum igne consumptum est, quod auctorem maximo dolore affecit. De novo compendium primi operis ex memoria composuit. Mortuus est apoplexia tactus die 21. Apr. anno 1875.

Scripta:

I. Wegweiser durch dieses Leben nach der Seligkeit. (i. e. Manuductio per hanc vitam ad beatitudinem.) Innsbruck, Wagner. 1851. 2 edit. 8°.

II. Beiträge zur Familiengeschichte der Ritter von Rottenburg im Innthale. (i. e. Fragmenta pro conscribenda historia dynastiae Rottenburgensis in Valle Oeni.) Innsbruck, Wagner. 1867. 8°.

III. Der Achensee in Tirol mit dem Seebadorte Pertisau. (i. e. Lacus Achen in Tiroli et balneum Pertisau.) Wien, Braumüller. 1868. 8°.

IV. Chronik der Benedictinerabtei St. Georgenberg, nun Fiecht, in Tirol. (i. e. Chronicon abbatiae Georgimontanae nunc Fiechtensis in Tiroli, o. s. Benedicti.) Innsbruck, Wagner. 1874. 8°.

V. Predigt bei der Primizfeier des neugeweihten Priesters P. Gregor Pichler aus dem Orden des h. Franciscus, gehalten in der Klosterkirche zu Schwaz am 3. Aug. 1862. (i. e. Concio in primitiis P. Gregorii habita.) Innsbruck, Druck der Vereinsdruckerei. 1862.

VI. Predigt bei der Heiligsprechungsfeier der h. Jungfrau Nothburga, gehalten zu Eben. (i. e. Concio in canonizatione s. Nothburgae virginis.) Innsbruck 1862.

Pointner Benno Ioannes (Scotensis), Rafingae in Austria natus die 22. Sept. 1722 a patribus piarum scholarum ad omnem pietatem est efformatus. Die 28. Oct. 1740 in ordinem s. P. n. Benedicti ascitus, cum eodem die anni sequentis Deo votis sollemnibus consecratus esset, studiis philosophicis et theologicis optime excultus paulo post die 21. Sept. 1745 Deo sacrifi-

cium eucharisticum obtulit. Dein iuvenis adhuc sacerdos, cum magna in eo esset pietas, novitiorum magister constitutus est; quo in officio per octodecim annorum spatium non sine maximo confratrum emolumento desudavit. Iam vero de gradu in gradum elevatus, nunc animarum curae in monasterii parochia admotus, 1748, nunc suggestum Dominicis diebus ibidem conscendere iussus, nunc munere subprioris et parochi decoratus 1763, vota omnium semper superavit. Divinae vero providentiae consilio ad maiora fuit destinatus. Canonica ergo electione die 7. Mart. 1765 abbas constitutus et infulis pontificalibus die 8. Apr. eiusdem anni redimitus est. Itaque pater omnium factus, omnesque suos paterno amore complexus, nihil dulcius ducebat ac iucundius, quam fratrum in corona laudibus divinis die noctuque incumbere. Imprimis intentus ad honorem Omnipotentis, exstructis sex numero ecclesiis totidemque aedificiis, in quibus sacerdotes habitarent, comparatisque multis rebus ad rem divinam et rite et magnifice perpetrandam necessariis, summa enisus est ope, ut illud s. p. n. Benedicti „ut in omnibus glorificetur Deus“ ad effectum perduceret. Sed quid iuvat templi Domini ex lapide constructi cura, si templum vivum negligatur? Nihil minus neglexit filios suos, ne vel unum ex iis perderet. Semper fratres ad studium virtutis et s. regulae fidelem observantiam adhortabatur; attamen nullam virtutem commendavit, cui ipse prior luculentissima specimina non dederit. Itaque illud omni auro pretiosius testimonium ab eminentissimo cardinali Migazzio obtinuit: „Apud Scotos sub Bennone abbate simul disciplinam monasticam et litterarum studia aeque florere.“ Animi cultura inter suos optime stabilita de temporali eorum emolumento quam maxime erat sollicitus. Longum est enarrare, quaecunque hac in re saluberrime gesserit. Ut cetera silentio transeam, praedium in Ottakring, usibus Scotensium accommodatissimum, multos agros, vineas, silvas, prata comparavit. Quare non solum a fratribus singulariter diligebatur, sed propter insignem prudentiam suam in rebus quoque publicis magna erat auctoritate. In statuum inferioris Austriae deputatum a patriae patribus electo, amplissimus aperiebatur campus, quem intemerato animi candore decurreret. Cui muneri admotus omnia adeo ad salutem publicam principisque salutem retulit, ut huius senatus praeses palam edixerit: Si non Magni Gottvicensis et Bennonis Scotorum abbatum prudentia et dexteritate fulciretur, se negotiorum mole obrutum, oneri ferendo imparem fore. Insignis illa Bennonis consiliorum integritas fugere non poterat Mariae Theresiae imperatricis obtutus, quae eum in rebus gravioris momenti semper consuluit eiusque consulta in insigne bonum patriae executioni demandavit. Maria quoque Anna, piissima Mariae Theresiae filia, archidux Austriae, eum adeo venerabatur, ut ex eius quasi ore penderet et eum adhortatorem sequeretur. Haec denique exacta iudicii ratio, animique intemerata fides illi Iosephi II., Romanorum imperatoris conciliavit aestimationem atque effecit, ut, cum de adunando sacratiori concilio ageretur, in quo causae pauperum et fundationum rationes essent discutiendae, eum huius congressus praesidem denominarit. Sed neque illud silentio est praetereundum, quod Iosephus II., pectus eius cruce pretiosissi-

mis gemmis ornata, quam pectoralem dicunt, condecoravit. Tam optime cum de patria tum de asceterio meruit Benno abbas, ut in litteris de morte eius ad confoederatos datis recte scriptum sit: „Id saltem ad laudis cumulum adiecisse sufficiat; quod seriem abbatum nostrorum in septimum se protendentem saeculum percurrenti multi quidem prorsus insignes, et de monasterio optime promeriti praesules occurrant, nemo autem unus, qui munificentiam in suos, et merita Bennonis adaequet.“ Vita vero, morum candore et annorum cumulo ad normam patriarcharum instituta, morte patriarchis usitata claudenda erat. Vulnere pedis sanato, materia maligna corpori inclusa pulmones affecit et gangraena denique consumsit. Susceptis igitur morientium sacramentis manu fratrum coronae silentium indixit, cum eos dimittere non posset, quin benedixisset. Loquebatur, quamvis fracta paene voce atque moriente ore, et quidem eo ordine, ea energia, ea paterni cordis teneritudine, ut vires humanas longe superasse omnibus visus sit. Huius ultimae allocutionis memoriam nulla Scotis dies delebit: „Transiturus“, inquit, „de hoc mundo ad Patrem, ut pie spero, ultima iam ad vos, filios carissimos, verba facio. Cum dilexerim vos semper, usque ad finem vitae meae vos diligere pergo, et nihil magis desidero, quam ut vos omnes filios meos carissimos iterum in patria amplecti possim: quod vero alia ratione fieri non poterit, nisi secundum institutum vestrum et vota, vitam piam, religiosam et sanctam instituerit. Iam in posterum vobis prodesse non potero, et quae circa vos futura sunt, conturbant me et me anxium tenent. — Praeprimis commendo vobis, usque dum successorem habuero, obedientiam ac reverentiam erga venerabilem priorem vestrum (Adrianum Gretsch) et ne a quoquam contristetur exopto. Cum vero de successore mihi canonice substituendo agetur, nihil magis desidero, quam ut in caritate concordes, secundum conscientiam vestram dignissimum ex vobis eligatis; ne vos propria conscientia vestra, propter votum sinistre datum in posterum damnet, et causa destructionis et ruinae vestri monasterii ipsi sitis. — Eum ergo canonica electione substituatis, qui inter vos est dignissimus, qui et disciplinam regularem curet et promoveat, et oeconomiae curam non negligat. — Non sint, filii! inter vos altercationes et dissidia, fratres enim estis. Nemo vestrum dicat: Ego sum Cephae, ego Apollo, ego Pauli; vos enim omnes estis filii Christi (1. Corinth. 1, 12). De cetero valete, filii carissimi, et estote memores patris, qui multum vos diligit, multumque pro vobis laboravit, et nunc nihil magis desiderat, quam ut ex vobis neminem perdat, sed omnes in patria iterum videre valeat. Nihil mihi iam reliquum est, quam ut ultimam paternam benedictionem vobis impertiar.“ Ultima denique piissime morientis patris verba, quae auribus assistentis sacerdotis ingessit, erant illa psalmistae: Paratum cor meum Deus: paratum cor meum! his dictis inter ardentissima cordis vota rebus humanis placidissime consummatus ereptus est die 15. Febr. 1807 hora tertia mane, qua tot annis ad Dei laudes celebrandas stratum deserere consuevit, homo annorum 85, professus 67, sacerdos 62, abbas 42 nondum completorum. Sepultus est in coemeterio Scotensi parochiae Breitenlee. Scripta eius ascetica, quae novitiorum magister usui fra-

trum in unum fasciculum concinnavit, perenne erunt pietatis huius viri argumentum.

Inscriptus est hic liber:

Scripta ascetica seu Documenta spiritualia ex optimis authoribus in usum congesta, et usui F. F. novitiorum monasterii B. M. V. ad Scotos accommodata. Ms. in 4°. adserv. in bibliotheca Scotensi sub 53 g. 34 et 54.

Pokorny Fridericus Franciscus (de s. Monte Pannoniae), in Szakolcza com. Nitr. in Hungaria die 14. Nov. 1832 natus, s. habitu die 11. Sept. 1851 indutus, vota sollemnia die 5. Oct. 1854 emisit. Absolutis in regia scientiarum univ. Hung. s. theologiae studiis, die 26. Iul. 1858 sacerdotio initiatus est, ex quo tempore usque ad annum 1870 officio professoris Iaurini, 1870—73 administratoris parochiae in Ravazd functus, dehinc administrator bonorum districtus Veszprémiensis in Bársonyos degit. Scripsit:

I. A vizözön. (i. e. De diluvio.) Praemio Dercsikiano ornatus liber manu scriptus in archivo facultatis theol. universitatis Budapestinensis. 1856.

II. Sz. Márton győrmegyei Sabariában született. (i. e. S. Martinum Sabariae com. Iaurinensis [nunc s. Martinum nominatur] natum esse.) Észrevételek Lakner Endre sz. Márton Toursi püspök valódi születéshelyének felderitése czimű értekezésére. Győr. Sauervein. 1867. 8°. 148 p.

III. Varia minora in libellis periodicis: Magyarország és a Nagy Világ, 1865; item in: Kath. Néplap, Győri Közlöny, M. Állam cet.

Polgár Innocentius Sigismundus (de s. Monte Pannoniae), in Velencze com. Albae-Reg. in Hungaria die 21. Apr. 1779 natus, s. ordinem die 8. Maii 1803 ingressus, vota sollemnia die 11. Maii 1804 emisit et ex eo ad annum 1806 Sopronii, 1806—7 Papae professoris munus obiit. 1807—9 Iaurini, 1809—11 in s. monte studiis s. theologiae vacavit, quibus absolutis die 23. Apr. 1811 presbyter ordinatus est. 1811—12 provisor domus in s. monte, 1812—13 professor Posonii, 1813—15 orator a sacris in s. monte, 1815—16 professor Comaromii, 1816—21 Sopronii, 1821—24 Iaurini, 1824—27 superior domus et director gymnasii Papensis, 1827—39 administrator parochiae in Lázi, 1839—42 administrator bonorum in Tömörd, 1842—48 in Kismegyer, ex eo spiritualis in s. monte, ubi die 14. Mart. 1852 vita cessit.

Scripsit:

I. Örömbeszéd, mellyet a felséges I. Ferencz Magyarország örökös királyának születése napja inneplésére a tanuló ifjusághoz mondott Polgár Innocentius. Sopronyban Febr. holnap 12-dik napján 1819. (i. e. Sermo in die natali aug. imperatoris et regis apost. Francisci I.) Sopronyban. Sziesz maradéki betüivel. 4°. 7 p.

II. Honoribus multum venerandi patris Floriani Vester, ordinis min. s. Francisci, provinciae Marianae, directoris nationalium scholarum Soproniensium, dum iubileae professionis diem 14. Apr. in pratis B. M. V. recoleret MDCCCXIX. Sopronii. Typis haeredum Siessianorum. 8°. 4 pag.

III. Syncharisticon reverendissimo domino Michaeli Berghofer, abbati s. Georgii militis, cathedr. ecclesiae Iaurinensis canonico nec non parocho; dum in cath. ecclesia Iaurin. praepositus maior inauguraretur die 6. Ian. MDCCCXXII. Iaurini. Typis Leop. Streibig. 4°. 4 p.

IV. Szent György Virág, mellyel fő tisztelendő, és nagyságos Fejer György urnak, a bold. szűz pesti ujhegyi prépostjának neve napjára kedveskedik Polgár Innoczentz 1822. (i. e. Carmen, quo Georgio Fejer diem natalem agenti gratulatur.) Ibid. 4°. 4 p.

V. A muzsák dala, mellyel fő tiszt. és nagyságos Fejér György urat, neve ünnepén megtisztelték Győrött 1823. (Idem pro anno 1823.) Ibid. 4°. 4 p.

VI. Ode Lesbia sacerdoti quinquagenario multum venerando patri Floriano Vester, ord. s. Francisci provinciae Marianae VI. Nonas Maii, anno MDCCCXXIV. Ibid. 4°. 4 p.

VII. Carmen honoribus reverendissimi domini Ferdinandi Villax, sacri, et exemti ordinis Cisterciensis abbatiarum unitarum B. M. V. de Zircz„Pilis, et Pásztó abbatis, dum sollemni ritu inauguraretur anno 1826. Ibid. 4°. 6 p.

Pospíšil Oddo (Břevnoveno-Braunensis), a Peřimov Boh. Natus 18. Maii 1838, vestem ordinis indutus 1859, emisit vota soll. 8. Dec. 1863. Anno subsequenti die 31. Iul. sacerdotio initiatus operam navavit studiis philosophicis, quibus in universitate Pragena absolutis rite tentatus et approbatus magisterio fungitur in gymnasio Braunaviensi. Scripsit:

Die Osmanen zur Zeit des Wachsthums und der Blüthe ihrer Macht in ihren Beziehungen zu den Ländern der jetzigen österreichisch-ungarischen Monarchie. (De Turcarum imperio.) Habetur in annalibus gymnasii Braunensis anni 1879.

Pottenhofer Vitalis (a s. Petro Salisburgi), Bavarus, nat. in Reichenhall 1690. 22. Iul. absolutis Salisburgi humaniorибus litteris 25. Sept. 1707 monasterium ingressus, anno sequenti 29. Sept. sollemniter professus et 1. Oct. 1713 sacerdos, primum cooperator in Abbatisaugiam missus, dein repetitor clericorum in philosophia, demum bibliothecarius constitutus. Vir doctus et eruditus, sed podagra et chiragra per multos annos laborans; obiit 1. Iun. 1753. Scripsit:

Monachatus s. Ruperti, fundatoris et primi quondam episcopi et abbatis cathedralis olim monasterii ad s. Petri intra Salisburgum vindicatus contra R. D. Martinum Weisbacher. Tegernsee 1739. 4°. 50 p.

Pottokár Petrus Andreas (de s. Monte Pannoniae), in Nyerges-Ujfalu com. Strigon. die 11. Nov. 1840 natus, s. habitu die 8. Sept. 1858 indutus, vota sollemnia die 26. Mai 1863 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis, die 2. Aug. 1865 presbyter ordinatus est, ex quo tempore ad annum 1873 officio professoris Sopronii est functus, quo anno s. ordinem deseruit. Scripsit:

A családi életből Sophoklesnél. (i. e. Quae apud Sophoclem de vita interiori ac familiari inveniantur.) In progr. gymn. Sopron. 1871—72. 8°. 13 p.

Prach (Udalricus Lambertinus), natus est in Gonobitz Styriae 17. Aug. 1822. Habitum ordinis sibi indui fecit ad s. Lambertum in Styria 19. Aug. 1842, ubi absolutis in monasterio Admontensi studiis theologicis, professus est 11. Iul. et primitias celebravit 9. Aug. 1846. Exinde per 8 annos cooperatorem egit in monasterio et secretarium et ceremoniarium abbatis, item 1854—60 in Weisskirchen, 1860—1861 in Obdach, ex inde parochus in Marein in Mürzthal. Prach in rebus oeconomicis peritissimus (quapropter pluries numismatibus decoratus est, inter alia in s. d. expositione universali Viennae 1873), plures de eisdem edidit tractatus.

Insuper typis dedit:

Eine Fahrt nach Rom (i. e. Iter Romanum.) In „Wiener Kirchenzeitung“ 1871. Nr. 15—30, Beilage.

Prangner Engelbertus (Admontensis), Graecio originem ducens 12. Sept. 1812, Admontes stabilitus 11. Iul. 1835, primitias celebravit 8. Dec. 1835. Per breve temporis spatium cooperator constitutus in Wildalpen, ad musas et scientias revertens, theologiam moralem et pastoralem alumnis coenobii tradidit. Dein ad gym-

nasium et convictum Graecensem translatus doctoris philosophiae dignitate est exornatus. In gymnasio Theresiano Viennae professor constitutus infirmitate corporis morboque coactus domum petiit paternum et hypertrophia cordis pressus placide in Domino quievit 7. Aug. 1853.

I. Ueber das Enneodon Ungeri der Saurier aus dem Tertiär-Gebilde zu Wies. (Disquisitio palaeontologica.) Steierm. Zeitschrift, 1845. I.

II. Geschichte des Herzogthums Steiermark von Dr. Albert von Muchar. (i. e. Historiae ducatus Styriae editae a Dr. Alberto de Muchar pars quinta.) 5. Theil. Grätz, 1850. Herausgegeben von Engelbert Prangner.

Pratzner Marianus (Gottvicensis), in Schludern Tirol. die 29. Aug. 1746 natus sollemnem professionem emisit die 25. Oct. 1767 et primum sacrum obtulit die 6. Oct. 1771. Vir vere religiosus omnes vitae suae dies in monasterio transegit munere praefecti rei musicae et culinariae atque alumnorum magistri fungens. Die 24. Ian. 1818 pie in Domino obdormivit.

Drei Offertoria „Ave Maria“ in G, D, A. 4 voc. c. org. Manusc. in archiv. regenschoriat. Gottvic. adserv.

Pregg Mathias (Cremifanensis), Austriacus Peuerbacensis, die 7. Dec. 1730 natus, studia humanitatis partim Lincii, partim Cremifani confecit; emenso tirocinio ipso festo omnium s. monachorum ordinis nostri anno 1748 professus et die 24. Iun. 1755 ad gradum sacerdotalem evectus est. Ab anno 1757 rudimenta, ab anno 1761 syntaxin Latini sermonis, ab anno 1762 eloquentiae praecepta iuventuti studiosae tradidit, simulque praefecti scholarum et comici munere perfunctus est. Anno 1770 in parochiam Buchkirchen, inde in Viechtwang sanitatis causa abiit, sed fracta valetudine in monasterium reverti coactus in parochia Pfarrkirchen post habitum de morte sermonem lecto affixus paullo post die 26. Maii 1773 extinctus est.

Egregius concionator sacras et academicas orationes manuscriptas, insuper haec opuscula comica typis excusa reliquit:

I. Fechredinus Drusiae Princeps. Styrae, Menhardt. 1758. 4°. 12 p.

II. Siphanus et Taranta. Adiecto textu Germanico. Styrae, Menhardt. 1760. 4°. 24 p.

III. Dion et Callipus. Adiecto textu Germanico. Styrae, Menhardt. 1761. 4°. 24 p.

IV. Demetrius. Adiecto textu Germanico. Styrae, Menhardt. 1762. 4°. 24 p.

V. Ansberta et Bertulphus. Adiecto textu Germanico. Styrae, Menhardt. 1763. 4°. 24 p.

VI. Sieg der Gerechtigkeit über die Vaterliebe, oder: A. Fulvius. Ein Trauerspiel in fünf Handlungen. (i. e. Iustitiae de amore paterno victoria sive A. Fulvius. Tragoedia quinque actibus constans.) Styrae, Menhardt. 1764. 4°. 32 p.

Prenner Robertus (Scotensis), Viennae in Austria die 4. Maii 1751 natus prius ordinis erat s. Francisci sacerdos inde ab die 29. Sept. 1775. Die vero 18. Maii 1792 s. P. n. Benedicti habitu indutus est ac monasterio B. M. V. ad Scotos Viennae sollemni ac perpetua votorum sponsione se obstrinxit die 19. Maii 1793. Cui paullo post impositum est munus concionatoris matutini in ecclesia asceterii, quod officium integre cumulateque praestitit, donec die 26. Ian. 1798 vitae curriculum confecit anno aetatis suae 47.

Typis edidit conciones:

I. Predigt von der Beichte. (i. e. De s. poenitentia.) 1 vol. 8°. Viennae, 1795, apud Christ. Grosser.

II. Predigt von der Communion. (i. e. De s. communione.) 1 vol. 8°. Viennae, 1795, apud Christ. Grosser.

Prennsteiner Ambrosius (a s. Petro Salisburgi), Salisburgensis ex Altenmarkt, natus 12. Dec. 1801, novitius 23. Oct. 1824, monachus professus 15. Dec. 1825, neomysta 10. Sept. 1826, absolutis studiis theologicis disciplinas humaniores in gymnasio Salisb. per 29 annos docuit, quas dein cum curis oecenomicis monasterii et post biennium cura animarum in parochia Abtenau commutare iussus est. Obiit 4. Oct. 1868. Scripsit:

Geschichte des k. k. akademischen Gymnasiums zu Salzburg, quellenmässig dargestellt. (i. e. Historica delineatio gymnasii Salisburgensis.) Gymnasialprogramm. Salzburg, 1851. 4°. 16 p.

Preyer Dominicus Daniel (Scotensis), Viennae in Austria die 21. Iul. 1844 natus absolutis gymnasii apud Benedictinos-Scotenses Viennae studiis ibidem die 21. Sept. 1864 s. habitu indutus est votaque sollemni ritu nuncupavit die 27. Sept. 1868. Emenso deinde s. theologiae in univ. Vindob. cursu die 26. Iul. 1869 sacerdotio inauguratus dieque 1. Aug. eiusdem anni primâ Deo hostiâ litavit. Curae deinde animarum addictus, cum catechetam egisset excurrendo in suburbium Gumpendorf, cooperator factus est Pulkav. deinde Gumpendorf., cuius partes hucusque tuetur.

In rebus historicis versatus libellis dictis „Abendstunden“ Viennae disputationem inseruit de s. Severino, dicto Pannoniae apostolo:

Der heilige Severin in Wien. Ein Beitrag zur vaterländischen Geschichte von 453—488 nach Christo. Abendstunden, Jahrg. 1870. 2. Heft. p. 37—62. Viennae, typis E. Jasper, sumptibus Augusti Prandel.

Priestersperger Ioachimus (Mellicensis), Austriacus Campililiensis, natus die 14. Sept. 1695, die 13. Oct. 1714 per sollemnem professionem monasterio se adstrinxit et 14. Apr. ad s. Petrum Viennae primam immaculatam hostiam Deo obtulit. Per quinque menses hospes in Monsee fuit, dein vicarius in Haugsdorf et anno 1736 inde reversus est, et sacra eloquentia celeber die 5. Maii 1771 apoplexia tactus supremum diem obiit. Scripsit:

Trauerrede über den schmerzlichen Todesfall des hochwürdigen in Gott andächtigen hochedelgebornen und hochgelehrten Herrn Herrn Romani in dem hochlöblichen Stifte zu Seissenstein oder Gottesthal, würdigsten Abtes, bei dessen feierlichem Leichenbegängnisse in besagtem Stifte den 14. Christmonat 1751 vorgetragen. (i. e. Oratio funebris in die depositionis abbatis Romani etc.) Krembs, gedruckt bei Ignatz Anton Präxl. Fol.

Priglhuber Dionysius Iosephus (Michaelburanus), Austriacus, natus in Ried, 28. Iun. 1810, prof. 7. Apr. 1833, sacerdos 19. Aug. 1833. Studiis theologicis absolutis in r. b. gymnasium ad s. Stephanum Augustae Vindel. vocatus est, ut ibi iuventutem studiosam doceret. Anno 1841, die nominis sui (9. Oct.) promotus ad doctoratum s. theologiae accepit professuram ord. theologiae moralis, in c. r. lycaeo Linciensi. Postquam doctrina sua mirifica et comitate sibi favorem reverendissimi d. d. episcopi Gregorii Thomae (Ziegler) ita comparaverat, ut ab hoc ad dignitatem consiliarii consistorialis eveheretur (1853) phtisi laborare coepit, et obiit 6. die Martii 1856.

Ephemeridibus Salisburgensibus carmen in nostrum dilectum P. Dominicum Hoffer, professorem doctrinae religionis in gymnasio Salisburgensi, qui inopinato modo apoplexia tactus et mortuus erat, inseruit.

Pritz Urbanus (Gottvicensis) in Weissenkirchen Austriae die 13. Febr. 1820 natus, die 26. Sept. 1841 s. habitu indutus, die 26. Apr. 1846 vota sollemnia emisit et die 9. Aug. 1846 primum Deo sacrificium obtulit. Curatus in monasterio, 1847 cooperator in Kottes, 1856 professor theologiae pastoralis et 1858 simul prior et parochus Gottvicensis, 1868 parochus in Michelbach, 1871 parochus in Gausbach et 1877 auxiliator in Rapotenstein est constitutus.

Predigt über den marianischen Verein „Corona aurea", gehalten in der Pfarrkirche zu Kottes. Siehe Feier der dogmatischen Entscheidung etc. in der Diöcese St. Pölten, p. 194. (i. e. Sermo de unione mariana „Corona aurea" habitus in ecclesia parochiali in Kottes.)

Proschko Paulus (Cremifanensis), Bohemus Schwarzbacensis die 4. Iun. 1837 natus cursum gymnasii partim Budovicii in Bohemia, partim Cremifani emensus die 3. Sept. 1857 s. habitu indutus, theologiae in instituto theologico domestico ad s. Floriani operam dedit; die 5. Sept. 1861 professus et insequentis anni die 27. Iul. regali sacerdotio auctus est. 1862—1864 professor supplens in gymnasio; 1864—1866 in univ. Vindob. studiis philologicis vacans ad docendi munus sese praeparavit; rite probatus ab anno 1867 linguae Latinae et Graecae in gymnasio utroque professor, ab anno 1872 simul parti iuvenum in convictu degentium praeest.

Typis vulgavit dissertationem:

Ueber Platons Dialog „Menon". Gedankengang und Gliederung des Dialogs. (i. e. De Platonis dialogo „Menon".) Gymnasialprogramm, 1872. Linz, Druck von J. Feichtingers Erben. 4°. 20 p. Verlag der Direction.

Puehringer Oddo (Cremifanensis), Austriacus Wirtingensis, die 10. Mart. 1732 natus studia humaniora Cremifani absolvit, et habita publica ex universa philosophia disputatione monasterium ingressus, votis obligatus die 11. Nov. 1751, absolutis Viennae studiis theologicis die 27. Maii 1756 ordinatus est. Cooperator in Buchkirchen, Pettenbach, Kematen, Pfarrkirchen, Vorchdorf et Weisskirchen; postea parochus in Sipbachzell, Kirchberg et Ried, prof. iubilaeus obiit 2. Mart. 1802.

Typis imprimi iussit concionem sacram:

Das Lob Gottes wegen dem Reichthume seines Segens über die Salzberge zu Ischl. (i. e. Laus Dei propter uberrimas salinas Ischlenses.) Steyr, Wimmer. 4°. 31 p.

Pürstinger Iosephus (Admontensis), in pago Nusbach Austriae superioris natus 14. Mart. 1843, studiis in c. r. gymnasio Linciensi absolutis Admontes stabilitus 5. Oct. 1870, primitias in loco natali celebravit 7. Nov. 1870, ex quo curae animarum incumbens cooperatoris munere ad s. Galli, in Landl et s. Nicolai fungens ab anno 1877 vicarius ad s. Annae in Lavantegg installatus est.

I. Der Gesang nach Noten in der Volksschule. Eine populäre Gesangsschule in Liedern im C-F-Schlüssel. (i. e. De cantu in schola populari.) Für Volksschulen auf dem Lande. Wien, 1873. 8° min.

II. Kirchengesänge für das christliche Volk zum Gebrauche während der heil. Messe mit

Noten im C-F-Schlüssel transponirt und herausgegeben. (i. e. Cantilenae ecclesiasticae.) Alle Rechte vorbehalten. Linz, 1876. Druck von Jos. Feichtingers Erben. 8° min.

III. Die vier Rechnungsarten auf der Rechenmaschine. (i. e. De quatuor ratiocinandi generibus.) Gedächtnissübungen zum Auswendiglernen für die Schulkinder. Zusammengestellt von P. Joseph Pürstinger. Linz, 1878. 8° min.

Purgleitner Anselmus (Admontensis), ortu et professione. Natus 21. Iul. 1792, prof. 1. Aug. 1813, incruentum N. F. sacrificium primo celebravit 16. Oct. 1814. Neosacerdos professor in gymnasio et instituto philosophico Admontensi nominatus theologiam dogmaticam per longum temporis spatium multo cum successu tradidit. Variis demum muneribus laudabiliter functus uti: provisoris parochiae Culmensis, cammerarii, secretarii capituli, magistri novitiorum et directoris clericorum, scriptoris directorii, subprioris et vicedirectoris studii theologici Admontes paralysi cerebri obiit 21. Febr. 1863.

I. Ueber den Begriff und die Bedingungen der Religion. (i. e. Notio et conditiones religionis.) Frint'sche Zeitschrift, 13. Jahrg. 1. Bd. 2. Heft.

II. Ueber die Stelle: II. Sam. 7. 1—17, und andere dogmatische Aufsätze. (i. e. Loci II. regum cap. 7. interpretatio aliique tractatus dogmatici.) Ibidem.

Puschl Carolus (Seitenstadiensis), natus in Wolfsbach, vico Austriae inferioris, die 7. Febr. 1825, absolutis Seitenstadii et Lintiae gymnasii studiis die 15. Aug. 1846 in monasterio Seitenstadiensi sacrum induit habitum, et die 19. Iun. 1851 votis sollemnibus se obstrinxit. Primitiis die 25. Iul. 1852 celebratis, cooperatoris officio in parochia Asbacensi per duos fere annos est functus. Inde 1853 in monasterium ad mathematica et physica in c. r. gymnasio docenda rediit. Fama doctrinae eius iam divulgata 1859 in monasterium celebre Mellicense, ut eandem doctrinam traderet, vocatus est. Post tres annos domum reversus locum pristinum in c. r. gymnasio usque ad annum 1871 obtinuit, quo anno propter gravem oculorum morbum munere docendi se abdicare coactus est.

Exstant multa eius opera de rebus physicis magno ingenii acumine scripta:

I. Mechanische Theorie der Naturkräfte. (i. e. Theoria mechanica virium naturalium.) Wien. XII. Gerold. 1852.

II. Ueber die Einwirkung von Licht- und Wärmewellen auf bewegliche Massentheilchen. (i. e. De lucis calorisque undularum actione in moleculas mobiles.) In den Sitzungsberichten der mathematisch-naturwissenschaftlichen Classe der k. k. Akademie der Wissenschaften in Wien. 1855. Volum. XV.

III. Ueber den Ursprung und die Gesetze der Molekularkräfte. (i. e. De virium molecularium origine et legibus.) Sitzungsberichte (ut No. 2). 1862. Vol. XLV. Pars 2.

IV. Das Strahlungsvermögen der Atome. (i. e. Atomorum radiatio.) XII. Wien, Gerold. 1869.

V. Ueber eine kosmische Anziehung, welche die Sonne durch ihre Strahlen ausübt. (i. e. De cosmica quadam attractione per solis radios exercita.) Sitzungsberichte (ut No. 2). 1870. Vol. LXI. Pars 2.

VI. Ueber Wärmemenge und Temperatur der Körper. (i. e. De corporum caloris quantitate et gradu.) Sitzungsberichte (ut No. 2). 1870. Vol. LXII. Pars 2.

VII. Ueber den Zusammenhang zwischen Absorption und Brechung des Lichtes. (i. e. De nexu absorptionis et infractionis lucis.) Sitzungsberichte (ut No. 2). 1873. Vol. LXVII. Pars 2.

VIII. Ueber die Mitbewegung des Lichtes in bewegten Mitteln. (i. e. De correptione lucis in mediis motis.) Sitzungsberichte (ut No. 2). 1874. Vol. LXVIII. Pars 2.

IX. Ueber Körperwärme und Aetherdichte. (i. e. De corporum calore aetherisque densitate.) Sitzungsberichte (ut No. 2). 1874. Vol. LXIX. Pars 2.

X. Ueber eine Modification der herrschenden Gastheorie. (i. e. De modificatione quadam theoriae fluidorum elasticorum communiter receptae.) Sitzungsberichte (ut No. 2). 1875. Vol. LXX. Pars 2.

XI. Ueber das Verhalten gesättigter Dämpfe. (i. e. De vaporum saturatorum habitu.) Sitzungsberichte (ut No. 2). Vol. LXX. Pars 2.

XII. Ueber die Volumveränderung des Kautschuks durch Wärme. (i. e. De gummi elastici voluminis mutatione per calorem.) Sitzungsberichte (ut No. 2). 1875. Vol. LXXII. Pars 2.

XIII. Ueber den Einfluss von Druck und Zug auf die thermischen Ausdehnungs-Coefficienten der Körper und über das bezügliche Verhalten von Wasser und Kautschuk. (i. e. De pressionis et tractionis influxu in coefficientes thermicos extensionis corporum et de respectivo habitu aquae et gummi elastici.) Sitzungsberichte (ut No. 2). 1876. Vol. LXXII. Pars 2.

XIV. Neue Sätze der mechanischen Wärmetheorie. 1. Von der bei Volumveränderungen der Körper entwickelten oder verschluckten Wärme. 2. Von den das Volumen der Körper bedingenden Kräften. (i. e. Novae theses mechanicae theoriae caloris. 1. De calore in mutatione voluminis corporum dimisso aut absorpto. 2. De viribus volumina corporum constituentibus.) Sitzungsberichte (ut No. 2). 1876. Vol. LXXIII. Pars 2.

XV. Ueber den inneren Zustand und die latente Wärme der Dämpfe. (i. e. De statu interno caloreque latenti corporum.) Sitzungsberichte (ut No. 2). 1877. Vol. LXXVII. Pars 2.

XVI. Grundzüge der aktinischen Wärmetheorie. (i. e. Principia theoriae actinicae caloris.) Sitzungsberichte (ut No. 2). 1878. Vol. LXXVIII. Pars 2.

XVII. Ueber die latente Wärme der Dämpfe. (i. e. De calore latenti vaporum.) Wien, Hölder. 1879.

Pusterhofer Philippus (Admontensis), Leobii in Styria superiori natus 24. Nov. 1748, Admontes professus 4. Dec. 1767, neomysta stetit ad aram 3. Nov. 1771. Primo domi munere professoris gymnasii, concionatoris et regentis chori musici pro viribus fungens, postea curam animarum attingens, cooperatorem ad s. Galli et poenitentiarium in Monte Culmensi egit. Primus in neoerecta curatia Gams vicarius constitutus, oculorum luce privatus domum redux vitio pulmonum consumptus obiit 23. Mart. 1804.

Composuit 164 Gradualia, 4 Offertoria, 1 Tantum ergo, 2 Vesperas, 9 Hymnos vespert., 1 Alma redemptoris, 1 Regina coeli, 1 Salve regina, 2 sub tuum, missas lingua vernacula, musicam pro purificatione B. M. V. et hebdomade sancta, varia cantica festiva et alia, quae pro maxima parte anno 1865 flamma consumpta sunt.

Raab Isidorus (Seitenstadiensis), Styrae in oppido Austriae superioris natus die 19. Febr. 1826 absolutis Cremifani studiis s. ordinis nostri habitum induit die 15. Aug. 1847 votisque sollemnibus die 19. Iun. 1851 se obstrinxit. Incruento sacrificio Deo optimo die 1. Aug. 1852 primum oblato, cooperator in parochia Asbacensi factus est; quinque annis post ad munus docendi in c. r. gymnasio Seitenstadiensi est devocatus. Paulo post curam tabularii et collectionis nummorum et 1863 camerarii munus suscepit, quae officia sustinuit usque ad finem vitae die 23. Febr. 1879.

Scripsit:

I. Historische Notizen über die dem Stifte Seitenstetten incorporirten Pfarreien der Diöcese St. Pölten. (i. e. Notitiae historicae parochias monasterii Seitenstettensis in dioecesi San-Hippolytana cernentes, editum in diario dioecesi praenominatae destinato 1859.) St. Pölten, 1859.

II. Urkundenbuch des Benedictinerstiftes Seitenstetten. (i. e. Liber monasterii Seitenstettensis diplomata continens.) Wien, 1870.

Rácz Andreas Iosephus (de s. Monte Pannoniae), Sabariae com. Castrif. in Hungaria die 8. Iul. 1845 natus, s. habitu die 8. Sept. 1863 indutus, die 27. Iul. 1869 vota sollemnia emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 26. Iul. 1870 presbyter ordinatus est, ex quo tempore Sopronii officio professoris gymn. fungitur.

Scripsit:

Sabaria. (A mai vasmegyei Szombathely.) Történet-régészeti tanulmány. (i. e. De antiqua Sabaria, in comitatu Castrif. sita.) In progr. gymn. Soproniensis, 1873/4. p. 2—21. 8°.

Radler Iulianus (Lambacensis), in s. baptismate Adalbertus Vincentius parentibus sat honestis Brünnelii (Dobrá voda) dioecesis Budovicensis in Boëmia die 6. Apr. anno 1768 natus studiis humanioribus et theologicis Lincii absolutis monasterium Lambacense ingressus die 13. Sept. anno 1795, votis se obstrinxit die 14. Sept. anni sequentis ac die 6. Oct. anno 1799 sacerdotio est inauguratus. Ad curam pastoralem destinatus pro rerum modulo tunc usitato pro auxilio parochiis Neustift, Losenstein, Sierning, Schönau dioecesis Linciensis iussu ordinariatus inserviit, usquedum anno 1813 vicariatum monasterio Lambacensi per c. r. gubernium iniunctum in Bachmaning regendum suscepit rexitque ad annum 1839, anno 1817 laureâ philosophica ex universitate Pragensi ornatâ. Solum paternum cum indultu episcopali repetens ibidem vitam posuit die 10. Febr. anno 1847 homo non mediocris ingenii.

Scripsit:

I. Unterricht über die Lehre des Katechismus von der Kirche. (i. e. Doctrina catechismi de ecclesia.) Sine loco. 1802. 8°. 14 p.

II. Conciones: Predigt am Osterfeste 1802. Steyr, Medter. 8° min. 15 p. — Predigt am 13. Febr. 1825, Geburtsfest Sr. Majestät des Kaisers. Wels, M. Haas. 8° min. 16 p. — Zwei Predigten an der Jubiläumsfeier. Wels, M. Haas. 1826. 8° min. 23 p.

Ramóczy (antea Ramershofer) Valerianus Ioannes (de s. Monte Pannoniae), Ginsii com. Castrif. in Hungaria die 27. Apr. 1807 natus, s. habitu die 15. Oct. 1821 indutus, vota sollemnia die 15. Oct. 1828 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 17. Sept. 1830 presbyter ordinatus est. Ex quo tempore variis monasterii officiis, uti professoris gymn. Poson. 1829—37, Papensis 1837—38, linguae et litterarum Hung. in academia Iaurinensi 1838—50, subprioris in s. monte 1850—51, superioris et directoris gymn. Ginsiensis 1851—55, Soproniensis 1855—1864 maxima cum laude functus est, quo anno die 20. Iun. pie in Domino obdormivit.

Libri eius, summa cura ac diligentia exarati, sunt:

I. Magyarország rövid földleirása. (i. e. Compendium geographiae regni Hungariae.) Pozsonyban. Bucsánszky Alajos tulajdona. Schmid A. betűjivel. 1835. 8°. 32 p. Ed. 2. idiomate Latino et Hung. Ibid. 1836. 8°. 68 p. Edit. 6. Pest. Bucsánszky A. idiomate Hung. 8°. 48 p. Cum una tab.

II. Német szövetséges tartományok rövid földleirása. (i. e. Compendium geographiae civitatum Germ. foed.) Pozsonyban. Bucsánszky A. tulajdona. Idiomate Lat. et Hung. 8°. 128 p. Cum una tab.

III. Szavalattudomány. (i. e. Ars rhetorica.) Dissertatio praemio ornata. 1838. In script. period.: „A Kisfaludy-társaság évlapjai.“ 1841. I. p. 199—243.

IV. Nemzeti iskolai szótár. Szerkesztette Ramóczy Val. (i. e. Lexicon Hung.-Germ.) Pozsony. Bucsánszky. 1838. 12°. 283 p.

V. National-Schulwörterbuch. Deutsch-ung. Theil. (i. e. Lexicon Germ.-Hung.) Ibid. 12°. 337 p.

VI. Theoretisch-praktische Grammatik der ungarischen Sprache für Deutsche. (i. e. Grammatica linguae Hung. pro Germanis.) Von V. Ramershoffer. 1842. Pressburg. Bucsánszky. 8°. 196 p.

VII. Nemzeti nyelvtudomány kérdésekben és feleletekben. National-Sprachlehre in Fragen und Antworten. (i. e. Grammatica linguae Hung. quaestionibus et responsis pertractata.) Bearbeitet von V. Ramershoffer. Pressburg. 1842. Bucsánszky. 8°. 99 p. Ed. nova 1846. 96 p.

VIII. Állodalomtan. (i. e. Statistica regni Austriaco-Hungarici.) Irta Ramóczy V. 1847. Pozsony. Bucsánszky. 8°. 3 tom. VI + 194 p. 111, 270 p.

IX. Einiges über die frühzeitige Bewerbung naturhistorischer Kenntnisse. (i. e. Scientiam rerum naturalium mature esse adquirendam.) In progr. gymn. Ginsiensis, 1853. 4°. p. 3—7.

X. Einiges über das Gedächtniss. (i. e. Quaedam de memoria.) In progr. gymn. Sopron. 1858. 4°. p. 3—13.

XI. Ueber den Einfluss der Seele auf den Leib. (i. e. Animus quantam vim habeat ad corpus.) Ibid. 1860. 4°. p. 3—8.

XII. A hasznos növényekről a gazdaság és ipar körében. (i. e. De herbis in rem rusticam et industriam utilibus.) Ms. Ads. in bibliotheca centrali in s. monte. 4°. 75 p.

XIII. Népnövelési intelmek. A népet oktatnunk és vezetnünk kell. (i. e. Adhortationes ad institutionem populi pertinentes.) Ms. Ads. ibid. 4°. 43 p.

XIV. Természeti jogtan vázlata. (i. e. Compendium iuris naturalis.) Ms. Ads. ibid. 2 fasc. 4°. 173 et 112 p.

XV. Görögország története N. Sándorig. (i. e. Historia Graeciae usque ad Alexandrum M.) Tudományos kézikönyvül a' művelt osztályok szükségeihez alkalmazva. Ms. Ads. ibid. 4°. 415 p.

XVI. A bucsújárásokról. (i. e. De peregrinationibus sacris.) Ms. Ads. ibid. 4°. 48 p.

XVII. Methodenlehre. (i. e. Methodologia.) Ms. Ads. ibid. 4°. 62 p.

XVIII. Magyar szókötés. (i. e. Syntaxis linguae Hung.) Ms. Ads. ibid. 4°. 172 p.

XIX. A magyar ékes szókötés. (i. e. Syntaxis ornata linguae Hung.) Ms. Ads. ibid. 4°. 124 p.

Rath Paulus (Seitenstadiensis), natus Waidhofii ad Ibbisam, urbe Austriae inferioris die 10. Ian. 1807 monasterium Seitenstadiense die 21. Oct. 1827 ingressus die 3. Apr. 1831 votis sollemnibus se obstrinxit et die 31. Iul. 1882 primum novi foederis sacrificium Deo obtulit. Proximis tribus annis in c. r. gymnasio monasterii professoris classium grammaticalium munere functus anno 1835 cum compluribus ordinis nostri fratribus in regnum Bavariae transgressus in regio lyceo monasterii ad s. Stephanum Augustae Vindelicorum a Ludovico I. rege Bavariae restaurati tanta cum laude linguam Graecam et Latinam docuit, ut ab eo rege moneta aurea civili merit. regni Bavariae sit decoratus. In patriam reversus illustrissimi principis a Metternich filiorum educator accersitus iam inde ab anno 1844 in Bohemiae arce Königswart bibliothecarii et rerum naturae collectarum custodis et capellani munere fungitur. De litteris et scholis praeclare meritus complurium litterarum societatum velut academiae Arcadiae et Tiberinae Romae, antiquitatum Rhenanarum Moguntii sodalis electus atque ab eminentissimo s. r. e. cardinali Friederico principe Schwarzenberg, archiepiscopo Pragensi notarius archiepiscopalis est nominatus.

Scripsit:

I. Catalogus musei principis a Metternich multis designationibus ornatus. 13 tom. Fol. Manusc.

II. Catalogus bibliothecae eiusdem principis. Manusc.

III. Nonnulla poëmata. Manusc.

Rauch Augustinus (Cremifanensis), Cremifani die 28. Ian. 1844 natus, gymnasium Cremifanense frequentavit; die 2. Aug. 1861 s. ordinis veste indutus quadriennium theologicum in instituto domestico canoniae s. Floriani absolvit; in sacram regulam professus 14. Sept. 1865 sacerdos ordinatus est die 29. Iul. anni 1866. 1866—74 subsidiarius in Buchkirchen, deinde cooperator in Thalheim, pro tempore cooperator in Weisskirchen.

Conscripsit plures dissertationes, quae leguntur in „Linzer Theologische Quartalschrift".

Rauttenstrauch Stephanus (Břevnoveno-Braunensis), Plottendorfii in Bohemia die 29. Iul. 1734 in lucem editus studia gymnasii Pragae absolvit et mox tirocinium Benedictinum in monasterio Břevnoviensi subiit. Disciplinis philosophicis et theologicis in monasterio vacans emisit sacram professionem Braunae die 14. Nov. 1751. Presbyter die 15. Oct. 1758 ordinatus ob praecellens suum ingenium ab abbate suo iussus frequentavit iuridicas in c. r. univ. Pragena praelectiones, fuitque posthac designatus ad docendam theologiam in instituto domestico. Hocce fungens munere editis opusculis ad ius canonicum pertinentibus publica cum laude innotuit, ita ut ab augustissima imperatrice Maria Theresia aureo numismate condecoratus sit. Anno 1773 ad abbatis sedem evectus ab eadem augustissima Viennam ad consilium aulicum de rebus ecclesiasticis et studiis theologicis iuxta illius temporis genium reformandis vocatus, praeses facultatis theologicae Pragensis, deinde Viennensis, ac tandem ab augustissimo imperatore Iosepho II. sub die 2. Aug. 1782 consiliarius aulicus denominatus ad cancellariam aulicam deputatus est. Studia theologica in Ungaria visitaturus in Ungariam sese contulit, ubi Agriae praecoci morte die 30. Sept. 1785 vivis ereptus est.

Orbi litterario sequentibus inclaruit scriptis:

I. Institutiones iuris ecclesiastici cum publici tum privati usibus Germaniae accommodatae. Prolegomena. Volumen 1 8°. Pragae, typis Fitzky et Hladkianorum haeredum. 1769.

II. Idem opus sub titulo: Institutionum iuris ecclesiastici Germaniae accommodatarum Prolegomena. Editio auctior. Volumen 1 8°. Pragae, in officina Mangoldiana. 1774.

III. Institutiones iuris ecclesiastici Germaniae accommodatae. Tom. 1. 8°. Pragae, in officina Mangoldiana. 1772.

IV. De iure principis praefigendi maturiorem professioni monasticae sollenni aetatem. Diatriba. Pragae, in officina Mangoldiana. 1773. 8°.

V. Institutum facultatis theologicae Vindobonensis. Volumen 1 8°. Vindobonae, litteris Schulzianis. 1778.

VI. Entwurf zur Einrichtung der theologischen Schulen in den k. k. Erblanden. (i. e. Breviarium pro instituendis scholis theologicis in terris hereditariis.) Volumen 1 8°. Viennae, typis Ios. Gerold. 1782.

Regli Adalbertus (abb. Murensis et prior Griesensis), ortum habet ab Ursern in Urania Helvetiae, natus vero est in Prato in Ticinensi parte die 13. Nov. 1800. Sollemnia vota emisit die 9. Maii 1819 et ad sacerdotium ascendit die 18. Dec. 1824. Mox professor matheseos et philosophiae in scholis monasterii, 1830 subparochus Murensis et 1834 oeconomus monasterii nominatus est. Tamquam bonus miles Christi iam qua oeconomus abb. Am-

brosio absente, cui successit die 5. Dec. 1838, et multo magis post electionem tamquam dux gregis Christi praeliatus est praelia Domini contra gubernium Argoviense, quod interitum omnium monasteriorum in sua ditione moliebatur. Expulsus tandem cum suis monachis iniustae violentiae opposuit licet frustra arma iustitiae, i. e. protestationes et appellationes permultas, quarum auctor ipse plerumque extitit. Anno 1845 venit ad monasterium Griesense ab imperatore Austriae Ferdinando gratiosissime ipsi oblatum, ubi sedem figens maiorem mox discipulorum numerum congregavit, quam apud Muros habuerat. Regit adhuc iubilatus professione et sacerdotio commissum sibi coetum. Est etiam episcopo Tridentino a consiliis ecclesiasticis et examinator pro approbatione confessariorum. Eius scripta edita et inedita sunt:

I. Temporarius ordo diei quoad divina officia. Muris, 1839. 12°. 12 p.

II. Recursus, declarationes, protestationes, appellationes et similia assistentibus causidicis ad gubernium Argoviense vel ad consilium generale Helveticum in causa monasteriorum, typis impressa vel Schaffhusae ap. Hurter, vel Lucernae ap. Raeber vel s. l. 1836—46 in fol. et 4°, quae simul collecta integrum volumen constituunt. E. gr. Rechtfertigung der aargauischen Klöster über ihre frühere Verwaltung und Verantwortung über die ihnen gemachten Anschuldigungen an den grossen Rath von Aargau, Schaffhausen. Fol. 40 p. — Ehrerbietige Vorstellung der aargauischen Klöster an ihre oberste Cantonsbehörde und die hohe eidgenössische Tagsatzung im April 1836, ibid. in fol. 8 p. — Die aargauischen Klöster und ihre Ankläger. Eine Denkschrift an alle Eidgenossen und an alle Freunde der Wahrheit und Gerechtigkeit. 1841, mit Beilagen. Ibid. 4°. 154 et XLII p. etc.

III. Litterae, quarum textus passim citatur ab Henrico de Hurter in „Friedrich von Hurter und seine Zeit.“ Graz, 1876. 2 vol. 8°.

IV. Abhandlung über den Unterschied zwischen blosser Collatur und incorporirten und Regularpfründen. (i. e. Tractatus de discrimine inter parochias liberae collationis, incorporatas et regulares.) Iussu abb. Ambrosii 1827 exarata dissertatio. Ms. in archiv. Muro-Gries. in fol. 17 p. A. III. Fasc. X.

V. Aufzeichnungen über den Abzug von Muri, die Uebernahme des Collegiums in Sarnen und die Niederlassung in Gries. (i. e. Diarium gestum de degressu Murensi, susceptione collegii Sarnensis et colonia Griesiensi.) In bibl. Muro-Gries. Cod. 2. 102. 4°. 52 p.

VI. Sermones ad populum 79. Ibid. Cod. 1. 110.

VII. Stammbaum der Geschlechter in der Pfarrei Muri. (i. e. Stemma familiarum parochiae Murensis.) 2 vol. in fol. in bibl. Muro-Gries. et in parochia Murensi.

Regner Cornelius (Emautinus Montserratensis), Bohemus Lukavicensis, natus 1804, professus 1832, presbyter ordinatus 1834, prior et novitiorum magister, archiepiscopalis ordinar. commissarius in c. r. gymnasio Vetero-Pragensi et scholarum realium Bohemicarum Pragae emeritus, notarius archiepiscopalis, gymnasii Benedictini Emautini Klatoviae professor et director emeritus, rector ecclesiae Emautinae. Per plures annos conciones in ecclesia parochiana ad Trinitarios cum praecipuo fervore habuit, in ecclesia monasterii Emautini usque ad aetatem provectam in peragendis sacris officiis et concionibus habendis operosus et indefessus, memoria fidelissima vigens in historia monasterii multa magni momenti addidit et complevit, librum memorabilium monasterii continuavit, in annalibus domini Ebersberg, quibus nomen fuit patronus po-

puli (Volksfreund) multa memoratu digna nota fecit.

Reichhart Godefridus (Gottvicencis), Gottvici die 13. Iul. 1821 natus et studiis praeparatoriis Cremsii absolutis die 25. Aug. 1839 indutus, die 17. Mart. 1844 vota sollemnia emisit et die 28. Iul. 1844 primum sacrificium Deo obtulit. Uno anno in cura animarum parochiae claustralis transacto 1845 studiis biblicis in univ. Viennensi vacabat. 1846 professor studii biblici N. T. in instituto theologico domestico, 1848 simul subprior, director clericorum et novitiorum magister, 1849 bibliothecarius et 1850 sacristiae director constitutus est. Instituto theologico ad tempus sublato in curam animarum qua cooperator in Unternalb 1855, parochus in Jetzelsdorf 1858, in Getzersdorf 1861 et ad s. Vitum 1871 expositus est. 1874 domum reversus bibliothecarii munere fungitur. Ultra triginta annos operam navit vir eruditissimus elaborando et mox in lucem edendo operi: „Monasticon Benedictinum“ omnia ordinis s. B. monasteria utriusque sexus quandocunque et ubicunque existentia complectens.

Scripsit:

I. Die Druckorte des 15. Jahrhundertes und die Erzeugnisse ihrer erstjährigen typographischen Wirksamkeit. (i. e. De typographiis saec. XV. earumque operibus.) Augsburg, Fidelis Butsch. 1853.

II. Einige Incunabel-Drucke aus der Stiftsbibliothek in Göttweig. (i. e. Incunabula quaedam bibl. Gottvicensis.) Naumanns „Serapeum“, 1852. p. 53, 87, 153, 217, 225, 263.

III. Ein schönes Brevier in der „Marciana“ zu Venedig. (i. e. De breviario bibliothecae Marcianae.) Loc. cit. p. 282.

IV. Bulle Clemens XII. an den Abt Gottfried Bessel wegen der Bibliothek zu Göttweig. (i. e. Bulla Clementis XII. ad abbatem Gottfriedum in causa bibl. Gottv.) Loc. cit. 1853.

V. Druckorte des 15. Jahrhunderts, von denen nur je Ein Wiegendruck bis jetzt bekannt geworden ist. (i. e. De typographiis saec. XV., quarum unicum hucusque incunabulum notum est.) Loc. cit. 331 p.

VI. Mittheilungen über Typographie des 15., 16. und 17. Jahrhunderts. (i. e. Quaedam de arte impressoria saec. XV.—XVII.) Loc. cit. 1854. p. 193, 218.

VII. Berichtigungen dazu. (i. e. Emendanda in opere praefato.) Loc. cit. 1856. 44 p.

VIII. Mittheilungen zur Typographie des 15., 16. und der folgenden Jahrhunderte gehörig. (i. e. Adnotata ad opus praedictum.) Loc. cit. 1861. p. 38, 65.

Reichsigl Florianus (a s. Petro Salisburgi), natus Salisburgi 26. Dec. 1735, novitius 7. Sept. 1754, professus 7. Sept. 1755, absolutis studiis theologicis 25. Mart. 1759 neomysta ad aram stetit. Ab anno 1761—1778 professor disciplinas gymnasii academici docuit adiunctis ab anno 1769 comici et scholarum praefecti muneribus, dein curam animarum gessit in Abtenau, in Maria Plain, in Wieting, demum in Dornbach, ubi 15. Maii 1793 obiit.

I. Der junge Theseus. Ein dramatisches Moralgedicht in einem einzigen Auftritt. (i. e. Theseus iuvenis, carmen dramaticum-morale.) Salzburg, 1757. 4°. 4 p.

II. Versuch einer regelmässigen Rechtschreibung in der lateinischen und deutschen Sprache sammt einem Anhange von den griechischen Buchstaben und kleinen Einmal-Eins. (i. e. De orthographia Latina et Germanica quaedam.) Augsburg, Wolf. 1761. 8°. 344 p.

III. Eliezer. Ein Singspiel. (i. e. Eliezer, drama musicum.) Salzburg, 1766. 4°. 14 p.

IV. Hannibal in der Stadt Capua. Ein Trauerspiel. (i. e. Hannibal Capuae, tragoedia.) Ibid. 1767. 4°. 20 p.

V. Die Hochzeit auf der Alm. Ein dramatisches Schäfergedicht, aufgeführt 1768. (i. e. Nuptiae montanae, drama pastorale.) Ibid. 1768. 4°. 34 p.; editio II. 1769; III et IV. aucta 1776. 4°. et 8°. 54 p.

VI. Die Wahrheit der Natur in den drei irdischen Grazien, nämlich in der Dichtkunst, Musik und Malerei. Ein dramatisches Scherz- und Lehrgedicht. (i. e. Naturae veritas, carmen dramaticum.) Ibid. 1769. 4°. 58 p.

VII. Die gereinigte Magdalena, ein Beyspiel wahrhafter Busse, in einem geistlichen Singspiele zur Fastenzeit vorgestellt und von A. K. Adlgasser in Musik gebracht. (i. e. Conversio Magdalenae, drama musicum.) Ibid. 1770. 4°. 20 p.

VIII. Der reumüthige Petrus, in einem geistlichen Singspiele. Musik von Mich. Haydn. (i. e. Petri contritio, drama musicum.) Ibid. 1770. 4°. 28 pag.

IX. Der veränderte Joseph von Arimathia, in einem geistlichen Singspiele. Musik von Ios. Krinner. (i. e. Iosephus de Arimathia conversus, drama musicum.) Ibid. 1770. 4°. 26 p.

X. Pietas christiana seu Titus. Tragoedia in iambis. Ibid. 1770. 4°. 59 p. (Germanice): Titus, der standhafte Christ. Trauerspiel in Jamben. Ibid. 1774. 8°. 63 p.

XI. Pietas in patriam seu Hermannus Teuto. Tragoedia in iambis. Ibid. 1772. 4°. 60 p. Etiam Germanice: Herrmann, ein Beyspiel der Liebe zum Vaterland. Ibid. 1773. 4°. 68 p.

XII. Pietas in hospitem oder die reichlich vergoltene Bewirthung. Ein dramatisches Fischergedicht. Ibid. 1772. 4°. 54 p.

XIII. Kurze Einleitung zur allgemeinen Wissenschaft der Erdbeschreibung. (i. e. Institutio geographiae.) Ibid. 1773. 8°.

XIV. Etwas zum Lesen und Singen. (i. e. Ad legendum et canendum quaedam.) Ibid. 1777. 8°.

XV. Predigt von dem erzbisch. Salzburgischen Hirtenbriefe dieses Jahres. (i. e. Concio de litteris pastoralibus.) Ibid. 1783. 8°. 24 p.

XVI. Predigten auf die meisten Festtage des Jahres. (i. e. Conciones pro anno.) Augsburg, Wolf. 1785. 8°. Tomi 2. I. 358 p., II. 404 p.

XVII. Die Hochzeit in der Weinlese; dramatisches Gedicht. (i. e. Nuptiae in vindemiis, carmen dramaticum.) Salzburg, 1787. 8°.

Praeterea edidit plurima poemata variis occasionibus datis.

Reinelt Paulus (Břevnoveno-Braunensis), a Lipa Bohemiae. Natus 13. Oct. 1701, s. regulam Braunae professus est die 25. Nov. 1727 et die 1. Nov. 1731 sacerdos ordinatus. Pro obedientia sustinuit onus curae rerum externarum monasteriorum Braunaviensis et Policensis, dein „vir vitae exemplaris“ novitiis magister est deputatus, ac demum Břevnovii prior constitutus fuit. Terrestria reliquit 1778 die 20. Mart. Otio bellum indixerat continuum, hoc scripta ipsius testantur numerosissima, quae eius sub nomine in archivo Břevnoviensi adservantur.

Typis expressa haec sunt:

I. Azimutha, seu distantiae solis a meridiano ad singulas totius anni horas et quadrantes. Pro latitudine Pragensi. Pragae, typis expr. 1754. 4°. Fol. 8.

II. Künstliche Uhr-Schelle. Welche vermög eines wohl zur Sach eingerichteten Hammers bei hellen Sonnenschein die Stunden und Viertel ganz genau andeutet. (i. e. Horologium artificiosum.) Pro latitud. 50 gr. 5 min. Pragae, apud Ign. Ios. Gerzabek vid. 1754. 4°. Fol. 8.

III. Almucantarath, seu altitudines solis ad singulas anni horas et quadrantes. Pro latitud. Pragensi, 50 gr. 5 min. Pragae, typis Ignatii Pruscha. 1755. 4°. Fol. 8.

Manuscripta inde ab anno 1750 praecipua:

IV. Liber Genesis (polygl. sermone Latino, Germanico, Franco-gallico, Slavico.) Vol. 1. Fol.

V. Liber Proverbiorum (polygl. sermone Latino, Germanico, Franco-gallico, Slavico). Vol. 1. 8°.

VI. Umbrae horizontales: Romanae, Salisburgenses, pro Vienna Austriae, ad latitud. 49 gr.,

Pragenses, monasterii Grissoviensis in Silesia, et ad latitud. 52 gr. Fol. 140. 8°.

VII. Revolutiones in consessibus litterariis ad proposita Erotemata factae. Fasc. 1. 4°.

VIII. Observationes opticae. Fasc. 1. Fol.

Reischl Ignatius (Cremifanensis), antea Iosephus, die 29. Maii 1782 ad s. Petri in Austria superiore natus grammaticam in gymnasio civitatis Burghausen, litteras humaniores in academia Landishutensi in Bavaria didicit, deinde in patriam reversus disciplinis philosophicis partim in Linciensi, partim in Cremifanensi lyceo imbutus est. Accepto anno 1805 apud Cremifanenses habitu religioso, emissa die 26. Iul. 1811 sollemni votorum promissione eiusdem anni die 23. Sept. sacerdos ordinatus est. Primum matheseos et linguae Graecae professor, ab anno 1812 professor classium humanitatis egregius et a cunctis discipulis amatissimus die 3. Aug. anni 1833 ad coelestem patriam transmigravit.

Poetico ingenio insignis quum Cremifani physicae studeret, vulgavit:

Ode auf die feierliche Einweihung der neuen Kriegsfahne für das k. k. Infanterieregiment Stein zu Kremsmünster am 13. Aug. 1815. (i. e. Carmen ad consecrationem novi vexilli militaris compositum.) 8°. Linz, gedruckt mit Zinnwaldischen Schriften. 4 p.

Praeterea varia carmina lingua Germanica confecit, quarum multa in gymnasio ad sollemnem praemiorum distributionem a discipulis recitabantur.

Reissner Bertholdus (Scotensis), Viennae in Austria natus die 18. Mart. 1835, cum absolutis in gymnasio Benedictinorum ad Scotos litterarum studiis, ibidem sacra veste indutus esset, die 21. Sept. 1853, vota sollemni ritu die 29. Sept. 1856 nuncupavit. Absolutis deinde s. theologiae in univ. Vindob. studiis celebratisque primitiis die 1. Aug. 1858, variis in locis cooperatorem egit strenuum, primum in Zellerndorf deinde in suburbio Vindob. ad s. Udalricum, ubi dira mors eum oppressit die 19. Maii 1877.

Typis edidit:

Predigt zur Primizfeier (concio primitialis) des P. Gregor Hiltscher, o. s. B. zu den Schotten in Wien. Gehalten am neunten Sonntag nach Pfingsten in der Pfarrkirche zu St. Jacob in Iglau. Viennae, 1860, typis Antonii Schweiger.

Renner Adalbertus (Murensis), lucem vidit in Ursern in Urania Helvet. die 10. Nov. 1745, votis se Deo obstrinxit die 6. Ian. 1764, sacerdos ordinatus est die 20. Nov. 1768. Docuit in scholis monasterii, dein parochus Buenzensis 1772, Glattensis 1775—82, postea oeconomus in Diessen et postremo in Muris. Tempore quo nova fabrica monasterii a principe abb. Geroldo II. extruebatur, 1789—98 munere rationarii et quaestoris fungens duo vol. in fol. scripsit, quae rationes continent et adservantur iu archiv. Argov. Per plures annos ante mortem lumine oculorum privatus omnibus in monasterio uti pater spiritualis oratione et directione serviebat. Piissime obiit die 13. Oct. 1816.

I. Der christliche Tod. (i. e. De morte Christiana.) Nach dem Muster dessen unsers Herrn Iesu Christi und mehrerer Heiligen und grosser Personen des Alterthums. Ms. 8°. 372 p. Est versio rarissimi operis Mabillonii, de quo cf. Ziegelbauer. T. IV. 711 p.

II. Sammlung von Gebeten und Legenden der Heiligen. (i. e. Precum et legendarum collectio.) Dedicatum abb. Gregorio Koch. 8°. 356 p. Ibidem.

Resch Colomannus (Mellicensis), Austriacus e Katterlohen, die 28. Ian. 1830

natus, die 14. Sept. 1862 indutus, die 20. Sept. sollemni votorum sponsione Deo se obstrinxit. Studiis theologicis absolutis 21. Aug. 1866 neomysta primam hostiam immaculatam Deo obtulit. Die 23. Oct. 1873 in univ. Viennensi probationis periculum subiit, et 4. Nov. 1874 professor gymnasii adprobatus disciplinas mathematicas et physicas ad hanc usque memoriam tradit.

Scripsit:

Der Regenbogen. (i. e. De arcu pluviali.) Im Jahresbericht des Melker Gymnasiums, 1869. Wien, im Selbstverlage des Gymnasiums. Druck von Ludwig Mayer. 4°.

Reslhuber Augustinus (Cremifanensis), in parochia Garsten prope Styram urbem die 5. Iul. 1808 natus, antea Wolfgangus, studia humaniora et philosophica Cremifani percurrit; die 2. Oct. 1828 indutus, quadriennium theologicum partim in lyceo Linciensi, partim in univ. Vindob. simul praelectiones ex astronomia audiens absolvit; die 20. Sept. 1832 professus sacerdotio initiatus est die 28. Iul. 1833. 1833—34 subsidiarius in Ried; 1834—47 adiunctus astronomi; 1841—54 simul professor historiae naturalis in lyceo et gymnasio; 1847—60 observatorii astronomici director; 1853 sodalis correspondens c. academiae scientiarum Vindobonensis; 1856 moneta aurea cum cruce decoratus; 2. Oct. 1860 abbas monasterii canonice electus; 1865 insignis c. r. ordinis Leopoldi eques denominatus; 1865 ab universitate Vindobonensi philosophiae doctor salutatus, 1872 optimatum curiae in comitiis imperii ad dies vitae sodalis ab imperatore denominatus obiit 29. Sept. 1875.

RR. abbatis Augustini Reslhuber scripta sunt sequentia:

a) Astronomica:

I. Plurimae observationes planetarum et cometarum in circulo meridiano, aequatoriali et refractore, omnes reductae et cum ephemeridibus comparatae, vulgatae in ephemeride „Astronomische Nachrichten".

II. Ueber die Constanten von Kremsmünster. Gymnasialprogramm. Linz, Druck von Feichtingers Erben. 1853. 4°. Verlag der Direction.

III. Ueber Professor Stampfers Lichtpunkt-Mikrometer im Fernrohre des Meridiankreises. Separatabdruck aus dem Aprilheft des Jahrganges 1856 der Sitzungsberichte (II. Abtheilung) der kais. Akademie der Wissenschaften, XX. Bd. Aus der k. k. Hof- und Staatsdruckerei zu Wien. 1856. 8°. 15 p. et una tabula.

IV. Ueber die Kometen im Allgemeinen und insbesondere über die Kometen der Jahre 1843—1845. (i. e. De cometis in genere et de cometis annorum 1843—45 speciatim.)

V. Bericht über die Kometen von den Jahren 975, 1264, 1556, 1857. (i. e. Relatio de cometis annorum 975, 1264, 1556, 1857.) In dem 17. Bericht über das Museum Francisco-Carolinum. Linz, Druck von Wimmer. 1857. 8°. 22 p.

VI. Ueber die Planeten unseres Sonnensystems. (i. e. De planetis systematis nostri solaris.) In dem Volkskalender: „Der Oberösterreicher." I. Jahrg. p. 1—6. Linz, Fink. 1855. 8°.

VII. Ueber die Erweiterung der Kenntnisse unseres Sonnensystems in Jahre 1854, 1855 und 1856, 1857, 1858. In: „Der Oberösterreicher", 2.—6. Jahrg. 1856—60.

b) Meteorologica:

I. Ueber die Temperatur der Quellen von Kremsmünster. (i. e. De temperatione fontium prope Cremifanum.) Vide: Sitzungsberichte der kais. Akademie der Wissenschaften (II. Abth.) in Wien, XIV. Bd. Decemberheft, 1854. Etiam separatim impress. 8°. 14 p.

II. Ueber den Ozongehalt der atmosphärischen Luft. Ibid. XIV. Bd. Novemberheft, 1854. Separatim impress. 8°. 11 p.

III. Untersuchungen über das atmosphärische Ozon. Ibid. XXI. Bd. Juliheft, 1856. Separatim impress. 8°. 30 p.

IV. Ueber das Wetterleuchten. (i. e. De fulguratione.) Ibid. XXVIII. Bd. 1858. Separatim impress. 8°. 17 p.

V. Beiträge zur Klimatologie von Oberösterreich. (i. e. De mutationibus temperationis in Austria superiore dissertatio.) Vide: 15. Bericht des Museum Francisco-Carolinum. Linz, 1855. Druck von Wimmer. 31 p.

VI. Ueber die Leistungen eines nach der Erfindung des Herrn Directors Dr. Kreil construirten Kupferdraht-Thermographen. Vide: Jahrbuch der Centralanstalt für Meteorologie und Magnetismus in Wien. Wien, k. k. Hof- und Staatsdruckerei. 1858. 4°. 8 p.

VII. Untersuchungen über den Luftdruck. Ein Beitrag zur Klimatologie von Oberösterreich. Vide: 18. Bericht des Museum Francisco-Carolinum. Linz, Druck von Wimmer. 1858. 8°. 60 pag.

VIII. Ueber die wässerigen Niederschläge aus der Atmosphäre. Ein Beitrag zur Klimatologie von Oberösterreich. Vide: 23. Bericht des Museum Francisco-Carolinum. Linz, Druck von Wimmer. 1863. 8°. 91 p.

IX. Ueber Witterungsanzeigen in den Kalendern. Linz, Druck von Wimmer. 1857. 4°. 12 pag.

X. Resultate aus den auf der Sternwarte zu Kremsmünster angestellten meteorologischen Beobachtungen. 1856—72. Vide: Berichte des Museum Francisco-Carolinum. Linz, Druck von Wimmer.

c) Magnetica:

I. Beobachtungen während der Nordlichter am 18. Oct. und 17. Nov. 1848 auf der Sternwarte zu Kremsmünster. (i. e. Observationes luminum borealium in observatorio Cremifanensi 1848.) Vide: Sitzungsberichte der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, Jahrgang 1849, 5. Heft, 8°.

II. Ueber das magnetische Observatorium in Kremsmünster und die vom Jahre 1839—50 aus den Beobachtungen abgeleiteten Resultate. (i. e. De observatorio magnetico Cremifanensi et de calculorum resultatis ex factis 1839—50 observationibus deductis.) Vide: Denkschriften der kais. Akademie der Wissenschaften (II. Abth.) in Wien. Wien, k. k. Hof- und Staatsdruckerei. 1854. 4°. 190 p.

III. Magnetische Beobachtungen zu Kremsmünster. (i. e. Observationes magneticae factae in observatorio Cremifanensi.) Vide: Jahrbuch der Centralanstalt für Meteorologie und Erdmagnetismus 1851—61.

IV. Bericht über die am 21. und 29. Apr. 1859 auf dem magnetischen Observatorium beobachteten Störungen. (i. e. Relatio de turbationibus in observatorio magnetico Cremifanensi 21. et 29. Apr. 1859 observatis.) Wien, k. k. Hof- und Staatsdruckerei. 1860. 8°. 39 p.

V. Ueber die zehnjährige Periode der mittleren Jahresgrösse der täglichen Aenderung der magnetischen Declination und Horizontal-Intensität. Vide: Annalen für Physik und Chemie von Prof. Poggendorf in Berlin. 85. Bd.

Variae eiusdem dissertationes inveniuntur in: „Zeitschrift für Astronomie, Meteorologie" u. s. w. von Dr. Jahn in Leipzig, II.—IX. Bd.; in: Sitzungsberichte der Freunde der Wissenschaften in Wien, herausgegeben von Dr. W. Haidinger. — Praeterea eiusdem dissertationem: Ueber das Toposcop auf dem Landhausthurme in Linz, vide in: „Zeitschrift des Museum Francisco-Carolinum", Linz, 1840, No. 13. — Dissertationem: Die Sternwarte in Kremsmünster. (i. e. Descriptio observatorii Cremifanensis.) Vide in: „Der Oberösterreicher", 1856. 8°. 8 p. — Clarissimi P. Mariani Koller professi Cremifanensis vitam, cui inscribitur: Marian (Wolfgang) Koller. Eine Lebensskizze. Vide in: Almanach der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien, XVIII. Jahrg. 1867. 8°. 41 p.

Reyberger Antonius (Mellicensis), natus fuit die 21. Ian. 1757 in vico Austriae inferioris Gollersdorf. Annum decimum agens Viennam missus est ad eas artes percipiendas, quibus aetas puerilis informari ad humanitatem solet, ibique magistrorum benevolentiam et favorem singularem sibi conciliavit. Studiorum humaniorum stadium emensus, societati Iesu

nomen dare constituit. Ea vero sublata atque exstincta, cum propositum exsequi non posset, universitatem Viennensem adiit, animum politioribus litteris ad maiora studia iam satis praeparatum, philosophiae disciplinis exculturus. Anno 1774 die 13. Nov. indutus, 4. Mart. 1781 sollemnem professionem emisit. Litteralibus disciplinis egregie institutus mature fuit ad docendos alios adhibitus. Nam post primitias die 3. Oct. 1781 oblatas, in gymnasio Mellicensi Graecae linguae et humanitatis professor constitutus fuit, eoque munere per quinque annos functus translatus fuit 1786 ad universitatem Pestinensem theologiam pastoralem traditurus, cui post duos annos valedicens in univ. Viennensi cathedram theologiae moralis conscendit et per annos 22 ingenio et doctrina ornavit. In praemium felicis et diligentis disciplinae nomine „Consiliarii regiminis Austriae“ decoratus, concordibus prope modum fratrum suffragiis die 7. Nov. 1810 abbas Mellicensis electus est, multis et magnis ex illis virtutibus ornatus, quae perfectum abbatem decent et ornant. Pietas eius erat integra et vera, nihil ficti, nihil simulati, modestia adversus summos et infimos, in omni vita gravitas temperata eleganti humanitate, summa morum probitas atque integritas. Hac ingenii animique indole, his moribus, his virtutibus fuit abbas Antonius, quem die 3. Oct. 1818 vitae huius molestiis liberatum ad melioris vitae gaudia divina providentia traducere voluit. Scripsit:

I. Systematische Anleitung zur christlichen Sittenlehre, oder Moraltheologie. (i. e. Institutio ad ethicam christianam.) 1. Bd. Wien, 1794, bei Christian Friedrich Wappler. Tomus alter non in lucem prodiit.

II. Rechtfertigung des Professor Reyberger gegen die ihm allergnädigst mitgetheilten Bemerkungen über sein Lehrbuch der Moraltheologie. (i. e. Purgatio eiusdem quoad librum praecedentem.) Wien, 9. Oct. 1801. Ms. in bibliotheca Mellicensi. Fol. 24 p.

III. Institutiones ethicae christianae, seu theologiae moralis, usibus academicis adcommodatae. 3 tomuli, Viennae, 1805—1809, apud Carolum Ferdinandum Beck. 8°. In lucem prodierunt tres editiones, secunda 1813, tertia 1819, utraque inmutata.

IV. Predigt über Psalm CXXVI, Vers IV. Gehalten in der Kirche des Benedictinerstiftes Altenburg in Niederösterreich, bey Gelegenheit der Jubelfeier, welche der hochwürdige Herr Berthold Reisinger, als fünfzigjähriger Abt dieses Stiftes, am 20. April 1818 beging. (i. e. Concio super psalmum CXXVI.) Wien, bei Anton Strauss. 8°. 27 p.

V. Memorabilia abbatiae Mellicensis ordinis s. Benedicti in Austria inferiori. Fol. Ms. in bibliotheca Mellicensi.

Reznyák Albertus Ludovicus (de s. Monte Pannoniae), in N.-Ládony com. Sopron. in Hungaria die 24. Nov. 1849 natus, s. habitu die 8. Sept. 1869 indutus, vota sollemnia die 22. Iul. 1874 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 2. Aug. 1875 presbyter ordinatus est; ex quo tempore Papae usque ad annum 1879 professor gymn., hoc anno ad gymnasium Soproniense translatus est. Scripsit:

Az ifjusági iratokról. (i. e. De libris iuventuti destinatis.) In progr. gymn. Papensis 1878/9. 8°. 3—26 p.

Ribbele Mauritius (princeps abbas San-Blasianus), natus est in Wolfert in Brabant die 30. Iun. 1740; sollemniter professus die 30. Nov. 1759; sacerdotio initiatus die 22. Sept. 1764. Per plures annos registrator monasterii et archivarius, optimis litteris eruditus, in primis studiis

historicis multum occupatus, dein abbatis Martini vices gerens, in locum defuncti die 16. Maii 1793 abbas electus est. Omnibus ingenii facultatibus et animi virtutibus praeditus ad munus adeo amplum rite obeundum, antecessoris inlustris principia secutus, multa et gravia mala perpessus est, ut aliquando fuga sibi consulere coactus esset, quamvis etiam inter arma musae Blasianae nunquam tacuerint, et ex typographia Blasiana plura opera docta prodierint. Mala Gallorum bellis monasterio inflicta aut intentata, leges in publico-ecclesiasticis latae monasteriis infestae, fluctuans reipublicae Brisgoviae conditio ingenuum abbatis animum luctu et timore affecerunt. Ita inter spem et metum suspensus, et amicum abbatem s. Petri in nigra silva visitans inopinato apoplexia tactus obiit die 16. Nov. 1801. Iste s. Petri abbas Ignatius Speckle obitum tanti viri in suo diario acerbe conquestus est, scribens, se ipsum perdidisse potentem fautorem et intimum amicum, ordines Brisgoviae primum et acerrimum sodalem, abbates dignissimum et cum maxime actuosum praesidem, ecclesiam intrepidum tutorem, qui rem religionis coram magnatibus et principibus ore et calamo defendebat, et monasterium s. Blasii in rebus adeo arduis insignem et omnibus magni aestimatum antistitem.

Sequitur eius manuscriptum:

Diarium s. Blasii de anno 1768—83. Unum volumen (in folio), continet folia 331, et adservatur in archivo San-Paulano No. 167.

Richter Benedictus (Raigradiensis), natus Priborii in Moravia 11. Nov. 1791 in s. baptismate Franciscus Xav. vocatus filius erat maior natu panni textoris et mercatoris eius civitatis. Primo ac fundamentali litterarum amore imbutus per patres scholarum piarum iuvenis optimae indolis studia humaniora in gymnasio urbis patriae, quod sex habebat classes, anno 1808 optimo cum successu absolvit et innatae sibi ad docendi munus libidini indulgens ordinem ipsum P. Calasanctii ingressus in Vetero-Aquensi collegio per decursum anni suas ad eius generis labores facultates probavit. Postquam vero se ipsum perspectum totumque tentatum cognovit, ordini valedixit et Brunam studiis philosophicis insudans se contulit, quae 1811 omnium sibi laude parata finivit. Instanti nunc momento, quo animi cursum ad certum vitae statum eligendum dirigeret, circumspectis rebus omnibus rationibusque subductis studia theologiae amplexanda constituit et primum horum annum Brunae audivit. Quum vero extraneus in alumnatum ipsum suscipi frustra tentasset, neque subsidium aliquod obtineret, et exinde victum vestitumque sibi comparare privatim edocendo pueros cogeretur, maxima in spe constitutus, fore ut Pragae munus magistri privati obtinere possit, in praefatam se contulit civitatem, ubi necessariis vitae licet omnimode instructus, frustra tamen per tempus vocationi internae restitit, donec ad studia theologiae continuanda animum adverteret, quorum annum secundum et tertium Pragae ad finem perduxit. Vitae vero tranquillae in coenobio peragendae desiderio flagrans anno 1815 ad nostrum pulsans monasterium per abbatem Augustinum suscipitur et 8. Oct. huius indutus nomine s. patris nostri Benedictus appellatus est. Per novitiatus decursum praedicatis ei omnibus duris et asperis, per quae itur ad Deum secundum tenorem regulae

s. Benedicti, omnimode probatus est, et tunc demum ad sollemnia admissus vota 13. Oct. 1816 totus Deo se mancipavit. Tunc Olomucium mittitur, ut theologica studia finiret, quod non solum examine publico cunctis adprobantibus praestitit, immo vero tentamine ex religione et philosophia ad docendi munus habilitatem est nactus. Residuum temporis ad perlustrandam bibliothecam sibique in huius generis laborum nanciscendam scientiam dedicabat, quod peropportune Benedicto nostro venerat. Ordinatus enim 5. Oct. 1817 per episcopum Brunensem presbyter et primitiis 19. huius in solio patrio celebratis, bibliothecarii munere decoratur, cuius partes omnimode explens per triennium catalogum fundamentalem et litteralem omnium tunc ad 20000 computatorum librorum confecit et iam iam ad systematicum conscribendum se accinxit, quum ex mandato abbatis sui, qui obligationi trium monasteriorum s. Thomensis, Neo-rischensis et nostri ut professorum cathedras in instituto philosophico Brunensi suis deferrent, satisfaciendum curans, Benedictum nostrum ad hoc genus laborum destinavit. Votis abbatis sui obsecundare nullam attulit difficultatem. Benedictus enim per decursum annorum philosophiae et religionis scientiae studium semper coluerat, quarum etiam cathedram eligendam decreverat. Examine ergo praeclaro ex universa philosophia in universitate Olomucensi 25. Nov. 1819 et ex religionis scientia 7. Dec. eiusdem anni Brunae peracto, initio anni scholastici sequentis professoris munus in instituto philosophico Brunensi est adgressus, neque his contentus, etiam paedagogiae cathedram ambibat, post discessum directoris scholae normalis nomine Schüller vacantem. Quare ad novum ex praedicta materia examen se accinxit, et tentatione scientiarum eius Olomucii 6. Iul. 1826 peracta, professor harum materiarum factus est. Trium lustrorum spatium, quod Richter professor publicus in instituto philosophico Brunensi transegit, inter iucundissimos suae vitae annos semper recensuit. Et iure. Verbo enim et exemplo corda audientium et sensus sibi devinciendi peroptime gnarus, nec non omnium illorum indigentiis consulens haud paucos iuvenes forti manu in via salutis tum corporis tum animae dirigebat. Ex collectione sua industria facta subsidia fundavit, de quibus bibliotheca ad usum studentium erigeretur, et aegroti lecto decumbentes sustentarentur. Non minorem sibi laudem acquisivit sua industria in colenda lingua vernacula Slavica, quo tempore studium huius adhuc in cunabulis erat. Ipsemet proprio Marte praelectiones huius idiomatis habebat et, quod hucusque inauditum erat, die depositionis caesareae maiestatis Francisci I. imperatoris in ecclesia s. Petri in eadem lingua pro concione dixit, id quod etiam typis promulgavit. Anno 24. Mart. 1834 subiit Benedictus Richter tentamen rigorosum ex historia universali, 26. Mart. ex philosophia theoretica et practica, 30. Iul. ex physica, 2. Aug. ex mathesi in univ. Carolo-Ferdinandea Pragae et 8. Aug. qua doctor philosophiae et artium liberalium ibidem promotus est — cunctis applaudentibus; scribit decanus facultatis: — primus doctor philosophiae publice promotus inter Raigradienses! Brevi post electus est sodalis a caes. reg. Moravica ac Silesiaca societate ad promovendam rem agrariam, scientiam

naturae et historiae patriae, nec non pomologico-oenologicae sectionis. Qui historiam huius temporis perspectam habent, hos certe non latet, Pium VII. cum rege Bavarico Maximiliano Iosepho I. anno 1817 concordatum iniisse ad rem catholicam his in ditionibus denuo constituendam. Partim tenore concordati huius, partim propria persuasione ductus Ludovicus rex, Maximiliani successor, quantam operam contulerint ordines religiosi saluti reipublicae et praesertim iuventutis eruditioni religiosae promovendae, nec non quam dubia sit aliena aetatis huius liberalis educatio, qua subinde throni et altaria contremiscant ruinamque minentur, consilium cepit, monasteria abolita in regno suo resuscitandi. Inter omnes, quotquot sese insinuavere, praesertim Iesuitae, ordini nostro Benedictino utpote ab incunabulis suis ab omni fallaci intentione et sophismate alieno, eruditione et laboribus apostolicis conspicuo, primas detulit. Deficientibus autem benedictinis Bavariae, ad monasteria aliena, praesertim Austriaca, ubi fere omnia ab abolitione Iosephina intacta remansere, pro subsidio convolatum. Hac in causa et ad abbatem Raigradiensem Victorem Schlossar pervenerunt litterae abbatis monasterii erecti Augustae Vindelicorum de dato 18. Febr. 1835 exorantes humanissime, ut quos posset, subministret in subsidium temporaneum, viros doctos, pios et religiosos monasterii nostri. Eodem quoque tenore advenere litterae per praesidium gubernii notificantes adsensum et beneplacitum suae maiestatis Francisci I. et serius quoque Ferdinandi I. in ferendo dicto iuvamine. Haec cum agerentur, Benedictus Richter t. t. professor Brunae precibus continuis desideravit dimitti Augustam Vindelicorum, et quum insuper episcopus Linciensis Gregorius Ziegler, quondam benedictinus Wiblingensis, de restitutione ordinis nostri in Bavaria summopere delectatus, missis ad abbatem Victorem litteris, solidissimis argumentis ad subsidium ferendum provocaret rogaretque, ut Benedictus, quem fini dicto habilissimum aestimaverat, dimitteretur, his motus argumentis, abbas noster votis Benedicti assensum praebuit, qui 9. Sept. 1835 in Bavariam discessit, ut in praefata nove erecta abbatia o. s. B. ad s. Stephanum Augustae Vindelicorum, cui lyceum catholicum commissum erat, rectoris huius, lycei et professoris philosophiae munus subiret, ubi praeterea decreto regio scholarcha in superioris Danubii circulo denominatus est. Primo anno scholastico finito tempore feriarum autumnalium 1836 Benedictus peragravit Helvetiam, partem Galliae, dein Italiam, venit Romam et salutavit incunabula ordinis nostri in Monte-Cassino. Similiter et sequentibus feriis peragravit Germaniam et Angliam. Lassatus tandem duplici onere professurae et rectoratus ac diversis iniuriis et molestiis pressus iam 1839 voluit valedicere et qua missionarius in Americam septentrionalem discedere. Dissuasit abbas, acquievit Benedictus et mansit usque ad finem anni scholastici 1841 Augustae Vindelicorum, unde deposito munere, ad patriam suam — haud ingratam — properavit; insignitus ordine de meritis civilibus regni Bavariae. Desiderio extra monasterium aliquo officio sibi congruo defungendi ductus supplicem porrexit libellum pro acquirenda cathedra religionis in lyceo Linciensi, quam petitio-

nem ipse abbas Victor Viennae praesens commendare non neglexit, cui maxime patrocinabatur episcopus Linciensis. Spes indubitata facta, eum cathedram nacturum. His ita praeparatis Benedictus advenit Raigradium 7. Oct. 1841 instructus praestantissimis testimoniis, quibus abbas ad s. Stephanum, episcopus Augustanus, regimen provinciale et ministerium Bavariae eius dexteritatem in docendo et dirigendo, vastam eruditionem, morum probitatem etc. testatam fecerunt. Interim consilium cepit excell. D. comes Mittrowský, supremus cancellarius, eum adplicandi ad studiorum commissionem aulicam et quidem pro elaborando novo systemate studiorum gymnasiorum, ad quod revera praeter omnem expectationem altissima s. maiestatis resolutione dto. 24. Novembris 1841 provocatus est, hac tamen conditione, ut Viennae monasterii nostri expensis sustentaretur, donec aliter cum ipso dispositum fuerit. Postquam integrum annum in monasterio Scotensi degens in dicto novo systemate conficiendo desudavit et opus perfecit ad complacentiam altissimae studiorum commissionis, Octobri 1842, professuram religionis et paedagogiae in univ. Viennensi accepit, primus e monasterio nostro, qui talem cathedram ascenderat! Ast ultimis annis commorationis suae Viennae signa obscura nimis in coelo politico ascenderant perturbationes anni 1848 annuntiantia, ob quae perspecta Benedictus noster aetate provectior, divino fere ductus spiritu anno 1846 officio suo tam honorifico valedicere ratus est et curae animarum vires suas dedicare consilium tenuit. Avidissime itaque occassionem amplexus est, munus curati administratoris Nigrofanensis petendi post mortem P. Mauri Voříšek vacans, ubi dies vitae suae quiete transigere sperabat. Animo libenti annuit abbas et ad finem 1846 Benedictus Richter ad locum praeoptatum transmeavit, ubi medias inter turbines variasque altercationes officii huius quoque partes eadem industria eodemque fervore adimplevit, sicuti Brunae, Augustae Vindelicorum et Viennae. Quibus omnibus episcopus Brunensis gratiam retulit iterata vice, cum Benedictum anno 1853 consistorii Brunensis consiliarium titularem, 1858 vero decanum Rosicensem et visitatorem scholarum trivialium in districtu Rosicensi denominaverit. Neque ampliori muneri huic praefectus, Richter superiores suos destituit; — spiritus semper promptus, caro vero heu! nimis infirma repugnabat; doloribus pericardii et pectoris multum pressus frustra iterato medicorum consilio usus est. Semper in fine dierum suorum infirma atque etiam aegra valetudine tandem oneri succubuit, 10. Iul. 1859, placide spiritum Deo reddens, et per abbatem Guntherum, suum quondam discipulum, cum intimo parochianorum aeque ac fratrum et amicorum animi sensu, honesto funere Nigrofani humatur. — Benedicti Richter vitae curriculum ephemerides iterata vice publicarunt, sic: „Augsburger Postzeitung“ et „Sion“ anno 1841, „Aehrenlese“ anno 1868, „Hlas“ idiomate slavico anno 1859 etc. Articulis vero operis summi pretii „Biographisches Lexicon“ a Wurzbach editi insertum non occurrit.

Opera eius, quae typis prodierunt sunt sequentia:

I. Rede über den Portiuncula-Ablass, gehalten in der Kirche der Kapuziner zu Brünn im

Jahre 1833; herausgegeben zum Besten des Institutes für arme kranke Hörer der Philosophie. (i. e. Sermo de indulgentiis s. d. Portiunculae.) Brunae, typis Procopii Fritsch anno 1833. 8°. 14 p. In nostra bibl. sub Bn. 15368. Sign. R. e. 7. No. 7.

II. Řeč při pohřebné slavnosti císaře Františka. (i. e. Sermo in die funeris suae maiestatis Francisci I.) Brunae, typis Rud. Rohrer. 1835. 8°. 18 p. In nostra bibliotheca sub Bn. 15370. Sign. S. e. 44.

III. Kurze Anleitung eine Bibliothek zu ordnen und in der Ordnung zu erhalten. (i. e. De modo bibliothecam in ordinem redigendi.) Cum 6 laminibus. Augustae Vindelicorum, Carolus Kollmann. 1836. 8°. 58 p. Apud nos sub Bn. 15933. Sign. XIV.

IV. Ueber intellectuelle und moralische Ausbildung des Menschen. (i. e. De cultu animi quoad intellectum et moralitatem.) Sermo habitus in distributione praemiorum in instituto ad s. Stephanum Augustae Vind. 1840. Augustae Vind. 1841. I. A. G. Schlosser. 8°. 12 p. Apud nos sub Bn. 16824. Sign. R. e. 35.

V. Die Gnadenmittel oder die Sacramente der kath. Kirche mit praktischen Folgerungen. (i. e. De sacramentis ecclesiae cath.) Viennae, apud Mechitharistas anno 1846. 8°. 146 p. In nostra bibl. sub Bn. 18004.

Manuscripta eius manu exarata adservantur apud nos:

a) In archivo:

I. Ms. de opere typis edito ut supra 3, sub C. s. 17.

II. Actenstücke betreffend die Verbesserung des Gymnasial-Lehrplanes nebst Beilagen. (i. e. Acta in causa denuo constituendae methodi docendi in gymnasiis.) Ms. in fol. sine pag. sub C. s. 18.

III. Diversa notata ex paedagogica et doctrina religionis. Fasc. duo in fol. sine pag. sub C. s. 19 et 20.

b) In bibliotheca:

IV. Alphabetisches Verzeichniss sämmtlicher entlasteter Pfarren, Kirchen, Kirchenbedienten und Schulen im Markgrafthum Mähren. (i. e. Index omnium parochiarum, ecclesiarum scholarum et in horum servitio constitutorum per Moraviam onere levatorum.) Ms. pap. in fol. Fol. 30, sine anno sub Msn. 629. Sign. F/K. I. a. 6.

V. Catalogus alphabeticus bibliothecae Raigradiensis sub regimine Augustini I. abbatis anno 1819 confectus, tribus tomis in folio comprehensus. Ms. pap. sine pag. sub Msn. 632 (I—III). Sign. F/K. I. a. 9—10.

Ricker Anselmus Iosephus (Scotensis), Posonii in Hungaria hanc lucem adspexit die 10. Mart. 1824. Qui cum gymnasii et philosophiae studiis operam navasset in gymnasio Benedictinorum montis Pann. Posoniae, s. habitu s. p. n. Benedicti indutus est die 21. Sept. 1842, tribusque annis post die 28. Sept. 1845 sollemni iureiurando Deo omne in tempus sese mancipavit. Absolutis vero s. theologiae studiis in univ. Vindob., presbyter ordinatus die s. Iacobi, primum neomysta ad aram Dei stetit die 1. Aug. 1847. Animarum deinde curae admotus, cum per 9 menses cooperatorem egisset in suburbio Viennensi, dicto Campo Scotorum, 1851 pari officio functus est in Pulkau. Hoc eodem anno doctoris s. theologiae gradum in univ. Viennensi obtinuit. 1857 vero in urbem reversus, cum per 4 annos cooperatoris munus sustinuisset in Campo Scotorum ac deinde 1861 in suburbio Viennensi ad s. Udalricum, 1862 in asceterium redux, ibidem curati et concionatoris partes egregie gessit 1862—72, quo anno die 26. Febr. archiepiscopus Viennensis cardinalis Othmarus de Rauscher eum professorem p. o. theologiae pastoralis in univ. Vindob. designavit, cuius rei etiam augustissimus imperator factus est auctor. Interea 1861 collegii doctorum et 1875 facultatis theologicae in

eadem univers. decanus cum electus fuisset, idem celsiss. princip. archiepiscopi Vienn. consiliarius die 30. Apr. 1876, nec non examinator prosynodalis die 24. Apr. 1878 est designatus. Complures praeterea societates, quae et res sacras et pias spectant et ea curant et agunt, quae humanitatis videntur, eum in sociorum numerum susceperunt, uti societas opificum Vindobonae, dicta „Gesellenverein".

Typis edidit:

I. Die Vorbereitung im alten Bunde zur Erlösung, dargestellt in vier Kanzelvorträgen an den Adventsonntagen in der Pfarrkirche zum hl. Laurenz im Schottenfelde. (i. e. Praeparatio ad redemptionem in vetere foedere.) 1 vol. 8°. Viennae, 1850, apud Mayer et Comp.

II. Die katholische Kirche in ihren Gebräuchen dargestellt und erklärt für die Jugend. (i. e. Caerimoniae ecclesiae catholicae expositae atque explanatae iuventuti.) 1 vol. 8°. 7. edit. Viennae, 1875, apud Mayer et comp.

III. Katholische Glaubens- und Sittenlehren kurzgefasst dargestellt. (i. e. Catholica de dogmatibus moribusque doctrina.) 1 vol. 8°. 5. edit. Viennae, 1872, typis congreg. Mechith.

IV. Via dolorosa oder Kreuzweg des Herrn, dargestellt in vierzehn Predigten mit einer Schlussbetrachtung am Ostermontag, gehalten in der hl. Fastenzeit 1864. 1 vol. 8°. Viennae, 1866, typis congreg. Mechith.

V. Der Syllabus, ein Triumph der Wahrheit über den Irrthum, dargestellt in vierzehn Fastenbetrachtungen. (i. e. Syllabus, quo veritas triumphat de errore.) 1 vol. 8°. Viennae, 1867, typis congreg. Mechith.

VI. Das Concordat eine Bürgschaft für die Eintracht zwischen Kirche und Staat. Dargestellt in sieben Predigten an den sieben letzten Sonntagen des Kirchenjahres 1867. (i. e. De concordia, quae debet esse inter ecclesiam et rem publicam, concordatu in tuto collocata ac confirmata.) 1 vol. 8°. Viennae, 1868, typis congreg. Mechith.

VII. Ecce homo! Betrachtungen über den Menschen, gehalten in der heil. Fastenzeit 1868. (i. e. Contemplationes de hominis natura.) 1 vol. 8°. Viennae, 1869, typis congr. Mechith.

VIII. Immortalitas. Betrachtungen über die Unsterblichkeit der Seele, gehalten in der heil. Fastenzeit 1870. (i. e. De immortalitate animae conciones.) 1 vol. 8°. Viennae, 1871. typ. congr. Mechith.

IX. Die Verwaltung des Busssacramentes. Für angehende Seelsorger. (i. e. Quomodo sacramentum confessionis administretur.) 1 vol. 8°. Viennae, 1873, typis congreg. Mechith.

X. Leitfaden der Pastoraltheologie. (i. e. Theologia pastoralis.) 1 vol. 8°. 2. ed. Viennae, 1878, sumpt. H. Kirsch.

XI. Conciones orationesque pro diversis occasionibus habitae typisque mandatae: *a)* Predigt zur Patronatsfeier des Krankeninstitutes für Handlungs-Commis. Viennae, 1863, typis congr. Mechith. *b)* Predigt am Feste des heil. Augustinus in Klosterneuburg. Korneuburg, 1864, typis Fr. Kühkopf. *c)* Anreden bei den Jahresberichten des Frauen-Wohlthätigkeits-Vereines im Bezirk Neubau. Für die Jahre 1861—79, Viennae, typis congr. Mechith. *d)* Rede, gehalten den 14. März 1869 in der zwölften Generalversammlung des Vereines vom heil. Joseph v. Arimathäa. Viennae, typis C. Ueberreuter (M. Salzer). *e)* Predigt bei Gelegenheit der zweiten Säcularfeier der Gründung der Pfarre St. Leopold in der Leopoldstadt in Wien. Viennae, 1871, typis et sumpt. F. Eipeldauer. *f)* Predigt am Feste des heil. Leopold in Klosterneuburg. 2. ed. Viennae, 1878. *g)* Duos articulos anno 1848 inseruit ephemeridibus ecclesiasticis „de coelibatu".

XII. Dissertatio ad obtinendum doctoris theologiae gradum: „De institutione ordinis Iesuitarum." Manusc. adserv. in archiv. facult. theol. Vindob.

XIII. In ms. ipse auctor adservat: *a)* Pastoralpsychiatrie. (i. e. Psychiatria pastoralis.) *b)* Ueber die mystischen Prediger der zweiten Hälfte des Mittelalters. (i. e. De mysticis concionatoribus medii aevi posterioris.) *c)* Das Pastoralsystem des heil. Antoninus Florentinus. (i. e. Sy-

stema pastorale s. Antonini Florentini.) *d)* Das Erlösungswerk (i. e. opus redemptionis), mit Rücksicht auf die kirchliche Zeit (conc. domin.). *e)* Differenzlehren. Jahrescyclus von Sonntagspredigten. (Conciones apologeticae respectu habito ad haereses saec. 16.) *f)* Sittenlehren. (Conciones ethicae per annum.) *g)* Ueber die sieben Busspsalmen, Fastenpredigten. (i. e. De septem psalmis poenitentialibus, conc. quadragesimales.) *h)* Fastenpredigten über die Oratio Ieremiae. (Conc. quadrages.) *i)* Conciones variae in festis ss. et beatae M. V. et in diversis occasionibus.

Riedel Robertus (Břevnoveno-Braunensis), a Rupersdorf Bohemiae. Natus die 2. Febr. 1838 absolutis studiis gymnasii Břevnovii 1858 vestem induit monasticam. Sacra professione 12. Oct. 1862 sollemniter emissa et absolutis in univ. Pragena studiis theologicis anno 1863 die 2. Aug. sacerdotio initiari obtinuit. In tentamine publico ad docendas disciplinas philologicas Viennae Austriae adprobatus primum in gymnasio Braunensi per aliquot annos munere docendi occupatus transiit postea ad c. r. gymnasium Tergestinum et tandem Viennam ad gymnasium academiae Theresianae translatus ibidem professoris philologiae fungitur munere.

Annales gymnasii Tergestini anno 1873 et 1874 editi eius promulgarunt dissertationes de Horatio et Tacito:

I. Horazens Welt- und Lebensanschauung auf Grund der in seinen Dichtungen enthaltenen Aussprüche. 1873.

II. Ist der dem Tacitus gemachte Vorwurf der Parteilichkeit begründet? 1874.

III. Alteram de Tacito dissertationem litteris inseruit gymnasii acad. Theresiani anno 1875 editis: Ueber den Parteistandpunkt des Tacitus.

Rieder Edmundus (Admontensis), natus in Hartberg, Styriae urbe 17. Dec. 1802, omnibus scientiis optime instructus Admontes venit, 3. Febr. 1824 vota sollemnia professus, primitias celebravit 5. Mart. 1826. Curae animarum in Wildalpen et Weng per breve tantum tempus addictus, reliquos vitae annos erudiendae iuventuti dicavit in gymnasio Iudenburgensi et Graecensi. Obiit paralysi pulmonum in coenobio 9. Ian. 1868.

I. Die Ordensreform (Sturz der Templer). Histor. dramat. Gedicht. (i. e. Reformatio ordinis, drama historicum.) Ms. Admonter Archiv Ji 16.

II. De equitum Templariorum congregatione eiusque immerenti exitu. Defensionem huius ordinis (contra L. B. de Hammer-Purgstall in dissertatione sua „Die Schuld der Templer") tentavit P. Edmundus Rieder Admont. Ms. Admonter Archiv Ji 17.

III. Der Abt in den Alpen. Trauerspiel. Ms. Admonter Archiv.

IV. Kritisches. Excerpte aus Ottokars Reimchronik. (i. e. Critica de scriptis Ottocari ab Horneck.) Ms. Admonter Archiv Ji 36 f.

V. Biographie Albert von Muchars. Periit.

VI. Versuch, die Namen steiermärk. Orte und Gegenden auf deutsche Abstammung zurückzuführen. (i. e. Derivationis nominum locorum Styriae ab origine Germanica, tentamen.) Ms. Fol. Admonter Bibliothek.

VII. Erläuterungen zur Theorie der Dichtkunst für die Vorträge der II. hum. Classe. (i. e. Theoriae artis poeticae adumbratio.) Graz, 1848. 8°. Sine nomine.

VIII. Lehrbuch der Redekunst. (i. e. Liber artis rhetoricae.) Nach den ältesten Quellen und nach den Anforderungen der Jetztzeit von Joseph Edmund Rieder. Graz, 1849. 8°. 2. Aufl. 1859.

IX. Ali, der Chalif. Historisch-dramatisches Gedicht in 5 Acten von Joseph Edmund Rieder. (i. e. Ali, califa, Carmen.) Graz, 1850. 8°.

X. Abhandlung über den sophokleischen Philoktet. (i. e. De Philoctete Sophoclis.) Grazer Gymnasialprogr. 1852.

XI. Chronicon Ottocari in rebus, quae ad Henricum abbatem pertinent, ne sit fons rerum

Styriae scriptoribus. Grazer Gymnasialprogramm 1859.

XII. Adelheid von Herberstein. (i. e. Drama historicum „Adeleida ab Herberstein".) Vaterländisch-historisches Schauspiel in vier Acten. J. E. Rieder. Graz, 1860. 8°.

XIII. Erinnerung an die Maifahrt. Gedicht. (i. e. Itineris maialis memoria, carmen.) Graz, 1865.

Riedler Altmannus (Gottvicensis), in Aussee Styriae die 19. Sept. 1718 natus et votis sollemnibus die 28. Oct. 1739 emissis, theologiae studia Viennae bacalaureus ita absolvit, ut eadem sacerdotio die 8. Aug. 1745 vix initiatus discipulis confratribus domi per plures annos iterato traderet. Ad lucra etiam animarum rite comparatus, cum subprioratus officio aliquamdiu perfunctus esset, parochiis in Gösing, Rossatz et Heinfeld praefuit. Hinc sponte redux 27 annis totam vitam ad omnem s. regulae apicem compositam monachus cum insigni eruditione ac scientia humilis, in laudibus divinis, meditatione et lectione assiduus duxit et die 10. Apr. 1789 consummavit.

Catalogus contentorum in manuscriptis codicibus bibliothecae lib. et ex. monasterii Gottvicensis o. s. B. iuxta ordinem, quo ii in scriniis armariorum positi et litteris alphabeticis notati sunt. 1756. 1 tom. Man. in bibl. Gottv. adserv. No. 962.

Rimely Michael Ioannes (archiabbas de s. Monte Pannoniae), ins. ordinis s. Stephani regis apostolici eques, s. theologiae doctor, facultatis theol. in r. univ. Pestin. collegiatus, Strigonii eiusdem com. in Hungaria die 23. Mart. 1793 natus, s. habitu die 31. Oct. 1811 indutus, vota sollemnia die 18. Sept. 1814 emisit et absolutis in univ. Vindob. s. theologiae studiis die 8. Sept. 1818 presbyter ordinatus est. 1818—19 praefectus studiorum apud alumnos s. ordinis Iaurini, 1819—22 professor gymn. Posonii, 1822—30 professor iuris et historiae ecclesiast. in s. monte, 1830—39 superior domus et director gymn. Ginsii, 1839—42 professor doctrinae religionis in academia Posoniensi, quo anno archiabbas nominatus est. Die 8. Mart. 1865 apoplexia tactus diem supremum obiit.

Scripsit:

I. Közönséges házassági egyházi törvény. Alkalmaztatva a magyar ker. kath. anyaszentegyházra. (i. e. Ius ecclesiasticum matrim. ecclesiae Rom.-cath. Hung. adaptatum.) 1832—36. 4°. 3 fasc. II + 180 p., 352 p., 153 p. Ms. Adserv. in bibliotheca centrali in s. monte.

II. A sz. Márton püspökről czimzett Pannonhegyi sz. Benedeki főapátság eredete Magyarországban. (i. e. De origine archiabbatiae s. Martini de s. Monte Pannoniae.) 1860. 4°. Ms. Ads. ibid.

III. Scythák, hunnok, avarok, magyarok történelme. (i. e. Historia Scytharum, Hunnorum, Avarorum, Hungarorum.) 1862. 4°. Ms. Adserv. ibidem.

Rittmann Benno (Scotensis), Viennae in Austria die 26. Apr. 1831 natus, cum absolutis gymnasii studiis ad Scotos ibidem s. habitu die 29. Sept. 1851 indutus esset, votis sollemnibus die 29. Sept. 1855 emissis emensoque in univ. Vindob. cursu theologico, primitias die 27. Iul. 1856 celebravit et curae animarum admotus variis in locis cooperatorem egit strenuum, in Gaunersdorf, Ienoe in Hungaria, inde anno 1863 in Campo Scotorum suburb. Vindob., unde 14 annis peractis parochus rus profectus est Watzelsdorf, ubi hucusque egregiam navat operam.

Typis edidit:

Geschichte der Kirche im Erzherzogthume Oesterreich für Volksschulen. (i. e. Historia ecclesiastica archiducatus Austriae in usum ludorum

trivial.) 1 vol. 8°. Viennae 1869. typ. Ludovici Mayer.

Rizel Bertholdus (Mellicensis), Austriacus ex oppido ad s. Bernardum prope Horn die 30. Mart. 1721 natus, die 1. Ian. 1741 institutum Benedictinum amplexus, die 20. Apr. 1745 ad aram primo stetit. In monasterio humaniorum, philosophiae et theologiae professoris vices subiit. Die 26. Oct. 1752 fuit vicarius in Ravelspach, in Immendorf domum reversus, iterum vicarii in Ravelsbach munus in se suscepit. Anno 1761 ab abbate Thoma secretarius electus est, ab anno 1763—79 praefectus in Radendorf. Domum reversus, balneis in Baden utens senior monasterii obiit die 12. Iun. 1792. Scripsit:

I. Sancta et Beata Austria, seu acta et vita eorum, qui a primo iam inde Christi saeculo ad hanc usque aetatem cum strenue exantlatis in vinea Domini laboribus, tum aliis sanctitatis suae, dum viverent, radiis eam, quam nunc appellamus Austriam, regionem olim illustrarent. Edidit, rerumque dubiarum in ea occurrentium, quoad oportere visum est crisim adiecit Bertholdus Mellicensis (in dedicatione se dicit Bertholdum Rizelium) ord. s. Bened. exempti eiusd. monasterii Mellic. in Austria inferiori professus, philosophiae doctor ac professor actualis. Tom. I. Augustae Vindel. 1750. Conf.: Ignaz Franz Keiblinger: Geschichte des Benedictinerstiftes Melk. 1. Bd. 1001 p. Anmerk. 2.

II. Wort Gottes, so bei der Leichbesingniss des hochwürdig in Gott geistlich hoch edel geborn, hochgelehrten gnädigen Herrn Willibaldi Paldt, des heil. Benedictiner Ordens in dem uralt und berühmten Stift Altenburg in Oesterreich, weiland, würdigsten Abbtens den 11. Februar 1768 in erwähnter Stiftskirchen vorgetragen und auf Befehl in Druck gegeben hat P. Bertholdus Rizel etc. (Oratio funebris.) Krembs, bei Anton Präxl. Fol.

Rizinger Florianus (Cremifanensis), antea Iacobus, Austriacus Kirchdorfensis, die 10. Oct. 1713 natus, studia humanitatis et philosophiae in monasterio Admontensi confecit; in monasterio Cremifanensi veste ss. P. N. Benedicti accepta die 25. Iul. 1733 sollemniter professus, die 6. Ian. 1739 sacerdotali dignitate auctus est. In diversis parochiis cooperatoris officio functus, parochus in Eberstallzell et Fischlham, postea praefectus vinearum monasterii in Austria inferiore; tum per aliquot annos superior in Adlwang aegritudinis causa monasterium repetiit et professus iubilaeus obiit 12. Maii 1786.

Varii eius sermones sacri et panegyrici, quos Lambaci, Styrae, Kirchdorfii dixit, typis excusi sunt. Vid. P. Rudolph Graser, vollständige Lehrart zu predigen. p. 220, 221. Imprimis memorabilis est eius oratio: „Schuldigste Lobrede von dem glorwuerdigen Stifter der weltberuehmten Gesellschaft Jesu". (i. e. Concio de s. Ignatio fundatore societatis Iesu.) Steyr, Menhardt, 1756. 4°. 24 p.

Robida Carolus (San-Paulanus). Natus est in Malavass in Carniolia die 13. Oct. 1804; s. habitu indutus die 25. Oct. 1825; sollemniter professus die 21. Apr. 1829; sacerdos ordinatus die 8. Sept. 1829. Anno 1830, quo in lyceo Clagenfurtensi studia theologica absolvit, etiam professorem agere coepit classium humanitatis in gymnasio Clagenfurtensi, et agebat usque ad annum 1845, ex quo mathesin et physicam docebat primum in lyceo, et ab anno 1849 in gymnasio superiori Clagenfurtensi usque ad annum 1874. In scientiis, quas tradebat, addiscendis et excolendis erat assiduus, unde in docendo clarus, et studiosi optime profecerunt. Ab anno 1866 usque ad annum 1875 erat superior collegii Clagenfurtensis; porro erat sodalis societatis agrariae Carinthiae et Carnioliae, Mu-

saei historico-naturalis et societatis historicae Carinthiae; societatis s. Hermagorae sodalis et delectus ad consultandum, et per 4 annos regiminis politici supremi Clagenfurti translator slovenicus. Ultimis vitae annis aegrotabat, dolores morbi patienter sustinens, die 4. Oct. 1877 in Domino obdormivit.

Scripta typis exprimi fecit lingua germana et slovenica:

I. Geistlicher Führer der Jugend. (i. e. Manuductio iuventutis.) Klagenfurt. Druck bei Ignaz Edlen von Kleinmayr. kl. 8°.

II. Entwicklungsgang der Physik von den ältesten Zeiten bis auf die Gegenwart. (i. e. Physicorum inde ab antiquissimis temporibus explicationis idea.) Druck bei Joh. Leon in Klagenfurt. 8°. Programm des k. k. Gymnasiums in Klagenfurt am Schlusse des Studienjahres 1853. p. 1—69.

III. Vibrationstheorie der Electricität. (i. e. De theoria vibrationis vis electricae.) Programm des k. k. Gymnasiums zu Klagenfurt am Schlusse des Studienjahres 1857. Druck bei J. Leon in Klagenfurt. p. 1—37. 8°.

IV. Magnetismus. Fortsetzung der Vibrationstheorie. (i. e. De magnetismo.) Programm des k. k. Gymnasiums zu Klagenfurt am Schlusse des Studienjahres 1858. Druck bei J. Leon in Klagenfurt. p. 1—60. 8°.

V. Erklärung der Lichterscheinungen. (i. e. Phoenomenorum lucis dilucidatio.) Aus den Grundzügen einer naturgemässen Atomistik. Programm des k. k. Gymnasiums in Klagenfurt am Schlusse des Studienjahres 1861. Druck bei J. Leon in Klagenfurt. p. 1—39. 8°.

VI. Erklärung der Beugung, Doppelbrechung und Polarisirung des Lichtes. Aus den Grundzügen einer naturgemässen Atomistik. (Item ut supra.) Programm des k. k. Gymnasiums zu Klagenfurt am Schlusse des Studienjahres 1862. Klagenfurt. Druck bei J. Leon. p. 1—30. 8°.

VII. Höhenbestimmungen der Erdatmosphäre und ihrer unteren Schichten. (i. e. Altitudinis aëris determinatio). Klagenfurt. Druck bei J. und Fr. Leon. 1866. kl. 8°. p. 1—24.

VIII. Bukve molitev in andohti pred sveto glavo. (i. e. Buch von Gebeten und Andachten vor dem heiligen Haupte. — Liber precum.) Klagenfurt, bei Ig. Edlen von Kleinmayr. (Versio ex lingua Germanica.)

IX. Zdravo telo naj boljše blago. (i. e. Ein gesunder Körper das grösste Gut. — Corpus sanum — bonum optimum.) Klagenfurt, bei Joh. Leon. 1846.

X. Naravoslovje ali fisika. (i. e. Physik.) Laibach 1849. Im Selbstverlage.

XI. Domači zdravnik v navadnih boleznih človeka. (i. e. Der Hausarzt in den gewöhnlichen Krankheiten des Menschen. — Medicus familiaris). Bei der Hermagorasbruderschaft in Klagenfurt gedruckt. 1. Auflage 1854, 2. Auflage 1861. (Versio ex lingua Germanica.)

XII. Domači živinozdravnik. (i. e. Der Hausarzt für Thiere. — Medicus domesticus pro animalibus.) Klagenfurt, bei Joh. Leon 1856. (Versio ex lingua Germanica.)

Rössler Romualdus (Gottvicensis), in Aigen Austriae inf. die 2. Mart. 1779 natus s. habitu indutus die 5. Oct. 1800, vota sollemnia emisit die 20. Mart. 1803 et primitias celebravit die 7. Oct. 1804. In curam animarum vocatus primum munere catechetae in schola claustrali dein cooperatoris in Grünau 1805, in Kilb 1806, parochi in Michelbach 1810 et in Mauer 1813 functus est, ubi die 24. Maii 1847 obiit.

Notizen über den Pfarrort Mauer. (i. e. Notamina de loco parochiali Mauer.) Schweickhardt, Darstellung des Erzh. Oest. u. d. Enns. V. O. W. W. 9 Bd. p. 299, 10. Bd. p. 5.

Rohn Franciscus (Scotensis), natus est Nicolsburgi, in oppido Moraviae die 30. Nov. 1789. Ad studia gymnasii partim in urbe patria partim Strasnizii in Moravia incumbebat; Viennam deinde profectus est, ut studiis philosophicis se traderet

in univ. Viennensi, quibus optime absolutis, in ordinem s. P. Benedicti ad Scotos ascitus habitu indutus est die 25. Oct. 1807. Triennio post die 2. Dec. 1810 sollemni ac perpetua votorum sponsione Deo se obstrinxit sacerdosque factus die 29. Nov. 1812, die festo immac. concept. B. M. V. eiusdem anni prima sacra administravit. Statim dein missus est in suburbium, qui dicitur campus Scotorum, ibique primos in vinea domini subiit labores. Anno vero insequente in monasterium revocatus, ut humanas in gymnasio ad Scotos traderet litteras. Anno vero 1824 munus subprioris et magistri novitiorum ei demandatum est et biennio post mense Augusto prior factus hoc amplo nec non gravi officio functus est usque ad 30. Apr. 1830, quo abbas eum parochum ad s. Georgium in Gaunersdorf designavit. Ibidem vero gravi morbo affectus valetudinis restituendae causa 1840 in monasterium reversus est, ubi die 28. Iun. 1841 iterum magistri novitiorum usque ad annum 1854 et 1842 spiritualis munus subiit. Longum est enarrare merita eius, quae in hoc agendi campo sibi collegit. Simplicitas eius non permisit, ut magno cum apparatu sacerdotii sui iubilaeum die 8. Dec. 1862 celebraret. Deinde vero paullatim eum vires deficere coeperunt et die 18. Maii 1865 revera pie in Domino obdormivit.

Typis edidit:

I. Brevis grammaticae Graecae sectio II. in usum classium humanitatis. Viennae 1822.

II. Iacobi Balde carmina selecta. Curavit Franciscus Rohn, abbatiae ord. s. Benedicti etc. etc. 1 vol. 8°. Viennae et Cremisiae, typis et sumptibus B. Th. Bauer. 1824.

Roiss Udalricus Mathias (Scotensis), natus die 21. Febr. 1801 Bergheim in Austriae superioris pago, cum PP. Benedictinis Cremifanensibus in disciplinam traditus esset, litteris optime institutus novitiatum ad Scotos Viennae ingressus est die 2. Oct. 1823. Transacto triennio vota emisit sollemnia die 22. Oct. 1826 et, presbyter ordinatus, die 31. Aug. 1828 primum Deo incruentum sacrificium obtulit. Anno 1829 cooperator in curam animarum missus, per viginti fere annos egregiam in hoc officio operam collocavit et quidem in Pulkau, dein in s. Udalrici parochia suburbana, postremo in vicino Campo Scotorum. Anno vero 1847 parochiam suscepit Watzelsdorf, dein 1852 Eggendorf. Ineunte vere 1855 sacrae peregrinationis a compluribus viris catholicis diversarum regionum in terram sanctam institutae, una cum duobus confratribus, P. Urbano Loritz (vide hunc) et P. Alberto Gatscher professore, nunc directore gymnasii ad Scotos, socium se adiunxit, indeque superatis feliciter multis tam longi itineris periculis et aerumnis sospes reversus est die 16. Maii eiusdem anni. Descriptionem huius itineris P. Urbanus Loritz typis mandavit 3. ed. Eodem anno Udalricus parochiam suscepit in Breitenlee simul amplae illius praedii villicationi praefectus et sepulturae conventualium ibidem custos. Quibus muneribus immortuus est die 16. Oct. 1861.

Manuscriptum reliquit:

Erinnerungen aus meiner Pilgerreise nach Jerusalem im Jahre 1855. (Commentarii susceptae in terram sanctam peregrinationis.) 1 vol.

Rómer Florianus Franciscus (de s. Monte Pannoniae), abbas s. Ioannis Bapt. de Iánosi, canonicus dioec. Magnovaradinensis l. r., c. r. et ap. mai. consiliarius, aa. ll. et philos. doctor, ins. ord. coro-

nae ferreae III. classis eques, acad. erud. Hung. socius ordinarius, soc. arch. et hist. de Gödöllő praeses, societ. arch. et hist. comit. Békés., Bihar., Castrif., Alb., sept. et merid. Hungariae ad honores, commissionis regnicol. monumentis conservandis et quam plurimarum societatum Hung. et externarum socius correspondens, s. sedis dioec. Neosol., Magnovarad. l. r., archiabbatialis adsessor, Posonii eiusdem com. in Hungaria die 12. Apr. 1815 natus, s. habitu die 16. Oct. 1830 indutus, vota sollemnia die 24. Maii 1836 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 26. Iul. 1838 presbyter ordinatus est. 1838—39 cooperator in abbatia de Tihany; 1839—42 prof. gymn., 1842—45 in lyceo dom. Iaurini, 1845—48 in acad. Posoniensi, quo anno oborto bello civili castra Hung. secutus, profligata autem male contentorum acie in carcerem Iosephstadiensem coniectus est et per plures annos ibi detentus. Anno 1854 reversus aliquamdiu in abbatia de Bakonybél degit, unde anno 1855 educator filii spectab. domini Szubovics Posonium se contulit, ibique 1856—57 educator filiorum comitis Caroli Erdődy vitam egit. 1857—1862 prof. gymn. Iaurin., 1862—66 director gymn. cath. stat. Budapestinensis, 1866—1874 ibidem professor in universitate regia archaeologiae et numismaticae ord. publicus, quo demum anno consentiente summo pontifice albo clericorum dioec. Neosoliensis inscriptus et abbas nominatus est.

Vir summae industriae atque assiduitatis omnisque antiquitatis peritissimus scripsit:

I. A Bakony. (i. e. Silva de Bakony.) Természetrajzi és régészeti vázlat. Győr. 1860. Sauervein G. 8°. VIII + 216 p.

II. Pannonia területén Magyarországban fennmaradt néhány római várakról. (i. e. De quibusdam castellis Romanis, quae in finibus Pannoniae in Hungaria supersunt.) Ex 3. tomo lib. period. „Archaeologiai közlemények". Pest. 1862. Emich G. 4°. 22 p.

III. A középkori keresztelő medenczék. (i. e. De pelvibus baptismalibus mediae aetatis.) Ex eodem lib. et tomo. Ibid. 1863. 4°. 12 p.

IV. A bakony-szombathelyi érem-kincsről. (i. e. De thesauro nummorum Bakony-Szombathelyensium.) Ex eodem lib. Ibid. 1865. 4°. 32 p.

V. Műrégészeti kalauz különösen tekintettel Magyarországra. I. Rész. Őskori műrégészet. (i. e. Dux archaeologicus. Primam partem scripsit F. Rómer.) Cum 154 figuris. Pest. 1866. Emich G. 8°. VI + 136 p.

VI. Árpás és a móriczhidai sz. Jakabról czímzett prépostság története. (i. e. Historia Árpás et praepositurae s. Iacobi de Móriczhida.) Pest. 1869. Aigner és Rautmann bizománya. Nyom. Győrött Sauervein Gézánál. 8°. 107 p. 1 tab.

VII. Képes kalauz a magyar nemzeti muzeum érem- és régiségtárában. (i. e. Mystagogus imaginibus inlustratus in thesauro nummorum et antiquitatum musei Hung. nationalis.) Cum 184 figuris. Pest. 1870. Athenaeum. 8°. 72 p. Ed. 2. retractata 1873.

VIII. Díszlapok a római könyvtárakban őrzött négy Corvincodexből. (i. e. Imagines aliquot ex quatuor codicibus Corvin. in bibliothecis Romanis adservatis.) Lefényképeztette a vaticáni zsinaton jelen volt magyarországi püspöki kar. Pest. 1871. Athenaeum. 2°. 14 p. et XVI photographiae quae dicuntur. Verba ipsa etiam separatim publicata sunt apud Eggenberger. Pestini 1872.

IX. Acta nova musei nationalis Hungarici. Tom. I. Inscriptiones monumentorum Romanorum eiusdem musei nationalis in Budapest. A magyar nemzeti muzeum római feliratos emlékei. Desjardins Ernő franczia szövegét a vallás- és közoktatásügyi magyar kir. miniszter meghagyásából magyarította, bővítette és külön pótlékkal kiegészítette Dr. Rómer Flóris. Budapest. 1873.

Nyomatott a magy. kir. egyetemi könyvnyomdában. 2°. XIV + 202 p. LXI tabulae imaginibus ornatae et 1 tabula geogr.

X. A régi Pest. (i. e. Pestinum vetus.) Történeti tanulmány. Budapest. 1873. Eggenberger. 8°. 240 p. Lectum est in conventu acad. erud. Hung. 12-o, anno 1871.

XI. Monumenta Hungariae archaeologica. III. t. Régi falképek Magyarországon. Budapest. 1874. Athenaeum. 4°. VIII + 170 p. XIII tabulae imaginibus maxima ex parte pictis ornatae et LXXVII figurae in lignum incisae.

XII. Plures redegit libellos periodicos, ut: *a)* Győri történelmi és régészeti füzetek. Kiadják Ráth Károly és tdr Römer Flóris, a magy. tudományos akademia tagjai. Győr. 1861 sqq. 4 t. *b)* Archaeologiai értesítő. A magy. tudományos akademia archaeologiai bizottságának közlönye. Pest. 1869—72. Emich. Athenaeum. 8°. 1.—6. t. *c)* Archaeologiai közlemények. 4.—8. t. 1864—1871. *d)* A magyar orvosok és természetvizsgálók 1865. aug. 28-tól sept. 2-ig Pozsonyban tartott XI. nagygyülésének történeti vázlata és munkálatai. (i. e. Summarium historiae et opera conventus XI. medicorum et naturae investigatorum Hung. Posonii habiti.) Rózsay Iózsef közremüködésével szerkesztették Kanka Károly és Römer Fl. (i. e. Cum imaginibus Pauli Bugát et Stephani Endlicher et figuris quam plurimis in lignum, lapidem, aes incisis) Posony. 1866. Nyomatott Wigand Károly Frigyesnél. 4°. XXIV + 454 p. et XVI tab.

XIII. Plus quam 350 dissertationes cet. de rebus maxime archaeologicis scripsit tam in eis, quos redegit, libellis period., quam in his: Tudománytár, Magyar akad. értesítő, Religio, Magyar Sion, Oesterreich. Zuschauer, Mittheilungen der k. k. Centralcommission für Baudenkmale, Idők tanuja, Vasárnapi ujság, Uj korszak, Pesti napló, Hon, Ungarischer Lloyd, Budapesti közlöny, Pester Lloyd, Századok, Egyházi lapok, Berichte und Mittheilungen d. Alterthumsvereines in Wien, Verhandlungen für Naturkunde, Katholikus Néplap, Természet, Tudományi társulat kiadványai, A párisi anthropologiai társulat munkálatai cet.

Romoser de Romoseck Erhardus (Admontensis), nobilibus parentibus in Sölk Styriae superioris natus 4. Nov. 1692, Admontes s. Benedicti militiam professus 26. Dec. 1709 primam Deo obtulit hostiam 4. Dec. 1716. Curae animarum adscriptus domi concionator dominicalis, festivalis et Marianus et postea cooperator in Groebming constitutus est; parochiam domesticam et illam in Landl laudabiliter rexit et domum reversus granarium et refectorium curans subprioris dignitate decoratus est. Obiit Erhardus professus et sacerdos iubilaeus 22. Mart. 1762 morbo nobis non noto.

I. Sapientia gloriosa. Das ist: Die hoche, Hellglantzende und Wunder würckende Weisheit dess Hoch-Heiligen Vatters, Claraevallensischen Abbtens und Hönig-trieffenden Lehrers Bernardi, an dessen Glorreicher Solemnitaet, den 20. Aug. Anno 1724 in dem Hochlöblichen, Hochberühmten Stüfft und Closter Schlierbach, Sac. ac Exempti Ord. Cisterc. Vor einem hochansehnlichen Auditorio in einer schuldigen Lob-Red von offentlicher Kantzel vorgetragen durch P. Erhard Romoser, Ord. S. Bened. Professen und Ordinari-Predigern zu Admont. Lintz, gedruckt bei Joh. Caspar Leidenmayr, E. Hochloebl. O. Oe. Landschafft Buchdrucker. kl. 4°.

II. Virtus de morte triumphans; Oder die grosse Tugend-Zierd, und herrlicher Todt des Weyland Hochwürdigen Hoch-Edlgebohrnen und Hochgelehrten Herrn Herrn Antonii, Eines Hochlöbl. Frey- und exempten Stifft und Closter zu St. Lambrecht in Ober-Steyer, wie auch zu Maria-Zell würdigsten Abbtens, Probsten zu Afflentz und Byber, der Röm. Kayserl. Majestaet etc. etc. Rath etc., Erstlich in einer schuldigen Lob- und Leich-Red, vor einen zahlreichen Auditorio den 18. Dec. Anno 1724 von offentlicher Cantzel vorgetragen, Und nun dem Hochwürdigen, Hoch-Edlgebohrnen, auch Hochgelehrten Herrn Herrn Kiliano, Würdigisten, Neu-erwöhlten Gnädigen Herrn, Herrn Praelaten etc. Dediciert und zugeschrieben von P. Erhardo Romoser, Ord. S. Bened. Professen und Ordinari-Predigern zu Ad-

mont. Cum Licentia Superiorum. — Steyr, gedruckt bei Joseph Grünenwald. kl. 4°.

Rónay (quondam: Leitzinger) Hyacinthus Ioannes (de s. Monte Pannoniae), electus episcopus Scutariensis, ins. coll. eccl. Posoniensis praepositus maior et archidiaconus Posoniensis, ins. ord. s. Stephani r. a. eques, aa. ll. et philos. doctor, acad. erud. Hung., item historicorum et reg. physicorum ac geologiae Budapestinensis, nec non ethnolog., anthropolog. et reg. asiaticae Londinensis socius, s. sedis consist. archiabbatialis de s. M. Pannoniae adsessor, celsissimae archiducis Valeriae educator. Albae Regiae com. eiusdem in Hungaria natus die 13. Maii 1814, s. habitu die 31. Oct. 1831 indutus, vota sollemnia die 24. Maii 1836 emisit, et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 20. Iul. 1839 presbyter ordinatus est. 1839—40 caerimoniarius illust. domini archiabbatis, 1840—1848 professor philosophiae in lyceo domestico Iaurinensi, quo anno oborto in Hungaria bello civili orator et capellanus castrensis castra est secutus Hungarorum urgente Kossuth et consortibus eius, sed profligata male contentorum acie emigravit in Angliam et locum habitationis Londinum elegit, unde cum post varias rerum vicissitudines die 20. Sept. 1866 ad s. montem reverteretur, a fratribus capitulariter congregatis summo cum gaudio excipitur. Per plures deinde annos munere ablegati in comitiis, item professoris celsissimi archiducis filii regis heredis Rudolfi functus, anno 1872 mense Iunio adnuente summo pontifice albo clericorum archidioeceseos Strigoniensis inscriptus per c. r. maiestatem praepositus coll. eccl. Posoniensis cet. nominatus est.

Opera eius cum typis mandata tum manu scripta haec sunt:

I. Mutatvány a tapasztalati lélektan köréből. (i. e. Specimen psychologiae empiricae.) Győr. 1846. 8°. 192 p.

II. Jellemisme. (i. e. Notatio morum indolisque praecipuarum Europae nationum.) Vagy az angol, franczia, német, olasz, orosz, spanyol nemzet, nő, férfiu és életkorok jellemzése, lélektani szempontból. Győr. 1847. 8°. 221 p.

III. A tűzímádó bölcs, az ős világok emlékeiről. (i. e. Sapiens ignem pro Deo venerans, de rerum primordiis.) Sine nomine ed. Pest. 1860. 8°. 180 p. (Etiam in lib. period. „Kelet népe." Bécs. 1856. 41. n.)

IV. Fajkeletkezés, az embernek helye a természetben és régisége. (i. e. De origine generum. cet.) Pest 1864. 8°. 280 p. (Etiam in lib. period. „Magyarország". Pest. 1862. 91. n.)

V. Jellemrajzok az angol szinvilágból. (i. e. Descriptio quorumdam artificum scenicorum ex Anglia.) Kean Edmund, Macready Vilmos, Kean Károly. Pest. 1865. 8°. 210 p.

VI. In libellis periodicis et ephemeridibus praeter recensiones librorum et alia minora: *a)* A kék könyv. (i. e. Liber caeruleus.) Epistulae diplom. de Hungaris, qui in Turciam confugerunt, agentes, et iussu reginae Angliae cum senatu Britannico die 28. Febr. 1851 communicatae. Ex lingua Anglica et Gallica in Hungaricam convertit. In: Pesti Napló 1851, 142 epistulae. *b)* Londoni levelek. (i. e. Epistulae Londinenses 66.) Ib. 1850. *c)* Magyar László afrikai levelei. (i. e. Epistulae Africanae Ladislai Magyar in ling. Anglicam conversae.) In: Journal of the Royal Geographical society. London. 1853. *d)* Napló-töredék. (i. e. Quaedam ex diario.) In: Magyar sajtó. 1856. 17. n. 1860. 27. n. *e)* Utazás Éjszak-Angliában. (i. e. Iter in Britannia septemtrionali.) Ib. 1858. *f)* Londoni levelek. (i. e. Epistulae Lond.) In: Magyar szinházi lap. 1860. ep. 52, et in: Magyar sajtó. 1861. ep. 14. *g)* A földtan ujabb haladása. (i. e. De novis geologiae progressibus.) In: Magyar sajtó. Pest. 1861. 4. n. *h)* Sheridán Knowles élete és halála. (i. e. De vita et morte Sh. Knowles.) Ib. 1861. *i)* The Voguls and

a Vogul Legend of the creation of the Earth. (i. e. De affinitate linguae Hung. et generis linguarum, quod „altai“ dicitur.) In annalibus societatis „British associatio.“ London, 1866. *k)* A kenti barlang. (i. e. De spelunca ducatus Cantii.) In annalibus societatis medicorum et naturae investigatorum Hung. 1868. *l)* A jégkorszak. (i. e. De aetate glaciali.) Ibid. 1869. *m)* Az ősemberek haladása. (i. e. De progressu primorum hominum.) Oratio, cum socius acad. 'erud. Hung. factus esset. 1868. 8°. 46 p. *n)* Shakespeare. In: „Reform“. 1870—72. 24 cap. *o)* A szerves élet haladása s a fajok kihalása. (i. e. De progressu vitae organicae et interitu generum.) In annalibus acad. erud. Hung. 1872.

VII. Hunfalvy Pál: Reguly Antal hagyományai. (i. e. Quae Antonius Reguly reliquerit. Scripsit Paulus Hunfalvy.) Iussu Luciani Bonaparte convertit in ling. Anglicam. London, 1866. 8°. 354 p.

VIII. A bölcsészet történelme. (i. e. Historia philosophiae.) Ms.

IX. Természettani lélektan. (i. e. Psychologia physica.) Ms.

X. Az élet története. (i. e. Historia vitae.) Ms. 4 t.

XI. Elementa linguae Graecae. (i. e. Pro discipulis suis.) London, 1855. Ms.

XII. A magyar menekültekre vonatkozó jegyzetek, 18 évi számkivetéséből. (i. e. Adnotationes de Hungaris fugitivis per 18 exsilii annos.) Ms.

XIII. Shakespeare életrajza. (i. e. Vita V. Shakespeare.) Ms.

XIV. Mér-, sáncz-, ut- és hidtan. (i. e. Geometria, ars munitiones, vias, pontes faciendi.) Cum figuris. Ms.

Rost Leopoldus (Scotensis), Viennae in Austria die 8. Sept. 1842 natus, cum gymnasii studia apud Benedictino-Scotenses absolvisset ibidemque die 15. Sept. 1861 s. habitu indutus esset, vota sollemni ritu nuncupavit die 1. Oct. 1865. Emenso deinde s. theologiae cursu in univ. Vindob., die s. Iacobi 1866 sacerdotio initiatus primam Deo obtulit hostiam die 29. Iul. eiusdem anni. Curae deinde animarum admotus, cum cooperatorem egisset in Zellerndorf et Pulkau atque in suburbio Vindob. dicto Campo Scotorum per 7 annos, a. 1873 in monasterium redux susceptas ibidem curati et concionatoris partes fervido animo hucusque tuetur.

Conscripsit typisque edidit conciones sequentes:

I. Zur Primizfeier des P. Robert Tursky, Capitularen des Stiftes Schotten, gehalten am Feste des heil. Laurentius in der Pfarrkirche am Schottenfelde. (Concio primit.) Viennae, 1874, typis F. Eipeldauer et comp.

II. Predigt am Patronatsfeste im Handlungs-Krankeninstitut in Wien am Pfingstmontag 1875. Viennae, 1875, typis A. Reiss et Ph. Löb.

III. Predigt am Feste des heil. Leopold. Gehalten in der Stiftspfarrkirche zu Klosterneuburg. Viennae, 1875, typ. et sumpt. Ludovici Mayer.

IV. Manuscriptas porro ipse auctor adservat conciones quadragesimales, forma ut dicunt, cyclica in ecclesia monasterii B. M. V. ad Scotos habitas typisque mox edendas, quae inscribuntur: *a)* Das Leiden Christi. Wie es seine Zeitgenossen ihm zufügten und wie wir dasselbe ihm erneuern. 1874. *b)* Der Segen des Christenthums für alle Gebiete des menschlichen Lebens. 1876. *c)* Feinde und Freunde Christi. Bei seinem Leiden in der Folge- und in der Jetztzeit. 1878.

Roštlapil Othmarus (Břevnoveno-Braunensis), a Kostelec ad Aquilam Boh. Natus 30. Oct. 1811, habitum rel. induit Břevnovii 1833, ibique die 29. Iul. 1836 s. professus est regulam. Presbyter die 6. Aug. 1837 ordinatus est et paulo post munere docendi in gymnasio Braunensi fungi iussus fuit. Multis hoc in officio annis exactis parochiae Rupersdorfensi pastor datus eam administravit usque 1869, quo anno

translatus est ad ecclesiam B. V. Mariae in montem album prope Pragam.

I. Philologiae magistri partes in gymnasio explens scripsit et litteris gymnasii eiusdem Braunaviensis anno 1852 inseruit: Wodurch wird der lateinische Unterricht in den Schulen erschwert?

II. Scripsit honoribus Eminentissimi Cardinalis, archiepiscopi Pragensis Friderici carmen adprime politum.

Rotter Ioannes Nepomucenus (Břevnoveno-Braunensis), die 27. Febr. 1807 Braunaviae natus, absolutis in gymnasio urbis patriae studiis disciplinis philosophicis in univ. Pragena operam dedit. Anno 1825 vestem indutus monasticam exacto tyrocinio ad studia theologiae Pragam missus est. Interim die 9. Nov. 1828 sollemnia Deo obtulit vota, ac dein 20. Iul. 1830 sacerdos ordinatus e superiorum praecepto sublimioribus incubuit studiis theologicis, annoque 1834 lauream doctoratus theologiae est adeptus. Eodem anno ad vacantem theologiae dogmaticae cathedram interim administrandam Pragam vocatus, 1836 professoris publici ord. munus obtinuit in univ. Graecensi Styriae, ubi illam ipsam materiam docebat usque 1842, quo ad eandem cathedram Pragam translatus est. Anno subsequenti facultas theologica huius universitatis eum sibi constituit decanum. Biennio Pragae vix exacto, die nempe 7. Nov. 1844 ab utriusque monasterii conventu abbas Břevnoveno-Braunensis electus est. 1854 a senatu academico ad rectoris magnifici magistratum in univ. Pragena promotus aliis non paucis meruit augeri honoribus. Ab augustissimo imperatore anno eodem ordinis Francisci Iosephi commendatoris cruce, et prius iam, anno sc. 1848 a serenissimo Borussiae rege cruce de aquila rubra decoratus, ab eminentissimo praesule Pragensi nec non ab illustrissimo episcopo Reginaehradecensi consiliarii ecclesiastici et consistoriorum assessoris dignitate est insignitus. Sanus corpore et animo die 10. Nov. 1878 s. professionis iubilaeum celebravit.

Scripta ab eo in lucem prodierunt:

I. Jahrbuch für die katholische Geistlichkeit. Jahrgang 1839. 1840. (i. e. Annalium clero catholico adcommodatorum annus 1839 et 1840.) Graecii Styriae, apud Damian et Sorge. Sing. ann. vol. un. 4°. p. 148 et 158.

II. Sermo synodalis, habitus in synodo archidioecesana Pragensi 1863 celebrata. Actis eiusdem synodi p. XLIII—XLVIII insertus.

Rozenits Lucas Iacobus (de s. Monte Pannoniae), aa. lib. et philosophiae doctor, facultatis phil. in r. univ. Pestin. collegiatus, in Füles com. Sopron. in Hungaria die 20. Mart. 1784 natus, s. habitu die 5. Nov. 1803 indutus, vota sollemnia die 20. Mart. 1805 emisit et absolutis Iaurini et in s. monte s. theologiae studiis die 23. Aug. 1808 sacerdotio initiatus est. 1808—10 administrator parochiae in Aszófő, 1810—11 in abbatia B. M. V. de Dömölk, 1811—12 orator a sacris in s. monte, 1812—17 professor apud alumnos s. ordinis Iaurini, 1817—30 professor historiae universalis et pragm. regni Hungariae in academia Posoniensi, ab anno 1830 administrator parochiae in Szentivány, ubi die 28. Iul. 1835 vita cessit. Scripsit:

I. Summaria introductio in historiarum studium, quam in usum auditorum suorum elucubravit Lucas Rozenich. Posonii. 1827. 8°. 42 p.

II. Historiae regni Hungariae compendium, quod in usum auditorum concinnavit Lucas Rozenich o. s. B. Posonii. 8°. Tom. 1. 1828. 285 p. Tom. 2. 1829. 373 p.

Rubin Benno (Raigradiensis), Olomucii 20. Nov. 1723 honestis ex parentibus progenitus, indutus est in s. habitum ordinis per Antonium praep. et peracto tirocinii anno in eiusdem manus 29. Oct. 1741 est professus. Studiis philosophicis et theologicis, PP. Thaddaeo et Richardo directoribus, absolutis, anno 1747 sacerdotio initiatur et triennio post philosophiae, 1749 theologiae professor domi constituitur. Summam sibi docendi methodo et alumnorum suorum progressu nactus superioris approbationem ab Aemiliano praeposito prior Raigradiensis et praeses conferentiarum efficitur, ast vix annum animi sui praeclaram indolem mors inexorabilis in officiis hisce lucere permisit. Diem enim supremum 26. Aug. 1756 obiit.

Praesidio Bennonis Rubin defendenda susceperunt asserta:

I. Anselmus Geramb et Ildefonsus Christ Raigrad. ex universa philosophia Thomistica, quae cum effigie s. Benedicti eod. anno in fol. maiori Augustae Vindel. apud Ioh. Danielem Herz sen. excudebantur. In nostra bibl. sub Bn. 2600.

II. Othmarus Conrad, ex theologia scholastico-dogmatica 1. Secundae angelici doctoris s. Thomae Aquinatis, typis haeredum Iac. Maxim. Svoboda. Brunae, 1752. 4°. 8 folia. Bibl. Raigr. sub Bn. 13705.

III. Idem cum Friederico Schmidt ex theologia scholastico-dogmatica, quae cum effigie boni pastoris August. Vindel. I. Daniel Herz. In uno fol. mai. excudebat anno 1734. Bibl. Raigr. sub Bn. 2620.

Inter manuscripta bibl. Raigr. propria Bennonis nostri manu exarata conservantur:

I. Theologia dogmatico-scholastica, quam iuxta inconcussam doctrinam divi Thomae Aquin. in exempto libero mon. Raigrad. tradidit. Tractatus tres in 4°. Cod. pap. sine pag. Msn. 190. Sign. B/K. I. b. 9. bibl. Raigr.

II. Institutiones dialecticae seu summulae ad artem bene disputandi seu universam philosophiam thomisticam traditae in antiquo lib. et exempto mon. Raigrad. o. s. B. compilatore P. eiusdem ord. et loci professo aa. ll. et philos. prof. ord. anno 1749. Cod. pap. in 4°. sine pag. Msn. 273. Sign. D/K. II. ב. 6.

Rücker Antonius (Raigradiensis), filius Christophi coloni et Mariae eius uxoris, natae Ludwig, e pago Schönwaldensi in Bohemia 30. Sept. 1794 in s. fonte parochialis ecclesiae Bärnwaldensis Iosephus vocatur. Pie domi educatus et principiis scientiarum in schola Bärnwaldensi imbutus, anno 1811 iuvenis venit Olomucium ad humaniora ediscenda. Duobus annis ibidem eminenti cum progressu peractis 1813 ordinem scholarum piarum est ingressus et nomen Glycerius accepit. Peracto novitiatu Lipnicii ibique more in ordine consueto catechetica et paedagogia audita anno 1815 mittitur Nicolsburgum, ubi biennio praescriptum studiorum philosophicorum cursum cunctis adprobantibus absolvit. Quia vero ferendis laboribus ordinis s. Calasanctii professus est se imparem esse, obtento praeclaro testimonio provincialis Petri Bruckner dimittitur et Olomucii theologiae per unum semestre sedulo operam navabat. Ast ductus desiderio, internae suae vocationi magis respondentem ordinem ingrediendi libello supplici Calendis Aprilis 1817 abbati Raigradiensi Augustino Koch porrecto ad nostrum petiit suscipi monasterium et adnuente abbate 31. Oct. indutus nomen Antonius accepit. Ipso tirocinii anno 16. Febr. 1818 chori figuralis subregens denominatur, hocque finito et Calendis Nov. sacra emissa professione,

3. mensis huius mittitur Olomucium ad studia theologica finienda. Quibus ibi et Brunae peractis et testimoniis optimis ex omni scientiae sacrae genere secum allatis, 28. Aug. 1821 presbyter ordinatus, 8. Sept. primas Deo hostias coram admodum numerosa multitudine obtulit apud suos parentes Schönwaldae in patria sua. Redux constituitur institutor iuventutis in schola triviali, et iterata vice regens chori; tum obtenta iurisdictione simplici penes ecclesiam parochialem Raigradiensem ad curam animarum incumbebat, donec 6. Ian. 1823 ad preces parochi Laučicensis Pešina nomine, cuius curae vacans tunc parochia vicina Nicolčicensis concredita erat, pro administranda ista ab officio episcopali determinatus est, ubi usque ad annum 1825 inclusive permansit et magno cum zelo gregem sibi concreditum pavit. A cura animarum Nicolčicii absolutus in monasterium rediit, ut se ad professuram historiae universalis praepararet, simulque bibliothecae Raigradiensi praeficitur. Qua bibliothecarius novum catalogum systematicum conscripsit, librosque in meliorem, quam antea fuit, ordinem redegit. Anno 1832 mense Ianuario P. Rücker, qui 1827 Auspicii per aliquot menses cooperatorem egerat, pro administranda parochia Modricensi constituitur, unde, mense Martio, beneficio hoc libero Baroni de Schrenk (postea archiepiscopo Pragensi) collato vix absolutus 29. Mart. Auspicium pro iuvamine in cura animarum mittitur, quo loco usque ad initium mensis Iulii permansit. Instante enim tunc post obitum Augustini abbatis nova electione etiam P. Antonius revocatur domum, ubi sedulo laboribus in bibliotheca perficiendis tempus dedicabat, insimul vero a praelato in rationibus oeconomicis meliori formae reddendis in iuvamen est adscitus, in quibus haud contemnendam praebuit operam, cum matheseos esset perquam gnarus. Confecit quoque conspectum catastri Theresiani Iosephini et illius provisoris de anno 1819, quo uno obtutu mensura et fata individui praedii ad monasterium spectantis conspiciuntur. Cui operi praeclaro ingenue insudavit. Incepit quoque inventarium rei oeconomicae conficere, quod complere eheu non poterat, cum in locum Benedicti Richter, qui Augustam Vindelicorum qua rector et professor gymnasii abierat, professor religionis et paedagogiae universalis in instituto philosophico Brunae suffectus sit. Anno 28. Sept. 1836 subito examine rigoroso ex arte paedagogica in univ. Olomucensi et 14. Oct. e. an. e religionis scientia ad consistorium Brunense, quibus donum suum didacticum optime comprobavit, professor publicus declaratur. Verbi divini praeco zelosus, veritatis catholicae propugnator acerrimus, discipulis, qui liberioribus principiis faciliorem praebebant aurem, non omnino extitit gratus, sed tanto magis superioribus ecclesiasticis. Conversationis tandem in mundo pertaesus et dilectae solitudinis monasticae cupidus petiit absolvi ab officio professoris, et postquam bibliothecam instituti philosophici in concinnum redegit ordinem, Augusto 1843 ad monasterium nostrum est reversus, post octo annos impigre Brunae exantlatos. In capitulo die 28. Sept. 1843 bibliothecae, quam iam pridem singulari fovebat amore, praefectus redditus est et simul curae animarum qua cooperator penes parochiam adiunctus. Nec pigebat lac praebere par-

vulis, rudesque erudire rusticos, qui iam adsuevit solidos philosophis praebere cibos. Ut autem bibliothecae adamatae indivisam conferret operam, 3. Febr. 1844 precibus, quibus absolvi petiit a cura animarum, eo libentius delatum, quo minus se eidem subduceret. Exinde per tria fere lustra operibus bibliothecae se totum mancipavit ita, ut vix ullam aliam viam, quam trinam illam ad chorum ecclesiam et ad mensam praeter illam in bibliothecae atrium carperet. Confecit in hoc tempore catalogum realem, incunabulorum, repertorium numericum, illudque omne tali accuratione diligentia ac subtilitate, ut omnium admirationi existeret. Labores assidui tandem corporis aeque ac animi vires ad incita redegere et iterata vice apoplexia tactus, et per longum tempus lecto affixus rationis et consilii impos 5. Febr. 1859 vitae huius miseriam cum immortali gloria commutavit.

Conspectus operum P. Antonii Rücker praeter catalogos, de quibus supra, est sequens:

a) Qua clericus ord. schol. piar. conscripsit:

I. Exercitationum linguae Graecae tomi duo. Ms. pap. de anno 1813 in duob. fasc. 8°. p. 223 et 71. Msn. 572 (I et II) sub Sign. F/K. II. α. 27—28. bibl. nostrae.

II. Adversariae ad usum lectiones ordinariae, ternio 1. Ms. pap. in 4°. 144 p. de anno 1813. Msn. 574. Sign. F/K. II. α. 30 bibl.

III. Michaelis Neandri viri, qui de studiosa iuventute bene mereri nunquam desinit formulae 154, sequuntur varia notata et gratulationes. Ms. pap. de anno 1813 etc. in 4°. sine pag. Msn. 571. Sign. F/K. II. α. 26. bibl.

IV. Praktische Messkunst sammt Vorkenntnissen zur praktischen Geometrie. (i. e. Ars dimetiendi et praeambula ad geometriam practicam.) Ms. pap. in 4 tern. sine pag. in 8°. de anno 1814. Msn. 493. Sign. F/K. II. a. 59. bibl.

V. Miscellaneorum propriorum tomus secundus (primus deest). Ms. pap. de anno 1814 in uno fasc. 186 p. 8°. Msn. 573. Sign. F/K. II. α. 29. bibl.

VI. Mathesis pura h. e. arithmetica et geometria ex praelectionibus P. Mauritii Worell schol. piar. prof. Ms. pap. de anno 1815 in 10 tern. sine pag. in 8°. Msn. 494. Sign. F/K. II. a. 60. bibl.

VII. Die Lehre vom Licht und Schatten und von den Verwandlungen der Flächen, sowie Anleitung zur Zeichenkunst. Ms. pap. de anno 1815. In 18 fol. sine pag. Msn. 495. Sign. F/K. II. a. 61. bibl.

b) Qua Benedictinus Raigrad. conscripsit:

VIII. Institutiones ecclesiasticae, a Carolo magno usque ad annum 1817. Ms. pap. in 8 ternionibus, non completum de anno 1817, sine pag. in folio. Msn. 441. Sign. F/K. II. a. 4. bibl.

IX. Oesterreichisches Eherecht, vorgetragen nach Dolliner von Prof. Edl. v. Hab. (Ius matrimonii.) Ms. pap. de anno 1819. In 8 ternionibus sine pag. in 4°. Msn. 448. Sign. F/K. II. a. 12. bibl.

X. Compendium introductionis in libros V. T. et varia notata ad criticam s. scripturae spectantia. Ms. pap. de anno 1819 in 21 plag. sine pag. Msn. 464. Sign. F/K. II. a. 29. 4°. bibl.

XI. Interpretatio capituli 1., 2. et 3. evang. s. Matthaei. Ms. pap. de anno 1819. In duobus tern. mancum sine pag. in 4°. Msn. 465. Sign. F/K. II. a. 30. bibl.

XII. Praecepta Hermeneutices s. librorum N. T. Ms. pap. de anno 1819. Tom. unicus in $7\frac{1}{2}$ plag. in 4°. sine pag. Msn. 466. Sign. F/K. II. a. 32. bibl.

XIII. Litteratura biblistica. Ms. pap. de anno 1819, in uno fasc. Folia 6. Msn. 508. Sign. F/K. II. a. 13. bibl.

XIV. Explanatio et additiones prof. Gregorii ad theologiam moralem Reibergerii. Ms. pap. de anno 1820, in duobus ternionibus in uno fasc. 4°. sine pag. Msn. 528. Sign. F/K. II. 28. bibl.

XV. Institutiones theologiae dogmaticae, quas tradidit prof. Wepy Brunae, descripsit A. R.

anno 1820. Ms. pap. in uno fasc. Terniones 19. sine pag. in 4°. Msn. 589. Sign. F/K. II. b. 29. bibl.

XVI. Specielle Paedagogik für Trivialschulen nach den Vorlesungen des Prof. Ferd. Schiller zusammengetragen durch A. R. im Jahre 1821. (i. e. Paedagogia pro schol. elem.) Ms. pap. in duobus plag. sine pag. in 8°. Msn. 473. Sign. F/K. II. a. 38. bibl.

XVII. K. k. Verordnungen in publico-ecclesiasticis, als Anhang zu Rechbergers Pastoral nach den Vorlesungen des H. Binko, Professors der Pastoral zu Brünn, zusammengestellt von A. R. eiusdem auditore 1821. (i. e. Praescripta legum in publico-ecclesiasticis etc.) Ms. pap. in $2^1/_2$ plag. sine pag. in fol. Msn. 474. Sign. F/K. II. a. 39. bibl.

XVIII. Notata varia (excerpta ex libris ephemeridibus etc.) sec. alphabetum ordinata, de anno 1835—37. Ms. pap. in fol. sine pag. Msn. 578. Sign. F/K. II. α. 60. bibl.

XIX. Catalogus alphabeticus bibliothecae privatae abbatiae Raigradiensis confectus a P. A. bibliothecario anno 1855 cum additamentis duobus, quorum unum repertorium, alterum syllabum librorum continet, qui successu temporis evanuerunt. Ms. pap. in fol. p. 255 et 391. Msn. 633. Sign. F/K. I. a. 12. bibl.

XX. Spicilegium continens titulos omnium dramatum typis impressorum sec. alphabetum ordinatos. Ms. pap. sine anno in fol. sine pag. Msn. 630. Sign. F/K. I. a. 7. bibl.

Ruedorffer Eberhardus (a s. Petro Salisburgi), Tirolensis natus in Kitzbüchel 5. Febr. 1701, absoluta Salisburgi philosophia et ex ea accepto gradu acad. magisterii habitu novitiorum 2. Sept. 1720 indutus, emissis 14. Sept. 1721 votis, neomysta 12. Mart. 1724 ad aram stetit. Dein primum repetitor fratrum clericorum in theologia constitutus est. 1727—29 in monasterio o. s. B. in Fiecht iuniores philosophiam docuit, quam et sequenti anno in univ. Salisb. tradidit, qua biennio absoluta, 1735 doctoris theologiae laurea decoratus, convictum religiosorum in universitate regendam suscepit. Postea anno 1738 theologiam moralem per biennium ibidem tradidit. Exin parochiam Dornbacensem, dein Wietinganam administravit. Demum 1752 superior in Maria-Plain creatus ibidem obiit 5. Maii 1765.

I. I Disputatio menstrua. De obiecto formali logices. Salisburgi, Mayr. 1731. 8°.

II. II Disputatio menstrua. Primae et secundae intentiones Thomisticae vindicatae. Ibid. 1731. 8°.

III. III Disputatio menstrua. De mutuis et non mutuis praecisionibus obiectivis. Ibidem 1731. 8°.

IV. IV Disputatio. An actualis praedicatio sit universalis destructio. Ibid. 1731. 8°.

V. V Disputatio. Ens rationis divinum. Ibid. 1731. 8°.

VI. VI Disputatio. Figura Galenico-Platonica. Ibid. 1732. 8°.

VII. VII Disputatio. Creata libertas praemota. Ibid. 1732. 8°.

VIII. VIII Disputatio. De quidditate praemotionis physicae. Ibid. 1732. 8°.

IX. Philosophiae Peripatetico-Thomisticae partes quinque. Ibid. Fol. 1732. (Etiam sub titulo: Salisburgensis Thomista philosophus, seu universa philosophia Peripatetico-Thomistica ad mentem Aristotelis et D. Thomae elucubrata, in V partes divisa.)

Rummel Arnulfus Ignatius (de s. Monte Pannoniae), Papae com. Veszprém. in Hungaria die 14. Ian. 1834 natus, s. habitu die 15. Sept. 1850 indutus, vota sollemnia die 29. Maii 1855 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 31. Aug. 1857 sacerdotio initiatus est. 1857—1865 officio professoris, 1865—66 oratoris a sacris, 1866—69 denuo professoris gymn. Iaurinensis laudabiliter functus, hoc anno die 5. Oct. pie in Domino obdormivit.

Scripsit:

I. Munkásság. (i. e. De industria.) In script. period. „Tanodai lapok". 1857. I. n. 14. 15.

II. A történelem tanulmánya. (i. e. Studium historiae.) Ibid. n. 17. 18.

III. Az öreg szegény Rikárd vagyis a meggazdagodás mestersége. (i. e. Richardus senex et pauper seu ars rem suam augendi.) In script. period. „Katholikus néplap". 1855. II. 182 sq. p.

Rummelsberger Maximilianus (Scotensis), natus est Budae in Hungaria die 15. Nov. 1781 sacroque habitu indutus est die 22. Oct. 1803. Vota sollemnia cum die 8. Sept. 1806 emisisset, paulo post primitias celebratas die 7. Maii 1807, cooperatorem egit variis in locis, Eggendorf, Pulkau, Gaunersdorf, Zellerndorf, usque ad annum 1812, quo curati et concionatoris in ecclesia abbatiali munus suscepit. Quo cum 13 annos summa cum laude esset functus, parochus designatus est Waitzendorf, ubi letum oppetiit die 17. Ian. 1830.

Imprimis verbi divini praeco fervidus typis edidit, conciones sequentes:

I. Predigt im Handlungs-Krankeninstitut. Viennae, 1818.

II. Drei Predigten, welche bei Gelegenheit der Wallfahrt von Wien nach Mariazell vorgetragen wurden. Viennae, 1818, typis B. Ph. Bauer.

III. Conciones pro primit. et iubil.: Predigt am Feste der Geburt Mariä. Viennae, 1818, typis B. Ph. Bauer. — Predigt am Feste des heil. Leopold. Viennae, 1820, typis B. Bauer. — Predigt am Feste des heil. Aegydius. Viennae, 1821, typis B. Bauer. — Predigt von dem andächtigen Zugegensein bei der heil. Messe. Viennae, 1822, typis B. Bauer.

IV. Eine Gelegenheitspredigt über die dem Gotteshause schuldige Achtung und Liebe. Viennae, 1826, typis B. Bauer.

V. Glückwunsch (gratulatio). Bei Gelegenheit als dem P. Honorius Kraus, Capitular zu den Schotten und Pfarrer im Schottenfelde, die mittere goldene Verdienstmedaille den 22. Oct. 1821 feierl. überreicht wurde. Viennae.

Ruprecht Beda (Scotensis), natus est Waidhofen in Austria die 8. Nov. 1753. Sublato p. p. Capucinorum in Styria conventu, cui antea presbyter die 3. Maii 1778 adscriptus erat, religiosa castra in monasterio B. M. V. ad Scotos Viennae secutus est die 23. Febr. 1800. Votis sollemnibus die 24. Febr. 1801 emissis, primum concionator matutinus fuit in asceterio et novitiorum magister idemque curatus 1804—7. Deinceps parochias varias suscepit, 1807—1810 in Waitzendorf, 1810—11 in Klein-Engersdorf, 1811—13 in Platt, 1813—15 in Enzersdorf in valle, tandem 1815—22 in Martinsdorf, unde valetudinarius in monasterium reversus, repentina arteriae cordis ruptione mortuus est annos natus fere 70, die 29. Sept. 1823.

Typis mandavit:

Kurze Ermahnungsreden (admonitiones breves) bei der unternommenen Wallfahrt der Bürger Wiens nach Gross-Marienzell in Steiermark. 1 vol. 8°. Viennae, 1804, typis I. Thom. nob. de Trattner.

Rusko Damianus (Mellicensis), Stammerstorfii in Austria die 12. Nov. anni 1735 natus, die 24. Nov. anni 1754 regulam s. Benedicti professus et die 21. Mart. 1760 sacerdotio initiatus est. Docendi munere fungens humanas litteras et theologiam tradidit. Anno 1774 vicebibliothecarius et die 17. Aug. prior electus est, cui dignitati sponte resignavit. Anno 1785 praefecturam in Mödling gubernandam suscepit et die 22. Sept. 1790 vita excessit.

Scripsit:

Assertationes theologicae de Deo trino et uno, et de legibus, earum transgressione seu de peccatis et peccatorum poenis, quas in universi-

tate Viennensi pro prima theologiae laurea consequenda anno salutis 1757, artium liberalium et philosophiae magister propugnandas suscepit. Viennae Austriae. Ex typographia Kaliwodiana. Fol.

Ruth Jeremias Henricus (de s. Monte Pannoniae), in Szobotist com. Nitr. die 30. Oct. 1805 natus, s. habitu die 15. Oct. 1821 indutus, vota sollemnia die 17. Iul. 1827 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 21. Oct. 1829 presbyter ordinatus est. 1829—30 studiis vacavit, deinde vero Sopronii 1830—39, Tyrnaviae 1839—50, tum denuo Sopronii 1850—1876 officio professoris maxima cum laude functus est. 1876—78 spiritualis ibidem, hoc anno die 31. Dec. cum summo omnium, qui eum noverant, dolore, apoplexia tactus vita cessit.

Vir singularis eruditionis ac doctrinae nihil praeter hanc dissertationem scripsit:

Wichtigkeit und Richtung des Studiums römischer Klassiker. (i. e. Quanti momenti sit studium scriptorum Romanorum et quo modo instituatur.) In progr. gymn. Sopron. 1850—51. 4°. p. 3—5.

Růžička Hieronymus (Břevnoveno-Braunensis), a Týnišť Boh. Natus 28. Ian. 1794 sacram divi Benedicti regulam die 10. Dec. 1815 professus est. Presbyter 14. Febr. 1817 ordinatus plures per annos officium magistri in gymnasio Braunensi sustinuit; promotus dein ad munus prioris in monasterio Braunaviensi officium simul obtinuit historiographi monasterii. Ab illustrissimo episcopo Reginaehradecensi notarii episcopalis et consiliarii consistorii episcopalis dignitate insignitus per misericordiam Dei anno 1865 vota sua post quinquaginta s. professionis annos renovavit, et hodie quoque senex venerabilis partes sacristae maioris Braunae explere satagit.

Res monasteriorum magna cum diligentia scrutatus scripsit:

I. Chronicon breve Břevnoviense et Braunense. (Appendix catalogi religiosorum anno 1845.) Pragae typis Th. Tabor. 8°. 38 p.

II. Geschichte des Benedictinerstiftes Břevnov und Braunau. (i. e. Monasterii Břevnoveno-Braunensis historia.) Nach Urkunden und Handschriften. Ms. Vol. 1. Fol. 661 p.

III. Gedenkbuch des Benedictinerstiftes Braunau mit Berücksichtigung des Urstiftes Břevnov und der demselben einverleibt gewesenen Filialen Raigern, Polic und Wahlstatt. (i. e. Liber memorialis praefatorum monasteriorum nec non filiarum Raigrad, Polic et Wahlstadii.) Angelegt 1840. Volumen praegrande. Fol. 1454 p.

Manuscripta adservantur in abbatia Braunaviensi.

Ruzsicska Ioannes Nep. Nicolaus (de s. Monte Pannoniae), aa. ll. et philosophiae nec non ss. theologiae doctor collegiatus, facultatis theologicae in regia scientiarum universitate Hungarica emeritus decanus, in examinibus rigorosis pro obtinendo gradu doctoratus iuris canonici episcopalis examinator, s. sedis consistorialis archiabbatialis et dioecesis Eperiesiensis adsessor; in Turzovka com. Trencsén. in Hungaria die 14. Iul. 1811 natus, die 16. Oct. 1826 s. habitu indutus, emissis die 10. Dec. 1832 votis sollemnibus et absolutis studiis theologicis die 8. Mart. 1835 presbyter ordinatus est. Cum ab anno 1834—1837 Viennae in instituto de s. Augustino nominato studiis theologicis pro obtinendo gradu doctoratus operam dedisset, anno 1837—38 in s. monte munere caerimoniarii ill. domini archiabbatis et professoris linguarum orientalium, 1838—53 professo-

ris iuris ecclesiastici et linguarum orientalium functus, anno 1853 in regia scientiarum universitate linguarum Arabicae, Syriacae, Chaldaicae, item iuris canonici professor publicus ord. nominatus est, quo munere nunc quoque fungitur.

Vir litterarum sacrarum peritissimus haec edidit:

I. Criticae observationes et additamenta ad ius eccles. Dr. Porubszky. Lithogr. 2 t. (Ipsum opus recensuit in lib. period. „Religio és Nevelés“ 1854.)

II. Dr. Ruzsicska János, a hittudományi kar 1864-iki dékánjának a lelépett nagyságos rectorhoz intézett beszéde. (i. e. Oratio dr. Ioannis Ruzsicska, decani facultatis theol. ad rectorem magnif. munere functum.) Budae. 1864. 8°. Beszédek (Orationes univers.) p. 47—83. Idem 1868 a.

III. Sermo, quem J. Nep. Ruzsicska O. S. B. cet. habuit, dum R. ac Cl. P. Ios. Villinger e S. Piis 1864 diploma iubil. traderet. Pestini. 4°. 7 p.

IV. Sermo, quem J. Nep. Ruzsicska O. S. B. cet. habuit, dum em. dom. card. Haulik, archiep. Zagrabiensi diploma iubil. traderet. In: „Religio“. 1868.

V. Röpirat. Egyház, annak szerkezete s alkotmánya. (i. e. Libellus. Ecclesia, eiusque constitutio.) Pest. Emich G. 1868. 8°. 105 p.

VI. De variis rebus, ad ius in primis ecclesiasticum pertinentibus, numero 40. in encyclopaedia Hung. societatis s. Stephani.

Salathielian Matthäus (Mechitharista), Constantinopoli die 15. Aug. 1804 natus, Viennae in Aust. habitu s. die 7. Nov. 1819 indutus, die 25. Mart. 1821 vota emisit et die 29. Iun. 1827 consecratus est presbyter. In monasterio fuit praefectus clericorum et professor philosophiae ac scientiae physicae. Anno 1842 missus est munere missionarii apostolici Smyrnam, anno autem 1846 eodem munere Constantinopolim, ubi anno 1875, supremum vitae diem obivit.

Opera eius in ling. Neoarmena typis edita:

I. Բնական գիտութիւն, i. e. Scientia naturalis sive physica. Viennae, typ. mechith. 1842.

II. Թուաբանութիւն գործնական, i. e. Arithmetica practica. Viennae. typ. mechith. II. ed. 1851.

Saly Augustus Alexander (de s. Monte Pannoniae), in Aszonyfa com. Castrif. in Hungaria die 29. Iul. 1822 natus, die 15. Sept. 1841 s. ordinem ingressus, vota sollemnia die 6. Sept. 1849 emisit et absolutis s. theologiae in s. monte studiis eodem anno die 16. Sept. sacerdotio initiatus est, ex quo tempore ad annum 1862, quo anno die 15. Dec. vita decessit, Comaromii officio professoris est functus, Scripsit:

I. Értekezés a természettan köréből. (i. e. Quaedam de rerum natura.) In progr. gymn. Comarom. 1855—56. 4°. p. 3—13.

II. Földrengések magyar hazánk határain, különösen városunkban, történeti adatok és kéziratok nyomán. (i. e. Qui terrae motus in Hungaria, in primis Comaromii fuerint.) Ibid. 1859—60. 8°. p. 3—15.

III. Minora quaedam in script. period. Tanodai lapok, Religio, Komáromi kalendárium, Divatcsarnok, Hetilap, Pesti napló, Idők tanuja, Győri közlöny, M. Sajtó cet.

Samuelian Malachias (Mechitharista), Ancyrae in Asia minore die 18. Dec. 1815 natus, Viennae in Austr. habitu s. die 25. Mart. 1833 indutus, die 10. Apr. 1835 vota emisit, et die 24. Maii 1838 consecratus est presbyter. Anno 1843 missus est munere missionarii apostolici pro Armenis in Moldaviam (Rumeniam), post duos annos Viennam reversus, anno 1848 missus est uti missionarius apostolicus Constantinopolim. Anno 1855 Viennam revocatus, fuit praefectus clericorum et professor philosophiae atque historiae ecclesiasticae. Anno

1861 missus iterum Constantinopolim exercuit officium miss. apostolici; fuit quoque anno 1864 ibidem domus missionis Mechitharistarum Viennen. superior. Ab anno 1867 ad hodiernum tempus peragit in eadem urbe et in viciniis officium miss. apostolici.

Opera eius typis edita:

I. Փիլիսոփայութիւն, i. e. Elementa philosophiae, h. e. *a)* Logicae et *b)* Metaphysicae. (Ontologia et cosmologia.)

II. Bekehrung Armeniens durch den heil. Gregorius illuminator. Nach national-historischen Quellen bearbeitet. Viennae, Mechith.-Buchdruck. 1844.

III. Abhandlung über das wunderthätige, ohne menschliche Kunst verfertigte Bild unsers Herrn und Heilands, das er dem König Abgar von Armenien nebst einem Briefe nach Edessa gesandt. Viennae, Mechith.-Buchdruckerei. 1847.

IV. Պատմութիւն etc. Idem opus (ut supra in No. III), in ling. Neo-armena. Viennae, typis Mechith. 1850.

Sárkány Nicolaus Iosephus (de s. Monte Pannoniae), abbas ss. Mauritii et soc. mart. de Bakonybél, insignis ordinis Francisci Iosephi eques, s. theologiae doctor collegiatus, s. sedis consistorialis dioec. Veszprém. et archiabbatialis adsessor, c. r. geologici instituti Viennensis socius correspondens, sacerdos iubilaris, Comaromii eiusdem com. in Hungaria die 25. Ian. 1802 natus, habitu s. die 28. Oct. 1816 indutus, die 12. Oct. 1823 vota sollemnia emisit. Absolutis in regia scientiarum univ. Budapestinensi anno 1824 studiis theologicis, die 8. Apr. 1825 presbyter ordinatus est. Ab anno 1824—26 munere professoris gymn. Strigonii functus, 1826—27 studiis vacavit Iaurini; deinde 1827—31 professor linguarum orientalium in s. monte, 1831—32 doctrinae religionis Comaromii, 1832—34 in academia Posoniensi, 1834—35 bibliothecarius in Bakonybél, 1835—42 professor rhetoricae Comaromii, 1842—45 secretarius suae illustritatis archiabbatis fuit, quo demum anno abbas creatus est.

In rebus historicis et politicis versatissimus praeter quam plurima minora variis ephemeridibus et libellis periodicis inserta scripsit:

I. In libro encyclop. „Közhasznu ismeretek tára“ (Pest, 1831, sq. 8°.): De s. Athanasio, s. Benedicto, Benedictinis, Beguinis, Rom. pontificibus, qui nomen Calixti gesserunt, de Chiara Monti.

II. A műveltebbek tartoznak példát adni a fejedelem iránti hűségben s tükörül szolgálni a törvények iránti engedelmességben. (i. e. Bonos debere aliis exempla fidei erga principem et obedientiae erga leges praebere.) In lib. period. „Religio és Nevelés“. 1841. 4°. II. p. 156—160 et 167—169.

III. Boldog a nemzet, melynek gyermekei jól használják az iskolai intézeteket. (i. e. Beatus ille populus, cuius filii bene utuntur institutis scholasticis.) Ibid. 1843. II. p. 135—141.

IV. A világ általános történetének középkora. (i. e. Historia aevi medii.) Ms.

Sartore Placidus (Admontensis), Alsata e Selestadt natus 1. Maii 1762, vota prof. in coenobio Einsiedlensi 29. Iun. 1783, primo stetit ad aram 24. Iun. 1787. Per aliquot tempus professor theologiae in Einsiedeln vixit, dein vero 1800 Admontes migravit et 1805 ibidem stabilitus, theologiam dogmaticam alumnis tradidit, curatiam in Weng curavit et parochus in Kraubat, febri putrida oppressus placide in Domino quievit 16. Iul. 1809.

I. Die constitutionelle Kirche sammt den neufränkischen Staatsverfassungen und Eidesformeln in und ausser Frankreich, oder Unterricht in Fragen und Antworten über die einzig wahre Kirche Jesu: als ein sicheres Verwahrungs-

mittel wider die Spaltung, den Unglauben und Abfall jetziger Zeiten für Hirten und Volk. (i. e. De una vera salvifica ecclesia Christi, commentarius.) Von P. S., des fürstl. und unmittelbaren Reichsstiftes Einsiedeln Capitular und der dogmatischen Gottesgelehrtheit Professor. Augsburg, 1800. 8°.

II. Theses theologicae propositae et defensae a P. P. Sartore. Graecii, 1803. 8°.

III. Ueber die Flucht und Rückkehr der Kirchenhirten. (i. e. De fuga et reditu superiorum ecclesiae, commentarius.) Veranlasset durch die französische Staatsumwälzung zu Ende des 18. Jahrhunderts mit steter Rücksicht auf die gallikanische Kirche. Von P. S., des Benedictinerstiftes Einsiedeln Priester etc. Augsburg, 1804. 3 Theile. 8°.

Sartori Sigfridus (Admontensis), Italus Tergestinus 5. Iul. 1712 natus, votum iuravit regulae 2. Oct. 1729 et 2. Sept. 1736 neomysta stetit ad aram. Concionator domi, dein cooperator in Groebming, ad s. Michaelis et in Kallwang constitutus, per aliquot tempus praefectus est hospitio; parochiam rexit in Kammern et postremo oeconomiae in Zeiring admotus apoplexia obiit 31. Mart. 1777.

Die mit Tugend, Ruhm und Ehren Ausgeschmukte Inful des Weyland Hochwürdigen, Hoch- und Wohlgebornen auch Hochgelehrten Herrn Herrn Eugenii aus dem hochgräfl. Haus von Inzaghi Eines Hochlöbl. Freyen und Exemten Stifts und Closters zu St. Lambrecht und Maria Cell Würdigsten Abtens, der heil. Schrift Doctorn etc. etc. Erstlich von einer zahlreichen, Hochansehnlichen Versammlung in einer schuldigen Trauer- und Lobrede den 5. Februari 1760 von offentlicher Kantzel vorgetragen, Nun aber auf Verlangen in Druck gegeben und dem Hochwürdigen, Hoch-Edl-Gebohrnen auch Hochgelehrten Herrn Herrn Bertholdo, Würdigsten neuerwählten Gnädigen Herrn Herrn Abbten gemeldeten hochlöblichen Stifts etc. etc. zugeschrieben von P. S. S. Ord. S. P. Benedicti zu Admont Professen (sermo panegyricus-funebris). Cum facultate superiorum. Steyr, gedruckt bei Gregori Menhardt.

Sashegyi (antea Schmidthauer) Ioannes Damasc. Stephanus (de s. Monte Pannoniae), in Magyar-Becse com. Bács. in Hungaria die 23. Dec. 1827 natus, die 15. Sept. 1845 s. habitu indutus, vota sollemnia die 3. Aug. 1852 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis eodem anno 7. Aug. presbyter ordinatus est. 1852—55 orator a sacris in s. monte, 1855—66 professor gymn. Iaurini, 1866—1872 Comaromii, 1872—73 administrator parochiae in s. Martino, dehinc eodem officio in Kajár fungitur. Scripsit:

Lélek és tana. (i. e. De animo et psychologia.) In progr. gymn. Iaurin. 1857/8. 4°. p. 3—16.

Sazavský Gregorius (Raigradiensis), natus Zarae in Moravia 1756 die 13. Iun. studia humaniora in civitate paterna apud monachos ord. Cisterciensis, philosophiam vero Olomucii audivit tum theologus universitatem ibidem per biennium frequentavit et ad petitionem cognati sui P. Nepomuceni Zwolský in Raigradiense suscipitur coenobium, qui P. Nepomucenus desuper ad praepositum Othmarum: „dixit mihi — scribit — p. prior quod inter candidatos apposuerit Ioannem Sazavský fratuelem meum, qui a reverendiss. dom. vestra patrocinium pro titulo mensae petiit, necdum cum sua petitione expeditus est. Voluit quidem ille certus iam diu ad s. ordinem petere, sed salvo spiritu vocationis dissuasi ipsi ... quia vero ipsi conventuales suadent .. humillime pro eodem supplico, qui si gratiam invenerit, scriberem Olomucium ut authenticas suas levet et ipse in persona supplicet. Est 23 anno-

rum theologus anni secundi moralista, auditor iuris ecclesiastici, correpetitor linguae Gallicae, discit nunc Italicam, caeteroquin vocalista, phlegmatis genii et ingenii boni, cuius quidem qualitates alteri discutiendae manent.“ Susceptus Sazavský hisce commendatus et 11. Apr. 1775 indutus, absoluto tirocinii anno per annum domi studia theologica, tum vero per biennium una cum Augustino Koch, quocum intima semper remansit familiaritate coniunctus in universitate, Brunam inde ab Olomucio translata, studia praefata continuavit et absolvit, interea 29. Iun. 1780 sollemni professione emissa et Gregorius appellatus, perpetuo vinculo coenobio nostro addictus, et in angaria adventuali in subdiaconum, 1781 die 22. Sept. vero in diaconum promotus. Redux ex universitate anno 1783 25. Apr. more tunc solito, priusquam presbyteratus ordinem susciperet, professoribus nostris Antonio Klappitz et Mauro Haberhauer, praeside Alexio Habrich t. t. priore, examen rigorosum ex universa theologia subiit, quo praestito 27. h. m. Brunae in domestico sacello episcopali ad presbyteratus ordinem evectus est. Primitiis 29. Apr. celebratis, in quibus Alexius Habrich pro concione dixerat, Gregorius constituitur refectorarius ac insimul praecentor et catechista. Triennio post, audita interim Brunae methodica, 6. Febr. 1786 cooperatoriam accepit iurisdictionem pro Raigrad, et 22. Oct. 1789 praesentatus ut cooperator localis in Domašov, ibidem sub directione administratoris curati Nigrofanensis, usque ad Calendas Martii 1801 curae animarum sedulo incubuit, quod variae attestationes inprimis una capitanei districtus Brunensis dto. 26. Sept. 1793 „propter solertem scholae promotionem“ summis celebrant encomiis. Studiis mechanicis et mathematicis totus quantus deditus, Gregorius 1795 Domašovii „molam venti“ propriae suae inventionis construxit et aedificavit, de qua praepositus Othmarus in suo „diario“, „opus hoc“ inquit „toti huic viciniae erit maxime proficuum et toti provinciae imitandum“. Ast spes praepositum aeque ac Gregorium nostrum fefellit, sumptus 1200 fl. perditi, mola ipsa 1797 abolita. Felicior in inventione instrumenti ad dimetiendas arbores s. d. „Baummesser“ evasit, de quo specialem sermonem anno 1810 Brunae typis edidit. Post obitum P. Sarcandri Globisch 15. Mart. 1801 ad vacantem capellaniam localem Syrovicensem Gregorius translatus est, unde ad prioratum Raigradiensem anno 1807 vocatus, biennio post, quum post obitum secundi curati Syrovicensis P. Wolfgangi Lukovský curatus Raigradiensis P. Bernardus Piwonka in locum demortui Syrovicii suffici aspiraret, etiam Raigradiensem parochiam administrandam suscepit anno 1809 die 16. Ian. Sequuntur novae gratulationes, novaeque in Gregorium litterae honorificae ob zelum laudabilem omnique exceptione maiorem in cura animarum ostensum; sic e. gr. 4. Ian. 1812 a decano Rossicensi D. Mucha, nec non a consulibus Domašoviensi et Syrovicensi, et in generali visitatione, quam episcopus Brunensis 4. Maii 1814 Raigradii peragebat, idem in acceptis retulerat „in Gregorio conspexisse virum, qui officii sui sancti partibus exemplari cum pietate ex asse respondere cordaque fidelium suorum sibi devincire e vero noscit“. Post obitum praepositi Othmari die 13. Iun. 1812 prior Gre-

gorius, administrator in temporalibus constitutus nullum non movit lapidem, ut connexus Raigradium inter et Břevnovium per decursum temporis ceteroquin re ipsa iam pridem solutus, disrumperetur atque praepositura nostra sui iuris facta, exempta et libera et iure proprium sibi abbatem eligendi decorata authoritate caesarea declararetur. Qua de causa oblato libello supplici, necessariis argumentis instructo, caesaream maiestatem Franciscum I. ipsemet Gregorius precibus aggressus est tam felici eventu, ut clementissima resolutione C. R. dto. Viennae 22. Mart. 1813 monasterium ab omni nexu cum Břevnoviensibus liberum declararetur et in abbatiam eveheretur. Atque ita, quod iam 1683 et 1743 tentatum erat, libera abbatum electione administrator Nigrofanensis Augustinus Koch, homo pius et devotus, scrutinio de ea re 18. Maii 1813 habito primus fit Raigradiensis abbas. Gregorius prior vero, parens effectorque novae abbatiae, cui episcopus aeque ac gubernium summopere favebant, spe omni praelaturae frustratus, in quem tritum illud: „semel prior nunquam abbas“ veritatem assecutum est, vacantem exinde parochiam Nigrofanensem suscepit administrandam, usque dum precibus abbatis Augustini commotus nec non adnuente episcopo Brunensi „de quo“, ut scribit, „non sine fundamento sperari licet, eundem officii sui partibus, cuius iam comprobata documenta dederat, pro maiori Dei gloria, mon. Raigr. et reipublicae incremento ex asse responsurum“, loco P. Pauli 31. Ian. 1814 secunda vice prioratus officium atque onus nec non parochiae Raigradiensis administrationis partes suscepit, et qua talis 1815 die 4. Apr. qua die festum s. Benedicti translatum celebratum fuit, vix non inter convivas apoplexia tactus, die sequenti fatis cessit, vir de monasterio optime promeritus, cuius imago seriei praepositorum inserta hucusque in praelatura conspicitur. Die 7. Apr. per abbatem Vetero-Brunensem Benedictum Eder corpus defuncti, magno populi et cleri concursu sepulturae traditum in coemeterio s. Crucis Raigradii. Gregorius Sazavský noster 10. Maii 1813 inter primarios anno 1811 erectae caes. reg. societatis ad promovendam rem agrariam, scientiam naturalem et historiam Moraviae est susceptus, atque brevem vitae eius adumbrationem in opere ab Henr. Czikan anno 1812 Brunae typis edito sub titulo: „Die lebenden Schriftsteller Mährens“ (scriptores qui vivunt in Moravia) benevole lector, si lubet inspicias.

Syllabus omnium operum P. Gregorii Sazavský:

a) Typis prodierunt:

I. Gründliche Anweisung, Nadelbäume nach der mathematischen Richtigkeit zu berechnen. Herausgegeben von G. S. Localen in Domašov. Als ein Anhang zu dem neu erfundenen Baummesser. (i. e. Instructio de ratione mathematica arbores foliis pinnatis dimetiendi.) Brunae, typis Siedlerianis, in commissione Georgii Gastl, s. anno. 8°. 8 fol. In nostra bibl. sub Bn. 3113. Sign. R. e. 31. No. 22.

II. Unterricht über den Gebrauch des von G. S. Localen zu Domašov erfundenen Baummessers. (i. e. Instructio de usu instrumenti ad dimetiendas arbores.) Brunae, 1807. Ioan. Georg. Gastl. 8°. 13 p. Cum 4 lum. In nostra bibl. sub Msn. 5654. Misc. Horum operum recensionem reperies in ephemeride: „Vaterländische Blätter für den österreichischen Kaiserstaat.“ Nov. 1808. 412 p.

III. Vidit Abraham, in 50mo natali P. Augustini Koch Ben. Raigr. curati Nigrofanensis a suis

confratribus et amicis 13. Iun. 1804 celebratum. Brunae, I. G. Trassler. 8°. 4 fol. In bibl. sub 4802. Sign. R: e. 26. No. 20.

IV. In anniversaria electionis die 18. Maii 1814. D. Augustini Koch in mon. Raigr. Abbatis I. et Moraviae praelati. Brunae, typis Ios. Georgii Trassler, 1814. 1 fol. In bibl. nostra sub 7448. Sign. S. f. 4614.

V. D. Othmaro mon. Raigr. praep. infulato, in suo iubilaeo professionis sacrae festo suus devotissimus conventus (1804). Brunae, s. anno litteris Siedlerianis. 8°. Fol. 8. In bibl. nostra sub Bn. 2067. Misc.

b) Opera manuscripta:

I. Wissenschaftliche Aufsätze aus der reinen und angewandten Mathematik. Electrisir- und Dreschmaschine, Fernstab, Baummesser, Briefe etc. (i. e. Varia elaborata ex mathesi, physica experimentali etc.) 3 Fasc. in fol. sub C. r. 1—3 archivi.

II. 1) Entwurf zu einem Telegraphen. 2) Ueber die Thermolampe. 3) Beleuchtung der electrischen Ladungslehre. 4) Auftragung der Sonnenuhr. 5) Vom Nivelliren. 6) Gedanken über die Preisfrage: Ob das Ausgraben ausgehauener Stöcke oder das Ausrücken ganzer Bäume sammt Stock und Wurzeln der Baumcultur zuträglich sei, welches leichter, mittelst welcher Maschinen etc. etc. 7) Berechnung der Bestimmung des Inhalts eines jeden Baumstammes nach Kubikmass. (i. e. Elaborata varia de telegrapho, lampade thermica, de electrica etc.) Fol. varia sub C. r. 4 archivi.

III. 1) Zeichnung und Beschreibung über zwei Maschinen, womit grosse Lasten, vorzüglich Kanonen, auf Berge gehoben und hinübergesetzt werden können, und 2) eine Maschine, die sehr leicht eine grosse Menge Wasser so hoch als man will hebt, neu erfunden von Vinc. Olim in Florenz, 1788, mit Bemerkungen und Widerlegungen von P. G. S. Local in Syrovic, 1800. (i. e. Constructio machinae ad sublevandum onera et alterius machinae ad aquam pro libitu in altum propellendam.) Fol. varia sub C. r. 5 archivi.

IV. Eiusdem commentarii diurni, epistolae, opera mathematica. (1798—1810.) Fasc. 1. sub C. r. 6 archivi.

V. Eiusdem: 1) Entwurf zu einem Zeigewerke, wo die Ab- und Zunahme des Mondes, dessen alltäglicher Auf- und Niedergang, dann die Sonnen- und Mondesfinsternisse, endlich der Auf- und Niedergang der Sonne auf viele Jahrhunderte dargestellt werden. (i. e. Adumbratio machinae astronomicae etc.) 2) Medea Senecae versu heroico reddita. 3) Wassermaschine. 4) Laubbaummesser. 5) Fernstab. Fasc. in variis foliis sub C. r. 7 arch.

VI. Eiusdem: Fernstab. (i. e. De mensura distantiae.) Sub C. r. 8—19 archivi.

VII. Bemerkungen über die Holzausrückung aus den Holzschlägen der Domašover Waldungen sammt Stammholzverkaufs-Controllregister, 1796—1799. (i. e. Varia notata de silvarum cultu.) Sub C. r. 11 archivi.

VIII. Adumbrationes statutorum pro famulis, quaesitore etc. monasteriali. Fasc. in fol. sub C. r. 12 archivi.

IX. Continuatio protocolli domestici seu memorabilium prioratus Raigr. eiusdem commentarii diurni etc. Fasc. duo de anno 1807—10, sub F. 11. a 5/1 et 6 archivi.

X. Functiones parochiales et alia eo spectantia sub curato et priore G. Saz. Fasc. 2. divers. formae, sine pag. sub F. 11. a. 7. 8 archivi.

XI. Einige Actenstücke der Verhandlungen nach dem Absterben des Präl. Othmar. (i. e. Acta quaedam in causa hereditatis post obitum prael. Othmari 1813.) Fasc. in fol. sine pag. sub F. 11. a. 9 archivi.

Sbenian Cherubinus (Mechitharista), Constantinopoli die 13. Mart. 1817 natus, Viennae in Aust. s. habitu die 25. Mart. 1833 indutus, die 10. Apr. vota emisit, et die 8. Sept. 1838 consecratus est presbyter. In monasterio demandata sunt eidem munera bibliothecarii, praefecti clericorum et professoris theologiae. Ab anno 1851 ter fuit missus munere miss. aposto-

lici Smyrnam, ubi per aliquot annos exercuit munus quoque superioris domus missionis Mechitharistarum. Anno 1864 ivit Constantinopolim munere miss. apostolici. Anno 1875 revocatus Viennam, post duos annos iterum missus est Constantinopolim munere miss. apostolici.

Opera eius typis edita:

I. Կանոնք Ս. Հօրն Բենեդիկտոսի, i. e. s. P. Benedicti regulae. Nova versio ex Lat. textu in ling. Palaeo-armenam. Viennae, typis Mechith. 1830. Ad calcem operis scripsit translator „Chronologiam vitae divi Benedicti".

II. Վերականութիւն գերմանական, i. e. Grammatica ling. Germanico-Neo-armenae. Viennae, typis Mechith. 1844.

III. Վրիպատոսի չարչարանաց վրայ, i. e. Meditationes de passione D. N. I. Chr. Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1875.

Schaefer Fridericus (Admontensis), s. theol. doctor, rever. princ. episc. Seccoviensis consiliarius consistorialis, Styrus ex Hainfelden 16. Sept. 1813 natus, prof. emisit sollemnem 19. Mart. 1835, et 5. Iun. 1836 primam Deo obtulit hostiam. Variis demum Fridericus occupatus est officiis: catecheta scholae normalis Admont. 1835—37, prof. in gymn. Iudenburg. 1837, vicarius in Weng 1837—39, parochus domesticus 1839—46, prof. doctr. educationis, theologiae moralis et pastoralis 1844—50 et 1857—61, parochus in Palfau 1850, magister novitiorum 1851—57, prior 23. Apr. 1857 ad 1. Dec. 1861, parochus in Mautern 1861—65, in Groebming 1865—72. Hoc anno domum redux, theologiam pastor. ab anno 1872, moralem ab anno 1877 iterum docens, etiam munus archidecani Admontensis et administratoris decanatus San-Gallensis obivit. Soc. oecon. et histor. Styriae, et academiae dei Quiriti Romae actualis, meritorum plenus, vitio pulmonum consumptus migravit ex hac terra 12. Oct. 1878.

I. P. Leo Kaltenegger, Prior des Stiftes Admont, eine biographische Skizze. (i. e. P. Leonis prioris vitae curriculum.) Anonym. Graz, 1857.

II. Biograph. Notizen gesammelt von P. F. S. (i. e. Collectanea biographica.) Ms. Admont. Archiv Ji 39 a.)

III. Varii tractatus in ephemeridibus theologicis.

Schaller Richardus (Raigradiensis), Auspicii in Moravia 25. Nov. 1702 natus et in s. baptismate Franciscus appellatus, Brunae humanioribus musis impigram postquam navavit operam sacrum religionis habitum Raigradii sub Antonio praep. anno 1719 induit atque votorum terminum per sanctam professionem adeptus est. Ibidem postea, P. Thaddaeo professore, philosophicis et theologicis disciplinis totum se tradidit, quibus absolutis et Viennae per archiepiscopum Kollonicz presbyter ordinatus, anno 1735 has scientias alios docendi curam in domo nostra, tum anno 1747 ad s. Nicolaum Pragae, demum — primus e nostro gremio — in aula regia Pragae suscepit. Ultimo vitae suae anno cathedram Břevnovii ascendit, ut alumnos ordinis s. Benedicti theologiam dogmaticam edoceret, ibique, repentina apoplexia tactus, mane 15. Ian. 1754, in lecto reperitur mortuus. Vir erat a natura studiis deditus, quibus, quoad vixit, decem vel undecim per diem indulgebat horas.

Praeclari ingenii monumenta reliquit sequentia in ms.:

I. Tractatus scholastico-dogmaticus ad mentem divi Thomae Aquin. „de sacramentis in genere et specie". 39 tern. in 4°. Msn. 515. Sign. F K. II. b. 13.

II. „Fons salutis saliens in vitam animarum nostrarum“ seu „Theologia dogmatica“. 4 tom. in 4°. 236, 280, 317, 412 p. Msn. 515 b. Sign. F/K. II. b. 9—12.

Schanda Venceslaus (Emautinus Montserratensis), Bohemus Černikoviensis, natus 2. Mart. 1810, professus 1832, presbyter ordinatus 1834 gymnasii Benedictini Emautini Klatoviae director et catecheta emeritus, notarius episcopalis dioecesis Budvicensis, consultor administrat.

I. Anno 1848 typis edidit lingua Germanica in annalibus „Wahrheit“ (Pragae) vitam beati Chanovsky equitis de Langendorf e Societate Iesu, qui post bella, quae durarunt triginta annos, catholicam religionem in Bohemia australi fervore veri apostoli resuscitavit, magnam sanctitatis famam relinquens Klatoviae obdormivit et ibi in crypta ecclesiae, quae quondam Societatis Iesu fuit, sepultus est.

II. Finito anno scholastico 1852 in annalibus gymnasii Klatoviensis typo editis publicam fecit dissertationem de styli exercitiis in gymnasiis secundum novam studiorum normam rite instituendis, quam dissertationem inscripsit: Was soll an unseren Gymnasien zufolge des neuen Studienplanes in den stylistischen Aufsätzen von den Schülern geleistet werden? Klattau, 1852, Druck von J. Michael Schmid. Biblioth. Emaut. minor. XII. 1. 3.

III. Typis edidit plures Odas Latinas ob certas sollemnes causas compositas, exempl. gratia Oden Latinam, cum illustrissimus episcopus Budvicenus dominus Lindauer Andreas anno 1847 Klatoviae sacramentum confirmationis dispensaret et festum beatissimae virginis in octava Visitationis cum sollemni pompa celebraret. Klatoviae, typis Christoph. Braun. Biblioth. Emaut. minor. XII. 1. 3.

IV. Cum director gymnasii Klatoviensis esset, per plures annos acta gymnasii finitis annis scholasticis partim Germanice partim Bohemice prelo publica fecit.

V. Quoniam quatuor israëlitas ad fidem catholicam instruxit, cum ipsis sacrum baptisma daret, unusque vir Graecae fidei non unitae, ruthenus, quem ad catholicam fidem instituit, fidem catholicam profiteretur, alloquia exhortantia, quae hac occasione habuit, scripta servavit cum aliis concionibus.

VI. Festo iubilaei elapsis ab erecto gymnasio Emautino Klatoviae quinquaginta annis, die 4. Nov. 1862 concionem panegyricam lingua Bohemica habuit, quam typis edidit. Biblioth. Emaut. XII. 1. 3. Klatoviae, typis J. Mich. Schmid.

VII. Renovatam ecclesiam quondam ordinis praedicatorum Klatoviae, quae 80 annis clausa et promptuarium penarium militare (Militär-Magazin) fuerat, postquam se movente ecclesia ista restaurata et in usum gymnasii Klatoviensis cultui divino reddita fuit, cum licentia illustrissimi domini episcopi Budviceni ipse benedixit et festivam concionem habuit, quam parocho Venceslao Kratochvile, qui conciones collectas typis editurus erat, scriptam tradidit.

VIII. Duos hymnos Latinos in s. Ludmillam, Bohemiae patronam ad Vesperas et ad Laudes pro officio divino Bohemiae proprio typis edito composuit.

IX. Hymnum Latinum in beatam virginem Agnetem regis Bohemi filiam composuit, in annalibus pro clero Bohemiae, typo expressum: Časopis pro katolické Duchovenstvo XV. 1873. Pars 4.

X. Tractatum de Alexio Pařizek, presbytero ordinis sancti Dominici, viro de rebus scholasticis et de arte paedagogiae ad finem seculi 18^{mi} meritissimo, scholae normalis Klatoviae, serius scholae normalis principalis (Muster-Hauptschule) Pragae directore et catecheta typis edidit in annalibus Klatoviensibus anno 1878.

Historiam monasterii Emautino-Montserratensis, quae Albo Benedictino, ob festa iubilaei ordinis ss. Patris Benedicti seculis XIV elapsis celebranda, typis edendo inseratur, conscripsit et abbatiae s. Vincentii Pennsylvaniae in Americam misit.

Scriptores monasterii Emautino-Montserratensis, qui inde ab anno 1750 opera notata digna conscripserunt in finem edendi typis Albi scrip-

torum o. s. B. imperii Austriaco-Hungarici litteris consignavit.

Schaukoegel Iosephus (Seitenstadiensis), Viennae in Austria die 26. Apr. 1718 natus, habitu s. die 18. Oct. 1739 indutus, eodem die anni 1740 vota sollemnia suscepit. Absolutis in alma Salisburgensi PP. Benedictinorum universitate s. theologiae studiis die 25. Ian. 1746 prima Deo omnipotenti oblata incruenta hostia variis monasterii officiis uti Poenitentiarii in s. monte, camerae domesticae et Tulbigensis praefecti, aulae Seitenstadiensis Vindobonae administratoris maxima cum laude est functus. Senio confectus redux in monasterium praefecturae cellae vinariae officium administravit et die 18. Oct. 1790, renovatis votis sollemnibus necnon die 25. Ian. 1795 sacerdotali celebrato iubilaeo, pie in Domino obdormivit senex fere octogenarius die 11. Apr. 1798.

In rebus historicis optime versatus maxima cum diligentia et cura scripsit:

I. Spicilegium historico-genealogico-diplomaticum ex antiquissimo et florentissimo quondam agro Billungano, quo praeter alia plura vera et genuina origo Lotharii III. imperatoris, necnon Wichmanni archiepiscopi Magdeburgensis, incolatus et patriotismus Austriacus manifestatur. Styrae, typis Franc. Ios. Medter. 1795. 8°.

II. Exercitationes historico-diplomatico-genealogicae de Norico huiusque regni antiquis familiis, praecipue comitibus de Stile et Heft, fundatoribus abbatiae Seitenstettensis in Austria inferiori et haeredibus celeberrimae familiae comitum de Sempt et Ebersberg. 2. tom. in fol. in caes. reg. bibliotheca Lincensi publica adservati. Ms. A. 45.

III. Genealogia comitum de Sempta et Ebersberg et comitum de Stile et Heft. Ms. in archivo Seitenstettensi adservat.

IV. Historisch-critisches Lichtlein zu klarerer Kenntniss der Geschichte des uralten Königreiches Noricum und der an demselben einst ost- und westwärts gelegenen Provinzen Pannonien und Vindelicien, oder der heutigen Länder Oesterreich, Steiermark, Kärnthen, Krain und Tirol, und an selbe ost-westwärts angrenzenden Länder Baierns und Hungarns. (i. e. Historica et critica ad planius cognoscendam historiam antiquissimi regni Norici eique olim ab oriente et occidente confinium provinciarum Pannoniae et Vindeliciae, vel quas hodie vocant terras, Austriae, Styriae, Carinthiae, Carniolae Rhaetiaeque, eisque ab oriente et occidente confinium terrarum Bavariae et Hungariae. Ms. 4 tom. In biblioth. Seitenstett. adservat.

Scheichenberger Leopoldus (Sanpaulanus), natus est in Rastatt in magno ducatu Badensi die 1. Mart. 1791; s. habitu indutus die 28. Dec. 1807; sollemniter professus die 3. Mart. 1811; sacerdotio initiatus die 8. Sept. 1812. Eodem anno in lyceo Clagenfurtensi institutus est professor studii biblici N. T. et paedagogiae sublimioris. Praeclara docendi ratione et urbanitate iuvenibus studiosis valde se probavit. Non raro rogatus etiam verbum divinum praedicavit tum studiosis, tum incolis urbis in ecclesiis parochialibus; et concionator magnum nomen habuit. Erat poeta, et poemata festiva, carmina lyrica omnino bona, elegias in ephemeride: Carinthia, inscripta evulgavit. Praeterea et rerum gestarum scriptor erat. Febri consumtus obiit die 15. Nov. 1825.

Scripta typis expressa — praeter poemata — reliquit:

I. Ueber die Feuer am Abende des Johannesfestes. (i. e. De igne sic dicto Ioannis.) Abgedruckt in der Carinthia, 1815, No. 24. Klagenfurt, gedruckt und verlegt von Anton Gelb. 4°.

II. Wie kam Kärnten unter die Fürsten aus dem Hause Habsburg? (i. e. Quomodo Carinthia

ducibus domus Habsburgicae subiecta fuerit.) Carinthia, 1816. No. 7—8.

III. Magnus Klein, weiland Abt von Göttweih in Niederösterreich, geboren zu Wasserhofen in Kärnten. (Vitae curriculum.) Carinthia, 1816. No. 27.

IV. Das Christenthum im mittleren Noricum, nachmals Carantanien. (i. e. Christianae religionis in Carinthiam introductio.) Abgedruckt in Eichhorns Beiträgen, 1. Sammlung, 1817. p. 75—101.

V. Eberhard, Erzbischof von Salzburg, Stifter des Bisthums Lavant. (i. e. De archiepiscopo Eberhardo Salisburgensi.) Abgedruckt in Eichhorns Beiträgen, 1. Sammlung, 1817. p. 237—248.

VI. Die Gruft der erlauchten Habsburger zu S. Paul in Kärnten. (i. e. Monumentum gentile Habsburgicum ad s. Paulum.) Abgedruckt in der Kärntnerischen Zeitschrift, 1. Bändchen. Klagenfurt, bei Johann Leon. 1818. p. 17—48. 8°.

VII. Dintenflecken der Langeweile. (i. e. Atramenti maculae.) Carinthia, 1824. No. 19.

VIII. Rede am Grabe des hoffnungsvollen, zu früh verklärten Hörers der Philosophie, Ioseph von Aichenegg, gesprochen an die Schüler der Philosophie vom Prof. Leop. Scheichenberger. (i. e. Oratio funebris.) 1818. 4°.

IX. Rede an die academischen Zöglinge der Philosophie bei der Trauerfeierlichkeit für den am 12. Hornung 1823 verstorbenen Professor der Physik P. Bonaventura Haefele, vorgetragen (den 20. desselben Monates) vom Prof. Leop. Scheichenberger. (i. e. Oratio academica.) 4°.

X. Rede am dritten Sonntage nach Ostern 1822. Vorgetragen in der bischöflichen Cathedralkirche zu Klagenfurt am achten Tage nach der feierlichen Beerdigung weiland Sr. Eminenz des hochwürdigsten Fürstbischofes von Gurk, Franz Xavier, Altgrafen von Salm-Reiferscheid, der heil. römischen Kirche Cardinalpriesters. (i. e. Oratio funebris.) Klagenfurt, bei Joh. Leon sel. Erben. 4°.

Scheitz Benno (San-Paulanus), natus est in Ritschka in Bohemia die 27. Oct. 1822; s. habitu indutus die 4. Oct. 1846; sollemniter professus die 26. Aug. 1849; sacerdos die 27. Iul. 1851. Absoluto in lyceo Clagenfurtensi studio theologiae, ab anno 1851 usque 1854 in s. Paulo erat regens chori, — rei musicae quippe peritissimus — concionator matutinus et professor supplens in gymnasio inferiori, docens linguam Germanicam. Anno 1854, postquam examen cum laude subiverat, professor doctrinae religionis in gymnasio Clagenfurtensi superiori nominatus est, simul docens litteras Germanicas in 6. et 7. classe, et ab anno 1859—71 etiam propaedeuticam philosophicam. Ab anno 1871, missa propaedeutica philosophica, doctrinam religionis studiosis totius gymnasii explicavit et explicat, una enarrans litteras Germanicas in 6. et 7. classe usque ad annum 1875, ex quo solam doctrinae religionis cathedram tenet. Praeterea in sacris dominicis et festivis inde ab anno 1854 studiosos iuvenes superioris, et ab anno 1871 totius gymnasii concionibus eorum aetati et usui bene accommodatis ad religionem et virtutem colendam exhortatus est et exhortatur. Et omnes officii partes tanta solertia et educandi prudentia implebat et implet, ut supremus scholarum senatus Vindobonensis anno 1858, et Celsissimus princeps episcopus Gurcensis annis 1872 et 1877 eum honorificentissimis litteris collaudaverint. Insuper est sodalis societatum historicae et pro cultu hortorum Carinthiae, nec non s. Caeciliae ad promovendam musicam quoad sacra.

Prelo submisit:

I. Ueber die Dualität der Lebensgebiete im Menschen. (i. e. De dualismo humano.) In 2 Abtheilungen. Programm des k. k. Gymnasiums zu Klagenfurt am Schlusse der Studienjahre 1863

und 1864. Klagenfurt, Druck von J. Leon. p. 1—31; p. 1—41. 8°.

II. Zur psychologischen Würdigung der Darwin'schen Descendenztheorie. (i. e. Darvinii theoriae descendentiae commentariolus physiologicus.) Programm des k. k. Gymnasiums zu Klagenfurt am Schlusse des Studienjahres 1871. p. 1—36. 8°.

Varia adhuc scripsit pro actis diurnis.

Schelzinger Innocentius (Lambertinus), natus Graecii 27. Maii 1714, indutus est 28. Oct. 1730 ad s. Lambertum in Styria, ubi sollemnia vota emisit 1. Nov. 1731. Celebrato primo sacro 26. Maii 1737 fungebatur munere missionarii in Predlitz, poenitentiarii, sacristae et bibliothecarii in Cellis Marianis, parochi in Seewiesen et obiit ad Cellas B. V. 31. Maii 1779. Fuit zelosus poenitentiarius, vir pius et bonus. Latine reddidit opus Bertholdi Sternegger abbatis:

Sechstes Jahrhundert der zu Mariam nach Cell in Steyermark angefangenen Wallfahrt sub titulo: Saeculum sextum inchoatae ad Cellas Marianas in Styria peregrinationis subiunctis relationibus in lucem anno 1758 sermone Germanico editum a rever. dom. Bertholdo liberi et exemti monasterii ad s. Lambertum et Cellas Marianas abbate, tum thesaurario ibidem, dein ab eiusdem monasterii professo latinitate donatum. Styriae, typis Greg. Menhardt. 1772. 8°. 328 p.

Schenggl Gregorius (Gottvicensis), natus die 2. Ian. 1684 Trophaiae in Styria, vota sollemnia emisit die 13. Nov. 1707 et primam hostiam Deo obtulit die 5. Aug. 1708. Mox officio catechetae et magistri novitiorum et subprioris et 1716 usque 1750 prioris maxima cum laude fungebatur. Prioratus officio resignato parochus in Kilb institutus est sed dum vineam suam vix attigerat, mors eum die 4. Oct. eiusdem anni occupavit.

Reliquit:

Diarium Gottvicense ab anno 1718 usque 1750. V tom. Man. adserv. in archiv. Gottvic.

Schenkířz Augustinus (Emautinus Montserratensis), Bohemus Dobrušcensis, natus 1736, professus 1764, presbyter initiatus 1765, mortuus 1797. Regens chori, in arte musica componendi scientissimus.

Compositiones vero eius iam non adsunt.

Schenzl Quido (Admontensis), philosophiae doctor, regiae Hungaricae scientiarum academiae sodalis activus, societ. naturam scrutantium Styriae Hungaricae et caesareae Russicae Moscovii etc. sodalis, natus Styrus in Haus 28. Sept. 1823, professionem emisit sollemnem 11. Iul. 1845 et primam Deo obtulit hostiam 4. Aug. 1846. Per breve tantum tempus subsidium praestans in cura animarum anno 1850 in gymnasio Marburgensi et 1852 in Budensi professor est nominatus. Ab anno 1855—70 scholam realem superiorem Budae cum titulo directoris rexit et examinatoribus pro magisterio in classibus sic dictis realibus adscriptus est. Ab anno 1870 Quido instituto regio Hungarico meteorol. et magnet. Budae laudabiliter praeest.

Opera eius sunt:

I. Die Chemie als Bildungsmittel überhaupt, insbesonders der Einfluss der Analytik auf geologische Ansichten. (i. e. De arte chemica eiusque valore.) Ofner Gymn. Progr. 1853.

II. Analyse der Bleispeise von Oeblarn in Obersteiermark. (i. e. Analysis materiae plumbi.) Jahrbuch der k. k. geol. Reichsanstalt. I. Jahrg.

III. Analysen von Schlacken und Hüttenproducten in ihrer Bedeutung als künstliche Mineralien. Abhandlung. (i. e. Analysis operum artis metallicae.) Ofner Gymn. Progr. 1854.

IV. Az akademiai földdelejességi budai észlelde leirása unter dem Titel: A földdelejesség kézikönyve in den Jahrbüchern der kgl. ung. Akademie der Wissenschaften. (Enthält die Beschreibung, Theorie und den Gebrauch, der am akad. Observatorium zu Ofen verwendeten magnetischen Instrumente. (i. e. De usu instrumentorum magneticorum.)

V. Magnetikai helymeghatározások Magyar- és Erdélyországban. 1864. Erschien in: Mathematikai és természettudományi közlemények, IV. Bd. der ung. Akademie. Im Auszuge in deutscher Sprache auf Kosten der Stadtgemeinde Ofen. Herausgegeben als: Magnetische Ortsbestimmungen im Königreiche Ungarn. (i. e. Determinationes magneticae.)

VI. A napmelegség terjedése a föld mélyébe. Egy táblával. Die Verbreitung der Sonnenwärme in den oberen Schichten der Erdrinde. (i. e. De calore solis eiusque diffusione.) Math. és termész. közlem. V. Bd.) Erschien auszugsweise in deutscher Sprache auf Kosten der Stadtgemeinde Ofen als: „Bodentemperatur in Ofen".

VII. A magnetikai lehajlás megméréséről. Ueber die Messung der magnetischen Inclination. (i. e. De mensura inclinationis magneticae.) Antrittsvortrag, gehalten in der Academie 8. Juli 1867; herausgegeben von derselben. Mit einer lithogr. Tafel. 1867. 4°. Értekezések 1867. No. 5.

VIII. A Budán tett légtüneti és delejességi észleletek eredményei 1861—68. Herausgegeben von der Akademie.

IX. Magnetikai helymeghatározások Magyarország keleti részében. 1866 und 1867. Herausgegeben von der Akademie in: Math. és term. közlemények. Ein Auszug dieser Abhandlung, die magnetischen Ortsbestimmungen von 1866 und 1867 im östlichen Theile Ungarns enthaltend, erschien im Jahrbuch der k. k. Wiener Centralanstalt für Meteorologie und Erdmagnetismus. (i. e. Determinationes magneticae.)

X. Az elpárolgás szabad levegőben Budán. Ueber die Verdunstung in freier Luft zu Ofen. (i. e. De aëris exhalatione.) Pesti Napló. Deutsch in der Zeitschrift der österr. Gesellschaft für Meteorologie. Wien, 1866. I.

XI. A földhőmérsékletek Budán 1865—68. Temperaturen des Erdbodens bis 20′ Tiefe. (i. e. Temperatio soli terrae.) Mit graphischer Darstellung in Steindruck.

XII. A m. tud. akademiának földdelejességi observatoriuma Budán. Das erdmagnetische Observatorium der ung. Akademie in Ofen. (i. e. Observatorium magneticum Budo-pestinense.) Theoretische und praktische Anleitung zur Anstellung von magnetischen Beobachtungen. Jahrbücher der ung. Akademie.

XIII. Ueber den Ozongehalt der Luft in Ofen. (i. e. Aëris compositio Budensis.) Im Auszuge. Meteorol. Zeitschrift. 1867. 2. Bd.)

XIV. Időjárási viszonyok Magyarországban 1871-ik évben etc. Meteorologische Verhältnisse Ungarns mit besonderer Rücksicht auf Temperatur und Niederschlag mit sieben Karten in Farbendruck. (i. e. Tabulae meteorologicae Hungariae.) Értekezések 5. Bd.

XV. A magyar korona országainak meteorologiai viszonyai. Die meteorologischen Verhältnisse der Länder der ungarischen Krone. (i. e. Status meteorologicae terrae Hungaricae.) Mit 2 grossen Karten. Meteorologische Statistik. Enthalten im Cataloge der Wiener Weltausstellung 1873.

XVI. Der Sternschnuppenschwarm vom 27. Nov. 1872. (i. e. Traiectiones stellarum.) Enthält das Resultat von 170 gemessenen Meteoritenbahnen und eine Zusammenstellung der Bahnelemente des Schwarmes mit jenem des Bielaschen Kometen. Vorgelegt der ungarischen Akademie am 21. Apr. 1873. Erschien im „Értesitő", dann im Jahrbuche der k. k. Sternwarte in Wien und anderen astron. Schriften.

XVII. A magnetikus elhajlás Erdélyben. Die magnetische Declination in Siebenbürgen. (i. e. Declinatio magnetica Transsylvaniae.) Mit 3 Tafeln. Vorgelegt in der akademischen Sitzung, Dec. 1875. Auszugsweise mitgetheilt in der Versammlung der Naturforscher und Aerzte zu Graz im September 1875. Erschien deutsch im: Repertorium der Physik von Dr. Ph. Carl in München.

XVIII. Légtüneti észleletek Budán 1861—1870. Meteorologische Beobachtungen zu Ofen

vom Jahre 1861—70. (i. e. Observationes meteorologicae.) Herausgegeben von der Akademie.

XIX. A meteorologiai és földdelejességi magyar királyi központi intézet évkönyvei. Jahrbücher der königl. ungar. Centralanstalt für Meteorologie und Erdmagnetismus. (i. e. Annales societatis centralis meteorologicae.) I.—IV. Bd. Enthaltend die Beobachtungen vom Jahre 1871—1874. Für die drei ersten Bände und die magnetischen Ortsbestimmungen erhielt der Verfasser von der Jury du Congrès international des sciences géographiques in Paris 1875 ein Ehrendiplom mit der Medaille II. Cl. Im Jahre 1876 wurde demselben der grosse akademische Preis für die sechsjährige Periode 1870—75 zuerkannt.

Scherer Aegidius (Admontensis), Helvetus e Rohrschach, 4. Dec. 1770 natus, professionem in coenobio Einsiedlensi emisit 25. Apr. 1790 et primam Deo obtulit hostiam 29. Sept. 1795; primo professor theol. in Einsiedeln effectus, Admontes incorporatus est 13. Oct. 1805, cum iam 1801 cooperator esset in Kallwang; egit dein parochum in Kraubat 1809—12, quo anno ad s. Michaelem transiens, fideles rexit usque ad obitum 18. Febr. 1846 apoplexia tactus. Aegidius, soc. oeconom. Styriae sodalis, professus et sacerdos iubilaeus nec non senior capituli Admontensis, archiduci Ioanni, Styriae maximo benefactori et fautori, erat acceptissimus.

Predigt (sermo habitus in benedictione crucis), gehalten am 3. Iuni 1823 bei der Einweihung des vom Erzherzog Johann auf der Höhe des Erzberges bei Vordernberg errichteten Kreuzes. Von P. Aegid. Scherer. Erschienen: „Magazin für kath. Geistlichkeit“ von Köberle. Landshut, 1828. 2. Heft, und A. Hungari „Musterpredigten“. Frankfurt a/M., 1852. 25. Band.

Scherer Augustinus (ex Fiecht in comitatu Tirolensi), natus Oeniponti die 4. Dec. anno 1818. Percursis studiis gymnasialibus et philosophicis in lyceo Oenipontano et theologicis in seminario Brixinensi s. Benedicti legibus se devovere properavit in monasterio Fiechtensi. Vota sollemnia emisit 6. Dec. 1842 et mox sacris ordinibus initiatus fuit. S. presbyteratus honorem suscepit die 26. Dec. anno 1842. Omnem fere vitam in cura animarum transegit. Fuit cooperator in parochia vallis Achen, quae est incorporata monasterio, necnon in noviter erecto monasterio ad s. Bonifacium Monachii. Subinde rexit curatiam in Stans, sanctuarium montis s. Georgii et demum parochiam in valle Achen. Insuper pro docenda theologia dogmatica in studio domestico examinatus et approbatus fuit. Repentina morte obiit die 19. Sept. 1878. Sequuntur eius scripta:

I. Fasslicher Unterricht in der Geographie für Schulen und zur Selbstbelehrung. (i. e. Compendium geographiae pro scholis et usu privato.) Innsbruck, 1849. Exierunt 14 editiones.

II. Beicht- und Communion-Unterricht in leichten Fragen und Antworten. (i. e. Instructio catechetica de s. Poenitentia et Communione.) Innsbruck, 1859. 9 edit.

III. Geographie und Geschichte von Tirol, ein Lesebuch für die vaterländische Jugend. (i. e. Geographia et historia Tirolis, pro instructione iuvenum.) Innsbruck, 1852. 4 edit.

IV. Bibliothek für Prediger, enthaltend eine reichhaltige Erklärung aller evangelischen Perikopen nebst einer grossen Auswahl von Predigtskizzen und Thematen auf alle Sonn- und Festtage des Kirchenjahres, sowie auf die wichtigsten Gelegenheiten. Herausgegeben im Vereine mit mehreren Capitularen des Stiftes Fiecht. (i. e. Bibliotheca concionatorum. Continet uberem exegesim omnium evangeliorum totius anni, plurimas dispositiones et varia themata sermonum pro omnibus dominicis et diebus festivis et aliis occasionibus. Edita cooperantibus pluribus capitularibus monasterii Fiechtensis a P. Augustino

Scherer.) Prostat apud Herder Friburgi in Brisgovia. 8 vol. in 8°. Innsbruck, 1853. Appar. tres editiones.

Ex eodem opere seorsim impressum:

V. Homiletische Erklärung aller evangelischen Perikopen. (i. e. Exegesis omnium evangeliorum totius anni. 2 vol.

VI. Passionale. 1 vol.

VII. Exempel-Lexicon für Prediger und Katecheten. (i. e. Lexicon exemplorum pro concionatoribus et catechetis.) Innsbruck, Wagner. 1871. De hoc opere usque ad mortem auctoris prodierunt duo volumina. Restant edenda duo alia volumina, quae compilabuntur a capitularibus Fiechtensibus.

Scherlich Leopoldus (Scotensis), natus est Viennae in suburbio campo Scotorum die 9. Nov. 1794. S. habitu cum esset indutus die 18. Sept. 1814, vota sollemniter emisit 5. Oct. 1817. Erat eo tempore tanta sacerdotum in monasterio B. M. V. ad Scotos penuria, ut cultui divino consueto more obeundo non sufficerent. Quare tertio theologiae anno absoluto eum abbas sibi presbyterum ordinari petiit et obtinuit die 30. Aug. 1818. Finitis studiis 1820 in curam animarum directus est primum cooperator in Pulkau, deinde in suburbio Gumpendorf 1824, demum 1827 in parochia monasterii curati et concionatoris munere magna cum laude est functus. Sodalis societatis oeconomicae Viennae 1834 factus, anno insequente parochiam in Kleinengersdorf cum oeconomia administrare coepit. Mense Iun. 1838 in monasterium redux, novitiorum magister et rector clericorum per tres annos cum fuisset, rursus animarum curam satisque amplam oeconomiam nactus in Gaunersdorf, in summa et continua sollicitudine vitam transegit, donec mors eum abstulit die 5. Sept. 1852.

Ipse non solum, ut supra (vide Adrian. Gretsch) commemoratum est, conciones ab illo celeberrimo verbi divini praecone habitas summa cum diligentia industriaque collegit atque typis edendas curavit, sed etiam plures a se diversis occasionibus habitas orationes concionesque typis demandavit. Praeterea librum precum edidit sub titulo:

I. Frommer Gruss. Ein Gebet- und Wallfahrtsbuch für andächtige Christen und wahre Verehrer Mariens. 1 vol. Viennae, typis et sumpt. Leopoldi Grund. Cum imagine virginis Deiparae.

II. Conciones typis editae: Bey Gelegenheit, als der in der Pfarre St. Laurenz im Schottenfelde gebildete erste organisirte Kirchen-Musikverein Wiens am Feste der heil. Cäcilia das statutenmässige Dankfest beging. Viennae, 1829, typ. Congr. Mechith. — Am Feste der heiligen Elisabeth. Viennae, 1831, typis congr. Mechith. — Ueber den hohen Werth der Kleinkinderschulen. Viennae, 1831, typ. et sumpt. congr. Mechith. — Bey Gelegenheit, als die Cholerakrankheit dem Vaterlande drohte. Viennae, 1831, typ. congr. Mechith. — Ueber die ungesäumte Krankenpflege bei der verheerenden Seuche. Viennae, 1831, typ. et sumpt. congr. Mechith. — Vorgetragen zu Mariazell in Steiermark. Viennae, 1832, typ. congr. Mechith. — Am Feste der heil. Ursula. Viennae, 1832, typ. et sumpt. congr. Mechith. — Am Restaurationsfeste des Wiener Bürgerspitales zu St. Markus. Viennae, 1834, typ. et sumpt. Leop. Grund. — Am Feste des heil. Rupert. Viennae, 1834, typ. Leop. Grund. — Zur Secundizfeier (conc. secundit.) des P. Roman Mittich o. s. B. Viennae, 1834, typ. Leop. Grund.

Scheuer Leander (Altenburgensis), Vindobonae in Austria die 3. Mart. 1750 natus, s. habitu die 28. Oct. 1769 indutus, eodem die anni 1770 sollemnia vota emisit, et sacerdotio inauguratus, die 12. Apr. 1773 primum missae sacrificium cele-

bravit. Variis officiis, utpote: cooperatoris et deinde subprioris in monasterio, parochi in Oberretzbach, ab anno 1806 parochi in Strögen, ab anno 1810 parochi in Röhrenbach, tandem ab anno 1820 curatoris cassae pupillorum in monasterio laudabiliter functus, die 9. Febr. 1824 mortuus est.

Scripsit sequentia:

I. Beiträge zur Geschichte der französischen Revolution. (i. e. Quaedam ad historiam revolutionis Gallicae.) Manuscript. 4 Bde., steif gebunden in 4°.

II. Französische Revolutionskriege vom Jahre 1792—99. (i. e. Bella civica Franco-Gallorum.) Manuscript. 3 Bde., steif gebunden in 4°.

III. Französisch-deutscher und österreichischer Krieg im Jahre 1796 und 1797. (i. e. De bello Franco-Gallorum cum Austriacis.) Manusc. 2 Bde., steif gebunden in 4°.

IV. Kriege der französischen Republik im Jahre 1798. (i. e. Bella reipublicae Franco-Gallicae.) Manuscript. 1 Bd., steif gebunden in 4°.

V. Revolution im Königreiche Polen; Krieg mit Russland und Preussen; abermalige Zerstücklung Polens 1792—94; Eroberung des Königreiches Mysore durch die Engländer 1799. (i. e. De revolutione Polonica etc.)

VI. Mehreres in Betreff der französischen Republik, des Consulates u. s. w. (i. e. De republica, consulatu etc.) 1 Bd., steif gebunden in 4°. Manuscript.

VII. Biographische Skizzen aus der Zeit der französischen Revolutionskriege. (i. e. Vitae curricula etc.) Manuscript. 4 Bde., steif gebunden in 4°.

Alle diese 15 Bände Manuscripte befinden sich in der Bibliothek des Stiftes Altenburg.

Schiebinger Aemilius Carolus (de s. Monte Pannoniae), aa. ll. et philosophiae doctor, in Rákos, com. Sopron. in Hungaria die 5. Apr. 1824 natus, die 15. Sept. 1839 habitu s. indutus, die 25. Maii 1847 vota sollemnia emisit. Absolutis in s. monte studiis theologicis die 20. Iul. 1847 presbyter ordinatus est. 1847—48 orator a sacris Ginsii, 1848—49 professor gymn. Posonii, 1849—50 caerimoniarius archiabbatis et professor in s. monte, 1850—61 professor gymn. Sopronii, 1861—67 director gymn., 1867—69 director gymn. et superior domus Iaurini, 1869—70 administrator parochiae in Füss, 1870—77 idem in Nyalka, ex eo vero officio prioris in abbatia de Tihany fungitur. Scripsit:

I. Geistliches Andenken an das hundertjährige Jubilarfest der Verbrüderung aus thätiger Nächstenliebe zu Oedenburg, 16. Oct. 1851. (i. e. Monumentum spirituale centenarii societatis charitatis proximorum.) Wien, Mechitharisten. 1851. 8°. 15 p.

II. Archaeologische Forschungen über die k. Freistadt Oedenburg. (i. e. Monumenta antiqua Sopronii.) In progr. gymn. Sopron. 1853/4. 4°. p. 3—13.

III. Latin irályképző gyakorlatok a főgymnasiumok és kisseminariumok számára, szerkesztve és kiadva Vagács Caesar és Schiebinger Emil által. (i. e. Exercitia stili Latini.) Esztergom. Horák. 1862. 8°. Edit. 4. emendata et aucta. Győr. Hennicke. 1873. 8°. 334 p.

Schiele Udalricus (Gottvicensis), in Bollstadt Sueviae die 25. Dec. 1786 natus s. veste o. s. B. indutus in Wiblingen die 18. Nov. 1810 vota sollemnia emisit Gottvici die 24. Nov. 1811 et primum sacrificium Deo obtulit die 6. Ian. 1812. Ad curam animarum destinatus primum curatus in monasterio, 1813 cooperator in Nalb, 1825 parochus in Furth, 1837 in Rossatz et 1855 in Gausbach constitutus est et 1860 in monasterium rediit et professus et sacerdos iubilaeus pie obdormivit in Domino die 26. Nov. 1864.

Notizen über die Pfarrkirche zu Furth. (i. e. Notamina de ecclesia parochiali in Furth.) Schweickhardt, Darstellung des Erzherzogthums

Oesterreich u. d. Enns, V. O. W. W. 10. Bd. 282 p.

Schiessl Thaddaeus (Michaelburanus), Salisburgensis. Natus Salisburgi 15. Nov. 1767, prof. 16. Nov. 1788. Fuit ab anno 1796 usque ad annum 1801 professor grammaticae, syntaxis et poëseos; phthisi violenta consumtus animum exspiravit 7. Apr. 1801.

Prelo dedit sequens manuscriptum:

Katholischer Religionsunterricht für die studierende Jugend. (i. e. Eruditio in religione catholica pro iuventute studiosa.) Salisburgi, 1798. Typis Fr. Xav. Duyle. 8°.

Schinnagl Maurus (Scotensis), vitae lumen adiit in suburbio Viennensi, Neo-Lerchenfeld, die 19. Febr. 1800. Qui cum plures per annos ordini piarum scholarum adscriptus fuisset, ibidemque s. theologiae studia coluisset, die 15. Oct. 1824, s. P. n. Benedicti castra secutus, in monasterio B. M. V. ad Scotos Viennae sacra veste est indutus. Votis sollemni ritu die 18. Oct. 1825 nuncupatis confectoque s. theologiae cursu in univ. Vindob., sacerdotio inauguratus est dieque 26. Dec. 1825 Deo primam incruentam hostiam immolavit. Statim deinde ad docendi munus, cui iam pridem sese totum dicaverat, destinatus alumnis erudiendis praefectus est necnon professorem egit supplentem in gymnasio ad Scotos. Concionatoris vero in ecclesia abbatiali munere expleto 1830—31, die 30. Apr. anni modo dicti professor actualis classium grammat. est designatus. Illum egregium sane fuisse magistrum per 38 continuos annos quam plurimi demonstrant discipuli, qui ex eius institutione et disciplina prodierunt hodieque florent viri doctrinae fama virtutisque laude conspicui, amplis magistratibus functi et honoribus aucti. Si quid otii habebat, omne tempus utiliter expendere cupiens, illud tribuebat conscribendis libris scholasticis, quibus commodo ac progressibus discipulorum consuleret. Qui, quam egregie fuerint conscripti, quam longe lateque divulgati, sat cognitum. Ob haec merita saepe laudatus ab excelso regimine Austriae inferioris et apud omnes in summo honore habitus, quum iam anno 1856 quintum professurae lustrum feliciter explevisset, eiusque merita ad imperatorem Franciscum Iosephum I. delata fuissent, gratiosissime decretum est, ut coronata cruce aurea, civibus bene merentibus conferri solita, ornaretur candidum professoris veterani pectus. Laboribus vero continuis non solum oculorum aciem hebetaverat sed etiam intestinorum morbum nactus erat ita, ut renuntiata anno 1869 professura, sese reciperet. Morbo vero ingravescente naturae debitum redidit die 28. Dec. 1871.

Typis mandavit:

I. Praktische Anwendung der lateinischen Sprachlehre in einzelnen Sätzen und zusammenhängenden Aufgaben. Zum Privatgebrauche für Schüler der unteren Grammatikalclassen an den österreichischen Gymnasien. (i. e. Grammaticae Latinae ad usum applicatio.) 4 vol. 8°. Viennae, 1842, cum edit. 1846, 1848 et 1863, iterat., apud Fr. Beck, univ. bibliop.

II. Ausführliche lateinische Grammatik für Schüler der unteren und oberen Grammatikalclassen an den österreichischen Gymnasien, nach den besten neueren Grammatikern bearbeitet. (i. e. Grammatica Latina ad usum gramm. class. destinata.) 1 vol. 8°. Viennae, 1845, apud Fr. Beck. Ab august. imperat. Ferdinando in ipsius biblioth. recept.

III. Praktischer Leitfaden beim Unterrichte in der lateinischen Formen- und Satzlehre. Zum

Gebrauche für den Unterricht in der ersten und zweiten Classe. (i. e. Etymol. et syntax. Latin. ad usum applicatio.) 1 vol. 8°. Viennae, 1848, apud Fr. Beck.

IV. Leitfaden beim Unterrichte in der deutschen Formen- und Satzlehre für die unteren Klassen der Gymnasien und Realschulen. Nach den neuesten deutschen Sprachbüchern bearbeitet. (i. e. Liber, quem quasi ducem sequantur in docenda lingua Germana.) 1 vol. 8°. Viennae, 1849, apud Fr. Beck. Cum complur. iterat. edit.

V. Theoretisch-praktisches lateinisches Elementarbuch für die erste Gymnasialclasse. (i. e. Liber, in quo linguae Latinae fundamenta traduntur.) 1 vol. 8°. Viennae, 1850, apud Fr. Beck. Cum iterat. quinque edit. Qui liber a P. Henrico Mascheck, prof. in gymnasio ad Scotos denuo elaboratus editus est Viennae, 1871, apud Fr. Beck.

VI. Lateinisches Lese- und Uebungsbuch für die zweite Gymnasialclasse. Als Vorübung zur Lectüre des Cornelius Nepos nach Putsche's latein. Grammatik geordnet und bearbeitet. (i. e. Liber, quo pueri instituuntur ad lectionem Latinam.) 1 vol. 8°. Viennae, 1851, apud Fr. Beck. Cum iterat. 4 edit. Hic liber a P. Henrico Mascheck denuo elaboratus editus est Viennae, 1873, apud Fr. Beck.

VII. Lateinische Schulgrammatik für die 2., 3. und 4. Classe des Untergymnasiums. (i. e. Grammatica Latina pro 2. 3. et 4. class. gymn.) 1 vol. 8°. Viennae, 1854, apud Fr. Beck.

VIII. Lateinische Grammatik für Gymnasien. (i. e. Grammatica Latina in usum gymnas.) 1 vol. 8°. Viennae, 1858, apud Fr. Beck. Cum subseq. 2 edit.

IX. Conscripsit ad programm. gymnas. ad Scotos pro anno 1855: Bemerkungen über die Hauptdeclinationen der Lateiner. (i. e. Dissertatio de declinationibus praecipuis linguae Lat.

Schirmann Coelestinus (Cremifanensis), antea Alexius, Austriacus Welsensis, die 17. Iul. anni 1724 natus, decimo aetatis anno Crumlovium in Bohemia situm deductus est, gymnasium patrum soc. Iesu ibidem frequentaturus; Crumlovio Cremifanum venit, poeticam, rhetoricam, philosophiam comprehensurus. Exacto tirocinio 24. Apr. 1743 religioni nomen dedit et absolutis Salisburgi theologicis studiis sacerdos factus est die 1. Nov. 1748. Professor grammaticae, syntaxeos, ab anno 1752 philosophiae secundum Wolfii praecepta professor, deinde professor theologiae: „decus et ornamentum academiae“ appellatus; 1764—72 prior, ab anno 1772 parochus in Thalheim; 1778 director facultatis philosophicae Linciensis et librorum censor per decem annos hoc munere functus; 1787 administrator decanatus Gmundensis et rr. consistorii consiliarius, paulo post decanus Thalheimensis obiit 31. Maii 1793.

Conscripsit typisque vulgavit:

I. Positiones ex I. et II. parte institutionum physices. His additus est conspectus trium primarum positionum. Styrae, 1756. 4°. 46 p.

II. De mundo optimo, libertati, potentiae et sapientiae Dei convenientissimo dissertatio academica. Styrae, 1756, 4°. mai. 160 p.

Praeterea variae positiones philosophicae, item theologicae in academicis disputationibus ab eodem propositae et typis Styrensibus vulgatae sunt:

III. Elucidationes in institutiones philosophiae Wolfianae theoreticae et practicae. Ms.

IV. Varii de Deo uno, de Deo trino, de sacramentis, de gratia, de actibus humanis etc. tractatus theologici. Ms.

V. Chronologica ecclesiae Thalheimensis historia. Ms.

Praeterea eo praeside hae disputationes in academia nobilium habitae sunt:

VI. Quaestiones et positiones ex prolegomenis philosophiae, logica et ontologica etc. Styrae, Menhardt. 1755. 4°. 8 p.

VII. Adsertiones ex metaphysicae parte secunda et tertia, seu cosmologia et psychologia. Styrae, Menhardt, 1755. 4°. 8 p.

VIII. Positiones theologicae de sacramentis in genere et de baptismo et confirmatione in specie. Styrae, Menhardt. 1760. 4°. 8 p.

IX. Positiones theologicae de sacramento poenitentiae, extrema unctione, ordine et matrimonio etc. Styrae, Menhardt. 1761. 4°. 8 p.

X. Positiones ex prolegomenis theologiae, ex s. patribus et polemica etc. Styrae, Menhardt. 1762. 4°. 8 p.

Manuscripta eiusdem exstant sequentia:

XI. Theologica scripta de Deo uno et trino. 4°. 275 p. Sign. X. 24.

XII. Theologica scripta de gratia Dei et incarnatione D. N. I. Ch. 4°. 160 p. Sign. X. 25.

XIII. Theologiae prolegomena et de actibus humanis. 4°. 183 p. Sign. X. 26.

XIV. Fructus ex lectione spirituali. 4°. 274 p. Sign. X. 27.

XV. Meditationes et exercitia spiritualia. 1743—72. 4°. 322 p. Sign. X. 28.

Schirmer Leonardus (Gottvicensis), die 2. Dec. 1710 Florentiae in Italia natus et absoluta summa cum laude in univ. Viennensi universa philosophia s. habitu Gottvici indutus vota sollemnia emisit die 5. Aug. 1730 et neomysta ad aram stetit die 8. Nov. 1735. Postea pluribus in parochiis zelosissimus pastor, repetitis vicibus abbatiae Szalavariensis in Hungaria administrator, missionarius in Carinthia, tandem elapso ibi quinquennio revocatus parochiae in Rossatz est praefectus, ubi die 19. Aug. 1769 in Domino obdormivit.

Opera, quae in manuscriptis nostris contenta non iam edita cognoscuntur, indicata et rescripta per P. Leonardum Schirmer prof. Gottv. 1 tom. Man. in bibl. Gottv. adserv. No. 963.

Schleichert Bonifacius (Břevnoveno-Braunensis), ab Auscha Bohemiae. Natus die 15. Dec. 1740 per vota sollemnia Deo sese Břevnovii dedicavit die 8. Nov. 1761, dieque 7. Oct. 1767 sacerdotio initiari obtinuit. Ob egregium in litteris profectum mox theologiam in monasterio docere iussus paulo post professor historiae litterariae et patrologiae in univ. Pragena institutus est; praematura vero morte anno iam 1790 die 7. Febr. suis ereptus et litteris.

Scripta edidit haec:

I. Institutiones patrologiae ad praescriptum reformationis Vindobonensis, usibus academicis accommodatae. Vol. 1. 8°. 380 p. Pragae, 1777, sumt. c. r. scholae normalis.

II. Institutiones historiae litterariae theologiae ad normam Vindobonensem usibus academicis accommodatae. Vol. 1. 8°. 303 p. Altera vice edit. Pragae veteris apud Franc. Gerzabek. 1783.

III. Theologia apologetica ecclesiae christianae Romano-catholicae, adversus incredulos, recentioresque christianorum sectas. Pars isagogica. Pragae veteris caracteribus Gerzabekianis. 1785. Tom. 1. 8°. 104 p.

Schlöglhofer Edmundus (Seitenstadiensis), die 8. Iul. 1836 Seitenstadii natus absolutis gymnasii studiis die 15. Aug. 1855 s. habitu indutus tribus annis post eodem die vota emisit sollemnia et s. theologiae studiis in seminario Sanhippolytano episcopali absolutis die 15. Aug. 1860 primam Deo omnipotenti obtulit incruentam hostiam. Cooperatoris munere in parochia Ibsitzensi per unum annum functus ad mathematica in c. r. gymnasio Seitenstadiensi docenda est vocatus, deinde mense Oct. 1862 in univ. Vindob. ad praelectiones mathematicas audiendas abiit, ibique duos annos commoratus examinibus rigorosis cum laude perfectis ad munus

pristinum rediit. 1864—79 etiam convictui praefuit eique industria et sollertia sua magnum incrementum magnamque existimationem comparavit. Hoc munere se abdicare coactus est, cum 1879 camerarius et vestiarius factus esset. Scripsit:

I. Compendium der Geschichte der Mathematik bei den Griechen und Römern. (i. e. Compendium historiae mathematicae apud Graecos et Romanos.) Programma caes. reg. gymnas. Seitenstettensis 1873.

II. Compendium der Geschichte der Mathematik im Mittelalter und der neueren Zeit. (i. e. Compendium historiae mathematicae aetatis mediae et recentioris.) Ibid. 1875 et 1876.

Schlossar Victor (Raigradiensis). Anno 1793 20. Ian. in ecclesia parochiali Drahotušensi in Moravia ad s. Laurentium ritu sollemni matrimonium inierunt Antonius filius Ioannis agricolae Klocksdorfensis et Barbara filia Martini Czernocky, quo ex matrimonio procreatus primogenitus anno 1793, 28. Oct. nomen Martinus accepit. Qui puer anno 1804 missus Lipnicium triennio classes triviales eminenti cum progressu percurrit et omni, quae necesse est praeparatione imbutus 1807 Kremsirium venit ad frequentandum gymnasium t. t. celebre docentibus professoribus ordinis scholarum piarum. Sequenti tempore usque ad 1812 solerter operam navavit classibus grammaticalibus et humanioribus, absolutus a merce praeceptoris ad preces patris, qui in summa penuria constitutus sex filios sustentandi imparem se declaravit. Absoluto gymnasio annis 1813—14 philosophiam in caesareo regio lyceo Olomucensi didicit et tunc viginti annos natus ad nostrum suscipi petiit monasterium. Obtenta desuper more solito a gubernio Moraviae licentia ddto. 11. Nov. 1814 nec non dimissus litteris archiepiscopi Olomucensis ex dioecesi propria, vestem religiosam e manibus abbatis nostri Augustini accepit Calendis Nov. 1814 et Victor vocatus duce P. Cyrillo novitiatus annum cunctis approbantibus sic transegit, ut iam 28. Oct. 1815 fine tirocinio imposito interiectis paucis diebus Olomutium, sequenti anno Brunam, ad studia theologica mitteretur. Professores eius Sondermann, Powandra, Schiller, Gold, Wiesner etc. litteris testimonialibus ab anno 1816—19 datis unanimiter testantur, clericum Raigradiensem Victorem Schlossar summo studio disciplinis theologicis incubuisse atque pro dignitate vixisse, quorum testimonio fretus summo gaudio abbas Augustinus affectus Victorem Cal. Nov. 1817 ad sacram professionem emittendam decrevit eumque anno post tonsura clericali et quatuor ordinibus minoribus insignivit. Quibus studiis theologicis absolutis anno 1819 5. Sept. ad s. presbyteratus ordinem Victor noster per episcopum Brunensem in ecclesia s. Michaelis Brunae rite est promotus et in patria sua Drahotušii primitias celebravit. Obtento decreto iurisdictionis qua cooperator penes ecclesiam Raigradii, anno 1820 administrator in spiritualibus et temporalibus parochiae Šlappanicensis denominatus ibique plus uno mense commoratus est. Domum redux 2. Nov. magister novitiorum, et anno post 11. Nov. 1821 secretarius d. abbatis et archivarius institutus est. Per quinque annos omnes officiorum horum partes sedulo adimplevit, quum 4. Dec. 1828 absoluto P. Carolo a praefectura culinae P. Victor in eius locum suffectus sit. Die 24. Nov. 1831 in residentia nostra Brunensi supre-

mum obiit diem rever. dom. abbas Augustinus, postquam 18 annis Raigradii praefuit, et elapso ab eius obitu 8. mense in nova electione praeter expectationem omnium sors in Victorem excidit, qui secundus Raigradiensis abbas 16. Sept. 1832 a novo episcopo Brunensi Francisco Gindl abbatialem benedictionem accepit. Fuit autem abbas Victor vir — ut utar verbis s. Gregorii Papae — cogitatione mundus, actione praecipuus, discretus in silentio, utilis in verbo, singulis compassione proximus, prae cunctis contemplatione suspensus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiae erectus, internorum in exteriorum occupatione curam non minuens, exteriorum providentiam in internorum solicitudine non relinquens. Zelo domus Dei et disciplinae regularis totus aestuabat, hisque omnes animi sui praeclaras dotes inde ab initio regiminis dedicabat promovendis, semper animo volutans, quantopere disciplina regularis perfectioque religiosa sola benedictionem coelestem in terris iam promereatur fratresque beare possit. Pari modo et studio etiam meliorationes et ordinationes oeconomiae et externi status nostri prosequebatur decursu regiminis sui, quo 1848 nova inchoabatur reipublicae aeque ac ecclesiae aetas et apud nos, seposita omni pompa, cui omnino rerum facies repugnabat, festum saeculare octavum monasterii celebrabatur. Mirum sane et nimis longum ad enumerandum foret, quod Victor abbas in bonum fratrum aeque ac subditorum per 22 annos perfecit quodque historia domus aeterno notavit calamo. 15. Iun. 1854 Brunam et inde in Bohemiam qua convisitator monasteriorum ord. s. Augustini a cardinale episcopo Schwarzenberg designatus abiit, unde medio Iul. redux, aliquot dies sanus utcunque, ast defatigatus ex itinere nec non morali affectione accepta transegit, summo cum gaudio spirituali P. Stoeger soc. Iesu ad exercitia spiritualia ducenda praestolaturus, sed proh dolor nocte 16. Aug. apoplexia tactus hora $6\frac{1}{2}$ mane, sacramentis morientium munitus, animam Deo reddidit. Cuius corpus 18 h. per abbatem s. Thomensem sollemni ritu sepulturae traditum est.

Elenchus operum manuscriptorum p. t. Victoris Schlossar:

I. Catalogus archivi mon. Raigradiensis summa industria anno 1840 confectus et duobus tomis comprehensus. Fol. 315 et 165 p.

II. Institutiones philosophiae theoreticae, i. e. logica et metaphisica, tradita sec. Carpe a D. Iosepho Wittgens et conscripta anno 1813. Ms. pap. in uno fasc. plag. 44, sine pag. Msn. 483. Sign. F/K. II. a. 49, in bibl.

III. Institutiones philosophiae practicae ethica et ius philosophicum, conscr. anno 1814. Ms. pap. in 18 tern. sine pag. in 4°. Msn. 484. Sign. F/K. II. a. 50, bibl.

IV. Historia ecclesiastica universa tradita sec. Dannemayer a Zacharia Parma schol. piar., descr. anno 1816. Ms. pap. terniones 13, sine pag. in 4°. Msn. 440. Sign. F/K. II. a. 3, bibl.

V. Interpretatio et exegis libri Ruth et libri Habakuk dictante P. Cyrillo Napp stud. bibl. V. T. prof. excepit anno 1816. Ms. pap. in 3 ternionibus. 4°. sine pag. Msn. 459. Sign. F/K. II. a. 24, bibl.

VI. Codex qui continet: *a)* brevem grammaticam Hebraicam, *b)* item Aramaicam, *c)* item Arabicam, *d)* de W. Hetzelii grammatica Arabica, *e)* versiones Syriaco-chaldaicae ac Arabicae nec non interpretationes, sec. prael. Cyrilli Napp prof. anno 1816—17 conscr. Ms. pap. in plag. p. 6, 5, 5, tern. 8, 20. 4°. Msn. 500 (I—V). Sign. F/K. II. a. 5, bibl.

VII. Interpretatio et exegesis psalterii integri, de anno 1816. Ms. pap. in uno fasc. in 13 tern. 4°. sine pag. Msn. 558. Sign. F/K. II. β. 26, bibl.

VIII. Iuris canonici pars secunda: *a)* de personis, *b)* de rebus, *c)* de iudiciis ecclesiasticis, conscr. anno 1817. Ms. pap. 16 plag. in fol. sine pag. Msn. 447. Sign. F/K. II. a. 11, bibl.

IX. Versio et exegesis libri „Ecclesiastes". Ms. pap. in 3 tern. sine pag. Msn. 457. Sign. F/K. II. a. 21, bibl.

X. Introductio in libros N. F. tradita a Philippo Neděle ord. erem. s. Augustini Vetero-Brunae prof. et studii bibl. prof., conscr. anno 1817. Ms. pap. in 5 plag. sine pag. in 4°. Msn. 458. Sign. F/K. II. a. 23, bibl.

XI. Hermeneuticae praecepta, tradita a Philippo Neděle o. s. Aug. descr. anno 1817, in cuius fine nota: Obiit idem D. Neděle 24. Nov. 1825, ut prior sui mon. postquam anno 1821 a professura amotus fuerat ob doctrinam minus rectam. Num iure? Ms. pap. in 12 plag. 4°. sine pag. Msn. 461. Sign. F/K. II. a. 26, bibl.

XII. Tractatus de restitutione, qua supplementum in mancam Reibergerii theoriam sec. praelectiones Povondrae descr. anno 1817. Ms. pap. in uno fasc. 15 fol. in 4°. sine pag. Msn. 527. Sign. F/K. II. b. 27, bibl.

XIII. Excerpta varia pro studio biblistico. Ms. pap. in uno tom. sine pag. Msn. 460. Sign. F/K. II. a. 25 in 4°. sine anno circa 1817, bibl.

XIV. Methodus vivendi cum tranquillitate in sacro claustro sec. Max. Wietrowsky conscr. sine anno. Ms. pap. in uno fasc. in 4°. 123 p. Msn. 592. Sign. D/K. II. b. 31, bibl.

XV. Radices linguae Graecae Schrevelii. Ms. pap. sine anno in uno fasc. sine pag. in 8°. Msn. 614. Sign. F/K. I. b. 13, bibl.

XVI. Annales mon. Raigrad. ab anno 1832—1854. Ms. pap. in 3 fasc. 4°. comp. in archivo sub F. II. d. 1—3.

XVII. Curiosa ex collectione P. Victoris qua archivarii. Ms. pap. Fasc. 1. in 4°. sine pag. sub D. l. 6 archivi.

XVIII. Conceptus litterarum et concionum. Ms. pap. Fasc. 3. 4°. sine pag. sub D. l. 7. 9. arch.

XIX. Diarium Victoris. Ms. pap. in 4°. sine pag. inde ab anno 1820 etc. in archivo sub D. l. 10.

XX. Rapsodiae et varia excerpta ex ephemeridibus. Ms. pap. in 4°. sine pag. sub D. l. 11 archivi.

Acta P. Victorem concernentia eiusque regimen illustrantia nec non litterarum commercium variis in fasc. sub D. i. 1—10 et D. k. 1—22; D. l. 1—5, 12—18 in archivio adservatur.

Schluderpacher Ernestus (Scotensis), Oeniponte in Tiroli natus d. 6. Dec. 1728 s. habitu indutus est d. 15. Aug. 1747. Votis sollemnibus die 15. Aug. 1748 èmissis celebratisque primitiis die 25. Dec. 1751, cooperator missus est in Eggendorf in valle. Unde in monasterium reversus officium culinae praefecti per decem annos executus est. Deinde parochiam suscepit in Ienoe in Hungaria 1766—70. Quo facto cum iterum revocatus esset, asceterii subprior est designatus, nihilque in eo munere per sex lustra gerendo officii, nil diligentiae desiderari passus est. Letum oppetiit annos natus 72 die 20. Febr. 1800.

Typis edidit encomium chronographicum, Bennoni abbati sacerdoti iubilaeo dedicatum:

Reverendissimo, perillustri ac amplissimo domino, domino Bennoni, huius nominis primo monasterii Scotensis Viennae ac Telkii in Hungaria abbati, patri meo amantissimo P. E. Viennae, 1795, typis Christiani Grosser.

Schmetterer Modestus (a s. Petro Salisburgi), Bavarus ex Metten, natus 17. Mart. 1738, novitius 11. Sept. 1756, professus eodem die sequentis anni, neomysta 29. Mart. 1761, absolutis studiis iuridicis 18. Nov. 1766 suprema utriusque iuris laurea decoratus, a rectore magnifico expetitus sacros canones primum extraordina-

rius professor docuit per quatuor annos, ab anno 1770 vero per triennium qua ordinarius. Exinde primum moderator ephebaeo principis archiepiscopi Salisburg. praefectus paucos post menses confessarius ordinarius 1775 a monialibus in Längsee et, suppresso hoc monasterio, 1782 a monialibus in Nonnberg petitus obiit 22. Mart. 1784.

I. Dissertatio I. De origine et variis gradibus clericorum in primis quinque ecclesiae saeculis. Salisburgi, Mayr. 1771. 4°.

II. Introductio in universum ius canonicum. Ibid. 1772. 4°. 188 p.

Schmid Anselmus (Admontensis), natione Styrus e Wildalpen oriundus 11. Apr. 1850, studiis in gymnasio Graecensi laudabiliter tractatis Admontes stabilitus est 1. Nov. 1872, et 3. Aug. 1873 primam Deo litavit hostiam. In curam animarum missus cooperator in Kammern et dein in Groebming nominatus est societ. histor. in Styria sodalis. Scripsit:

I. Ein böser Fluch. (i. e. Maledictio ominosa.) Erzählung. Sonntagsbote, Graz, 1869.

II. Eine Partie auf den Seckauer Zinken. (i. e. Itinerarium.) Tourist, Wien, 1871.

III. Der Natterriegel bei Admont. (i. e. Descriptio montis.) Ibid. 1871.

IV. Das Gosauthal und seine beiden Seen. Grazer Volksbl. 1872. Schafberg-Reminiscenzen. (i. e. Descriptio vallis.) Ibid. 1872.

V. Einiges über Altaussee. (i. e. Notata geologica.) Jahrbuch des öst. Alpenvereines. Wien, 1873. 9. Bd.

VI. Reiseskizzen aus Oberösterreich und dem Salzkammergute. (i. e. Descriptio.) Tourist, 1873.

VII. Ein Lehrerleben. Biogr. Nekrolog. (i. e. Vitae curriculum ludimagistri.) Pädag. Zeitschr. Graz, 1874.

VIII. Ein obersteirischer Naturdichter. (i. e. Poetae superioris Styriae vitae descriptio.) Graz. Volksbl. 1875.

IX. Der Reiting und das Gösseck. Tourist, Wien, 1875; auch Janisch, topogr.-stat. Lexicon von Steiermark. Graz, 1876; et

X. Der Thalerkogel bei Trofaiach. Tourist, 1875. Auf den Griesstein bei Trieben. Ibid. 1875. (i. e. Descriptiones geographicae.)

XI. Beschreibung von Admont. (i. e. Descriptio Admont.) G. Jäger, Der Führer auf der Kronprinz Rudolfbahn. Wien, 1876. 1. Bd.

Schmid Hugo (Cremifanensis), antea Eduardus, in vico Pfarrkirchen prope balnea Hallensia superioris Austriae die 20. Nov. 1840 natus absolutis Cremifani studiis gymnasialibus die 22. Aug. 1860 s. habitu indutus confecto novitiatus anno ad institutum domesticum ad s. Floriani theologicis disciplinis operam daturus transiit; die 29. Sept. 1864 in regulam s. P. Benedicti iuravit et die 30. Iul. 1865 ordinatus est. 1865—1866 in parochia Ottensheim, monasterio Hilariensi ord. Cisterc. incorporata, 1866—67 in parochia saeculari Perg subsidiariam parochis opem tulit; 1867—70 bibliothecarii adiunctus et ad tempus provisor in Fischlham; 1871—72 in univ. Vindob. diplomaticis studiis vacavit; ab anno 1872 iterum bibliothecarii adiutor et ab anno iubilaeo 1877 simul collectionis rerum vel antiquitate vel artificio notabilium custos.

Anno iubilaeo 1877 ab eo typis vulgari coeptus est:

Catalogus codicum manuscriptorum in bibliotheca monasterii Cremifanensis etc. adservatorum in memoriam anni a fundato monasterio MC iubilaei. Lincii, prostat in libraria Ebenhoechiana (Korb). 8°. Cuius operis adhuc prodiere tomi I. Fasciculus I, 64 p. et fasciculus II 128 p.

Schmid Leodegarius (Murensis), de Boezstein dictus, oriundus ab Altdorf

in Urania Helvetiae die 25. Oct. 1748, votorum sponsione se obligavit die 26. Apr. 1767 et inter sacerdotes cooptatus est die 20. Dec. 1772. Docuit philosophiam et theologiam munereque secretarii abbatis et capituli functus est. Tempore Gallicae invasionis aliquamdiu exul in Germaniam abivit. In monasterium reversus vir diligentissimus indefesse laboravit, historiam et ceremonias sacras maxime coluit et a scribendo non destitit usque ad mortem, quae eum abripuit die 18. Febr. 1825. Pauca typis evulgata, multa manuscripta dilapidata, alia plurima conservata sunt.

I. Sermo. St. Blasien als ein Haus der Heiligkeit, der Weisheit und der Ehre. Typis editus in op. „Feierlichkeit des in dem fürstlichen Stift St. Blasien auf dem Schwarzwald eingeweihten neuen Tempels". St. Gall. 1784. 4°. 19 p. sqq. Ms. eiusdem sermonis in bibl. Muro-Gries. Cod. 1. 109.

II. Marie Clotilde von Bourbon, Gemalin Carl Emanuels IV. von Sardinien. (Vitae curriculum.) Historische Ehrenerwähnung, aus dem Französ. Ms. in bibl. Muro-Gries. Cod. 2. 118. Dicunt fuisse editum Lucern. 1810.

III. Glatter, Anniversarienbuch. Liber anniversariorum recentior et actorum parochialium ex variis schedis compilatus et successive auctus a Murensibus. 4°. 325 p. P. Pirminius Troxler Murens., vir ad parochialia factus, iam inceperat historiam parochiae Glatt, quam P. Schmid continuavit. In archiv. paroch. Glatt ad Neckar.

IV. Historia Homburgensis in Turgovia, quae parochia ad Murense monast. pertinebat. Dicit autor in praefat. se eam scripsisse „exul enim hasce in partes delatus temporis fallendi seu non omnino perdendi gratia". In archiv. paroch. Homburg.

V. Dissertation über das Alter des Stiftes Münster, in archiv. Muro-Gries.

VI. Versuch einer Geschichte von Muri. (i. e. Historica Murensia.) Ibid.

VII. Lebensbeschreibungen einiger frommer Männer von Muri, welche seit der von Abt Iodoc dort eingeführten Reformation im dasigen Gotteshaus gelebt. (i. e. Vitae priorum Murensium.) Fol. 36 p. in bibl. Muro-Gries. Cod. 2. 117.

VIII. Läuterordnung und Ceremonien für die Laienbrüder in Muri. (i. e. Liturgica quaedam, cum notis historicis.) Fol. 109 p. in monast. Gries.

IX. Diarium 1776—1821, opus imperfectum; quod superest, adservatur in archiv. Muro-Gries.

X. Analecta oder Correspondenzen-Sammlung über Ceremonialia. 4°. in bibl. Muro-Gries.

XI. Litterae quas dedit vel accepit a doctis viris, e. gr. Bar. de Zurlauben, P. Maurit. van der Meer, P. August. a Porta et al. in archiv. Muro-Gries. A. I. 2.

Schmid Paulus (Scotensis), natione Suevus Abstrach natus est 4. Oct. 1738, indutus 13. Nov. 1759, professus 16. Nov. 1760. Primitiis 29. Maii 1763 celebratis cooperatorem diversis in locis egit, in monasterii parochia 1764, in Zellerndorf 1767, ad s. Udalricum 1783. Curatiam exin susceptam in domo pauperum Viennens. cum aliquamdiu gessisset, 1784—88 parochus migravit rus ad s. Laurentium in Hoebersbrunn, 1788 — 1801 vero eodem munere functus est in Zellerndorf. Unde avocatus est ad suscipiendam administrandamque parochiam in Gaunersdorf, 1801 —1813, ibidemque professus iubilaeus die 16. Nov. 1810 ipso die s. Roberti, quo die festum quoque quinquagesimi sacerdotii sui anni feliciter peracti celebraturus erat, vitae curriculum confecit die 29. Maii 1813, anno aetatis suae 75.

Typis edidit:

Lobrede (encomium) auf den heiligen Gregorius, welche am ersten Sonntage nach Ostern 1802 in der uralten Pfarrkirche Markt Gauners-

dorf, als eine löbliche Pfarrgemeinde das Fest ihres Schutzpatrones beging, dem Landvolke vorgetragen wurde. 1802.

Schmidfeld Hugo (San-Blasianus), natus est in divo Blasio in silva nigra in magno ducatu Badensi die 18. Dec. 1713; ordini s. Benedicti adscriptus anno 1731; sacerdotio initiatus die 22. Dec. 1736. Post emissa religiosa vota et studio theologiae ac iuris canonici in univ. Salisburgensi absoluto, philosophiam tradidit fratribus clericis in divo Blasio, theologiam tradere inchoavit, sed intercurrente sinistro eventu, ab officio professoris amotus, paulo post bibliothecae praeficitur. Censor morum et novitiorum magister constitutus, commentarium litteralem et moralem in regulam s. Benedicti conscribere coepit, cui usus et consuetudines disciplinae Blasianae inserere proposuit, sed opus luculentum usque ad IV. regulae caput perduxit. Parochus in Todtnau, dein granarius in s. Blasio uno anno tantum, prior in Sion quatuor annis fuit, ubi ob impugnatum ius asyli ab archipraefecto Badensi, patricio Bernatensi, gravissimas molestias sustinuit, impetrata tandem multis laboribus et expensis victoria. Concepto inde loci taedio, parochus cum titulo administratoris in Bettmaringen constituitur et postea superior in Todtmoos, pari ubique sedulitate et profectu. Inde ad gravissimum decani monasterii s. Blasii officium promotus, annis duobus, mensibus tribus illud tenuit, et defuncto P. Frowino in officio cellerarii magni successit. Post annos sex et dimidium laborum satur, et infirma iam valetudine praeposituram Gurtwihlensem adiit, ab hospitibus, quos humaniter et liberaliter exceperat, nimium frequenter invisus. Quietis ergo captandae gratia illam cum Beroviensi permutare iussus, tam suam quam monialium ord. s. Benedicti ibi Deo servientium, oeconomiam optimo, quo posset modo, administrare adlaboravit. Sed cum iam septuagenarius esset, et variis corporis languoribus affectus, laudabili prorsus et imitatione dignissimo exemplo, ab abbate gratiam petiit obtinuitque, ut, reiecta omni temporalium cura, sibi soli et Deo in loco sacrae professionis vivere liceret. Biennio ibi summo solatio et confratrum aedificatione exacto, vir emeritus pie obiit die 15. Apr. 1785.

Sequuntur eius residua manuscripta:

I. Systema generale de recte formando studio universo monasterii ad s. Blasium. 1743. Continetur in Stanislai Wülberz analectorum tomo V. 264 p.

II. Sciagraphia duarum philosophiae eclecticae partium, logicae prout practica est, et ethicae totius philosophico-religiosae. Ibid. ut supra 268 p.

III. Additamenta varia in explicationem s. regulae, tironibus novitiis explananda. Ibidem ut supra 272 p.

IV. Diatriba de duobus Reginbertis et origine monasterii ad s. Blasium. Ibidem ut supra 238 p.

V. Explanatio monasteriorum cum coenobio Augiae divitis confoederatorum, et in vetustissimo codice Augiensi conscriptorum 1771. Opus hoc magni laboris et multiplici eruditione refertum exhibet commentarium continuum in celebratum Augiae divitis necrologium; adservatur in archivo Caroloruhensi.

VI. Acta Murensia integrae fidei restituta, sive gesta et fundatio monasterii Murensis e scriniis monasterii Engelberg educta. 1773. Duo volumina (in folio), quorum I. 137 folia, II. autem 207 pag. continet, et adservantur in archivo San-Paulano No. 76.

VII. Gesta et fundatio monasterii Murensis in pago Argowe a comitibus Vindonissensibus nun-

cupatis de Altenburg post Habesburg constructi. Unum volumen (in folio), continens folia 51, et adservatur in archivo San-Paulano. No. 77.

VIII. Dissertatio de Welfis, monasterii Rhenaugiensis fundatoribus.

IX. Historia Guelfica scripta anno 1769. Utraque dissertatio in eodem volumine continetur, quarum I. pertingit a pag. 1—180, II. a pag. 180—264, et adservatur in archivo San-Paulano No. 78.

De scriptis Hugonis Schmidfeld consulatur: Quellensammlung der Badischen Landesgeschichte, herausgegeben von Mone. I. Bd. 1848. 79 pag.

Schmidt Fridericus (Raigradiensis), natus est Gewiczii in Moravia anno 1726, die 30. Apr. honestis parentibus. De pueritiae eius fatis nil constat neque ubi et quali cum progressu studia absolverit. Anno 1749 ad nostrum suscipi petiit monasterium, habitu benedictino indutus est a reverend. D. Mathaeo 8. Dec. huius et sequenti eodem die in manus praepositi Aemiliani, Mathaei successoris, s. emisit professionem. Sacerdotio initiatus primitias celebravit 3. Iun. 1753, tum in cura animarum adiuvit parochum penes ecclesiam monasterialem; anno 1755 superior sacristanus et 1756 ceremoniarius praep. Bonaventurae factus, quibus cum officiis illud quoque etiam regentis chori figuralis coniunxit. Ob dexteritatem et prudentiam nec non ob praeclara sua merita anno 1760 subprior domus constituitur. Anno 1762 iter obedientiae suscepit Pragense una cum P. Maximiliano, qua ex causa ignoratur. De quo in relatione ad d. praepositum directa scribit inter alia: „paternaeque gratiae causa laeti ingressi sumus, sed quam vana spes hominis! vix enim Trebiczium appulimus, iam foris pugnae, intus timores! Referebatur inter alia civitatem Pragensem occlusam esse, copias Borussicas Chrudimi, Czaslaviae etc. plus quam scythica barbarie furere; nos tamen omnem fidem adhibere nolentes iter coeptum continuare intendebamus, donec tandem ad 13. Iul. excell. domina de Waldstein omnis dubitationis fecerit finem. Illa eodem die per postam Iglaviam usque venit, sed ob imminens periculum, tum ob denegationem equorum a praefecto postarum Trebiczium reverti coacta est; mansimus nihilominus Trebiczii et 17 per prandium, sed ob acceptam notitiam, tum in arce, tum a profugis Bohemis (qui aiunt, Reginae-Hradecium post datam pecuniam 1000 aureorum, secutam expoliationem, succendisse uti et Nachod, Garomeřicium, Braunam) periculum non amantes redire satius duximus.“ Duobus annis post prior domus efficitur, in quo officio zelosissimum illum fuisse commercium litterarum frequentium in archivo nostro servatum testatur. Anno vero 1766 fatali infirmitate excessivi sanguinis fluxus laborans (ut scribit ad praep. Othmarum), ex quo duobus post annis sequebatur tremula in pedibus, imbecillitas et in manibus et laessitudo, in manus praefati superioris sui „ut honori monasteriali provideatur“ parochiale cum prioratu connexum resignavit officium, qua resignatione accepta ad finem anno 1768, quum se iterum melius haberet, provisor et granarius instituitur. Post obitum parochi Ostrovačicensis P. Hugonis praepositus Othmarus praesentavit P. Friedericum in eius locum; rescriptum vero praeposito a consistorio episcopali Olomucensi, ut praesentet ecclesiasticum. Qua de causa praelati Moravici recursum ad aulam acceperunt et resolutum est: „ut

ubi parochiae regulares sunt, tres exponantur, secus sit ecclesiasticus“ P. Fridericus Ostrovačicii stabilitus et ad tenorem huius decreti ab uno alterove fratrum Raigradiensium adiutus omnis generis ibidem exantlavit labores. Anno 1784 28. Febr. furtum patratum in ecclesia Ostrovačicensi; effractis ferreis cratibus in fenestra sacristiae confractoque tabernaculo abstulerunt fures argenteum ciborium, ostensorium ex cupro deauratum, reliquiarium s. Barbarae, aliquot parvi momenti monetas argenteas de statua B. M. V. Cellensis etc. de quibus utensilibus pleraque in agris Strucensibus reperta quidem fuêre, sed ex mera furum malitia comminuta et confracta. Multa quoque alia venirent mala recensenda, quae Friedericum infirmae semper valetudinis summo affecerunt dolore; quare anno 1789 19. Iul. ad Othmarum praepositum scribit: „ut illi de stabili adiutorio in cura animarum provideatur, ... ego enim iam delibor, et propter continuos labores domesticasque curas iam denuo excessivum fluxum haemorrhoidalem patior, ex quo sequitur naturaliter tremula pedum et manuum, ita ut absque levamine ministri aut aeditui ad altare missam celebraturus stare non valeam“. Quibus precibus permotus praepositus P. Friedericum ab officio absolvit 1789 20. Oct. atque ad penates revocavit, ubi valetudinarius anno 1797 30. Sept. apoplexia tactus pie in Domino obdormivit.

P. Friedericus Schmidt sequentia reliquit scripta propria manu exarata:

I. Tractatus scholastico-dogmaticus ad mentem divi Thomae de sacramentis in genere et specie traditus Raigradii a P. Richardo Schaller anno 1750—52, terniones 39.

II. Fragmenta theologiae scholastico-dogmaticae, utraque scripta sub Msn. 515 (I et II) in 4°. sine pag. sub F/K. II. b. 13—14 in bibliotheca.

III. Rituale benedictinum; complectens modum induendi novitium etc. Cod. pap. in 4°. Msn. 64. 1. sub B/K. II. β. 8 a in bibl.

IV. Necrologium mon. Raigr. o. s. B. cum confoederatis monasteriis scriptum anno 1766, in fol. sub Msn. 681, sine pag. in prioratu adservatum.

V. Graduale benedicto-romanum pro mon. Raigrad. cum chronogrammo: sCIo qVIa fILII Abrahae estIs, seD qVaerItIs Me InterfICere (Ioann. cap. 8. vers 37) i. e. anno 1770. Cod. pap. in fol. Folia 130. Msn. 9. Sign. B/K. II. α. 12 a bibl.

VI. Informatio de parochiae Nigrofanensis (Ostrovačicensis) erectione, statu personali, ecclesiae structura, fundo instructo, conscripta a p. Fried . . . curato occasione visitationis generalis anno 1772. Fasc. in fol. sine pag. sub B. IX. 8 archivi Raigr.

VII. Acta parochialia Nigrofanii ab anno 1772—89. Fasc. in fol. sine pag. sub B. IX. 10 archivi.

VIII. Liber confirmatorum administraturae Nigrofanensis compilatus per . . . anno 1781—1784, Fasc. in fol. sine pag. sub B. IX. 13.

IX. Protocoll oder Auszug aus den landesfürstlichen Verordnungen in publico-ecclesiasticis errichtet von P. Fr. Sch. (i. e. Protocollum legum in publico-ecclesiasticis.) Cum continuatione a manu altera ad annum 1810. Cod. pap. in fol. sine pag. anno 1774 incoeptum sub Msn. 630 et Sign. F/K. I. a. 8 bibl.

Schmidt Severinus Paulus (de s. Monte Pannoniae), ins. ord. Francisci Iosephi I. eques, ad excelsum consilium locumtenentiale consiliarius scholasticus, regiae physicorum societatis Hung. etc. sodalis correspondens, Neosolii com. Nitr. in Hungaria die 15. Dec. 1804 natus, s. habitu die 15. Oct. 1821 indutus, vota sollemnia die 17. Iul. 1827 emisit et absolutis in

s. monte s. theologiae studiis die 21. Oct. 1829 presbyter factus est. 1829—30 studiis vacavit, 1830—39 professor gymn. Ginsii, 1839—46 Strigonii, 1846—47 secretarius archiabbatis et prof. iuris patrii, 1847—50 idem et prof. philosophiae in s. monte, 1850—1855 superior domus et director gymnasii Soproniensis, 1855—59 Magno-Varadini, 1859—62 Cassoviae, 1862—65 Budae consiliarius scholasticus, quo anno die 22. Oct. vita cessit.

Praeter minora quaedam edidit:

Énekek, és imádságok a tanuló ifjuság számára. (i. e. Hymni et preces pro iuventute litterarum studiosa.) Kőszegen. Reichard Károly betűivel, 1838. 8°. 80 p.

Schmidt Wilfridus (Admontensis), Stirus Graecii 19. Nov. 1821 natus, Admontes prof. 11. Iul. 1844, primam Deo obtulit hostiam 24. Nov. 1844. Variis exin functus est muneribus: professoris cantorum studiosorum 1844—46, doctrinae educationis 1846—47, prof. theol. fundamentalis et dogmaticae ab anno 1848, vestiarii ab anno 1846, praefecti hospitio ab anno 1858. Anno 1871 subprior capituli electus defuncto r. p. Friderico successit in prioratu 21. Oct. 1879 adiecta dignitate vicedirectoris studii theologici iam ab anno 1863 reliquis officiis. Antistes sectionis oeconomicae in Rottenmann et inter electos sodales societ. oeconomicae in Styria ex universa provincia adscriptus, etiam sodalibus societ. historicae, naturam scrutantium Styriae, pro hortorum cultura Frauendorfii, rei alpinae et saltuariae colendae Graecii merito adnumeratur. Eius scripta sunt:

I. P. Constantin Keller. Nekrolog. Landwirthschaftliches Wochenblatt. XIV. Bd.

II. P. Aemilian Milde. Nekrolog. Grazer Volksblatt, 1868. No. 39.

III. Verschiedene Abhandlungen. (i. e. Dissertationes variae.) Ibid. 1868 und 1869.

Schmieder Pius (Lambacensis), Cremifani natus die 22. Apr. anno 1839 ibique in c. r. gymnasio studiis absolutis monasterium inibi celeberrimum ingressus vota emisit simplicia die 3. Septembris anno 1858. Stabilitatis voto per indultum apostolicum soluto ad monasterium Lambacense translatus studiis theologicis et historicis in univ. Oenipontana, domi, in Eremo sacra in Helvetia magistris Gallo Morell et Carolo Brandes denique Salisburgi operam dedit. Votis sollemnibus die 15. Sept. 1861 se obstrinxit primoque obtulit hostiam immaculatam Deo die 6. Aug. anno 1862. Curae pastorali unacum archivio in ordinem redigendo destinatus rationumque per biennium praefectus confraternitates plures ecclesiae claustralis instituit partim, partim resuscitavit usquedum ad regendum vicariatum Neukirchen prope Lambach anno 1871 est admissus. Ex authentico facultatis theologicae Wirceburgensis decreto anno 1868 ob varia eruditionis theologicae et historicae specimina ei doctoris s. theologiae gradus est collatus. Musaeo quoque patrio Linciensi per plures annos e consiliariis administrationis et pro diplomatario edendo referens fuit.

Scripsit:

I. Chronicon monasterii B. M. V. Lambacensis. Lentii, Feichtinger. 1865. 8° mai. 65 p.

II. Die Benedictiner-Ordensreform im XIII. und XIV. Jahrhundert. (i. e. Reformatio ordinis Ben. saec. XIII et XIV.) Linz, Feichtinger, 1867. 8° min.

III. Argumenta cultus beati Adalberonis episcopi Wirceburgensis. Viennae, typis Hummel. 1868. 4° min.

IV. Leben, Wunder und Verehrung des sel. Adalbero, Bischofs von Würzburg und Stifters des Benedictinerklosters Lambach. (i. e. Vita et miracula b. Adalberonis.) Wien, Hummel. 1868. 8° min.

V. Maurus Lindemayr's sämmtliche Dichtungen in obderennsischer Volksmundart. (i. e. M. Lindemayer carmina.) Mit einer biographisch-litterarischen Einleitung und einem kurzgefassten Idiotikon. Linz, Ebenhoech. 1874. 8° min.

Praeter varia minoris momenti scripta ascetica, sermonesque sacros in ephemeridibus scientificis elucubravit:

VI. In „Mittheilungen der k. k. Central-Commission zur Erforschung und Erhaltung der Baudenkmale", XI. Jahrg. 1866, Heft Januar-Februar: Notizen zur älteren Baugeschichte der Stiftskirche und des Klosters zu Lambach. (i. e. Notata quaedam ad architecturam eccl. Lambacensis.) Mit 12 Holzschnitten. 4° min.

VII. In „Bericht über das Museum Francisco-Carolinum", XXVI. (1866): Beiträge zur Landeskunde von Oberösterreich. 1. Zur Geschichte des Weinbaues in Oberösterreich. (i. e. Historia vitium culturae in Austria superiore.) 2. Ordnung der Traunfischer vom Jahre 1418. (i. e. Piscatorum ordo.) 3. Zur Geschichte des Steuerwesens im XV. Jahrhundert. (i. e. Historia rei ad vectigalia pertinentis.) p. 221—243.

VIII. Ibidem vol. XXX (1871): Lorch und Enns. XI.—XVI. Jahrhundert. (i. e. Laureacum et Onasum.) Ein Beitrag zur obderennsischen Culturgeschichte.

IX. In „Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit": Findlinge meist zur Geschichte von Schwäbisch-Hall No. 7 et 8. 1872. Zur Symbolik im XIV. Jahrhundert. No. 10, 1868. (i. e. Analecta ad historiam Halae Suevicae et symbolica quaedam saec. XIV.) Epistola metrica de cultu B. Altmanni episcopi Pataviensis. No. 7. 1867.

X. In „Christliche Kunstblätter", Organ des Linzer Diöcesan-Kunstvereines: Der alte Stifterkelch von Lambach. No. 5. 1864. Kleine Beiträge zur Geschichte der kirchlichen Liturgie der Diöcese (Passau-) Linz. No. 8 et 9. 1869. Kunstgeschichtliche Kleinigkeiten. 1. Alte Sacristei-Inventarien. No. 12. 1869. 2. Zur kirchlichen Siegelkunde. *a)* Die Conventsiegel des Stiftes Lambach. No. 1. 1870. *b)* Stiftswappen und äbtliche Siegel des Stiftes Lambach. No. 2. 1870. (i. e. Varii ad historiam artis christianae pertinentes tractatus.)

XI. In „Historisch-politische Blätter": Ein Blatt aus der schlesischen Kirchengeschichte. Ioannes Turzo, Bischof von Breslau. (i. e. Biographia Ioannis ep. Wratislav.) Vol. LXII. p. 203—215. Der oberösterreichische Volksdichter P. Maurus Lindemayr. Vol. LXXVI. p. 35—50.

XII. In „Theologisch-praktische Quartalschrift" (Linz), vol. XXII (1869), 113 p. sqq.: 1. Zur ältesten Geschichte der Pfarre Grünau. 2. Zur Geschichte der Pfarren Pichl und Offenhausen. 3. Zur Geschichte der Pfarre Neumarkt. (i. e. Analecta historica divers. parochiarum.)

XIII. In „Archiv für katholisches Kirchenrecht" XIII. (1865.) 473 p. sq.: Ueber die Lambacher Handschrift der Collectio tripartita. (i. e. Manuscriptum Lambac. collectionis tripartitae.)

XIV. In „Allgemeine (Wiener) Litteratur-Zeitung" correspondens fuit ab anno 1867—1872 incl.

Manuscripta:

XV. Der selige Bischof Adalbero von Würzburg. (i. e. Vita b. Adalberonis.) Nach den Quellen. Fol. Ms. penes auctorem.

XVI. Geschichte des Benedictinerstiftes Lambach. (i. e. Historia mon. Lambacensis.) Von der Stiftung bis zur Reformation. Fol. Ms. penes auctorem.

XVII. Historischer Schematismus der Pfarreien des Bistums Linz. (i. e. Schema histor. parochiarum ep. Linciensis.) Ms. penes auctorem.

XVIII. Entwicklung der Casuistik an der Hand des canonischen Rechtes. (i. e. Genesis casuisticae.) Fol. Ms. penes auctorem.

Typis praeparantur:

XIX. Versuch einer Geschichte des Benedictinerordens von seiner Gründung bis zur Gegenwart. (i. e. Historiae ord. Ben. adumbratio.)

XX. Necrologische Fragmente aus dem Archiv des Stiftes Lambach. (i. e. Necrologica.)

Schnitzer Ioseph (Muro-Griesensis), Tiroli prope Meranum die 25. Iun. 1832 natus, religionem ingressus et professus est die 8. Dec. 1854. Acceptis ordinibus sacris die 17. Febr. 1856, per aliquot annos cooperator, lector et magister novitiorum erat, nunc vero oeconomus monasterii. Notus est ut bonus ornithologus, qui simul in arte avium pelles effarciendi peritissimus collectionem talium avium in monasterio Griesensi condidit.

Schober Aemilianus (Mellicensis), Austriacus Cremifanensis, natus 16. Febr. 1713, sollemni professione die 27. Dec. 1733 monasterio adstrictus, Viennam missus ibique candidatus pro suprema laurea adprobatus, die 21. Mart. 1738 sacerdotio inauguratus est. Fuit professor humaniorum, dein philosophiae et theologiae, 27. Febr. prior, et 9. Iul. 1755 parochus in Gettstorf, ubi stomachi cibos fastidientis malo correptus accedente apoplexia die 5. Nov. 1769 animam suam posuit. Scripsit:

I. Tractatus theologicus de augustissimo incarnationis mysterio. 4°. 1744. Ms.

II. Opus apologeticum, videlicet super illud Viennae emanatum de erectione canonicorum nobilium in ecclesia ad s. Stephanum, qui pauperes nobiles simul essent abbates monasteriorum in Austria. Fol. 1752. Ms. in archivo Mellicensi.

Schoenberger Basilius (Cremifanensis), antea Georgius, Austriacus Kirchdorfensis, die 18. Apr. 1807 natus, humanitatis et philosophiae studia omnia in scholis Cremifanensibus percurrit; ob insignem eruditionem in monasterium receptus, absoluto novitiatu theologiae disciplinas partim in univ. Vindob., partim in lyceo Linciensi audiit, s. regulam professus die 14. Sept. 1831 et insequentis anni die 12. Aug. sacerdotii primitias celebravit. 1832—34 partim cooperator in Thalheim, partim provisor in Rohr; 1834—39 classium grammaticalium, 1839—46 classium humanitatis professor; 1846—49 praefectus gymnasii et magister artis paedagogicae; mutata studiorum ratione professor linguae Graecae, obiit in cathedra sedens et docens tactus apoplexia die 8. Iul. 1850.

Manuscriptam reliquit variorum poematum collectionem. 4°. 70 p. Sign. B. 43.

Schramm Romualdus (Břevnoveno-Braunensis), a Braunau Bohemiae. Natus 5. Sept. 1833 absolutis gymnasii studiis habitum probationis novitiorum induit 1853, et die 6. Sept. 1857 s. regulae observantiam professus est. Sacerdotio 1858 die 29. Iul. initiatus anno subsequenti vocatus est ab abbate suo ad officium secretarii abbatialis, et ab anno 1866 vices agit provisoris monasterii Břevnoviensis.

Scripsit necrologium, quod sub titulo „Fratres o. s. B. Břevnoveno-Braunenses in Domino defuncti“ catalogo religiosorum eorumdem monasteriorum anno 1867 annexum est. Pragae, typis C. Bellmann. 8°. 72 p.

Schrazenthaler Bonifacius (Admontensis), Stirus e Goess oriundus 1. Febr. 1707, vota emisit sollemnia 30. Ian. 1724, et neomysta stetit ad altare 3. Apr. 1731. Prof. gymnasii et theologiae constitutus, curatiam Hallensem administravit et secretarius rever. dom. abbatis et congregationis Salisburgensis est nominatus. Bonifacius, prof. iubilaeus, vir praeclarae eruditionis, scientiae et magnae sanctitatis obiit domi 26. Febr. 1775.

Typis prodierunt ab eo:

I. Eloquentia muta novi Abelis. Die Stumme Beredsamkeit eines neuen Abelis, des Weyland, hochwürdigen Hoch-Edel-Gebohrnen und Hochgelehrten Herrn Herrn Kiliani, Eines Hochlöbl. Frey- und Exempten Stiffts und Closters St. Lambrecht in Ober-Steyer, wie auch zu Maria-Cell, Würdigsten Abbtens, Probsten zu Aflentz und Byber, der Röm. Kais. Majestät etc. etc. und Ihro Hochfürstl. Gnaden Bischoffen zu Passau etc. etc. respective Geheimen Rath, Erstlich von einem zahlreichen, Hochansehnlichen Auditorio, in einer schuldigen Lob- und Leich-Red den 18. Februarii Anno 1737 von offentlicher Cantzl vorgetragen, Nun aber dem Hochwürdigen, Hoch- und Wohlgebornen auch Hochgelehrten Herrn Herrn Eugenio, Aus der hochgräfl. Familia von Inzaghi etc. etc. S. Theol. Doctori, Würdigsten, NeuErwählten Herrn Herrn Prälaten, etc. Dediciret und zugeschrieben von P. B. S. Ord. S. B. Professor zu Admont. Cum licentia superiorum. Steyr, gedruckt bei Johann Jakob Jahn. MDCCXXXVII. Folio.

II. Christus theologicae expensus sive dissertationes theologicae dogmatico-polemico-scholasticae de verbo et verbo incarnato. Pars I. Christus verbum. Graecii, typis Haeredum Widmannstadii, 1754. gr. 4°.

III. Theses ex universa theologia dogmatico-polemico-scholastica, secundum mentem angelici doctoris Divi Thomae Aquinatis. Graecii, typis Haeredum Widmannstadii, 1754. gr. 4°.

Schreiber Chilianus (Lambertinus), natus est in Neumarkt Styriae 10. Maii 1730, sacrum ordinis habitum induit in monasterio s. Lamberti 30. Aug. 1750, cui plene se addixit votis sollemnibus 17. Sept. 1751. Absolutis in ipso monasterio studiis theologicis primam Deo hostiam obtulit die 29. Sept. 1751. — Functus est deinde munere vicarii in Wegscheid, praefecti ferrifodinae in Pölla prope s. Lambertum, administratoris in Veitsch, abhinc poenitentiarii in Cellis B. V., ubi obiit professus et sacerdos iubilaris et senior coetus die 30. Oct. 1812.

Typis dedit:

Andachtsübung der christlichen Frömmigkeit zu Ehren der heil. Schutzengel. (i. e. Exercitia christianae pietatis in honorem s. angelorum custodum.) Von Sr. hochfürstlichen Eminenz Ludwig Russo, ehedem päpstlichen Nuntius am k. k. Hofe, derz. Erzbischof in Neapel. Aus dem Italienischen ins Deutsche übersetzt von P. Chil. Schreiber. Wien, gedruckt bei J. Th. Edl. von Trattnern. 1804. 8°. 205 p.

Schroll Beda (San-Paulanus), natus est Iglaviae in Moravia die 17. Sept. 1823; s. habitu indutus die 24. Sept. 1844; sollemniter professus die 26. Sept. 1847; sacerdos ordinatus die 26. Iul. 1849. Studio theologiae in lyceo Clagenfurtensi absoluto, mox in gymnasio San-Paulano supplens docebat historiam et geographiam, et examine rite subito, professor approbatus et bene merens easdem disciplinas et linguam Germanicam tum ad s. Paulum, tum in gymnasio Clagenfurtensi docere pergebat usque ad annum 1871, ex quo praedium in Eberndorf administrat. Ad s. Paulum simul erat archivarius, secretarius abbatis et aulae praefectus; tum ad s. Paulum tum in Eberndorf communi a consiliis, nec non praeses collegii rem scholae moderantis functus est et fungitur cum laude. Praeterea est correspondens c. r. societatis pro conservandis antiquis monumentis, sodalis societatis historicae Carinthiae et delectus ad consultandum, sodalis societatis historicae Styriae, societatis cultus hortorum, sylvaticae et agrariae Carinthiae, et posterioris delegatus pro valle Iunonis, honorifice laudatus.

Sequuntur scripta eius, typis mandata:

I. Lehenverzeichnisse des Benedictinerstiftes St. Paul in Kärnten aus dem XV. Jahrhunderte. (i. e. Feudorum mon. s. Pauli conspectus.) Typis impressum in: Archiv für österreichische Geschichte, herausgegeben von der kais. Akademie der Wissenschaften. 34. Band. Wien, 1865. 8°. 59 pag.

II. Urkundenbuch des Benedictiner-Stiftes St. Paul in Kärnten. (i. e. Litterarum monumenta mon. s. Pauli.) Typis impressum in: Fontes rerum Austriacarum, 2. Abtheilung: Diplomata et acta. XXXIX. Bd. Herausgegeben von der kais. Akademie der Wissenschaften in Wien. 1876. 594 p.

III. Urkunden-Regesten des Augustiner-Chorherrnstiftes in Eberndorf. (i. e. Regesta ex litterarum mon. in Eberndorf excerpta.) Druck bei J. und Fr. Leon in Klagenfurt. 1870. 8°. 244 p.

IV. Rotulae des Augustiner-Chorherrnstiftes in Eberndorf. (i. e. Rotulae praes. mon.) Typis impressum in: Archiv für vaterländische Geschichte, IX. Jahrgang, herausgegeben von dem Geschichtsvereine für Kärnten. Klagenfurt, 1864. p. 1—22.

V. Necrologium des Benedictiner-Stiftes St. Paul im Lavantthale. (i. e. Necrologium.) Typis impressum in: Archiv ut supra X. Jahrg. 1866. p. 33—240.

VI. Regesten aus Lehenurkunden des Benedictiner-Stiftes St. Paul aus dem XVI.—XVIII. Jahrhundert. (i. e. Regesta ex litter. mon. quae feuda s. Paulana concernunt.) Typis impressum in: Archiv ut supra Klagenfurt, XI. Jahrg. 1867, p. 137—169; XII. Jahrg. 1872, p. 71—137; XIII. Jahrg. 1876, p. 39—77.

VII. Ferdinand Steinringer, Abt zu St. Paul. Necrolog. Typis impressum in ephemeridibus: „Carinthia“ inscriptis. Klagenfurt, 1866. p. 114—123.

VIII. Dr. Carlmann Flor. Necrolog. Typis impressum in: Carinthia, 1870. p. 233—237.

IX. Die Herzoge von Kärnten aus dem Hause Spanheim. (i. e. Duces Carinthiae e familia Spanheim.) Typis impressum in: Carinthia, 1873. No. 3, p. 49—58; No. 4, p. 92—99; No. 5, p. 121—133; No. 7, 8, p. 20—213; No. 10, p. 257—267; No. 11, p. 299—315.

X. Das Herzogthum Kärnten in der Zeit von 1269—1335. (i. e. Ducatus Carinthiae historia.) Typis impressum in: Carinthia, 1874. No. 1, p. 8—16; No. 5, p. 123—133; No. 8, p. 231—236; No. 9, p. 241—249; No. 10, p. 282—292.

XI. Culturzustände Kärntens in der Zeit von 1269—1335. (i. e. Exculta hominum vita in Carinthia ab anno 1269—1235.) Typis impressum in: Carinthia, 1875. No. 1, p. 11—23; No. 3, p. 61—68.

XII. Geschichte des Benedictiner-Stiftes St. Paul. (i. e. Historia mon. s. Paulani.) Typis impressum in: Carinthia, 1876. No. 3, p. 57—73; No. 4, p. 89—104; No. 5, 6, p. 121—144; No. 7, 8, p. 169—184; No. 9, 10, p. 217—227; No. 11, p. 265—276.

XIII. Das Herzogthum Kärnten unter den ersten Herzogen aus dem Hause Habsburg. (i. e. Carinthia sub ducibus domus Habsburgicae.) 1335—1519. Carinthia, 1879. No. 5 sq.

XIV. Denique breviora quaepiam scripsit pro diversis actis diurnis.

Schrotter Godofredus (Admontensis dein Lambacensis), Stirus natus in Pleinstaetten 3. Maii 1811, religionem professus 22. Maii 1836, primo stetit ad aram 7. Aug. 1836. Variis muneribus uti professoris doctrinae religionis in c. r. gymnasio Graecensi, dein vicarii in Weng et praefecti clericorum functus a visitatore apostolico anno 1859 in coenobium Lambacense translatus est.

Religiös-sittliche Anrede für die studirende Jugend. (i. e. Sermo iuvenibus habitus.) Graz, 1850. 8°.

Schubert Hermanus Antonius (Scotensis), frater minor natu celeberrimi illius compositoris Francisci Pet. Schubert, vitae lumen adiit Viennae die 3. Febr. 1826, patre praeceptore publico. Qui, cum grammaticam cum litteris humanioribus in gymnasio ad Scotos edoctus esset, philosophicis disciplinis in univ. Vindob. laudabiliter

absolutis, monasterium B. M. V. ad Scotos ingressus die 21. Sept. 1844, ibidem vota sollemni ritu nuncupavit die 29. Sept. 1847. Emenso deinde in univ. Vindob. cursu theologico, sacerdotio initiatus est die s. Iacobi 1849, nec non die 29. Iul. eiusdem anni primam Deo obtulit hostiam incruentam. Statim deinde cum professuram mathes., hist. natur. et physicae in c. r. gymnasio ad Scotos supplevisset, tribus annis post animarum curae addictus cooperator missus est 1852 Pulkau et 1861 Gumpendorf. Anno vero 1862 in monasterium redux curati ibidem ac concionatoris in ecclesia abbatiali partes suscepit, quas unacum catechetae in schola mercatoria munere hucusque egregie tuetur. Complures praeterea societates eum in sociorum numerum sibi ascripserunt uti „Verein zur Förderung der Bienenzucht in Niederösterreich“ et sodalem honorarium sibi addiderunt societates „a s. Vincentio Paulo“, „Krippenverein“ et „Schubertbund“ Viennae.

Typis edidit:

I. Zur Primizfeier des P. Ambrosius Zitterhofer o. s. B. am 1. August 1847. (Carmen iambicum.)

II. Conciones in festis B. M. V. et nonnullorum S. S.: Am Feste des heil. Peregrin. Am 27. April 1851 in der Ordens- und Pfarrkirche der PP. Serviten vorgetragen. Viennae, 1851, typis Carl Gerold und Sohn. — Am Feste der heil. Elisabeth. Viennae, 1851, typis Ant. Schweiger. — Am Feste Mariä Verkündigung vor der Genossenschaft der Fleischhauer. Viennae, 1864, typis et sumpt. Alex. Eurich. — Am Feste des heil. Leopold zu Klosterneuburg. Viennae, 1874, typis Ludov. Mayer.

III. Conciones primitiales: Zur Primiz-Octav des P. Hugo Mareta o. s. B. Viennae, 1851, typis Ant. Schweiger. — Zur Primizfeier des P. Eugen Fleuriet o. s. B. Viennae, 1857, typis Ludov. Mayer. — Zur Primizfeier des P. Constantin Vidmar o. s. B. am neunten Sonntage nach Pfingsten. Viennae, 1874, typis congr. Mechith. — Zur Primizfeier des P. Maurus Haitzinger o. s. B. am achten Sonntage nach Pfingsten. Viennae, 1878, typis congr. Mechith.

IV. Conciones pro festis saecularibus et iubilaeis: Bei der Octav der 700jährigen Jubelfeier der Pfarrkirche zum heil. Michael zu Pulkau. Viennae, 1858, typis Anton Schweiger. — Bei Gelegenheit der II. Säcularfeier der Gründung der Pfarre St. Leopold und der Leopoldstadt in Wien. Viennae, 1871, typis et sumpt. F. Eipeldauer. — Bei Gelegenheit der fünfundzwanzigjährigen Jubiläumsfeier der Wiener Diöcesan-Priester. Viennae, 1874, typis congr. Mechith.

V. Conciones in gratiam societatis a s. Vincentio: Am fünften Sonntage nach Ostern in der Stifts- und Pfarrkirche bei den Schotten. Viennae, 1864, typis congr. Mechith. — Am Ostermontage in der Stifts- und Pfarrkirche zu den Schotten. Viennae, 1865, typis Ludov. Mayer. — Am dritten Sonntage nach Ostern in der Stifts- und Pfarrkirche zu den Schotten. Viennae, 1866, typis Ludov. Mayer. — Am Ostermontage in der Stifts- und Pfarrkirche zu den Schotten. Viennae, 1867, typis Ludov. Mayer. — Am ersten Sonntage nach Ostern in der Stifts- und Pfarrkirche zu den Schotten. Viennae, 1868, typis Ludov. Mayer.

VI. Predigt zur Patronatsfeier des Kranken-Institutes für Handlungs-Commis am Pfingstmontage 1865. Viennae, 1865, typis congr. Mechith.

VII. Orationes nuptiales: Herzliche Worte der Liebe und Freundschaft, gesprochen bei der Vermählung des Herrn Andreas Schubert mit dem Fräulein Anna Fleuriet am 14. Febr. 1855. Viennae, 1855, typis congr. Mechith. — Herzliche Worte, gesprochen bei der Vermählungsfeier des hochgebornen Herrn Horaz de Vaudrie Glenkworth mit Helena Baronin Lederer am 6. Juni 1869. Viennae, 1869, typis congr. Mechith. — Herzliche Worte, gesprochen bei der Vermählungsfeier des hochwohlgebornen Herrn Anton Baron von Ludwigstorff mit Ihrer Erlaucht Anna Gräfin von Schönborn-Buchheim am 21. Iuli

1869. Viennae, 1869, typis congr. Mechith. — Herzliche Worte, gesprochen bei der Vermählungsfeier des Herrn Josef August Alfred Thomas mit Fräulein Johanna Veronika Emilie von Pitha am 4. Mai 1872. — Ansprache bei der goldenen Hochzeitsfeier Sr. Erlaucht des hochgebornen Herrn Franz Ernst Grafen von Harrach, Ritter des goldenen Vliesses, k. k. wirklichen geheimen Rathes und Kämmerers etc. etc. und Ihrer Erlaucht der hochgebornen Frau Anna, geb. Fürstin von Lobkowicz, Herzogin zu Raudnitz, gehalten am 29. Maii 1877 in der Schlosskapelle zu Prugg a. d. L. Viennae, 1877, typis et sumpt. A. Keiss et P. Horn.

VIII. Orationes pro festis anniversariis societatis, quae nomen habet a „Krippe“ in Breitenfeld: Anrede bei Gelegenheit der 13. Jahresfeier. Gehalten am 4. Nov. 1862. — Anrede bei Gelegenheit der 15. Jahresfeier am 4. Nov. 1864. — Ansprache, als am 12. Nov. 1864 dem Hochwohlgebornen Herrn Dr. Franz Ritter von Heintl, als dem Vorstande des Central-Krippenvereines, das Ritterkreuz des Franz Joseph-Ordens im Consistorialsaale der k. k. Wiener Universität feierlich überreicht wurde. — Anrede bei Gelegenheit der 16. Jahresfeier am 4. Nov. 1865. — Anrede bei Gelegenheit der 19. Jahresfeier am 4. Nov. 1868.

IX. Oratio habita in 11. consessu societatis a s. Iosepho de Arimathaea. Viennae, 1867, typis C. Ueberreuter.

X. Orationes ad programm. societatis dictae Frauen-Wohlthätigkeitsverein, in regione urbis Neubau: Beim 25. Jahresbericht für das Jahr 1873. Viennae, 1874, typis congr. Mechith. — Beim 27. Jahresbericht. Viennae, 1876, typis congr. Mechith.

Schuech Ignatius (Cremifanensis), Moravus Kornicensis, die 1. Maii 1823 natus, studia humanitatis in gymnasio Triboviensi, philosophiae Viennae absolvit; die 11. Sept. novitiatum ingressus, disciplinas theologicas in lyceo Linciensi didicit; votis sese sollemnibus die 4. Aug. 1847 obstrinxit et s. presbyteratus dignitate auctus est die 19. Iun. 1848. 1848—52 cooperator in Eberstallzell, 1852—54 cooperator in Viechtwang; ex illo tempore disciplinae pastoralis et catecheticae in instituto theologico domestico ad s. Floriani professor; ab anno 1877 rr. episcopi Linciensis consiliarius. Scripsit:

Handbuch zu den Vorlesungen aus der Pastoraltheologie. (i. e. Compendium theologiae pastoralis.) Linz, 1866. II. tomi, quorum prior 272, alter 312 p. continet. 8°. Cuius libri celeberrimi anno 1866 prima editio, quarta 1879 duaeque in linguam Hungaricam translationes prodierunt.

Idem praeterea in annalibus „Linzer theologische Quartalschrift“ has dissertationes vulgavit:

I. Die Feier der Messe für die Verstorbenen. (i. e. Celebratio missae pro defunctis.) Vide: „Linzer theologisch-praktische Quartalschrift“, 1867—69.

II. Die Orationen und Commemorationen in der Messe. (i. e. Orationes et commemorationes in celebratione missarum.) Ibid. 1868. p. 379—417.

III. Das Verfahren bei der Feier der drei Messen am Weihnachtsfeste und überhaupt bei der Bination. (i. e. Quae in celebratione trium missarum in festo nativitatis D. N. I. Chr. et universim in binatione observanda sint.) Ibid. 1877. p. 105—115.

IV. Die Feier der Brautmesse mit der benedictio sollemnis nuptiarum. (i. e. De celebratione missae pro sponso et sponsa cum sollemni benedictione nuptiarum.) Ibid. 1877.

V. Die Begräbnissfeier der vor dem Gebrauche der Vernunft aus diesem Leben geschiedenen christlichen Kinder. (i. e. De sepultura parvulorum ante usum rationis defunctorum.) Ibid. 1878.

VI. Die Weihungen in der Vigil des Dreikönigsfestes. (i. e. De benedictionibus in vigilia Epiphaniae Domini faciendis.) Ibid. 1878.

VII. Die Feier einer sollemnen Votivmesse am Erntefeste. (i. e. De celebratione missae votivae sollemnis in gratiarum actionem pro frugibus terrae.) Ibid. 1878.

Schükürian Nerses (Mechitharista), Constantinopoli die 17. Iun. 1827 natus, Viennae in Austria habitu s. die 21. Nov. 1843 indutus, die 25. Mart. 1847 vota emisit, et die 1. Maii 1853 consecratus est presbyter. Ab anno 1860 fungebatur Tergesti in collegio (= gymnasio) Mechith. Vienn. munere directoris et professoris humanior. studiorum. Anno 1864 infirmae valetudinis causa Constantinopolim missus, ibidem (vix 37 annos natus) supremum obiit diem.

Opera eius in ling. Neo-armena typis edita:

I. Կոնրատ կայսր ու զարմանալի, i. e. Imperator Conradus et puer mirabilis. Narratio romanensis ex ling. Germ. translata. Viennae, typis Mechith. 1859.

II. Յաւաց խցիկը կամ Կիպուրկ, i. e. Cubiculum dolorum, sive Kiburg. Narratio romanensis ex ling. Germ. translata. Viennae, typis Mechith. 1860.

Schütz Ludovicus (Scotensis), Viennae in Austria natus die 14. Sept. 1811, cum gymnasii studia et philosophica in univ. Vindob. coluisset, die 30. Sept. 1829 s. habitu indutus, votis sollemni ritu die 30. Sept. 1832 nuncupatis emensoque s. theologiae in univ. Vindob. cursu primitias célebravit die 9. Nov. 1834. Statim deinde curae animarum addictus, cum cooperatorem egisset strenuum in Pulkau et 1843—1853 in suburbio Vindob., dicto Campo Scotorum parochiam suscepit ad s. Michaelem in Pulkau, qua per 26 continuos annos egregie administrata, parochus designatus est in Gumpendorf in regione urbis VI., cuius partes hucusque tuetur, civis honorarii Pulkaviensis dignitate insignitus.

Typis edidit concionem:

I. Predigt bei Gelegenheit der 700jährigen Jubelfeier der Pfarrkirche zum heil. Michael in Pulkau am 2. Mai 1858. Viennae, typis A. Schweiger.

II. Concionem secunditialem et primitialem: Bei Gelegenheit des 50jährigen Priesterjubiläums des Herrn Georg Verderbers, emerit. Pfarrers in Retz. Viennae, 1858, typis A. Schweiger. — Zur Primizfeier des P. Gottfried Schmid o. s. B. zu den Schotten in Wien, gehalten in der Pfarrkirche zu Pulkau. Viennae, 1859, typis A. Schweiger.

Schultes Sigismundus Ioannes Evang. (Scotensis), haud ignobili genere natus Vindobonae die 26. Sept. 1801; tenera adhuc aetate patribus piarum scholarum erudiendus est traditus. Absolutis dein in gymnasio Iosephino humanioribus studiis philosophiae in univ. Viennensi vacabat tanto cum successu, ut, cum in familiam Scotensem suscipi supplex fieret, facillimum ibidem aditum invenerit. Itaque die 19. Oct. 1819 sacra veste benedictina indutus, cum luculenta sacrae suae vocationis specimina dedisset, die 20. Oct. 1822 emissa sollemni votorum sponsione Deo se consecravit biennioque post die 8. Sept. 1824, primam hostiam immaculatam Deo obtulit. Proximo mense eiusdem anni cooperator missus est ad parochiam in Gaunersdorf, unde biennio expleto in urbem redux eodem munere in suburbana parochia Schottenfeld per duos annos est functus, praeprimis intentus sacris concionibus, quae causa fuerunt, ut sacra parochiae claustralis cathedra vacante 1828 ex ea ad populum dicere iuberetur. In monasterium igitur recessit praeco verbi divini simulque curatus. Ineunte vero anno scholastico

1830 vocatus ad erudiendam in praeceptis s. religionis gymnasii ad Scotos iuventutem non diu sed totus hoc officio est functus. Defuncto enim 17. Nov. 1831 Andrea praesule monasterii, omnium fratrum consensu electus est abbas die 26. Ian. 1832 perendinoque die post sacra infula pedoque sollemni ritu initiatus regimen monasterii suscepit. In hoc gravissimo munere et lato officiorum campo quot et quanta merita domi forisque per annos fere triginta cumulaverit, singillatim enumerare cum nimis longum foret, ea nonnisi relaturi sumus, quae inter cetera eminent. In primis memor se Christi in monasterio agere vices summopere enixus est, ut disciplina floreret regularis. Multas aedes sacras divino cultui dicavit. Verumtamen non neglexit, quae ad externum vitae cultum ac gregis sibi commissi utilitatem pertinere censebat. Ipsi etiam monasterio, ab Andrea abbate aedificari coepto, ultimum lapidem imposuerat iam primo regiminis sui anno. Et quod gymnasium ad Scotos attinet, nullis omnino sumptibus pepercit tum in alendis excolendisque futuris magistris, tum in adquirendis docendi adminiculis. Verum, ubi fructus diuturni laboris ei iamiam adridere coeperunt, turbulentissima illa exorta est tempestas anno 1848. Tamen animum minime despondit; qua re factum est, ut damna asceterio inlata iam resarcirentur, cum subito die 24. Iul. 1854, causa adhuc usque inexplorata, ortum est ingens incendium, quo elapsis quinque horis tecta omnia aulae Scotensis, ex cupro solidissime constructa, conflagrarunt. Triennio post die 26. Ian. 1857 vicesimum quintum electionis suae diem anniversarium sollemniter celebravit. Sed et publicis negotiis paene obrutus erat. Anno enim 1833 societas a colenda parsimonia eum elegit, qui praesidis locum teneret; anno proximo c. r. vicedirector studii theologici nominatus in collegium s. theologiae doctorum cooptatus est; in qua dignitate, quam bene meruerit, documento est, quod alma universitas Viennensis eum pro anno scholastico 1851 rectorem magnificum salutavit. Fuit quoque c. r. et ap. maiestatis consiliarius nec non deputatus ordinum provincialium inferioris Austriae. Septimo a fundatione monasterii ad Scotos ad finem vergente saeculo die 1. Mai 1858, dispositis omnibus, festum saeculare celebratum est per octo continuos dies. Ad quod rite celebrandum, quam multa prudenter ac liberaliter abbas praeparaverit, longum est enarrare. Huius viri insignia merita tam domestica quam publica haud ignorans augustissimus imperator cruce equestri c. r. ordinis Leopoldini pectus eius decoravit ipso die iubilaei saecularis. Verumtamen triennio post correptus pulmonum inflammatione extremum vitae diem morte confecit die 21. Mart. 1861, anno 29. regiminis sui, vitae 60.

Typis edidit conciones:

I. Predigt bei Gelegenheit, als der in der Pfarre St. Laurenz im Schottenfelde gebildete erste organisirte Kirchen-Musikverein Wiens am Feste der heil. Cäcilia das statutenmässige Dankfest beging. Viennae, 1828, typis congr. Mechith.

II. Zur priesterlichen Jubelfeier des hochwürdigsten Herrn Abtes zu Göttweig, Dr. Altmann Arigler, k. k. Regierungsrathes. Am 20. Iuni 1843. Viennae, typis congr. Mechith.

III. Christliche Worte bei Gelegenheit der Segnung der Nationalgarden-Fahne der Gemeinden Reindorf, Braunhirschen und Rustendorf am 4. Sept. 1848. Viennae, typis Ferdinandi Jahn.

IV. Statuta monasterii B. M. V. ad Scotos Viennae. 1 vol. 4°. Viennae, 1860, typis Caroli Ueberreuter.

V. Antrittsrede und Abschiedsworte des für das Studienjahr 1850/1 gewählten P. T. Rectors der Wiener Universität. Ipsi duo sermones typis mandati atque in archivo universitatis Vienn. repositi servantur.

Schumacher Henricus (a s. Petro Salisburgi), Austriacus ex Weitra, natus 29. Nov. 1799, novitius 1. Nov. 1819, monachus professus 1. Nov. 1822, neomysta 31. Aug. 1823, exinde per 28 annos docuit tum in gymnasio Salisburgensi (17 annos) disciplinas humaniores et in lyceo historiam universalem et philologiam, additis curis et laboribus magistri novitiorum et bibliothecarii, praefecti seu directoris gymnasii, tum Ottoburae, ubi clericos philosophiam, et Augustae Vindelicorum, ubi primum disciplinas humaniores, dein, rector studiorum catholicorum ac simul scholarcha provinciarum Sueviae et Neoburgi et commissarius regius bibliothecae circuli et urbis Augustae Vindel. nominatus, historiam universalem et Bavaricam et archaeologiam docuit tanto cum successu, ut a rege Ludovico moneta pro meritis de principe et patria decoraretur. Obiit 12. Apr. 1852.

Leitfaden der allgemeinen Weltgeschichte. (i. e. Historiae universalis analysis.) Ms. in 4°. 3 tomi. 1840—48. Archiv. CCLXXXVIII. 1—3.

Schuster Beda (Mellicensis), in Purgstall, Austriae inferioris oppido, die 24. Iun. 1724 natus, 1742 die 1. Ian. s. P. Benedicti regulam professus et 1748 die 13. Oct. sacerdotio inauguratus est. Dignus Hieronymi Pez discipulus, qui professor litterarum humaniorum, theologiae et linguae Graecae magnis in laudibus fuit, et cum bibliothecae cura ei concredita fuisset novum librorum indicem, assidui quotidianique laboris opus, conscripsit. Vir iam decrepidus praesuli Urbano a secretis esse iubetur, quo in munere archivum Viennae facilem et concinnum in ordinem disposuit. Ad monasterium, amore solitudinis captus, redux, reliquo vitae suae tempore archivo domestico praefuit, donec die 3. Febr. 1806 diem obiit supremum. Vir, qui multis variisque perfunctus laboribus, a pietate in Deum et homines, Germana fide, veritatis diligentia, morum severitate et modestia et a continuis litterarum studiis nobile adsecutus est nomen.

Scripsit:

I. Assertiones theologicae de peccatis, gratia et merito, quas anno 1748 die 7. mensis Iunii publice propugnandas suscepit Beda Schuster aa. ll. et philosophiae magister s. theologiae in quartum annum auditor, eiusdemque pro prima laurea candidatus. Viennae Austriae ex typographia Kaliwodiana. Fol.

II. Directorium hebdomadarium. 4°. Ms. in bibliotheca Mellicensi.

III. Mellicensis monasterii exercitatio in thema: Rudolphus I. Electus. Viennae, 1753. 4°. Eine Schulübung. — De hoc opere in ephemeridibus prioratus Mellicensis haec adnotata inveni: Fuit productio seu peroratio cuiusdam exercitii scholastici in theatro auctore r. P. Beda, repetitore politiorum litterarum, et linguae Graecae professore, in hoc thema historicum: Rudolphus I. in Romanum Imperatorem electus, variis eloquentiae exercitationibus exhibitus a FF. Engelberto Müller, Alexandro Fixlmillner, Leandro Woller, et saecularibus a Ioanne Kimmerling, Ignatio Tuefl et Iosepho Pachner; omnes boni oratoris vicesque suas bene impleverunt; has orationes, cum ob argumenti dignitatem, tum ob purioris stili cultum reverendissimus dominus abbas Viennae typis mandari fecit et mihi aliisque fratribus distribuit. Conf. Ignaz Keiblinger, Geschichte des

Stiftes Melk. 1. Bd. 1002 p., am Ende der Anmerkung.

IV. Applausus musicus, cum reverendissimus illustrissimus ac excellentissimus dd. Ignatius Crivellius, patritius Mediolanensis, D. et A. S. gratia archiepiscopus Caesareensis, utriusque signaturae referendarius B. D. N. D. Benedicti div. provid. Papae praelatus domesticus, solii pontificii adsistens, ad s. caesareas maiestates cum facultate legati a latere nuntius apostolicus etc. etc. Mellicum illustrissima sua praesentia dignaretur, a musis Mellicensibus decantatus, anno 1754. Fol. Ms. in bibliotheca Mellicensi. — De hoc opere haec adnotata inveni: 3. Sept. 1754. Circa horam quartam pomeridianam hodie in sala exteriori productus est quidam applausus musicus, nomini et honoribus excellentissimi domini nuntii consecratus. Signa beneplaciti desuper dedit idem dominus nuntius. Pater Beda composuit versus, P. Marianus regens chori musicam.

V. Musarum Mellicensium communes inter totius Germaniae plausus vota serenissimo Iosepho II. Austriaco, regia imperii Germanice sceptra capessituro, in augusto summarum maiestatum adventu Mellicii decantata anno ab nato regum rege 1764. Vindobonae, typis Ioannis Thomae Trattner. 4°.

VI. Mellicensium officiosa musarum concertatio in Augusto procinctu regio inclytissimi Iosephi Austriaco, dum Europae expiatio, Germaniae obtestatio, et salus facta huic domui, anno Christi regis aeterni 1764 d. 8. Mart. Ms. in bibl. Mellic.

VII. Securitas Germaniae Iosepho II. Austriaco coronato nuper Romanorum et Germaniae rege pio, felici, Augusto, redeuntibus feliciter patriae patribus, applausu musico celebrata in devoto N. M. Z. eorum monasterio Mellicensi o. s. Benedicti, anno ab restituto humano generi salute 1764 die Aprilis. Vindobonae, typis Ioann. Thomae Trattner, caes. r. aulae typographi et bibliopolae. 4°.

VIII. Singgedicht (carmen musicum) bei der Durchreise Ihrer Majestät der Frau Maria Iosepha Prinzessinn aus Bayern, vermählten Braut Seiner Königl. Majestät Josephs des II. Römischen Königes, Erzherzogs von Oesterreich Durchreise nach Schönbrunn zum hohen Beylager den 21. Jänner des 1765 Jahres, in dem Kloster Melk Benedictiner Ordens unterthänigst abgesungen. Fol. Ms. — De hoc opere in ephemeridibus Mellicensibus haec adnotantur: 3. Ian. 1765. Coeptus est probari applausus coram regia sponsa die 21. producendus, quem R. P. Beda metro Germanico composuit, et organicus noster D. Georgius Albrechtsberger musica instruxit. 4. Ianuarii Beda curru et equis nostris iter Viennam adgressus est, ubi applausum Germanicum apposite et erudite compositum prelo subiici curabit. In secunda anticammera R. P. Bruno audiri fecit sua cymbala vulgo Maultrommel et accisiarius noster suum lusum cum scyphis vitreis, vulgo Das Gläsl Spiel.

IX. Rebecka, die Braut Isaaks. Ein Singspiel (drama musicum) am Tage als die Durchlauchtigste Kaiserl. Königl. Prinzessinn und Erzherzoginn zu Oesterreich Frau Maria Antonia vermählte Dauphine von Frankreich und Navarra auf der Reise von Wien nach Frankreich das Kloster Melk, Benedictiner Ordens mit höchster Gegenwart beehrte. Allda in unterthänigster Ehrfurcht abgesungen den 21. Ostermondes 1770, Wien, gedruckt bey Johann Thomas Edlen von Trattnern, kaiserl. königl. Hofbuchdruckern und Buchhändlern. 4°. — De hoc Bedae opere citatae ephemerides sequentia referunt: 21. Apr. 1770. Hora 8. Augustissimi et illustrissimi hospites drama musicum inscriptum: „Rebecka die Braut Isaaks“ cuius argumentum a P. bibliothecae custode subiectum P. Robertus Kimmerling tum temporis choragus modulate descripsit, spectatum ibant, secundisque admurmurationibus frequentius adprobabant.

X. Munera mystica Deo oblata a plurimum reverendo, religiosissimo ac doctissimo domino P. Roberto Wollfart, ordinis s. P. Benedicti in libero et exempto monasterio Mellicensi professo iubilaeo et seniore venerabili, cum sollemni ritu in festo Epiphaniae domini iubilaeus sacerdos sacra faceret. Cecinit nobilis ac ingenuus adolescens Ioannes evangelista Kimmerling, poëseos studiosus, et iubilaei sacerdotis affinis. 1751. —

De hoc opere ephemerides citatae: 6. Ian. 1751. Ante mensam obtulit reverendissimo domino opus suum „Labor pius“ secundo neomysta Robertus Wollfart, et reverendissimi domini nepos ex sorore, Ioannes Kimmerling ante mensam peroravit ut poëta carmina, quae composuit R. P. Beda, rhetoricae ac poëseos professor, cui ille in tesseram gratitudinis dedit duos aureos, iuveni peroranti imperialem ac alumnis, qui periochas hospitibus distribuebant, quartuor Marianos.

XI. Ecloga Seladon, in optatissimo adventu eminentissimi et celsissimi principis S. R. E. cardinalis Christophori de Migazzi Waal et Sonnenthurn etc. etc. archiepiscopi Viennensis et perpetui administratoris ecclesiae Vaciensis, sac. caes. reg. et apost. mai. consiliarii actualis intimi etc. etc. In exempto coenobio Mellicensi ord. s. P. Benedicti decantata die 1. Iul. anno 1772. Fol. Ms. in bibliotheca Mellicensi. — De hoc ecloga ephemerides Mellicenses: 29. Iun. 1772. Venit archiepiscopus Viennensis Migazzius. Sub vesperam ecloga in eius honorem a bibliothecae custode facta et a P. musurgo Roberto musicis notis expedita in scenam dabatur, quae perendie quoque altera die agebatur. Auctor est Beda Schuster. 1. Iul. 1772. Sub prandio rursus musica, vesperi autem operetta seu ecloga musica in honorem eminentissimi domini de Migazzi, composita a R. P. Beda, et ad numeros musicos redacta a R. P. regente chori, qua mirifice videbatur delectari, sicut sub prandio dum Fr. Romanum tuba canentem audisset, iussit ad se vocari, petiitque a praesule nostro, ut liceat mensae assidere, promisit fratri, ab se ordinandum, instititque, ut a novitiatu liberatus curae P. prioris subdatur.

XII. Regula emblematica sancti Benedicti. Opus posthumus admodum reverendi P. Bonifacii Gallner, monachi Benedictini in libero et exempto coenobio Mellicensi, nunc primum e bibliotheca eiusdem coenobii luci publicae datum A. R. S. 1780. Vindobonae. Typis Ioannes Thomae nobilis de Trattnern, sac. caes. reg. maiest. typogr. et bibliop. Fol. — Ad huius operis historiam in iam saepe dictis ephemeridibus sequentia reperi: 19. Nov. 1780. Cum nuper typis elegantissime impressa prodiisset regula emblematica, opus posthumum nostri R. P. Bonifacii Gallner, quaedam de huius operis editione a R. P. Beda, bibliothecae nostrae praefecto adcurata hic inferenda iudicavi. Collegerat nimirum reverendissimus noster a quibusdam professis Mellicensibus ad alleviandos sumptus pretiosi huius operis 1012 fl. 34 kr., his ipse addere debuit 1329 fl. 14 kr. Impressum est hoc opus in nitidissima charta apud D. de Trattnern et quidem 1000 exemplaria, ex his 50 in charta maiori hollandica excusa sunt, quae augustissimae nostrae, summo pontifici et tribus cardinalibus, nuntio apostolico: Cardinali Migazzi, universis abbatibus et etiam 11 religiosis nostris contribuentibus, aliisque donata sunt. Penicillum Gallneri nostri sculptura sua insigni imitatus est D. Landerer, cui pro singulis imaginibus, una cum cupro soluti sunt 3 fl. universim cum essent 179 icones 567 fl. D. Trattner solvit pro impressione et quorundam exemplarium reimpressione 1774 fl. 28 kr. eique reliquit dividenda 800 exemplaria, eo pacto, ut cum constaret 5 fl. quintus florenus venditori caderet. Magnificum certe et splendidum opus, quod tamen vereor, ne plus admirationis quam laudis sit habiturum.

XIII. Die Kinderzucht einer Mutter nach der Mode. (i. e. Educationis modus matris moderni aevi, comoedia.) Ein Lustspiel in drei Aufzügen. Ms. Producebatur Mellicii die 10. et 15. Aug. 1768.

Schwarz Henricus Fidelis (Michaelburanus), Salisburgensis. Natus in Saalfelden 24. Apr. 1819, prof. 24. Sept. 1843, sacerdos 1. Aug. 1844. Studiis theologicis absolutis ei schola conventualis, in qua pueri cantantes docentur, tradita est. Hanc administrat ab anno 1843 usque ad hodiernum diem. Praeter hanc scholam etiam per viginti et duo annos parvulis primae classis catechesin in rudimentis nostrae sanctissimae religionis impertitur. Propter operam indefessam, cui non parcit in erudiendis parvulis, vi decreti 23. Dec. 1874 ab augustissimo nostro imperatore

Francisco Iosepho I. meritoria cruce aurea cum corona decoratus, et a reverendissimo domino abbate Nicolao IV. (Thalhammer) subprior designatus est.

Prelo tradidit sequentia opera:

I. Christliche Kinderzeitung. (i. e. Ephemerides christianae pro iuventute.) Salisburgi, 1850. Typis Fr. X. Duyle (A. Lindig). 192 p. 8°.

II. Kleine Lebensbilder in Erzählungen für die Jugend. (i. e. Imagines vitae parvae in narrationibus pro iuventute.) Salisburgi, 1855. Typis Fr. Xav. Duyle. 70 p. 8°.

III. Katechetisch-homiletisches Repertorium, oder: vollständiges Auffindebuch von Erzählungen, Gleichnissen, Beispielen, Erklärungen, Notizen zur Erläuterung und Veranschaulichung eines jeden Katechismus für Prediger und Katecheten. (i. e. Catechetico-homileticum repertorium vel: Liber plenus explicationibus, notitiis, parabolis et exemplis ad explicandum et declarandum quemlibet catechismum pro concionatoribus et catechistis. Cum approbatione archiepiscopali.) In 7 tomis. Scaphusiae (Schaffhausen), 1855 — 1865. 8°. 1. tom. XII et 479 p., 2. tom. XVI et 536 p., 3. tom. XVI et 672 p., 4. tom. XX et 732 p., 5. tom. XIV et 554 p., 6. tom. XVI et 724 p., 7. tom. XXIV et 328 p. Hoc opus a P. Bellet in linguam Francogallicam translatum est; I. editio in publicum prodiit Vesuntione (Besançon), 1858. II. vero Parisiis, 1869.

IV. Gute Lehren für Jung und Alt, in kurze Erzählungen eingekleidet. (i. e. Admonitiones salutares pro iunioribus et senioribus narratiunculis brevibus vestitae.) Salisburgi, 1857. Typis Francisci Endl. 12°. VIII u. 75 p.

V. Erholungsstunden. Eine Reihe kurzer Erzählungen im Geiste Ch. v. Schmids. (i. e. Recreationes. Series narratiuncularum scriptarum in spiritu Chr. de Schmid.) Scaphusiae, 1859, 1860 et 1873. 3 tomi. Quilibet cum imagine tituli. 16°. Ratisbonae, G. Manz. Jedes Bändchen M. 2. 25. 1. und 2. tom. XX et 640 p., 3. tom. XIV et 336 p.

VI. Gespräche für Kinder zum Vortragen wie auch zum Lesen. (i. e. Colloquia pro parvulis ad recitandum et legendum.) Salisburgi, 1858 et 1859. Typis Francisci Endl. 16°. 1. tom. 64 p., 2. tom. 64 p.

VII. Schulgebete für alle Tage des Monates. (i. e. Preces ante et post eruditionem recitandae.) Salzburg. Typis Francisci Endl. 1860. 24 p. 16°.

VIII. Der heilige Vater. Ein Gespräch für Kinder zum Vortragen wie auch zum Lesen. (i. e. Pater sanctus colloquium pro parvulis ad declamandum et legendum.) Salisburgi. Typis Francisci Endl. 1861. 25 p.

IX. Kurze Fabeln für die liebe Jugend zur Belehrung und Erheiterung. (i. e. Fabulae breves pro iuventute dilecta ad docendum et exhilarandum.) Salisburgi, 1861 et 1865. 2 tomi. 1. tom. 32 p., 2. tom. 29 p., beide 16°.

X. Das Wichtigste aus der deutschen Sprachlehre, nebst hundert Aufgaben und einigen Kinderbriefen. (i. e. Maxime necessaria e grammatica Germanica una cum problematibus centum et epistulis nonnullis pro iuventute.) Salisburgi, 1861. Typis Francisci Endl. 46 p. 8°.

XI. Die Geschichte meines frühentschlafenen Vaters Cornel Schwarz. (i. e. Historia mei patris Cornelii Schwarz, immatura morte rapti.) Salisburgi, 1861. Typis Francisci Xav. Endl. 65 p. 8°.

XII. Die Geschichte meiner seligen Mutter Theresia Schwarz. (i. e. Historia meae matris pie defunctae, Theresiae Schwarz.) Salisburgi, 1864. Typis Francisci Xav. Endl. 42 p. 8°.

XIII. Franz Joseph, Kaiser von Oesterreich. (i. e. Franciscus Iosephus, imperator Austriae.) Ein Gespräch für Kinder. Salisburgi, 1862. 16°. 20 pag.

XIV. Das ehrwürdige Benedictinerstift Michaelbeuern. Ein Gespräch für Kinder zum Vorlesen wie auch zum Lesen. (i. e. Venerabile monasterium Benedictinorum Burae ad s. Michaelem. Colloquium pro parvulis, ad declamandum et legendum.) Salisburgi, 1865. Typis Francisci Xav. Endl. 33 p. 16°.

XV. Blumen kindlicher Liebe und Dankbarkeit. Ein Gespräch für Kinder zum Namensfeste des hochwürdigen Herrn Prälaten. (i. e. Flores pietatis filialis et animi grati. Colloquium pro parvulis ad diem nominis reverendissimi domini

abbatis.) Salisburgi, 1866. Typis Francisci Xav. Endl. 11 p. 16°.

XVI. Kyrie eleison! Ein Gebetbuch für das christliche Volk zur Erbauung und Tröstung in der Kriegszeit wie in allen andern bedrängten Zeiten. (i. e. Libellus precum pro populo christiano ad animos aedificandos et consolandos tempore belli et aliis momentis tribulationis.) Salisburgi. Typis Antonii Pustet. I. editio 1866. II. editio 1870. 196 p. 12°.

XVII. Sollen die Kinder bis zum vierzehnten Jahre in die Schule gehen? (i. e. Num parvulis usque ad decimum quartum annum schola frequentanda est?) Conloquium inter parochum et rusticum quendam. Salisburgi, 1869. Typis Francisci Endl. 15 p. 16°.

XVIII. Wie gefährlich das Viehhüten für Kinder sei. (i. e. Quam periculosum parvulis sit, pecora custodire.) Declaratum et recitatum in coetu magistrorum in Oberndorf, 15. Oct. 1868. Salisburgi, 1869. Sumtibus propr. Typis Francisci Endl. 11 p. 16°.

XIX. Weide Meine Schafe! (i. e. Pasce oves meas!) Conloquium de infallibilitate papae inter parochum quendam et rusticum, scriptis mandatum pro populo christiano. Salisburgi, 1870. Typis Franc. Xav. Endl. 33 p.

XX. Was sind die ärgsten Feinde des Lehrstandes? (i. e. Qui sunt inimici infestissimi magistrorum?) Sensualitas, stimulus carnis et superbia vitae. Explic. in coetu magistrorum in Holzöster (in Austria superiore), 19. Apr. 1870. Salisburgi, 1870. Typis Francisci Endl. 18 p. 16°.

XXI. Zu Gott den Sinn — durch Alles hin! (i. e. Ad Deum corda super omnia!) Admonitio benevola ad magistros et educatores; habita est in coetu magistrorum in Oberndorf, 30. Aug. 1867. Salisburgi, 1871. Typis Francisci Endl. 20 p. 16°.

XXII. Das Beispiel des Lehrers. (i. e. Exemplum magistri.) Explic. in coetu magistrorum in Franking, 4. Mai 1871. Salisburgi, 1871. Typis Francisci Endl. 21 p. 16°.

XXIII. Anrede an die Herren Jubellehrer Joseph Peterlechner und Valentin Hauch. (i. e. Adlocutio habita ad magistros iubilaeos Iosephum Peterlechner et Valentinum Hauch) in coetu magistrorum in Franking, 4. Mai, 1871. Salisburgi, 1871. Typis Francisci Endl. 27 p. 16°.

XXIV. Wie schädlich es sei, wenn Kinder von ihren Eltern zu oft in das Gasthaus mitgenommen werden. (i. e. Quam periculosum sit, si parvuli saepius cum parentibus suis diversorium frequentent.) Explic. in coetu magistrorum in Moosdorf, 17. Iul. 1871. Salisburgi, 1871. Typis Francisci Endl. 39 p. 16°.

XXV. Drei empfehlenswerthe Lehrbücher. (i. e. Tria enchiridia commendanda: Naturae, sacra scriptura et conscientia.) Explic. in coetu magistrorum in Ostermiething, 13. Oct. 1870. Salisburgi. Typis Francisci Xav. Endl. 18 p. 16°.

XXVI. Jesus am Oelberge. (i. e. Iesus in monte Oliveti.) Betrachtungen und Gebete für die sogenannten Oelbergsandachten in der heil. Fastenzeit. Salzburg, Endl. 1. Aufl. 1871. II. ed. 1873. 15 p. 8°.

XXVII. Das Turnen. (i. e. Ars athletica.) Conloquium inter sacerdotem et matrem rusticam. Salisburgi, 1872. Typis Francisci Endl. II. edit. societati athleticae Salisburgensi (Turnverein von Salzburg) anno 1879 concessa. 20 p. 16°.

XXVIII. Gehören die Kinder in die Kirche? (i. e. Num parvuli in ecclesiam mittendi sunt?) Explic. et resp. in coetu magistrorum in Ostermiething (in Austria superiore), 4. Sept. 1873. Sumtibus societatis typographicae Salisburgensis (des salzburg. Pressvereines). Salisburgi, 1873. Typis Zaunriethianis. 14 p. 8°.

XXIX. Anreden zur Feier der Decoration am 4. Febr. 1875. (i. e. Adlocutiones ad sollemnitatem decorationis.) Salisburgi, 1875. Typis Francisci Endl. 12 p. 16°.

XXX. Für Gott, den Kaiser und das Vaterland! (i. e. Pro Deo, imperatore et patria!) Exhortatio, habita festo nativitatis imperatoris nostri Francisci Iosephi I. 20. Aug. 1876 in ecclesia nostri monasterii Michaelburani. Salisburgi, 1876. Typis Francisci Endl. 14 p. 16°.

XXXI. Das Tabakrauchen von Kindern. (i. e. Quam periculosum parvulis sit, e Nicotiana suffire.) Explic. in coetu magistrorum in Obern-

dorf, 13. Oct. 1875. Salisburgi, 1876. Typis Francisci Endl. 18 p. 16°.

XXXII. Ein liebliches und lehrreiches Bild. (i. e. Imago alma et salutaris pro parentibus, magistris et parvulis.) Salisburgi, 1877. Typis Francisci Endl. 15 p. 16°.

XXXIII. Die heiligen Engel. (i. e. Angeli sancti.) Adlocutio habita in coetu magistrorum Burae ad s. Michaelem, 3. Sept. 1873. Salisburgi, 1877. Typis Francisci Endl. 35 p. 16°.

XXXIV. Praktisches Handbuch der Katechetik. Für Katholiken von Augustin Gruber, weiland Fürst-Erzbischof von Salzburg. Im Geiste des Hochseligen Kirchenfürsten fortgesetzt. Religionsunterricht für die Schüler der oberen Classen. (i. e. Enchiridion practicum doctrinae catholicae pro catholicis ab Augustino Gruber, pie defuncto principe archiepiscopo Salisburgensi. In spiritu piissime defuncti principis ecclesiae continuatum. Eruditio religionis pro discipulis classium superiorum.) Ratisbonae, 1876—78, I—IV incl. Sumtibus Alfredi Coppenrath. 1. tom. 309 p., 2. tom. 299 p., 3. tom. 232 p., 4. tom. 252 p. 8°. Hoc opus gaudet collaudatione R. principum ecclesiae archiepiscopi Salisburgensis, Francisci Alberti, et Caroli Iosephi, episcopi Rottenburgensis, equitis crucis magnae ordinis Fridericiani.

XXXV. Einhundert kurze Erzählungen und Parabeln. (i. e. Centum breves narrationes et parabolae.) Illustr. parvis imaginibus. Ratisbonae. Typis G. I. Manz. 218 p. 8°.

XXXVI. Das neue Schulgesetz. (i. e. De nova lege scholastica.) Explic. in coetu magistrorum 11. Apr. 1878. I. editio sumtibus propr., II. editio concessa societati paedagogicae Salisburgensi. 20 p. 16°. II. ed. in 8°.

Sub prelo versantur sequentia scripta:

I. Schlüsselblumen. (i. e. Primulae, breves narrationes pro iuventute dilecta.)

II. Schauspiele und Gespräche für die liebe Jugend. (i. e. Dramata et colloquia pro iuventute dilecta.)

III. Praktisches Handbuch der Katechetik für Katholiken. (i. e. Practicum enchiridion catecheticae catholicae pro catholicis.) Quintus et partim sextus tomus. Fünfter und theilweise auch sechster Band.

IV. Schulgebete. Preces ante et post eruditionem scholasticam recitandae. Nova et aucta editio.

V. Christlicher Kinderfreund. (i. e. Amicus parvulorum christianus.)

Manuscripte:

I. Die Geschichte der Conventschule. (i. e. Historia scholae conventualis.)

II. Pädagogisches Allerlei. (i. e. Quodlibet paedagogicum.)

III. Vergissmeinnicht. (i. e. Myosotis, narrationes breves, pro iuventute dilecta.)

Etiam animadverti potest, quod narratiunculae huius scriptoris non solum a pie defuncto Christophoro de Schmid, celeberrimo Nestore scriptorum pro iuventute, sed etiam ab Hermanno Rolfus, clarissimo paedagogo huius temporis, et ab admodum reverendo domino P. Engelberto Fischer in suo opere, epocham efficiente: „Die Grossmacht der Jugend- und Volkslitteratur“ parentibus, educatoribus et magistris commendatae erant, ut ab iuventute emerentur.

Praeterea tradidit hic auctor carmina occasionalia et alia additamenta ephemeridibus inserenda, utpote in: Die Salzburger Zeitung, Chronik von Salzburg, Münchener Jugendfreund, Jugendblätter von Isabella Braun, Josephsblatt, Rupertusblatt, Skizzenbuch aus Salzburg, Monica, Leipziger Jugendzeitung, Julius Kell's Zeitung für die Jugend, Blätter aus Salzburg von Reizenbeck, Zeitung des Salzburger Lehrervereines, den Schutzengel u. a. m.

Attamen huic auctori falso adscribitur a Iosepho Kehrein, qui per ephemerides „Blätter für litterarische Unterhaltung“ (Leipzig, Brockhaus, 4. Jahrg. 1868, No. 39, p. 619) in hanc errorem abducebatur, libellus sequens: Stephan Türr. Historisch-romantisches Zeitgemälde aus Oesterreichs jüngster Vergangenheit, Wien, 1868, 2 Bde. Auctor, de cuius operibus hic agitur, certissime imperatori suo augustissimo Francisco Iosepho I. tanta fide et tam fervente amore deditus est, ut non in deliciis haberet, labores suos et vires in honorem illius seductoris Hungarici conterere, et

illi viro thus spargere, qui imperatori nostro dilectissimo eiusque familiae venerandae et toti patriae vulnera tam gravia inflixerat.

Schwarzenbrunner Bonifacius (Cremifanensis), antea Iacobus, in parochia Garsten prope Styram urbem die 25. Ian. 1790 natus, tam humaniora quam severiora studia Cremifani absolvit. Die 8. Oct. 1807 s. ordinis veste indutus quadriennium theologicum in lyceo Linciensi percurrit ad s. professionem admissus die 6. Aug. 1812. Peracta professione matheseos et linguae Graecae in gymnasio professor; incruenti sacrificii primitias celebravit die 17. Ian. 1813. Ab anno 1815 physicam, ab anno 1820 simul historiam naturalem universalem docuit; 1821 secretarius c. r. commissionis pro investigando monasterii statu; ab anno 1824 observatorii astronomici director, obiit die 29. Aprilis 1830.

Vir intensissimis studiis deditus nulloque tempore labore vacuus pauca quidem typis vulgavit, at tanto maiorem manuscriptorum variorum numerum reliquit:

I. Erdbeben am Ostertag 1826. (i. e. De terrae motu, qui in festo Paschae 1826 accidit, relatio.) Bericht in der Linzerzeitung: „Bürgerblatt".

II. Kleine Uebersicht des meteorologischen Standes in Kremsmünster während der letzten zehn Jahre. (i. e. Succinctus prospectus status meteorologici Cremifani ultimo decennio.) Vide: „Schuhmacher's astronomische Nachrichten", Altona. IV. 153—156.

Libri manuscripti:

I. Elementa arithmeticae et algebrae. 1809. 4°. 36 p.

II. Notae ad elementa physicae R. Doettler. 516 p.

III. Anmerkungen zu Euler's Algebra. (i. e. Notae ad algebram Euleri.) 1811. 8°. 13 p.

IV. Elementa arithmeticae translata. 4°. 90 p.

V. Mathematische Notaten. (i. e. Notata mathematica.) 1814—15. 8°. 270 p.

VI. Differential- und Integralrechnung nach Mako. (i. e. Calculi differentiales et integrales secundum Makonem.) 1818. 8°. 140 p.

VII. Sammlung mathematischer Formeln. (i. e. Collectio formularum mathematicarum.) 1818. 8°. 84 p.

VIII. Abmessung einiger Stiftsgebäude und Stiftsgründe, mit Instructionen über Feldmessen mittelst Messkette, Messtisch, Astrolabium. (i. e. Metatio quorundam aedificiorum et agrorum monasterii cum instructionibus de dimetiendis agris per catenam et mensam mensoriam, astrolabium.) 1821—22. 8°. 77 p.

IX. Erläuterungen zu den Elementis physicae R. Doettler, Viennae, 1812. (i. e. Explicationes ad „Elementa physicae R. Doettleri".) 1814—1815. 4°. 536 p.

X. Beschreibung der physikalischen Apparate und Versuche. (i. e. Descriptio apparatuum physicalium et experimentorum.) 4°. 160 p.

XI. Adnotationes quaedam ad chemiam spectantes. 1821. 8°. 18 p.

XII. Nachträge zu den naturwissenschaftlichen Erläuterungen mittelst Gilbert's Annalen. (i. e. Addidamenta ad explicationes physicales iuxta Gilberti annales.) 1814—15. Tomi II. Prior 176, alter 155 paginis constat. 4°.

XIII. Apparatus ad experimenta physica.

XIV. Die Hauptwasserquellen des Stiftes in Bezug auf ihren Wasserreichthum gemessen. (i. e. De fontibus praecipuis, qui in monasterium Cremifanense influunt.) 1821.

XV. Anmerkungen zu Baumgartner's Naturlehre. (i. e. Notae ad A. Baumgartneri physicam.) 1828. 16°. 64 p.

XVI. Anmerkungen zur allgemeinen Naturgeschichte von Erxleben und Blumenbach. (i. e. Notae ad historiam naturalem universalem editam ab Erxleben et Blumenbach.) 1819—20. 4°. 163 p. Notandum: No. 9, 12 et 16 continentur etiam communi titulo „Erläuterungen zur Naturwissenschaft". (i. e. Explicationes scientiam rerum naturalium concernentes.) Tomi IV.

XVII. Adnotationes aliquae astronomiam practicam concernentes. 1810—13. Tom. III. (I. 181, II. 109, III. 203 paginis constat.) 4°. 1821—25.

XVIII. La Lande's Astronomie. 3. edit. Paris, 1792. (Excerpta ex hoc libro et adnotationes.) 1824—26. 8°. 96 p.

XIX. Tagebücher der astronomischen Beobachtungen und Resultate daraus. (i. e. Diaria observationum astronomicarum una cum resultatis.) Tomi III. (I. 181, II. 155, III. 37 paginas continet.) 1824—30. 4°.

XX. Astronomische Hilfstafeln, Berechnungsarten und Formeln. (i. e. Tabulae astronomicae auxiliares, calculorum methodi et formulae.) 1824—29. 4°. 128 p.

XXI. Calculi observationum Cremifanensium. IV. volumina.

XXII. Materialien zu einer Geschichte der Sternwarte und der Sammlungen in derselben. (i. e. Argumenta ad historiam observatorii astronomici Cremifanensis et collectionum, quae in eo adservantur.) 8°. 25 p.

Not. Manuscripta 1—22 adservantur in archivio astronomici observatorii Sign. VI. 1—22.

XXIII. Vorarbeiten zu einer Geschichte Kremsmünsters. (i. e. Apparatus et materiae ad conscribendam historiam monasterii Cremifanensis.) VIII. tomi, singuli 400 fere paginas continentes. Vide: Achleuthner Leonardus, Cremifanensis.

XXIV. Auszüge aus der Geschichte Kremsmünsters. (i. e. Excerpta ex historia monasterii Cremifanensis Mariani Pachmayr, Gabrielis Strasser I. et ex diario Bedae Plank.) Tomi II. 8°.

Not. 23 et 24 adservantur in archivio Sign. B. 93, 94.

XXV. Oeconomische Notaten. (i. e. Notata oeconomica.) III. tomi. 4°.

XXVI. Versuch einer Vereinfachung der Musikzeichen und einer kurzen Geschichte der Musik. (i. e. Propositio de simplicioribus notis musicalibus adhibendis cum brevi historia artis musicae.) 4°. 414 p.

Not. 25 et 26 adservantur in bibliotheca Sign. A. 137, B. 214.

Schwarzl Vincentius (Admontensis), natus in Radkersburg 21. Nov. 1781, vota sollemnia emisit 1. Aug. 1813, et 2. Oct. 1814 primitias celebravit sollemnes. Per quatuor annos cooperatoris in Landl munere fungens, in gymnasio domestico linguam tradidit Graecam 1810—1813, et usque ad annum 1829 in pari provincia Graecii vixit, adiecto 1813—19 munere praefecti in c. r. convictu. Anno demum 1830 in natale oppidum reversus vineas in Radkersburg et Luttenberg coluit usque ad obitum 2. Nov. 1852, paralysi intestinorum ex hac vita egrediens. In re vinaria et oeconomica optime versatus, sodalibus c. r. societatis oeconomicae in Styria merito est adscriptus. Edidit:

Der steiermärkische Winzer, oder leichtfassliche Anleitung zur Pflanzung und Pflege der Weinreben. (i. e. Brevis facilisque methodus culturae vitis.) Graz, 1844. 8°.

Schwedler Raymundus (Scotensis), Brünn in Moraviae urbe die 4. Oct. 1803 natus, cum ibidem gymnasii studia coluisset, s. habitu indutus est die 18. Oct. 1826. Triennio autem post egressus die 10. Aug. 1829, cum in alumnatum archiep. Viennae esset adscitus ibidemque studiis theologicis operam navasset, die 31. Iul. 1831 primitias celebravit et paulo post cooperator missus est in Retz et K. Ebersdorf. Unde in urbem redux ad s. Annam concionatorem egit Franco-gallicum, donec iterum receptus in familiam Scotensem die 12. Oct. 1835 vota sollemni ritu die 23. Oct. 1836 nuncupavit. Cooperator fuit exinde variis in locis, in Platt, Waitzendorf, Eggendorf. Unde in monasterium reversus, curatum egit et concionatorem et confessarium linguae Gallicae, Italicae, Bohemicae.

His officiis per 17 annos functus, valetudinarius vixit in monasterio usque ad diem 21. Iun. 1872, quo die mors eum abstulit.

Typis edidit:

I. Ehrendenkstein für das erprobte wohlthätige Wirken der Frauen zum Heile der Verwundeten, Verarmten etc. (i. e. Memoriae mulierum in favorem plagis morbisque inflictorum.) Viennae, 1848.

E lingua Gallica in Germanicam vertit:

II. Das Leben des heil. Franciscus v. Assisi, Gründers des Ordens der Bettelmönche. (i. e. Vita s. Francisci de Assisi.) Von dem ehrwürdigen Abbé Petit, Ehrendomherrn. 1 vol. 8°. Viennae, 1853, typis A. Schweiger.

Schwitzer Basilius (Mariaemontanus), natus in Pens vallis Sarnorum, in Tirol, 6. Ian. 1832, studia gymn. Meraniae multa cum laude absolvit. Ordinem ingressus 9. Oct. 1852 votis sollemnibus se obstrinxit 9. Nov. 1855, sacerdotio inauguratus est Brixinae 27. Iul. 1856. Studiis theol. in monasterio absolutis in univ. Oenipontana studio historiae universalis operam navavit. Ab anno 1858 in gymnasio Meranensi munere professoris historiae ac linguae Germanicae fungitur. Per plures annos convictum nunc „Mariaemontanum“ nunc „Rediffianum“ Meraniae est moderatus. In monasterio Mariaemontano invenitur liber scriptus, quem multum laudatum et a viris doctissimis maximi aestimatum saec. 14. conscripsit Goswinus, prior eiusdem monasterii et sacellanus ad hon: Leopoldi (Probi) Austriae ducis. Aliquot huius libri historici partes iam pridem prelo subiectae erant. Sed totum ac integrum librum in usum virorum litteratorum prelo subiecit, necnon commentatus indicibus exornavit P. Basilius, eique titulum imposuit:

Chronik des Stiftes Marienberg, verfasst von Goswin, Prior und Hofkaplan, herausgegeben von P. Basilius Schwitzer, Capitular dieses Stiftes. (i. e. Chronicon monasterii Mariaemontani, quod composuit Goswinus, prior et sacellanus, et in lucem edidit P. Basilius Schwitzer, capitularis eiusdem monasterii.) 8°. Oeniponte, sumptibus universit. librariae Wagnerianae. 1880.

Sebők Arcadius Franciscus (de s. Monte Pannoniae), in Nagy-Födémes com. Poson. in Hungaria natus die 26. Aug. 1826, habitu s. die 15. Sept. 1842 indutus, die 13. Iul. 1850 vota sollemnia emisit et eodem anno die 6. Aug. absolutis in monte s. studiis theologicis presbyter ordinatus est. 1850—51 orator a sacris —, 1851—52 simul et professor in monte sacro, 1852—58 professor gymn. Strigonii, 1858—59 bibliothecarius in abbatia de Tihany, 1859—70 denuo professor in lyceo archiabbatiali, 1870—73 administrator parochiae in Füss, 1873—75 bibliothecarius in Tihany, 1875—78 provisor domus ibidem, ex eo vero anno eodem officio in abbatia de Bakonybél fungitur.

Scripsit praeter minora quaedam:

I. Lélektani értekezés. (i. e. Dissertatio psychologica.) In progr. gymn. Strigon. 1853/4. 8°. p. 1—13.

II. Guzmics Izidor. Életrajz. (i. e. Vita Isidori Guzmics.) Ibid. 1856/7. 8°. p. 3—17.

III. Virgil Éneisze. Magyarítá Sebők Á. (i. e. Aeneis Vergilii in ling. Hung. conversa.) Esztergom. Horák. 1857. 8°. 294 p.

IV. Tanulságok Homerosból. (i. e. Quae ex Homero disci possint.) In lib. period. „Tanodai lapok“, 1856. 130 sq., 138 sq., 149 sq. p.

V. In libro: „Ifjusági Plutarch“ (v. Füssy): Homer. (i. e. Vita Homeri.) 1858. p. 192—206.

VI. Az ablaklámpa. (i. e. De lampade in fenestra.) In: „Szünórák“ (v. Füssy). 1864. p. 141—145.

VII. Ex carminibus, quae variis occasionibus scripsit, notatu maxime digna sunt: *a)* „Ölts

örömet", honoribus Iosephi archiducis occasione consecrationis ecclesiae cathedralis de s. M. Pannoniae die 27. Augusti 1876. Győr. Sauervein. 4°. 8 p. *b)* „Régi reménységünk", honoribus Ioannis card. Simor eadem occasione. 4°. 8 p. *c)* „Néma derültségben", honoribus Ioannis Chrys. Kruesz, eadem occasione. Ibid. 4°. 8 p. *d)* „Mily ünnepély fénye", honoribus Ioannis Chrys. Kruesz, cum ecclesiam cathedr. abbatiae de Bakonybél consecraret, die 22. Sept. 1878. 8°. 5 p. cet.

VIII. Lumpacivagabond. Fabulam hanc ab I. Nestroy Germanice scriptam in linguam Hung. convertit. 4°. 29 p.

Sedláček Benno (Břevnovieno-Braunensis), oriundus Pradlo Boh. natalem habuit 22. Febr. 1821; vestem ordinis obtinuit 1842, religionem Břevnovii professus est 3. Aug. 1845 et 1. Aug. 1847 sacerdos ordinatus. Erat Machovii parochiae cooperator, cum 1849 Braunam est vocatus, ut ibi in gymnasio doceret. Munere magistri in gymnasio functus est fere usque ad ultimum vitae diem, parvo excepto intervallo, quo culinae monasterii Braunensis praefectus cathedram non conscenderat. Mortuus est 27. Mart. 1874.

Annales gymnasii Braunaviensis anno 1856 editi ipsius scriptum in publicum retulerunt:

Die Division. Ein Fingerzeig für den Volksschullehrer, denkende und verlässliche Rechner zu bilden. (i. e. Divisionis, problematis arithmeticae dilucidatio.)

Seeauer Beda (a s. Petro Salisburgi), Austriacus ex Hallstatt, natus 28. Iul. 1716, novitius 8. Sept. 1732, professus 21. Sept. 1733, et finitis studiis theologicis et partim iuridicis 5. Iul. 1739 sacerdos ordinatus, primum anno 1743 professor philosophiae in univ. Salisburgensi electus est, quam biennio absolvit; dein successive secretarius abbatiae, poenitentiarius in Maria-Plain, concionator ordinarius ecclesiae universitatis, demum vicarius parochiae in Dornbach constitutus est, quam tamen mox dimisit 4. Iul. 1753, abbas ad s. Petri electus 4. Iul. 1753. Obiit optime meritus de litteris, monasterio et patria 21. Dec. 1785.

I. Neu angehendes Ordenskind des hl. Erzvaters Benedicti, da es noch in der Welt lebt, wie es in diesem Stand ihr Leben wohl anschicken und sich zum heil. Ordensstand bereiten solle, eingericht nach dem Geist der heil. Regel, mit einem kurzen Unterricht vor diejenige, welche sich wegen Eingehen in den Orden des hl. Vaters Benedict berathschlagen. (i. e. Institutio novitiorum.) Aus dem Lateinischen des P. Rupert Presinger. Salzburg, Mayr. 1737. 8°. 298 p.

II. Magistra virtutum B. V. Maria, in templo praesentata, per considerationes ascetico-morales proposita. Ibid. 1740. 12°.

III. Mysterium visitationis B. V. M. explanatum. Ibid. 1740. 12°.

IV. Marianischer Seelentrost auf alle Festtaeg Mariae, in geistlichen Betrachtungen und Andachtsübungen. (i. e. Meditationes Marianae.) Ibid. 1741. 8°. 147 p.

V. Militia angelica (encomium), eine Lobrede bei Einführung der heil. Michaelis-Bruderschaft in Salzburg. Ibid. 1743. 4°. 26 p.

VI. Novemdialia exercitia pro VII festis principalioribus B. V. Mariae. Augustae Vindel. Wolf. 1743. 8°.

VII. Geistliche Liebesgedanken von dem hochwürdigsten Sacramente des Altares in 52 Betrachtungen mit einem Zusatz. (i. e. Meditationes de SSmo.) Ibid. 1744. 8°.

VIII. Avita nobilitas argumentationis dialecticae pro thesi ex logica. Salisburgi, Mayr. 1744. 8°.

IX. Dissertatio de methodo, pro thesi logica. Ibid. 1744. 4°.

X. Dissertatio de praerogativis philosophiae theoreticae. Ibid. 1744. 4°.

XI. Epitome dialectices, pro thesi logica. Ibid. 1744. 4°.

XII. Systema mundi iuxta Copernicum, pro thesi menstrua. Ibid. 1745. 4°.

XIII. Magnetologia. Ibid. 1745. 4°.

XIV. Planetologia. Ibid. 1745. 4°.

XV. Philosophia antiquo-nova ad usum iuventutis academicae. Ibid. 1745. 4°. Tomi 2.

XVI. Concionator panegyrico-moralis, d. i. auserlesene in IV Theil verfasste Lob- und Sittenpredigten. (I. Vom hochwürdigsten Gut. 88 p. II. Von dem Leiden Christi. 270 p. III. Von der seligsten Mutter Gottes. 165 p. IV. Fest- und Gelegenheitsreden. 179 p.) Augsburg und Innsbruck, Wolf. 1753. Fol.

XVII. Lob- und Ehrenrede bei der feyerlichen Festbegängniss, als Sr. hochfürstlichen Gnaden Sigmund Christoph zum Bischof consecrirt worden und das erzbischöfliche Pallium erhalten. (i. e. Encomium.) Salzburg, 1753. Fol. 24 p.

XVIII. Concionator catechetico-moralis, d. i. Lehr- und Sittenpredigten über den katholischen Katechismus. (I. Auf alle Sonntage in 2 Jahrgängen. II. Auf alle Festtage in 2 Jahrgängen.) Augsburg und Innsbruck, 1756. Fol.

XIX. Ascesis Benedictina, seu varia opuscula ascetica iuxta mentem et spiritum s. P. Benedicti exposita ad praeparandum, excolendum et perficiendum spiritum vere religiosum, omnibus quidem religiosis, maxime autem sub regula s. P. Benedicti Deo servientibus proficua et necessaria. Opuscula 8 pluribus abhinc annis distinctis tomulis impressa opera et studio P. Ruperti Presinger (monachi ad s. Petrum). Editio novissima. Augustae Vind. et Oeniponti, 1757. 4°. 549 p.

XX. Lob- und Ehrenrede zur zweiten Profess des P. Hermann Sarsteiner und ersten heil. Messe des P. Heinrich Sarsteiner, beyde Professen von Monsee, am 17. Sept. 1758. (i. e. Sermo panegyricus.) Salzburg, 1758. Fol. 16 p.

XXI. Monotessarum evangelicum, seu historia evangelica ex quatuor evangelistis in unum volumen collecta opera et studio D. Godefridi Kroell. Opus in duos libros divisum ad facilem usum theologorum ac omnium eruditorum maxime autem verbi divini praedicatorum et s. scripturae interpretum accomodatum, litteratorum votis diu desideratum et luci publicae commissum nec non ad formandas conciones conceptibus moralibus illustratum. Augustae Vind. et Oeniponti, Wolf. 1759. Fol.

XXII. Das Opfer eines Gerechten. Lobrede (sermo panegyricus) bei der Erneuerung der Ordensgelübde des Abtes Bernard von Monsee. Salzburg, 1760. Fol. 24 p.

XXIII. Sermones pastorales et capitulares. 1753—85. Augustae Vind. Wolf. 1767—87. 4°. Tomi 5. I. 424 p., II. 494 p., III. 485 p., IV. 523 p., V. 859.

XXIV. Novissimum chronicon monasterii ad s. Petrum Salisburgi o. s. B. exhibens ordinem chronologicum episcoporum, archiepiscoporum et abbatum, qui ab anno 582—1772 monasterio ad s. Petrum praefuerunt. Praemissa disquisitione historico-critica de adventu, fundatione, et obitu s. Ruperti. Augustae Vind. et Oeniponti. Wolf. 1772. Fol. 683 p.

XXV. Kurze Erinnerungen von dem Sterbjahre und von der Grabschrift des Hl. Rupert ersten Bischofs zu Salzburg und der baierischen Landen Apostels, den historischen Anmerkungen des Dr. Ferdinand Sterzinger in seinem neuen Entwurf vom Zustande der bairischen Kirche unter dem ersten christlichen Herzog Theodo II. entgegengezetzt. (i. e. Memorabilia historica de s. Ruperto.) Salzburg, 1773. 4°. 24 p.

XXVI. De specialibus quibusdam virtutibus et vitiis oppositis quatuor partes. Salisburgi, 1779. 8°.

XXVII. Saecularis memoria defunctorum, sive compendium vitae et mortis religiosorum, qui in monasterio ad s. Petrum Salisburgi, o. s. B. ab anno 1682—1782 in Domino obierunt. Salisburgi, Mayr. 1782. 8°. 206 p.

XXVIII. Recollectio triduana pro neoelecto archiepiscopo Sigismundo com. de Schrattenbach ante consecrationem episcopalem composita. 1753. 4°. 23 p. Ms. in archivio sub CCLXII. 2. 8.

XXIX. Novissima registratura (repertorium) archivii monasterii ad s. Petrum Salisburgi. Ms. in 4°. Tomi 15. Archiv. sub SS. 2—17.

Seifert Kilianus (Lambacensis), natus Lichtenbergii in Silesia Borussica

die 4. Nov. 1833, sacerdos saecularis dioecesis Vratislaviensis die 2. Iul. anno 1859 monasterium ingressus die 12. Dec. anno 1863 ibique vota emisit sollemnia die 27. Ian. anno 1867 curaeque pastorali adscriptus nomen tulit non mediocre ab arte catechetica. Ab anno 1873 oeconomus maior denominatus et rei silvestri et venatoriae est praefectus.

Ex idiomate Gallico vertit:

Brullée M., Leben des ehrw. P. Maria Johannes Baptista Muard vom heiligsten Herzen Jesu. (i. e. Vitae Ioannis Bapt. Muard curriculum.) Aus dem Französischen. Wien, Franz Doll. 1876. 8° min. IV. 568 p.

Seitl Petrus (Raigradiensis), natus Austerlicii in Moravia anno 1747 30. Apr. in baptismate Augustinus vocatur; scholas elementares ibidem visitavit, humaniora et philosophiam Brunae audivit. A praeposito Bonaventura ultimo regiminis eius anno in nostrum adsumitur coenobium et Chuno appellatur; cum vero absoluto tirocinii anno sacram emisisset professionem in manus praepositi Othmari anno 1764 25. Nov. Petrus vocatur. Soror eius virgo ordinis Cisterciensis erat. Anno 1768 una cum fratre Benedicto duce P. Bonaventura Břevnovium mittitur ad studia theologica ediscenda, ubi per biennium commoratus sub priore Adalberto Raymann, viro disciplinae monasticae observantissimo, secundum huius relationes omni laude dignum se exhibuit; erat enim ad omnia promptus, humilis, observans et quietus, ita quidem, ut ex ipso consolationem haberet superior et exemplo illum aliis proponeret. In studiis vero tardus ingenii apparebat, quamvis nulli labori parceret; atque elapso, cunctis approbantibus, studiorum curriculo Pragae subdiaconatus et diaconatus et domum redux anno 1770 15. Sept. Raigradii presbyteratus ordines suscepit, quibus insignitus 14. Oct. Austerlicii primitias celebravit. Statim post catechista in pagis constitutus sedulo labore iuventutem in religionis scientia per quadriennium erudiebat et 1774 iurisdictione cooperatoria obtenta penes administratorem curatum Placidum Heisler animarum saluti incumbebat, quem tribus post annis ad finem Augusti 1777 in parochialibus exercendis secutus, ad finem dierum usque per viginti novem annos hanc provinciam medios inter turbines politicos ecclesiasticosque cum omnium laude administrabat, sicuti varia decreta et approbationes actis eius insertae testantur. Anno 1800 novitiorum simul magister erat. Qui ingenium inclarescentis tunc Iosephinismi perspectum habet, cuius fautorem, exemplis percrebrescentibus allectus, praepositus Othmarus plus aeque iterum atque iterum agebat, sane non mirabitur, quod concordia fratrum pluries apud nos labefacta unum alterumve e gremio Raigradiensi, in quibus etiam Petrum nostrum, ad officii sui partes deserendas sollicitabat. Quibus porro explicari possunt non solum diversae altercationes inter praepositum et P. Seitl nostrum, quarum decursu quoad iurisdictionem et praetensiones circa congruam sustentationem parochialem, mensam et investituram inconsiderate iterata vice ad decreta saecularia appellabat; verum etiam liquet, illum anno 1783 pro parochia Hodoniensi vacante et 1786 pro cathedra theologica pastoralis Bohemicae Olomucii concurrisse sperantem, fore ut quietem diu desideratam sic nancisceretur. Omnimodo

vero repulsus vicino obedientiae pede nec nunquam relaxato suum officium sollicite adimplebat, optimam sibi oratoris aeque ac curati famam adquirens. Anno 1778 columnam novam ad viam regiam, hucusque existentem, et 1783 statuam dolorosae B. M. V. in repositorio huius columnae benedixit. Anno 1805 diu noctuque in nosocomio Raigradii pro militibus erecto aegrotis et moribundis solatio assistebat, atque ex febri putrida in munere a Deo sibi adsignato hicce attracta Calendis Ianuarii sequentis animum exhalavit. Propter inundationem aquarum corpus defuncti et fratres concomitantes in curribus, populus in naviculis Raigradium traiecti sunt, ibique in coemeterio ad s. crucem corpus eius exanime honesto funere humatum fuit.

In bibliotheca Raigradiensi sequentia adservantur opera manuscripta P. Seitl:

I. Explicatio rhetoricae anno 1762 conscripta. Cod. pap. in 4°. sine pag. Msn. 506. Sign. F/K. II. α. 11.

II. Tractatus de sacramentis in genere et specie traditus a P. Gabriele Schmied Ben. Břev. anno 1769 conscriptus. Cod. pap. in 4°. sine pag. Msn. 521. Sign. F/K. II. b. 21.

III. Prolegomena theologiae tradita a R. P. Stephano Rautenstrauch conscripta anno 1769, — agitur de locis theologicis, unde theologus argumenta sua depromit de s. scriptura, de traditione, de patribus, ecclesia, conciliis, rom. pontificibus et de ratione. Cod. pap. uno fasc. in 11 ternionibus sine pag. in 4°. Msn. 525. Sign. F/K. II. b. 25.

IV. Tractatus de Deo uno et trino D. Stephani Rauttenstrauch, conscr. anno 1770. Cod. pap. in uno fasc. 11 tern. in 4°. Msn. 524. Sign. F/K. II. b. 24.

V. Tractatus de conscientia r. P. Iacobi Chmel Ben. Břev. theol. prof. descriptus anno 1770. Cod. pap. in uno fasc. 8 tern. in 4°. sine pag. Msn. 523. Sign. F/K. II. b. 23.

VI. Dissertatio de indulgentiis Stephani Rauttenstrauch, quam P. Gabriel Schmied ibidem professus et professor suis quoque discipulis communicavit, descripta anno 1770. Cod. pap. fasc. unus in 4°. tern. sine pag. Msn. 522. Sign. F/K. II. b. 22.

VII. Institutiones philosophicae ad praefixam normam monasticam concinnatae, anno 1774 conscriptae partes tres. Pars I. in 16 tern., pars II. in 13, pars III. in 4 ternionibus sine sign. pag. in 4°. Msn. 482. Sign. F/K. II. a. 48.

VIII. Physica generalis ex selectissimis diversorum, recentiorum tamen autorum scriptis congesta anno 1775. Cod. pap. in 22 plagulis sine pag. Msn. 488. Sign. F/K. II. a. 54.

IX. Conciones Bohemicae pro festis domini B. M. V. et sanctorum. Cod. pap. in 3 fasc. sine pag. in 4°. de anno 1772—97. Msn. 550. Sign. F/K. II. β. 16—18.

X. Conciones Bohemicae pro omnibus per annum dominicis. Cod. pap. in 2. fasc. sine pag. in 4°. de anno 1773—1805. Msn. 549. Sign. F/K. II. β. 14. 15.

XI. Exhortationes pro dominicis per annum Bohemicae, anno 1775—1804 conscriptae. Cod. pap. in uno fasc. sine pag. in 4°. Msn. 551. Sign. F/K. II. β. 19.

XII. Conciones Bohemicae tenoris varii, anno 1778—1802 congestae. Cod. pap. in 4°. sine pag. in uno fasc. Msn. 552. Sign. F/K. II. β. 20.

Seitz Michael (Admontensis), honestis Leobii parentibus natus 27. Maii 1713, Admontes voti compos factus 14. Nov. 1731, primum missae sacrificium 31. Aug. 1738 celebravit. Ad varia successive officia domi et foris destinatus, alumnos gymnasii instruxit, dein munere secretarii 1751—1754, praefecti in Gstatt 1754—56, et in Mainhartsdorf 1763—65 laudabiliter functus est. Vir in omnibus vere Benedictinus, prof. iubilaeus et per decem annos oculorum luce privatus obiit apoplexia tactus 21. Oct. 1784.

I. Archivum monasterii Admont. superioris Styriae, ord. s. Benedicti usque ad annum 1576. (Iam tempore r. P. Alberti de Muchar non amplius inveniri potuit.)

II. Geschichte des Stiftes Admont in zwei Bänden. (i. e. Monasterii Admontensis historia.) Ms. Anno 1865 flammis consumptum.

Sengschmitt Bertholdus Ioannes (Scotensis), natus Viennae in Austria die 19. Sept. 1801, poëta Germanus. Paterno genere ex Austria supra Anisum oriundus, Viennensi autem ex matre genitus, sinceritatem animi rusticam cum urbanâ mentis habilitate iam ipsâ nativâ indole coniungebat. Cuius pater, civis quidem Viennensis, sed pauperulâ conditione textor, honestiorem vitae locum filio sciendi cupido procuraturus, hunc anno 1812 PP. Piaristis in suburbio Iosephino scholam regentibus tradidit, per quos gymnasialibus doctrinis imbueretur. His absolutis, religioso tractus fervore, quem poëmate quodam ad vesana atheistarum molimina punienda a se tunc composito probavit, anno 1818 ordini s. Iosephi Calasantii insertus est; sed post unum annum litterarum amore, quem iterum carmine „Ad Musas“ 10. Aug. 1819 condito exserebat, abreptus, ad universitatem Viennensem transiit ibique philosophicas scientias per duos annos hauriebat. Quibus optime ornatus in monast. Scotensi anno 1821 die 28. Sept. unâ cum habitu Benedictino ominosum sibi Bertholdi nomen suscepit, quippe quod ingenii splendorem atque amicabilem animi affectum designaret; dein die 5. Oct. 1824 professus, die 27. Aug. 1826 presbyter ordinatus, paulo post in ecclesiâ Breitenleeensi ditioni Scotensi subiectâ primum Deo obtulit sacrificium incruentum, die 3. Sept. Anno 1827 die 4. Iul. cooperator in parochiam Stammersdorfensem dirigitur, ubi oeconomi etiam vices in latis monasterii praediis gerere debebat; et tantum ibidem, quasi in Tusculo suo, sibi complacuit, ut, cum die 8. Apr. 1828 in monasterium ad suscipiendum professoris in gymnasio munus revocaretur, lacrimoso plane carmine lapsam fortunam clamitaret. Immerito tamen; schola enim aptior ipsi arena fuit, in qua excellentiores pro suo ingenio laureas lucraturus erat. Usque ad finem anni scholastici 1842 in classibus, uti dicunt, grammaticalibus magistrum agens a discipulis propter paternam suam benignitatem aeque ac propter gratum se gerendi modum a confratribus magni habebatur: unde feliciter de tali vita sibi gratulans, iam per varia carmina eaque typis exarata tum s. P. N. Benedicti ordinem (1830), tum aedificii monasterialis funditus factam restaurationem (1831), tum carorum quorundam fratrum memoriam (docti P. A. Oberleitneri, † Iulii 1832) et festa (iubilaeum P. Meinradi Lichtensteiner per 25 annos gymnasio praefecti, fin. Iulii 1832) candido ardore celebrabat: quae carmina, ut communem fratrum vitam resplendebant, horum favorem ita incurrerunt, ut unum aliudve pro occasione, e. g. ab Hon. Kraus in suo „Denkbuch“ (1838), iterum imprimeretur. Incitatus itaque Bertholdus per collegarum applausum ex occasionali poësi ad subtiliorem lyrices cultum processit: mox inter familiares circulos receptus et teneris amicitiae vinculis ligatus, quae praesentia in ipso erant sentimenta canebat (v. g. Ian. ad Maii 1835); mox vero, durâ sorte amicis ereptus, solitudinem suam deplorans ea quae memoriâ et corde tenebat praeterita

exhibuit: ad Deum consolatorem suspiciens religionis et pietatis affectus fundebat: iam sibi restitutus et liberiore quasi motu oculos circumferens, quae in naturâ vidit delectabilia canebat, imo perversos mores hominum vel horum ad invicem conditiones diversas, ridendis semper, nunquam mordacibus, perstringebat facetiis: quae si quando ipsi deerant, iocosa derelinquens laudabili nisu ad serenas patriae laudes extollendas adscendit: ita tamen, ut immediate omnia ex valido animi affectu, gracili et nativo sermone fluere viderentur. Interim, anno 1837 mensib. Aug. et Sept. in Italiam iter instituit, Venetiis vero ultimum viae milliarium legit: ibique aliquot dies commoratus, sex pretiosa carmina lyrica exornavit; domum redux novum ex hoc itinere poëseos incitamentum sentiens, iocosa potissimum, sed quae animum simul moverent, componere perrexit et usque ad annum 1842 numerum 114 poëmatum complevit. — Isto autem anno archivarius monasterii et paulo post secretarius r. r. d. abbatis designatus, insuper mense Octobri ex grammaticalibus classibus ad docenda humaniora provectus, late sibi patentem officiorum campum invenit: archivum ex miserabili strue in ordinem redigendum, singula documenta notanda, et, quae in ipsis contineantur, ad succum saltem in catalogum referenda; in schola novum ideoque sinistrum adhuc pensum praestandum, quod tanto difficilius fuit, quo minus libri tunc temporis discipulorum manibus triti fini suo respondebant. Talibus curis distentus parum abhinc poëseos studio vacare potuit. Insudavit sedulus archivarius annalibus monasterii elaborandis, prout ipse E. Hauswirth in opere suo „Abriss einer Geschichte der Benedictiner-Abtei zu den Schotten“, anno 1857 edito, fatetur: se scribendae historiae Scotensi imparem futurum fuisse, nisi antehac Bertholdus per 20 annos materiam tam commode disposuisset. Scripsit etiam, anno 1843, ineunte suo in humanioribus scholis magisterio, compendium artis mathematicae, quod quamvis non ederet, tamen aptam in docendo normam sequebatur. Postquam vero prima eaque longe graviora in novis officiis stipendia meruerat, ad colendam poësin quandoque redire non sibi poterat negare: ast quem antea mobili vividissimâque ne dicam nugatoriâ indole fuisse cognovimus, iam, laboribus pressum, severiorem faciem induisse miramur, edisserentem: in quibus vera animi tranquillitas sit invenienda; ubi terrarum optime sibi et ita quidem placeat, ut mortis ibi somnum dormire velit, et eiusdem tenoris alia. Sed post reformata per totam Austriam gymnasia (1850) in solis semper linguis Germanâ et Latinâ sibi tam familiaribus discipulos instruebat, unde, aliquantulo liberius otium nactus, hilariore iterum animo iocosa sua carmina canere coepit, in quibus rustica illa apophthegmata, brevibus quatuor versibus absoluta, singulari laude nominentur. Ast iam anno 1851 gravi tussi laborans, invalescente morbo mense Martio 1852, professurâ pro restituendâ sanitate derelictâ, Badenam se contulit, si forte campestris aër ad medelam percipiendam profuturus esset; nihilominus eodem anno dissertationem de dialecto Austriacâ programmati gymnasiali 1852 inserendam typis mandavit, — quin opus videre perfectum dira mors ipsi concederet. Phthisi pulmonum confectus Badenâ revertit et, anno aetatis

suae 51. nondum completo, in mediis fratribus piam animam Deo et hominibus caram efflavit die 23. Iul. 1852. Sepultus est in eodem vico Breitenlee, ubi primitias olim celebraverat.

Postquam de vitae fatis egimus simulque exposuimus, quando quomodove ad scribendum motus sit, restat, ut de scriptis ex professo tradamus: quaenam adhuc supersint; quâ in formâ inveniantur, utrum impressa an manu solum scripta fuerint, vel quem titulum proferant; quomodo denique se habeant ad coaeva scripta aliorum similia.

a) Impressa numerantur:

I. Encomion iamb.: Der Orden des heil. Benedict. Bei Gelegenheit der Wiedererrichtung des Stiftes Metten in Baiern. (i. e. Ordo s. Benedicti. Ex occasione monasterii Mettensis in Bavaria recenter restituti.) Vindob. 1830, apud Franc. Ludwig. 8°. 8 p.

II. Carmen iamb., canens de: Grundsteinlegung des Stiftes Schotten am 6. Mai 1831. (i. e. De iacto primo fundamenti lapide pro aedificando monasterio Scotensi, die 6. Maii 1831.) Vindob. 1831, apud PP. Mechitharistas. 4°. 8 p.

III. Encomion iamb.: Dem Andenken unsers vielgeliebten Mitbruders des Hochw. Herrn Andreas Oberleitner (quem vide) etc. (i. e. Memoriae dilectissimi confratris nostri reverendi domini Andreae Oberleitner.) Vindob. 1832, apud Antonium nob. de Schmid. 4°. 7 p.

IV. Carmen allocutivum iamb., 6 tantum strophas continens: Dem Hochw. Herrn Meinrad Lichtensteiner (quem vide) etc. etc., da er 25 Jahre die Präfectur bekleidete. (i. e. Rev. dom. Meinrado Lichtensteiner, post absolutum in agendâ praefecturâ quintum lustrum.) Vindob., apud eundem, unicum folium. 4°.

In carminibus istis, cum sint „occasionalia“ vix de materia, sed de solo potius perorandi modo aliquid dicatur oportet; admiramur enim tum metri facilitatem tum styli subtilitatem, quâ, quae in communi etiam vita occurrunt, per poëticam periphrasin, per allegorias etc. splendidiorem vestem ostendunt; tamen carmina illa ab omni verborum inani cumulatione prorsus sunt immunia, ita ut omnimode classici aevi laudem attingant.

V. Dissertatio: Ueber den Zusammenhang der österreichischen Volkssprache mit den drei älteren deutschen Mundarten. (i. e. De nexu inter linguam Austriacam vulgarem et tres lapsorum Germanae litteraturae aevorum dialectos.) Ad progr. gymn. Vindob. 1852, apud C. Gerold et filium. 4°. 20 p.

Quippe cum illo tempore a multis ceterum doctis viris ignoraretur, Germanicam linguam, quali nunc in libris utimur, ex variis superioris mediaeque Germaniae dialectis quodammodo reconstructam esse; ita, ut perverso prorsus ordine, etiam contenderetur, varias dialectos et praecipue vernaculam Austriacam ex verbo scripto fuisse corruptas, Bertholdus, quae eius erat veteris linguae Germanae, immo et Gothicae peritia, patriae dialecti antiquitatem locupletibus argumentis demonstravit. Et quanquam, ut ipse fatetur, iam antea A. Schmeller idem asseruerat de dialecto Bavaricâ et, quod addendum est, M. Höfer de dialecto supra Anisum usitatâ, ipse solus in inferiore Austriâ pro virili parte decertavit, idque eo maiore cum successu fecit, quo facilius unicuique etiam minus docto rem suam planâ expositione insinuabat.

Aliqua denique carmina, decerpta ex collectione suâ manu scriptâ, variis ephemeridibus inseruit, e. g. in „Oesterreichisches Morgenblatt“, ddo. 25. Ian. 1841. — Praeter haec:

b) Manu ipsius scripta habentur:

I. „Estreicha Liadln.“ (i. e. Cantiunculae Austriacae.) Volumen primum, dialecto vernaculâ conscriptum, in densatam chartam compactum. 4°. 146 p. Incip.: „Dö deutschi Sprach. Dö deutschi is a scheni Sprach“, fin.: „So bleibt do non ans. 7. Jänner 1851“. Adserv. in bibl. Scot. Notâ 54, f. 15 (559). Continet, si ultima illa undequadraginta, quae supra laudavi, apophthegmata ternario tantum numero comprehendimus, 60 carmina, ad quorum cuiusque calcem dies compositionis cum anno appositus est.

II. Gereimtes und Ungereimtes. (i. e. Poëtica et prosaïca, vel potius, si tropicum sensum animadvertas, seria et iocosa). Volumen secundum, linguâ litteraria scriptum, in tegumenta ligatum. 4°. 83 p. Incip.: „Den Freunden. An meines Gärtchens Thüre“, fin.: „Der todte Strauss. 17. April 1850“. Adserv. in bibl. Scot. Notâ 54, f. 16 (559). Continet 65 carmina et epigrammata, in quibus tamen omnibus, non obstante titulo, bini semper versus extremis verbis inter se consonant. Dies compositionis ad calcem poëmatum singulorum legitur.

Istae collectiones sunt, quae veram iustamque Bertholdi gloriam efficiunt; quod clarius ex hisce patebit: Austriaci nostri saeculi poëtae in bifariam viam abierunt; alteri, scholam poëtarum recentiorum γερμανιζομένων sequentes, revolutionem civilem, omnium uti nunc sunt rerum contemptum, extremam libertatem politicam et alia huiusmodi fulminanti verborum fragore crocitant; alteri, talibus tumultibus abstinentes, cum musam tranquilliorem colant et, quae vere humana sunt, canant, incensis huius aevi hominum animis minus quidem adrident, pro posteriore tempore modestas suas laureas reservantes: In quorum numero etiam Bertholdus noster venit, qui, arctiores poëticae suae ditioni fines constituens et ex iis solum, quae quotidie sibi accidebant, canendi occasionem capiens, sua semper exhibet vel, ubi alium loquentem facit (e. g. den „zerstreuten Mathematiker“), suâmet indole adornat: unde facile etiam explicatur, quare baptismale eius nomen Ioannes (Hansl) toties in carminibus ipsius recurrat.

Singularem diligentiam in poëmata vernaculâ dialecto conficienda impendit: quamobrem opus illud „Estreicha Liadln“ volumen uti numerando prius, ita et principale et copiosius altero esse voluit; hanc provinciam vernaculam diutius (usque 7. Ian. 1851) coluit; doctâ dissertatione suam defendit dialectum: quae tamen non est incorrupta nostra campestris, sed, mixta ex litterariâ et alienis quoque linguis, urbana Viennensis, illo utique tempore in hodiernam luem nondum delapsa: secundum ingenium autem ex Bertholdi carminibus resplendens ista a poëmatibus immediate ex populo provenientibus nullo modo distinguntur, — qua laude maior illis tribui nequit. Inserendus igitur est Sengschmitt numero poëtarum Viennensium (G. Seidl, J. F. Castelli, Klesheim etc.), omnibus his, si quando opera eius in lucem prodierint, forte superior. Sed cur ipse, quanquam ab aemulo quoque Seidl excitatus, illa edere noluerit, in carmine quodam, cui inscribitur „D'Entschuldigung“ (excusatio) edicitur: Fore, ait, ut coram hominibus canens mox propter vocem (sc. vernaculam), mox propter animum suum (nulla ratione tumultuosum), mox propter istam vestem (utpote monachalem) carperetur; quare solis amicis se susurrare in abscondito, instar lusciniae, quae nonnisi in umbrosis silvarum reditibus vocem dulcem fundat: an forte, quae ipsa cantet, typis unquam esse imprimenda?

III. Elementar-Mathematik nach Blank und Appeltauer, Beskiba und Burg. I. Theil. Für die 1. Humanitätsclasse. 1843. (i. e. Elementorum matheseos pars I. Pro discipulis 1. classis humanioris.) Volumen unum compactum in chart. dens. 159 folia. 8°. Incip.: „Elemente der Algebra. §. 1. Eine Grösse", fin.: „Von den Kettenbrüchen. §. 346, S. 158. I. O. G. D." Adserv. in bibl. Scot. Notâ 54, f. 17 (559).

IV. Extat copiosa meditationum religiosarum collectio, quas cum „exhortatoris" in gymnasio munere fungeretur, discipulis suis perorabat: eius quidem tenoris, ut hodiedum, post 30 fere annos et amplius, iuvenibus litterarum studiosis saepius praelegantur. — Quae denique in archivo Scotensi scripserit, descripserit, collegerit etc., „ille solus admirari sufficiet, cui istud monasterii thesaurum coram inspicere licebit" (E. Hauswirth, loc. cit. 162 p.).

Sexstetter Aegidius (Cladrubiensis). Vota sollemnia Deo nuncupaverat in monasterio B. V. Mariae Cladrubiensi (Kladrau Boh.), professorisque ibidem theologiae et prioris munere functus est. Decreto caes. anni 1785 cum caeteris e loco stabilitatis expulsus parochiam administrabat Přesticensem, ubi olim praepositura ad monasterium Cladrubiense spectans exstiterat.

Innotuerunt scripta ipsius haec:

I. Exercitatio iuridica, de eo quod merae est facultatis, in qua examinatur, quatenus iure obtineat, quod vulgo dicitur, actus merae facultatis praescriptioni non suffragari. Pragae, litteris Ioann. Ios. Clauser. 1763. 4°. Sign. A—K.

II. Pro status religiosi perfectione apologia. (Suppr. auct. nomine.) Germanshemii, 1768. 8°. 214 p.

III. Beiträge zur böhmischen und mährischen Brüderhistorie. (i. e. Collectanea ad historiam sectae s. d. fratrum Bohemo-Moravicorum.) Pragae, apud I. Mangold. Vol. 1. 1781. 8°. 326 p.

IV. Ist die heutige Ohrenbeicht in der alten Kirchenbusse zu finden oder nicht? (i. e. Existebatne confessio privata iam primis ecclesiae exordiis?) Pragae, Samm. Vol. 1. 1785. 8°. 84 p.

V. Gründliche Darstellung christlicher Glaubenswahrheiten zur heilsamen Warnung vor der überhand nehmenden heutigen Freidenkerey und französischen Ausschweifungen. (Opus dogmatico-polemicum.) Pragae, Buchler. 1794. Vol. 1. 8°. 271 p.

VI. Gründlicher Beweis, dass die Vereinigung der griechisch-russischen Kirche mit der römisch-katholischen, kraft der beiderseits anerkannten Grundsätze, leicht zu bewerkstelligen sey. — Weiland Sr. Majestät Peter dem Grossen, Kaiser aller Reussen, von den Gottesgelehrten der Sorbonne im Jahre 1717 überreicht, nunmehr verdeutscht und erläutert. (Animadversiones in h. librum.) Vol. 1. 8°. Pragae, 1803, typ. Scholl. 286 p.

Siber liber Baro de, Eduardus (Mellicensis), Austriacus Viennensis, die 10. Nov. 1814 natus, die 28. Sept. 1835 indutus, die 7. Oct. 1838 vota sollemnia emisit. Studiis theologicis Mellicii absolutis die 30. Mart. primitias sacerdotii Deo obtulit. Publici muneris in Wullersdorf, Leobersdorf et Mellicii cooperator octo annos transegit. Abbatis iussu ad munus docendi in monasterium revocatus, anno 1851 professuram geographiae et historiae, 1854 matheseos, 1861 linguae Italicae, 1867—72 historiae et linguae Gallicae tenuit. Morbo, quem vocant lithiasim, laborans, consilio medicorum usus fontibus in Karlsbad et Preblau aliquod levamen reperit, at praeterlapso hiemis tempore invalescens aegritudo vires eius omnino consumpsit. Cum superante in dies marasmo, supremo iam se morbo laborantem sentiret, morientium subsidia petiit et die 30. Mart. 1875 in Domino obdormivit. Scripsit:

Marcus Porcius Cato Censorinus. Im Jahresbericht des k. k. Gymnasiums zu Melk 1872. Im

Selbstverlage des Gymnasiums. Wien, Druck von Ludwig Mayer.

Siberer Andreas (Admontensis), mundo natus Graecii 12. Sept. 1722, nobilem a nobilibus parentibus nactus indolem, ad gymnasium Admontense missus est, ubi humaniores litteras et artem musices prosequebatur. Studiis philosophicis in urbe patria magno cum successu absolutis Admontes rediens 11. Iul. 1744 professionem emisit religiosam et 29. Sept. 1748 primam Deo hostiam obtulit. Musica cum excelleret et voce et arte componendi, primo choro musicali praefectus, dein in curam missus est animarum et quidem in Weng 1756—60, Frauenberg 1760—70, Wildalpen 1773, ad s. Laurentium 1776; sed anno 1778 festo praecursoris Domini, cuius agendo et patiendo fidelis erat discipulus, feralem ictum excepit gangrena depastus et exanimis inventus est in lecto (24. Iun.) 1778. Missam funebrem sibi cantandam ipse composuit.

Composuit 5 Missas, 22 Offertoria, 7 Requiem, 11 Sub tuum, 2 Te Deum, 4 Veni sancte, 4 Miserere, 4 Tantum ergo, 6 Vesperas, 1 Hymn. vesp., 1 Alma redemptoris, 6 Ave regina, 8 Regina coeli, 14 Salve regina, 2 Tenebrae, 2 Nonas, quae omnia incendio anni 1865 perierunt.

Sieberer Maurus (Cremifanensis), antea Georgius, in parochia Weisskirchen dioeceseos Linciensis die 14. Oct. 1806 natus, studia humanitatis et philosophiae Cremifani, cursum theologicum Lincii confecit; die 14. Sept. 1831 professus 29. Iul. insequentis anni sacerdotalem dignitatem accepit. Primum subsidiarius in parochia Buchkirchen, 1835—44 grammaticalium, 1845—48 humanitatis classium professor; 1848—50 philologiam et historiam universalem in lyceo, immutata studiorum ratione 1850 linguam Graecam in gymnasio superiori docuit; 1859—65 director gymnasii, 1848—55 simul praefectus in convictu, ab anno 1855 simul monasterii subprior; 1859 aurea c. r. cruce cum corona de re scholastica optime meritus decoratus; docendi munere fessus 1865 ad regendam parochiam Thalheim e monasterio abiit sed biennio vix exacto subita morte extinctus est die 26. Oct. 1869.

Extat eius dissertatio:

Die Lectüre der griechischen Klassiker in ihrer Beziehung auf die religiös-sittliche Bildung der Gymnasialjugend. (i. e. Quam vim lectio auctorum Graecorum in fidem et mores iuventutis litterarum studiosae habeat.) Gymnasialprogramm. Linz, Druck von Feichtingers Erben. 1854. 18 p. Verlag der Direction.

Sibilian Clemens (Mechitharista), Constantinopoli die 15. Apr. 1824 natus, Viennae in Austria habitu s. die 3. Nov. 1840 indutus, die 14. Maii 1842 vota emisit, et die 1. Nov. 1845 consecratus est presbyter. In monasterio docuit geographiam universalem. Anno 1847 missus est munere missionarii apostolici Smyrnam. Post tres annos revocatus Viennam, anno 1856 missus est in Persiam officio missionarii apostolici, ubi per duodecim fere annos in diversis partibus terrarum Persiae et Armeniae munus suum difficile, divina favente gratia, peregit. Eodem munere perfunctus est aliquibus aliis locis in Asia. Anno 1870 rediit Viennam; ast eodem anno missus est Constantinopolim. Anno 1878 in urbe Diarbekir (olim: Tigranocerta, sive etiam Amida) in Mesopotamia de vita discessit.

Opera eius typis edita:

I. Տրդատայ առաքեհանալը, i. e. Tiridatis Magni Armeniae regis solitudo et ultimi vitae dies. Narratio historico-romanensis. Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1851.

II. Ֆեռնանդ Կորթէզ, i. e. Historia Ferdinandi (= Fernandi) Cortez, seu expugnationis et occupationis terrae Mexicanae. Neo-armen. Viennae, typis Mechith. 1851.

Praeterea cum P. Cl. Sibilian, in horis liberis, scientiae numismaticae sedulo operam navaret, talem in eadem adeptus est peritiam, ut nonnulla de Numis Veteribus scribere posset. Haec scripta sua per suos confratres et amicos ex lingua Armeniaca in Germanicam verti curavit, quae deinde, praevio concessu superiorum, in academicis libris et ephemeridibus sub eius nomine typis edebantur. Scilicet:

III. Beschreibung von XVII noch unedirten Münzen der armenisch-rubenischen Dynastie in Kilikien, von P. Clemens Sibilian, Priester der Mechitharisten-Congregation in Wien. Mit Abbildungen in 3 Tafeln. Aus dem Märzhefte des Jahrganges 1852 der Sitzungsberichte der philos. histor. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften (VIII. Bd. S. 275) besonders abgedruckt.

IV. In ephemeride Germanica, titulo: Numismatische Zeitschrift (Jahrg. 1870. Viennae, 1870. Druck der k. k. Hof- und Staatsdruckerei) leguntur sequentia. p. 289—320: P. Clem. Sibilian's Numismatischer Ausflug von Constantinopel nach Bithynien und Paphlagonien. — p. 329—345: P. Clem. Sibilian's *a)* Nachrichten über Münzfundorte in Persien. *b)* Drei sehr seltene Münzen armenischer Dynasten.

Sigl Udiscalcus (Seitenstadiensis). Natus Zemlingae in Austria inferiore die 2. Iul. 1831, monasterium Seitenstadiense 26. Aug. 1854 est ingressus et die 17. Aug. 1856 votis sollemnibus se obstrinxit. Sacerdotali dignitate die 25. Iul. 1858 initiatus per duos annos in c. r. gymnasio Seitenstadiensi professuram historiae naturalis supplevit, mense Octobri 1860 Viennam in almam universitatem abiit. Absoluto ibi examine rigido ad historiam naturalem et physicam docendam rediit simulque musei naturalis et physici custodiam suscepit. Complures annos etiam convictui praefuit. Denique mortuo 1874 P. Leopoldo Puschl directore c. r. gymnasii Seitenstadiensis in locum eius adprobante gubernio Austriae inferioris successit et hanc provinciam pari cum intellegentia ac circumspectione administrat. Scripsit:

Die Flora von Seitenstetten und Umgebung. (i. e. Enumerantur herbarum genera, quae Seitenstadii atque in locis proximis gignuntur.) Programma caes. reg. gymnas. Seitenstettensis, 1874.

Sigrist Ioannes Evang. (Muro-Griesensis), Sarnae in Subsilvania Helvetiae natus est die 6. Aug. 1840, vota emisit die 24. Dec. 1858, sacerdotium inivit die 25. Iul. 1862. Inde docet in scolis collegii Sarnensis. Edidit:

Abriss der römischen Staatsverfassung zur Zeit der Republik. (i. e. Reipublicae Romanae rationis delineatio.) Programm der Lehranstalt zu Sarnen. Sarn. ap. Müller. 1875. 4°. 17 p.

Silber Gallus (Gottvicencis), natus Viennae die 10. Apr. 1712, s. habitu indutus vota sollemnia emisit die 5. Aug. 1730 et primum Deo sacrum obtulit die 5. Aug. 1736 s. theologiae bacalaureus. Variis officiis functus est, uti thesaurarii, 1740 camerarii, 1747 parochi in Pfaffendorf, 1749 praefecti in Gurhof, 1751 in Grundhof, 1755 prioris, 1758 parochi in Pyhra et 1765 iterum camerarii in monasterio, ubi die 21. Dec. 1771 pie in Domino obdormivit.

Adversaria conscripta a P. Gallo Silber prof. Gottv. 1731. 1 tom. Man. in bibl. Gottv. Adserv. No. 1065. Cont. notitias litterarias, no-

titiam autorum, qui de singulis Germaniae provinciis aliquid scripserunt.

Simon Sigismundus Antonius (de s. Monte Pannoniae), abbas s. Mariae et s. Aniani de Tihany, ins. ordinis coronae ferreae 3. classis eques, s. sedis consist. dioec. Vesprémiensis et archiabbatialis adsessor; Sopronii eiusdem com. in Hungaria die 3. Febr. 1814 natus, s. ordinem die 16. Oct. 1829 ingressus, die 21. Apr. 1835 vota sollemnia emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 26. Iul. 1837 presbyter ordinatus est. Anno 1837—38 orator a sacris in monte sacro, 1838—42 professor gymn., 1842—50 professor doctrinae religionis in academia Iaurini, 1850—51 denuo prof. gymn., 1851—57 director gymn. ibidem, 1857—65 prior in s. monte, quo anno abbas nominatus est.

Scripsit praeter minora quaedam in variis libellis periodicis:

I. A tavasz. (i. e. Ver. Adhortationes ad iuvenes.) Őszinte ész- és szívhangok az ifjusághoz. In lib. period. „Hazánk", 1848.

II. Őszínte ész- és szívhangok a hazafiuságról. (i. e. De amore patriae.) Ibid. 1848. 187, 192, 193, 197—199 n.

III. Szózat a tanuló ifjusághoz és a tudományos intézetek barátihoz az 1851—52 tanév végén. (i. e. Oratio ad iuvenes et ad amicos institutorum litterariorum.) In progr. Iaurin. 1851—1852. 4°. p. 1—14.

IV. Tanodai ünnepély. Ft. Simon Zsigmond igazgató ur búcsuszózata. (i. e. Oratio ad iuvenes habita, cum prior s. Martini de s. M. Pannoniae factus eis valediceret.) In progr. gymn. Iaurin. 1855—56. 4°. p. 8—12.

Simonics Gabriel Georgius (de s. Monte Pannoniae), Posonii eiusdem com. in Hungaria die 1. Ian. 1816 natus, s. habitu die 17. Sept. 1832 indutus, die 27. Iul. 1837 vota sollemnia emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 20. Iul. 1840 ad sacerdotii dignitatem evectus est. Anno 1840—41 officio oratoris a sacris in s. monte, 1841—68 professoris gymn. Soproniensis, 1868—73 spiritualis in abbatia de Tihany, 1873—77 subprioris ibidem laudabiliter functus, hoc anno die 6. Augusti pie vita decessit. Scripsit:

Oedenburg's Lepidopteren-Fauna mit vorangehenden kurzen Andeutungen für die Jugend über das Sammeln derselben. (i. e. De lepidopteris circa Sopronium.) In progr. Sopron. gymn. 1856. 4°. p. 3—23.

Singer Coelestinus (Lambacensis), natus Salisburgi die 15. Iun. anno 1748, studio theologiae domi atque in academia Cremifanensi operam navavit, post quam monasterium Lambacense ingressus ibi votis se obstrinxit die 13. Nov. anno 1767 obtulitque primam hostiam incruentam die 6. Oct. anno 1772. Linguarum quas vocant orientales admodum peritus, bibliothecae praefectus versatissimus theologiam ad annum 1782 domi edocuit — homo ingenii integerrimi. Febri nervosa, quam ex cura pastorali, cui erat deditissimus, contraxit, nimis mature obiit die 10. Ian. anno 1794. Scripsit:

Iter Pii VI. pontificis Viennam et per Austriam carmine descriptum. Placentiae, typis Andreae Bellici Salvoni. 1782. 4° min. 24 p. — Benedictus Victorius Guarnaschelli, o. s. B. e monasterio s. Xysti Placentino inscio poëta carmen typis mandavit, quod alter monachus o. s. B. Ludovicus Galletti, episcopus Cyrenensis i. p. i. ipsi obtulit sanctissimo patri.

Skutyil Clemens Ioannes (de s. Monte Pannoniae), in Szakolcza com. Nitr. in Hungaria die 3. Ian. 1790 natus, die 30. Oct. 1808 s. habitu indutus, vota sollemnia die 19. Sept. 1811 emisit. 1811

—1814 Tyrnaviae, 1814—15 Comaromii officio professoris gymn. functus, redux in s. montem, studiis theol. vacavit, quibus absolutis die 30. Aug. 1819 sacerdotio initiatus est. 1819—24 denuo Tyrnaviae, 1824—1826 Iaurini, 1826—39 iterum Tyrnaviae professor, 1839—50 superior domus et director gymnasii, 1850—52 superior domus ibidem, ab anno 1852 spiritualis Iaurini degit, ubi die 6. Nov. 1864 pie in Domino obdormivit. Scripsit:

Ode honoribus rev. ac magnifici domini Michaelis Adamkovits, abbatis s. Michaelis in insula B. M. V. iuxta Budam, dum per districtum litterarium Posoniensem superioris regii studiorum et scholarum directoris munus sollemniter auspicaretur. Pie oblata per Clementem Skutyil anno 1831. Tyrnaviae. Typis Ioannis Bapt. Ielinek. 4°. 7 p.

Slemenik Valentinus (Admontensis), Styrus e s. Georgii prope Reicheneck 1. Aug. 1843, studiis in c. r. gymnasio Celleiensi summa cum laude peractis Admontes venit et anno 1865 habitu s. P. Benedicti indutus est; theologici cursus annos fere explens ex ordine egressus est 10. Mart. 1870 brevi tempore ante professionem religiosam sollemnem.

Opera, Admontes scripta, et postea typis mandata sunt:

I. Isdajavec. Zgodovinska povest. Spišal F. V. Slemenik. Izdala družba sv. Mohora v Celocu. Slovenskih večernic XXIX. zvezek. 1873. Natisnila tiskarnica družbe sv. Mohora v. Celovcu. 8°. Der Verräther. Geschichtliche Erzählung. (Enarratio historica.) Klagenfurt, 1873.

II. Križem sveta. Zgodovinska povest. Spisal V. Slemenik. Izdala in založila družba sv. Mohora v Celovcu. 1877. Natisnila tiskarnica družbe sv. Mohora v Celovcu. 8°. Quer durch die Welt. Geschichtliche Erzählung. (Enarratio.) Klagenfurt, 1877.

Slouk Adalbertus (Raigradiensis), honestis ex parentibus rusticanis Žabčicii in pago parochiae Magno-Seelovicensis 15. Maii 1825 procreatus et sacris Christianis initiatus Iacobus vocatur. Puer ingenii dotibus praecellens scholam patriam, in qua litterarum elementa tradebantur, optimo cum successu visitavit, tum, ut paupertatis onus parentibus levaret, studio rei scholasticae ductus cursum pro ludimagistris praescriptum Brunae visitavit, quo peracto Calendis Septembris 1843 hypodidascalus Augezdum est missus, ut ibidem munus suum excurrendo, pagum propinquum Začanium adimpleret, quod cunctis approbantibus per triennium praestitit. Testimonia data illi tum a domino Antonio Spitzak protodydascalo suo, tum p. t. Antonio de Hoffmann scholarum praeside custodeque per dioecesin Brunensem et hucusque adservata faciunt, ut vere dictum videatur. Vitae solitariae amore vero ductus plenusque persuasionis, quod vires corporis sui impares essent ad onera status diutius perferenda, cuius conditiones repudiabat, Slouk ad finem anni 1846 in nostrum suscipi petiit monasterium et per abbatem Victorem datis litteris 11. Ian. 1847 voti compos efficitur. Ductore et magistro celeberrimo Moraviae topographo Gregorio Wolný per novitiatus annum prompto animo collum subdidit iugo sacrae obedientiae et quod reliquum erat temporis, negotiis variis laico fratri praescriptis, totus quantus discendo et scribendo dedicabat. Anno 1853 9. Mart. ad sollemnem admissus est professionem et exinde aequiore animo ad officia sua discessit spe sibi affulgente fore ut, datis praemissis, sacerdotio initiaretur. Quae Victor

abbas fratri Adalberto pollicitus est, successor Gunther annuente episcopo Brunensi adimplevit et Adalbertum praevio examine in omnibus sacris disciplinis optime versatum testificantem, ad sacri presbyteratus ordinem promotum iri benigne indulsit, quod Raigradii 22. Ian. 1860 dominica tertia post Epiphaniam contigit. Primitiis in nostra ecclesia celebratis aetate venerabilis pater Adalberti praesens fuit, qui iure canticum Zachariae: „nunc dimittis servum tuum“ laetabundus incepit, quum filium in postum felicem diu desideratum pervectum aspiceret. Iurisdictionis litteris 25. Oct. eiusdem anni acceptis ut ad dies commorationis sui in ecclesia Raigradiensi curam animarum subsidiario modo exerceat, cooperator instituitur et ad providendam ecclesiam filialem Opatovicensem delegatur. Et postquam anno 1872 concursum pro ambientibus parochiam praescriptum absolvit, anno 1878 in locum defuncti parochi Ostrovačicensis subrogatus est, ubi hucusque verbo et exemplo gregem fidelium pascit. Fervente amore eximioque ingenio praeditus artes ingenuas, praesertim poesin, musicam et picturam, exercere conatus Adalbertus noster ab adolescentia sua omnem navavit operam, ut vires animi, quas natura ipsi praebuit, favente fortuna explanaret et excoleret. Musica eum occupatum tenebat, quamdiu ludimagisterio fungebatur; quamquam hac vice nulla produxerat opera ingeniosa, tamen diurno labore eo pervectus, ut omnia instrumenta musica legesque harmoniae intelligeret et critica ratione hac in re iudicare et tractare posset. Sub idem tempus, cum occasio praeberetur, carmina haud invita Minerva dicebat, quae versibus impariter iunctis, sollemnia, casus adversos etc. hominum memoriae traderent; veste vero religiosa indutus, stilo poetica abstinere videtur, una vice excepta, quum impletum esset ardentissimum cordis desiderium et ipse presbyter ordinatus esset. Assiduo autem labore deditus manebat arti picturae; summi huius artis iudices uno ore laudant graphides, quas Adalbertus noster penna corvina eleganter et diligenter, accurate et polite, delineabat; has inter primum locum obtinet diploma a nostro monasterio cardinali Falcinelli traditum, cum in confoederatorum nostrorum numerum cooptaretur nec non cyclus imaginum ad vitam s. Benedicti spectantium penna subtili et eleganti delineatarum, quae nuntio apostolico moderno Iacobini dono oblatae fuere. Quae P. Slouk coloribus pinxit, exemplaria tantum sunt ex aliis imaginibus exscripta, verum tamen tali nitore insignes, ut originalia nonunquam superent, ex. gr. imago praelati Victoris, quam pictor originalis dom. Zelený suum esse opus lapsu delectabili arbitrabatur. Depinxit et alia exemplaria, quae in festo Corporis Christi altaribus imponuntur, imaginem s. Barbarae servatam in ecclesia Opatovicensi ex originali vicinae ecclesiae Blučicensis; imaginem, qua res e vita eremitae Guntheri adumbrantur etc. Maxime autem illi in votis erat ecclesiam filialem Opatovicensem restaurando renovandoque ita exstruere et instituere, ut omnibus numeris architecturae perficeretur; adquisivit benefactores et ultimum ex proprio aere obolum dedit, ut opus citius ad finem perduceretur, cui curam et custodiam assiduam adhibuit. Gloriatur itaque pagus Opatovicensis ecclesia tam perfecta omni

parte et ornata, ut cuivis urbi decus esse possit. Monumentum autem indefessi laboris et acutissimi ingenii aere perennius sibi exegit „globo“ summa arte exstructo, qui a viris doctissimis laudatus planiore descriptione dignus est: Globus hic, cuius diameter est 1·4 metri, et cuius superficies 6·2 metrorum quadratorum, iam anno 1860 construi coeptus est. Internum eius spatium penitus meris orbibus ligneis per columellas inter se coniunctis completum est. Superficies seu velamentum globi ex laminis ligneis tenuibus consistit et massa cretacea pumiceaque glutine coniuncta illinitur, levigatur et politur. Prima difficultas conspecta est, cum globus meridiano et axi insereretur. Una ex parte inclinatio nimis magna gravitatis momentum vitiosissimum erat. Tentata diverso modo reparatione vitii, in parte leviore lamina plumbea inserta, in parte opposita perforationibus adhibitis, difficultas est superata et globus in meridiano ferreo circum axem suum conformiter movetur intra annulum ligneum 15½ centimetrorum latitudine et 2 centimetrorum crassitudine. Globus cum annulo et meridiano nititur columnis quatuor ligneis, quae inter se transversis per crucem asserculis coniunctae et inferius rotulis ex orichalco ad movendum instructae sunt. Quinta columna, ceteris quadruplo crassior, mechanismum continet, partem totius operis artificiosissimam, quam revelare, invito auctore P. Adalberto, nefas esset. Difficillima operis pars erat terrarum mariumque situs delineatio atque depictio et mechanismi ad movendum globum compositio. Columnae mediae, quoad opus erat, excavatae, inclusae sunt plures rotulae certis rationibus adaptatae et pertica cum spira movente coniunctae. Haec spira movens, quae attracta et intensa globi motum efficit inferiori axis polo adnexa et capsulae inclusa, dum attrahendo intenditur, septem circumactiones admittit, quarum una sufficit ad globum per tres dies commovendum; igitur septem spirae huius circumactionibus, id est, plenis spirae viribus intensis, globus per 21 dies continuos commovetur. Qui motus, quia regulariter incedit, mechanismi artificium perfectum manifestat. Spirae moventi proxime adhaeret rotula, in modum annuli ingeniose eum in finem addita, ut spira ipsa ne vehementissimo quidem ictu aut concutiente impetu laedi frangive possit. Totus ille mechanismus artificiose constructus novem rotulis constat. Sed auctor, maiora intendens, necdum inventione sua contentus, etiam anni dies et menses et terrae motum circum solem voluit illustrari. Hunc in finem alter mechanismus inventus et superiori polo axis globi affixus est. Hic cernimus duos orbes numeris circumscriptos, quorum unus horas, alter dies et menses indicat. Supra hos est linea ecliptica, zodiacus, intra quem terra movetur et cuius centrum sol est. Quae omnia conformi coniunctione cum globo duodecim rotulis ratione diversissima inter se connexis efficiuntur tam ingeniosa et exacta mensione, ut ex quo globus ille movetur, nulla unquam temporis aut signorum intercidat differentia. Itaque superne in hoc globo eodem temporis momento et loci, ubi globus proponitur, et omnium locorum infra 34 gradum longitudinis et 49 gradum latitudinis iacentium vere conveniens tempus, item menses et dies, et denique etiam sidus zodiaci, in quo solum movetur, legere

licet. Annulus ligneus, globum circumdans, qui in globis venalibus plerumque zodiacum repraesentat, in nostro globo in duodecim diurnas et nocturnas horas divisus inservit, ut modo simplicissimo aeque ac ingeniosissimo illico determinari possit, quam diei noctisque horam locus in terrae superficie ad libitum desideratus habeat, ad quod negotium id solum requiritur, ut eius loci longitudo geographica in globo legatur. Viris rei gnaris, globi nostri mechanismum considerantibus, proculdubio patebit, sacerdotem nostrum ingeniosissime invenisse atque construxisse opus, nullo unquam opere simili superatum. Quod si inveniendi indolem manifestat, profecto altera ex parte tabulae geographicae diligentissime ac elegantissime descriptae, nihil eorum, quae novissime detectae sunt, negligentes, non minus indefessae industriae, quam inveniendi artificis ingenii testimonium praebent. Tota globi superficies consistit 290 tabulis geographicis inter se conglutinatis et lacca obductis, ne aëris intemperie laedi unquam possint. Ut denique quidquid mechanismum et iustum globi motum turbare possit, praecaveatur, globus circum annulum ligneum clathris artificiose confectis instructus est.

Hac ratione post 15 annorum conatus atque labores opus „monachicum“ feliciter confectum iudicantibus quibusvis rerum gnaris in bibliotheca Raigradiensi spectandum proponitur, quod nemo spectantium sine comprobatione relinquet.

Smolík Rupertus (Břevnoveno-Braunensis), natus Pragae Boh. die 5. Oct. 1832. Gymnasii studiis Pragae absolutis habitum Benedictinum Břevnovii induit 1854, ibique 6. Sept. 1857 sacram emisit professionem. Sacerdos ordinatus est 1859 die 24. Iul. Iussus ab abbate suo tentamina ex universa theologia subiit rigorosa ac brevi doctoratus laurea meruit decorari. Cooperatoris dein parochiae Metličanensis fungens officio ad docendam in instituto dioecesano Reginaehradecensi theologiam pastoralem nec non et fundamentalem vocatus non longe post dignitatem et negotia consiliarii consistorii episcopalis obtinuit obeunda. Anno 1875 ad cathedram theologiae pastoralis in univ. Pragena in idiomate Bohemis vernaculo docendae translatus munere decani facultatis theologiae iterato iam functus est.

Scripsit:

1. Rukověť pro zpovědniky. (i. e. Institutiones confessariorum.) Vol. 1. 8°. 290 p. Pragae, typis Bellmann. 1868.

II. Plures recensiones litterarias et nonnullos tractatus rem catholicam spectantes, qui habentur in „Časopis katolického duchovenstva“ (Pragae, typis Rohliček), et quidem anno 1874: Církevní umění na výstavě světové; anno 1877: Svěcení vody, et eodem anno: Budoucnost katolických národů.

Socher Georgius (Lunaelacensis). A Strasswalchen in ducatu Salisburgensi die 6. Aug. 1747 natus, emissis in monasterio Lunaelacensi die 28. Oct. 1765 votis sollemnibus anno 1769 ordinatus est sacerdos. Ab anno 1774 usque ad annum 1775 in univ. Salisburgensi philosophiam theoreticam docuit, rediit anno scholastico 1776 exeunte in monasterium Lunaelacense, quo extincto ab anno 1791 munere parochiali in Strasswalchen est functus. Obiit in eodem loco die 26. Nov. 1807.

Scripsit:

I. Positiones ex prolegomenis philosophiae et institutionibus logicis. Salisburgi, 1775. 4°.

II. Positiones ex institutionibus ontologicis. Ibid. 1775. 4°.

III. Positiones ex psychologia, theologia naturali et physica generali. Ibid. 1776. 4°.

Soellner Wisintho (Cremifanensis), antea Michael, Austriacus Schlierbacensis die 29. Sept. 1787 natus, cursum gymnasii cum philosophia Cremifani sumtibus monasterii inter musicos sustentatus absolvit; die 28. Oct. 1807 sacra veste indutus quadrienne theologiae curriculum in instituto domestico emensus die 6. Aug. 1812 monasticam vivendi normam professus et die 28. Aug. eiusdem anni in aede cathedrali ad s. Hippolytum sacerdotio auctus est. Duobus annis in cura animarum transactis 1814—35 catechetam in schola normali egit simulque hominibus in carcere detentis religionis praecepta impertivit. 1832 novitiorum magister constitutus, 1835 simul scholae normalis director et adiunctus rationum praefecti; die 28. Mart. 1840 prior electus, eiusdem anni die 1. Dec. rr. consistorii Linciensis consiliarius declaratus est. 1848 scholarum decanatus Thalheimensis inspector, 1851 decanus Thalheimensis die 19. Apr. 1855 relicto monasterio in parochia Thalheim veluti propriam sedem constituit; die 18. Sept. 1862 aurea cum corona cruce decoratus professus et sacerdos iubilaeus obiit die 19. Mart. 1865.

Typis vulgavit opusculum:

Christliche Tagesordnung oder fromme Entschlüsse und Vorsätze etc. für die heranwachsende katholische Jugend. (i. e. Pia consilia et proposita pro iuventute catholica.) Wels, Haas. 1841. 12°. 48 p.

Sommerauer Ignatius (Admontensis), natus in Admont 22. Iul. 1792, vota emisit sollemnia 1. Aug. 1813, et primam Deo litavit hostiam 2. Oct. 1814. Variis muneribus functus uti: catechetae et directoris scholae normalis, prof. catecheticae et paedagogicae, vicarii in Weng, cellerarii, inspectoris ferrifodinarum Admont. et malleorum in Trieben et Klamm obiit domi paralysi pulmonum 2. Iul. 1854. Ignatium, botanicum eximium, societas oeconomica, industr. et geogn.-mont. Styriae, botanica Ratisbonae, styriaca et Tirolensis salutavit activum sodalem.

Verschiedene Aufsätze botanischen Inhaltes in der botanischen Zeitschrift. (i. e. Commentationes phytologicae.)

Somogyi Daniel de Medgyes (de s. Monte Pannoniae), archiabbas s. Martini de s. Monte Pannoniae, Papae com. Veszprém. in Hungaria die 1. Aug. 1720 natus, die 8. Dec. 1738 vota sollemnia emisit et 30. Aug. 1744 presbyter ordinatus est. Archiabbas anno 1768 nominatus et 2. Apr. in numerum consiliariorum regiorum adlectus, die 20. Oct. 1801, s. ordine 1786 sublato, piam Deo reddidit animam.

Scripsit:

I. Méltóságos gróff Erdődy, és Pálffy házoknak nagy érdemi, mellyeket rövid beszédben foglalt Mélt. és fő-tisztelendő Somogy Daniel, sz. mártoni fő-apátur. (i. e. De magnis familiarum comitum Erdődy et Pálffy meritis.) 2 edit. Pozsonyban. Nyomtattatott Patzko Ferentz Ágoston által 1776. 4°. 18 p., et: Pozsonyban, Landerer Mihály betűivel. 1776. 8°. 30 p.

II. Tractatus theologicus de augustissimo incarnati Verbi mysterio auctore Daniele Somogyi, scriptus per Aegydium Hollósy. 1754. 4°. 232 p. Ms. Adserv. in bibl. centrali in s. monte.

III. Tractatus theologicus de peccatis, gratia et merito auctore Daniele Somogyi cet. 4°. 1768. 160 p. Ms. Ads. ibidem.

Sorg Ildephonsus (Admontensis), Tirolensis e Sterzing 17. Maii 1809

natus, primo medicinae studio incumbens, mox statui religioso admotus 11. Iul. 1840 vota emisit sollemnia et 6. Sept. 1840 primitias celebravit. Totam vitam sacerdotalem in cura animarum transegit et quidem cooperator in Landl et Kammern, parochus ad s. Martinum, in Landl et Kraubath, ubi apoplexia tactus obiit 3. Iun. 1874, sodalibus c. r. societatis oeconomicae in Styria adscriptus.

Die Unhaltbarkeit des speculativen Systemes der Güntherianer vom kirchlich-dogmatischen Standpunkte aus. (i. e. Systematis Güntherianorum falsitas.) Grätz, 1851. 8°.

Spach Paulus (San-Paulanus), natus est Villaci in Carinthia die 5. Mart. 1789; s. habitu indutus die 26. Nov. 1809; sollemniter professus die 30. Nov. 1812; sacerdos ordinatus die 21. Sept. 1814. Studiis philosophicis et theologicis ad s. Paulum operam navabat, et posthac in gymnasio San-Paulano docebat mathesin, historiam naturalem et physicam; ab anno 1818 erat professor classium humanitatis in gymnasio Clagenfurtensi; ab anno 1827 in lyceo Clagenfurtensi docebat physicam. Magnum ingenii acumen, quo pollebat, in primis mathesi advertit; munus docendi multo amore gerebat, verum ad captum discipulorum aegre descendere poterat. Ab anno 1846, cathedra amotus in praedio Eberndorf totus vixit colendae disciplinae sibi charissimae, mathesi quippe, donec annis plenus diem supremum obiit die 24. Aug. 1866.

Sequuntur eius scripta typis expressa:

I. Euklid's Elemente. (i. e. Euclidis elementa.) Die ersten vier Bücher. Klagenfurt, 1817. Typis Leon. p. XII. 144. 4. 8°.

II. Anfangsgründe der Arithmetik. (i. e. Institutio arithmeticae.) Klagenfurt, typis et commissione Leon. 1822. p. 106. 16. 48. 8°. Huius operis sequebantur tres editiones sub titulo: Anfangsgründe der Mathematik. (i. e. Institutiones mathematicae.) Cum subdivisione. Arithmetik und Geometrie. 2. Auflage: Wien, 1826. Verlag Strauss. 1. Theil p. 16. 104. 8°. 2. Theil fehlt. 3. Auflage: Wien, 1829. Commission Heubner. 1. Theil p. VIII. 120. 2. Theil p. VIII. 16. 8°. 4. Auflage: Wien, typis Strauss. 1836. 1. Theil p. VIII. 138. 2. Theil p. VIII. 88. 8°.

III. Parallelentheorie. (i. e. Theoria parallelorum.) Wien, 1852. Verlag Sommer. 26 p. 8°.

IV. Würdigung einer neuen Weltansicht. (i. e. Universitatis rerum nova theoria.) Wien, 1855. Verlag Sommer. 16 p. 8°.

V. Logarithmentafeln. Wien, 1856. Verlag Sommer. p. XVIII. 56. 8°.

VI. Zeitbestimmung und Berichtigungen. (i. e. Determinationes temporis.) Wien, 1866. Commission Klemm. 16 p. 8°.

VII. Beiträge zur Uebersetzung der für die Humanitätsclassen an den österreichischen Gymnasien vorgeschriebenen lateinischen Lehrbücher. (i. e. Institutio ad conversionem in idioma Latinum.) Klagenfurt, typis Leon. 1822. 1823. Verlag des Verfassers. p. 182. 32. 8°.

VIII. Ciceros Catilinarische Reden. (i. e. Orationes pro Catilina.) Verdeutscht. Klagenfurt, 1823. Verlag Leon. 100 p. 8°.

Sparry Franciscus (Cremifanensis), Graecii in Styria die 28. Apr. 1715 natus, humanioribus litteris in monasterio Admontensi absolutis, Salisburgum venit philosophicis scientiis imbuendus; deinde s. habitum sumsit et religionis sacramento die 4. Nov. 1736 obligatus est. Theologicas disciplinas per biennium Salisburgi audivit; tum ob summam in rem musicam propensionem in Italiam cum permissu abbatis profectus, primum Neapoli D. Leonardo Leo, capellae ibidem magistro, tum Romae Hieronymo Chiti, vaticanae capellae magistro, praeceptoribus usus est, anno 1742 ex Italia revertit pretiosissimis

cimeliis musicis oneratus. Die 6. Oct. 1743 primam Deo victimam neomysta obtulit. Praefectus chori musici obiit die 5. Apr. 1767.

Cuius viri extant opera musica sequentia:

I. Miserere Papale, completum.

II. 38 Cantica, quae Itali arias dicunt (antiphonae, cantica pro adventu et quadragesima).

III. Cantus ad initium anni, cantilenae nuptiales.

IV. Bacchanaliorum finis. Lusus musicus.

V. Antiphona pro festo septem fundatorum ordinis servorum B. Mariae V. 1767.

Späth Demetrius Aloysius (de s. Monte Pannoniae), Posonii eiusdem com. in Hungaria die 9. Iun. 1813 natus, s. habitu die 16. Oct. 1830 indutus, vota sollemnia die 21. Apr. 1835 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 26. Iul. 1838 presbyter ordinatus est. 1838—1842 professor gymn. Papae, 1842—50 Iaurini, 1850—62 Sopronii, 1862—63 archivarius in abbatia B. M. V. de Dömölk, 1863—65 professor gymn. Strigonii, hoc anno die 22. Oct. apoplexia tactus vita cessit. Scripsit:

Ein Wort über Aufklärung und Menschenliebe. (i. e. Quaedam de intelligentia ac doctrina et caritate generis humani.) In progr. gymn. Sopron. 1852/3. 4°. p. 3—8.

Späth Fulgentius Carolus (de s. Monte Pannoniae), Posonii eiusdem com. in Hungaria die 11. Ian. 1802 natus, s. habitu die 25. Oct. 1817 indutus, vota sollemnia die 22. Oct. 1823 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 17. Aug. 1826 sacris initiatus est, iam antea 1823—24 Ginsii officio functus professoris. Variis deinde monasterii officiis uti professoris gymn. Sopronii 1826—30, oratoris a sacris Ginsii 1830—42, superioris domus et directoris gymnasii Ginsiensis 1842—50, superioris domus ibidem 1850—51, oratoris demum a sacris in abbatia B. M. V. de Dömölk 1851—74 laudabiliter functus, hoc anno die 25. Maii pie in Domino obdormivit.

Artis poeticae studiosissimus scripsit:

I. Librum precatorium lingua Germanica Posonii, ut patet ex autobiographia.

II. Lyrische Gedichte. (i. e. Carmina lyrica.) Wien, 1845. 8°.

III. Glockentöne. (Liber precum). Güns. 8°.

IV. Niklas Jurisits. Ein dramatisches Gedicht von K. F. Späth. Güns, 1851. 8°. 75 p.

V. Herbstrosen. Gemischte Gedichte. (Carmina.)

VI. Festgedicht zum feierlichen Empfang Ihrer k. k. ap. Majest. Franz Joseph I. und Elisabeth in Martinsberg. (i. e. Carmen sollemne, cum sacratissimae maiestates Franciscus Iosephus I. imperator et Elisabeth imperatrix in s. monte exspectarentur, quae tamen fortuna s. monti haud contigit.) 1854. 4°. 8 p.

VII. Bilder aus dem Leben Jesu von K. F. Späth. (i. e. Ex vita Iesu.) Wien, Mayer et Co. 1869. 8°. 562 p.

VIII. Dramatische Dichtungen. (i. e. Poemata dramatica.) Von K. F. Späth. Ibid. 1871. 8°.

IX. In linguam Germ. versibus iambicis convertit Aeneida P. Vergilii M., sed typis quattuor priores tantum libros exscribi curavit.

X. Complura demum eius carmina in script. period. „Katholischer Christ“, „Vergangenheit und Gegenwart“ cet. publicata sunt.

Speckmoser Udalricus (Admontensis), natus in Stegmühl Styriae superioris 2. Apr. 1781, vota sollemnia Admontes professus 13. Nov. 1803, primitias celebravit 22. Sept. 1805. Totam vitam sacerdotalem magisterio addictus, professor humaniorum et philosophiae Graecii, et praefectus in c. r. convictu ibidem Marburgum translatus gymnasium ibidem rexit

ad obitum 5. Maii 1845, paralysi pulmonum correptus. Udalricus eximius botanicus et poëta merito laudatur.

I. Nekrolog des Prior P. Andreas Reiner von U. S. Aufmerksame, 1818.

II. Der Sommerabend. Gedicht. (i. e. Carmen.) Aufmerksame, 1815.

III. Die eiserne Krone. Gedicht. An den hochwohlgebornen Herrn Ignaz, Edlen von Marquet, k. k. Gubernialrath und Kreishauptmann zu Marburg. Styria, 1844. No. 77.

Spielmann Luitfridus (Muro-Griesensis), Tirolensis ex Landeck natus est die 27. Aug. 1841. In monasterio Gries ad s. professionem admissus die 7. Dec. 1860 et die 9. Oct. 1864 ad sacerdotium elevatus paulo post in scholis Sarnensis gymnasii docere incepit. Scripsit:

Protagoras im Hause des Kallias. (i. e. Protagoras apud Kalliam.) Programm der Lehranstalt in Sarnen. Sarn., ap. Mueller. 1878. 4°. 26 pag.

de Springenfels Iacobus (Admontensis), natione Styrus, praenobilibus in Kallwang parentibus oriundus 25. Oct. 1717, militiam s. Benedicti professus 25. Iul. 1738, primitias sollemniter celebravit 29. Apr. 1742. Primo quidem gymnasii domestici alumnos exercens iisque musarum arcana revelans, concionatoris munere functus est. Ab anno 1752—57 oeconomiam Graecensem administravit, dein parochiam domesticam 1757—60 et illam in Kammern 1760—70 rexit. Peripneumonia correptus diem vidit extremum 7. Mart. 1770.

Ruhm- und Trauer-Rede, Dem Weyland Hochwürdigen, Hoch-Edl-Gebohrnen, und Hochgelehrten Herrn Herrn Marco Antonio, des Hochfürstlichen Stifts Spital am Pürrhen Ruhmwürdigsten Propsten, Ihro Römisch Kaiserl. zu Hungarn und Böheim Königl. Apostolischen Majestät Rath, auch Hochfürstlich Passauer- und Bambergischer Rath, Land-Rath im Erzherzogthum Oesterreich ob der Enns, Einer Aldasigen Hochlöbl. Landschafft wirklichen Raith-Rath: Da Seine Leichbesigniss In besagter Hochfürstl. Stifts-Kirch zu Spital den 29. April 1760 feyerlich gehalten worden. (i. e. Sermo funebris.) Verfasset und vorgetragen von P. Iacobo Springenfels, des Heiligen Benedicti Ordens im Stift Admont Professen. Auch auf Verlangen in Druck gegeben. Mit Bewilligung der Oberen. Steyr, gedruckt bei Gregori Menhardt. 4° min.

Stabell Theodorus (a s. Petro Salisburgi), Carniolus ex Bischoflack, natus 14. Sept. 1806, novitius 20. Oct. 1826, monachus professus 26. Oct. 1829, neomysta 29. Aug. 1830, primum capellanus monialium in Nonnberg constitutus, post quadriennium doctor s. theologiae creatus, Augustas Vindelicorum missus est, ut iuventutem catholicam ibidem humaniora doceret. Revocatus catecheta et philologus in gymnasio Salisburgensi per 14 annos docuit. Demum bibliothecarius monasterii obiit 6. Nov. 1865.

I. Der Kreuzweg des Herrn unser Lebensweg. Passionsbetrachtungen. (i. e. Meditationes de via s. crucis.) Schaffhausen. Hurter, 1854. 8°. 200 p.

II. Gebetbuch für Studierende an Gymnasien und Realschulen. (i. e. Liber precum.) Salzburg, Duyle. 1856. 12°. 445 p.

III. Lebensbilder der Heiligen in der Ordnung des bürgerlichen Kalenders kritisch-historisch dargestellt. (i. e. Sanctorum vitae.) Schaffhausen, Hurter. 1865. 8°. Tomi 2. Tom. I: 830 p. II: 919 p.

Stadelhofer Benedictus (Admontensis), Suevus Melissopolitanus natus 28. Apr. 1742, prof. in coenobio Rothensi O. S. Norberti 6. Iun. 1762, primam Deo litavit hostiam 12. Sept. 1766. In coenobio Rothensi munere bibliothecarii, parochi in Kirchberg et Bergheim, subprioris, prioris

et praepositi in Steinbach functus, monasterio sublato Admontes venit et subprior nec non bibliothecarius est nominatus. Obiit tactus apoplexia, cum in bibliotheca occupatus esset 14. Iul. 1811.

I. Gedichte meist politischen und satyrischen Inhaltes. (i. e. Carmina politica et satirica.) Mscr. Admonter Archiv.

II. Handschriften-Catalog der Admonter Bibliothek. (i. e. Catalogus ms. bibl. Admont.) Manuscr.

Stadler Maximilianus (Mellicensis), Mellicii in Austria die 4. Aug. 1748 natus puer decem annorum Campilium alumnus venit, ubi Graecae et Latinae linguae rudimentis imbutus occasionem nactus est exercendo musicam discendi. Saepius Mellicium reversus insignem organoedum Albrechtsberger, quem quotidie praeludentem sequebatur, imitandum sibi proposuit. Anno 1762 Viennam profectus est, ubi apud patres societatis Iesu disciplinis liberalioribus operam dedit, celeberrimorumque huius societatis virorum consuetudine utens heroës musicos tum Viennae degentes iteratis vicibus adiit. Anno 1766 habitum religiosorum induit, die 21. Nov. 1767 professionem sollemnem emisit et, studiis philosophicis et theologicis absolutis, die 13. Oct. 1772 neomysta ad aram stetit. Variis pastoralibus officiis Mellicii et in vicinia occupatus anno 1778 professor theologiae nominatus est, cui muneri, studio theologico Mellicii sublato, valedicens, Ravelsbachium missus est, cooperatoris vices acturus. A die 26. Nov. in monasterio prior existens, eodem anno a s. c. r. maiestate abbas commendatarius Campililii, 1789 Cremifani electus, monasteria: Garstense, Gluniacense, et Cellae Mariae quoad temporalia regenda quoque suscepit. Erenberto Cremifanensi abbate pristinae dignitati restituto Lincium se contulit, ubi consistorii consiliarius referensque denominatus est. Anno 1796 Viennam profectus est, ubi in vita otiosa musicae operatus est. Anno 1803 ad parochiam Altlerchenfeld in suburbio Viennensi promotus est, occasione canonicus honorarius Linciensis electus cleroque saeculari adscriptus. Ad fortunam suam amplificandam 1810 die 6. Febr. parochiam Böhmischkrut suscepit, cui casibus adversis agitatus, suadente archiepiscopo comite ab Hohenwart anno 1816 renunciavit. Ab hoc momento omnibus fortunis spoliatus vili annuo stipendio contentus Viennae privatum egit, ubi die 8. Nov. anni 1833, mortem occubuit.

Musicus praeclarus ac componista sequentia scripsit opera:

I. Sopran-Arie in D mit 2 Violinen und Bass.

II. Salve Regina, a 4 voci in C, con 2 Violini, Organo e Basso.

III. Würfel-Menuette für das Clavier. Artaria.

IV. VI Trio per 2 Violini e Violoncello.

V. XIII Sonatine per il Cembalo.

VI. Concerto per il Violoncello.

VII. III Magnificat, a 4 voci con Organo.

VIII. Missa in C per 4 voci, 2 Violini ed Organo.

IX. Litania in F per 4 voci, 2 Violini ed Organo.

X. Eine Cantate Seladon für das ganze Orchester.

XI. VI Sonate per il Cembalo.

XII. VI Salve Regina a 4 voci con Organo obligato.

XIII. III Quartetti per 2 Violini, Viola e Violoncello.

XIV. Dreissig deutsche Lieder mit Clavierbegleitung.

XV. Veni Sancte Spiritus in D mit ganzem Orchester.

XVI. Zwei kleinere Messen. Vom Jahre 1772.

XVII. Zwei Litaneien.

XVIII. Mehrere Präambule und Fugen für die Orgel.

XIX. Miserere in G-min., a 4 voci, 2 Violini ed Organo.

XX. Missa sollemnis in D-min. et mai., mit ganzem Orchester.

XXI. Zwei Cantaten, eine von Mestalien auf den Tod der durchlauchtigsten Gemalin weiland Kaiser Joseph II., und eine von Denis: „Das Gewitter".

XXII. Einige Chöre und Arien zu einem deutschen Singspiele.

XXIII. Vier Antiphonen auf das Frohnleichnamsfest.

XXIV. Einige Responsorien für die Charwoche.

XXV. Zwei Melodramen mit Clavierbegleitung.

XXVI. Ode von Denis auf den Tod der Kaiserin Maria Theresia, für Sopran und Clavier.

XXVII. VI Sonatine per il Cembalo. Wien, bei Artaria.

XXVIII. Cantate mit ganzem Orchester und Musik zu einem Kinderballete.

XXIX. II Sonate per il Pianoforte, e Fuga, Zürich, bei Nägeli.

XXX. Drei Fugen für das Clavier. Wien, bei Sauter.

XXXI. Fünf italienische Arien aus Metastasio's Werken. Mit Begleitung des Orchesters.

XXXII. Offertorium, Sanctus, Benedictus und Agnus Dei zur Ergänzung eines Requiem.

XXXIII. Sonata per il Pianoforte in F. Wien, bei Mollo.

XXXIV. Trio zu einem Claviermenuet von Mozart. Wien, bei Mollo.

XXXV. Zweiter Theil zu einer Clavierphantasie von Mozart in C-moll. Wien, bei Artaria.

In protocollo monasterii Mellicensis manuscripto, die 9. Sept. 1781 sequentia adnotata invenio: Productus est ludus comicus, cui titulus: „Das Studentenvalete". Concentus musicus a r. P. Maximiliano fuit compositus. Utrumque, ut dignum omnino erat, summo omnium plausu et admiratione exceptum est. — 5. Apr. 1785. Hora sexta in theatro cantatum fuit in laudem praesulis nostri. R. P. Udalricus Petrak composuit cantatam sic dictam, typis impressam, ego (Maximilianus Stadler tunc prior) eandem ad modos musicos composui, ut ut potui plurimos inter labores alios.

Hos modos musicos Stadler Maximilianus qua noster composuit, reliquos, vitaeque eius delineationem accuratiorem noscere qui velit, conferat: Biographisches Lexicon des Kaiserthums Oesterreich von Dr. Const. v. Wurzbach. 37. Thl. p. 60—69.

Stampfer Coelestinus (Mariaemontanus), natus in Burgeis, Tirol, 3. Sept. 1823 studia gymnasii Meraniae, philosophica Oeniponti absolvit. Exhibitis insuper testimoniis ex duobus theolog. cursibus 23. Aug. 1847 rite susceptus die 28. eiusdem mensis sacra veste indutus est. Postquam 9. Apr. 1849 ordini s. Benedicti sacramentum dixit, Brixinae 29. Iul. 1849 sacerdotio initiatus est et 31. e. m. primam Deo omnipotenti incruentam hostiam obtulit. Absolutis studiis theolog. per biennium 1850—52 in pago Platt, Passyriae, munere primissarii functus est. Ab anno 1852 in gymnasio Meranensi historiam tum univers. tum naturalem nec non ling. Germ. publica tradit auctoritate.

Otium suum in scrutandis legendisque litterarum monumentis diligentissime consumens sequentes libros scripsit et edidit:

I. Geschichte Vinstgaus während der Kriegsjahre 1796—1801. (i. e. Historia vallis venustae

per annos bellicosos 1796—1801.) 8°. Bulsani, typis Eberle. 154 p.

II. Chronik von Meran, der alten Hauptstadt des Landes Tirol. (i. e. Chronicon oppidi Meranensis pristini Teriolis capitis.) 8°. Merani, apud C. Jandl. 287 p.

III. Chronik von Meran. Zweite verbesserte Ausgabe. (i. e. Chronicon oppidi Meranensis.) Ut supra. Editio altera et emendata. 8°. Oeniponti, sumptibus libr. Wagner. 1867.

IV. Geschichte der Stadt Meran in der neueren Zeit 1490—1872. (i. e. Oppidi Meranensis historia aetate recentiori 1490—1872.) 8°. Merani, typis I. B. Stockhausen. 290 p.

V. Sandwirth Andreas Hofer. (i. e. Andreas Hofer, dictus: Sandwirth.) 8°. Friburgi, typis Herder. 1874. 248 p.

VI. Monsign. Anton Santner, Decan v. Meran. Ein Lebensbild. (i. e. Vita rev. dom. Antonii Santner, decani Meranensis.) 8°. Merani, 1878. Sumpt. auctoris. 132 p.

VII. Mehrere kleinere Broschüren und Aufsätze historischen und naturgeschichtlichen Inhaltes. (i. e. Praeterea scripsit plures tractatus ex histor. tum universali tum naturali.)

Stanke Leander Iosephus (de s. Monte Pannoniae), aa. ll. et philosophiae doctor, facultatis phil. in regia univ. Pestinensi collegiatus, Viennae in Austria die 16. Sept. 1800 natus, die 25. Oct. 1817 s. habitu indutus, vota sollemnia die 16. Oct. 1821 emisit et absolutis in univ. Viennensi s. theologiae studiis die 3. Sept. 1825 presbyter ordinatus est. Ex quo tempore variis officiis egregie gestis, uti professoris gymn. Iaurinensis 1825—29, philosophiae professoris ibidem apud alumnos s. ordinis 1829—34, in academia Iaurin. 1834—49, hoc anno professor ord. p. philosophiae in regia univ. Pestinensi nominatus, permissu archiabbatis Pestinum se contulit, ibique die 28. Apr. 1855 pie in Domino obdormivit.

Accuratissime ac diligentissime scripsit:

I. Compendium historiae philosophiae Leandri Stanke. Viennae, 1841. Congreg. Mechith. 8°. 235 p.

II. A bölcsészet történelmének vázlata. (i. e. Compendium historiae philosophiae.) Manusc. 4°. 420 p. Adserv. in bibliotheca centrali in s. monte.

III. Gyakorlati bölcsészet. (i. e. Philosophia practica.) 8°. 3 t. 975 + 1304 + 2040 p. Ms. Ads. ibid.

IV. Praktische Philosophie. (i. e. Philosophia practica.) 8°. 1144 p. Ms. Ads. ibid.

V. Angewandte Metaphysik. (i. e. Metaphysica.) 8°. 1112 p. Ms. Ads. ibid.

VI. Philosophie. (i. e. Philosophia.) 4°. 348 p. Ms. Ads. ibid.

VII. Geschichte der Philosophie bei den Arabern. (i. e. Historia philosophiae apud Arabes.) 4°. 156 p. Ms. Ads. ibid.

VIII. Erfahrungsseelenlehre. (i. e. Psychologia empirica.) 4°. 78 p. Ms. Ads. ibid.

IX. Herbart János Fridrik. (i. e. De Ioanne Fr. Herbart.) 4°. 39 p. Ms. Ads. ibid.

Starch Bernardus (Admontensis). Salisburgi natus 4. Nov. 1698, vota Admontes professus 24. Sept. 1722, primam Deo obtulit hostiam 8. Sept. 1723. Primo professor studiosae iuventutis constitutus, dein vicarii in Hall 1725—29, confessarii in Monte Culmensi 1729—30, et magistri novitiorum 1731—34 munere functus, parochus ad s. Michaelem transiit 1734—36, et 1736—48 supremi in parthenone Goessensi dignitate insignitus erat. Anno 1748 parochus et superior in Monte Culmensi denominatus summo cum fructu in hac provincia laboravit et 8. Sept. 1773 secunditias celebravit sollemnes; ast hydrope et gangrena laborans domum 1775 repetiit et 13. Sept. 1778 placide in Domino quievit professus et sacerdos iubilaeus.

Gösserisches Jugend- und Tugendmuster. Lebensbeschreibung der nachmaligen Aebtissin von Göss, Maria Henrika Baronin von Poppen. (i. e. Vitae curriculum abbatissae.) Verfasst zur Feier der Secundiz des Abten von Admont (Anton) durch den Supremus P. Bernard. 1748. Admonter Archiv Q. 32.

Starch Rupertus (Admontensis), i. u. doctor, Iuvaviae honestis natus parentibus 13. Ian. 1700, votum religionis 25. Iul. 1720 emisit et primitias celebravit sollemnes 5. Sept. 1723. In paterna urbe cathedram s. canonum tenuit, sed post aliquot annos in coenobium rediit. Variis demum officiis fungens, vicarii in Weng 1725—1726, oeconomi in aula Graecensi 1726—1728, vicarii in Hall 1734—35, archimagyri 1738—39, parochi ad s. Laurent. 1740—42, cammerarii 1749, cellerarii 1749—1753, postremo praefecti in Zeiring 1753—1760, peripneumonia consumptus obiit Rupertus 1. Mart. 1760.

Tractatus ad tit. XXXI. libri I^mi^ decretalium.

Staufer Vincentius (Mellicensis), Cremsii in Austria die 3. Oct. 1821 natus, die 30. Sept. 1841 s. habitu indutus die 2. Oct. 1846 sollemnis professionis vinculo gremio Mellicensi adscriptus est. Studiis theologicis Mellicii absolutis die 26. Iul. 1846 prima vice incruentum novi foederis sacrificium Deo obtulit. Die 14. Aug. facultatem in quatuor classibus grammaticalibus docendi obtinuit. Anno 1849 professor theologiae adprobatus disciplinas novi foederis usque ad annum 1854 in lyceo Mellicensi tradidit. Simul ab anno 1850 usque ad annum 1876 historiam naturalem in c. r. gymnasio Mellicensi docuit. Pro indigentiis etiam physicam, mathesin, linguam Germanicam, historiam et linguam Graecam docendi munus in se suscepit. Officio hospitum exceptoris et adiuncti bibliothecarii functus, pluribusque societatibus ad promovendas litteras adscriptus anno 1876 bibliothecam Mellicensem administrandam adiit, quo munere huc usque fungitur.

Scripsit:

I. Die Atmosphäre und ihre Luft- und Wasser-Meteore. (i. e. De aëre eiusque phaenomenis.) Im Jahresbericht des Melker Gymnasiums 1859. Wien, bei A. Pichlers Witwe und Sohn. 4°.

II. Litterae viri clarissimi Ioannis Benedicti Gentilotti ab Engelsbrunn ad PP. Bernardum et Hieronymum Pez. Im Jahresbericht des Melker Gymnasiums 1863. Wien, Druck von Ludwig Mayer. 4°.

III. Mondseer Gelehrte. (i. e. Eruditi monasterii Lunaelacensis.) In den Jahresberichten des Melker Gymnasiums 1864 und 1865. Wien. Im Selbstverlage. Druck von Ludwig Mayer. 4°.

IV. Materialien zur Geschichte des Weinbaues in Oesterreich. (i. e. Collectanea ad historiam culturae vini in Austria.) Im Jahresbericht des Melker Gymnasiums 1873. Wien. Im Selbstverlage. Druck von Ludwig Mayer. 4°.

Steinhauser Ioannes Bapt. (a s. Petro Salisburgi), natus Salisburgi 15. Apr. 1696, novitius 23. Iun. 1712, professus 24. Iun. 1713, neomysta 26. Mart. 1719, absolutis quoque studiis iuridicis 10. Mart. 1724 notarius apostolicus, anno sequenti ad s. Paulum in Carinthia abiit, theologiam ibi per biennium traditurus. Redux variis muneribus functus, utpote magistri novitiorum per 19 annos, praefecti cellae vinariae, vicarii parochiae Abbatisaugiensis, bibliothecarii et subprioris, obiit bis iubiläus 15. Dec. 1774.

I. Acht Bedenken über die Regel des heil. Benedicti. (i. e. De regula s. Benedicti memoratu digna quaedam.) Aus dem Lateinischen des P. Rupert Presinger übersetzt. Tegernsee, 1725. 12°. Editio II. Salzburg, 1732. 12°.

II. Neu angehendes Ordenskind des hl. Erzvaters Benedicti, oder achttägige geistliche Uebungen zur würdigen Anziehung des hl. Ordenskleid. (i. e. Exercitia octiduana pro candidatis.) Aus dem Lateinischen des Rupert Presinger übersetzt. Mit zwei Betrachtungen auf den Tag der Einkleidung. Salzburg, Mayr. 1732. 12°.

III. Die zwölf Staffel der Demuth erklärt. (i. e. Humilitatis duodecim graduum explicatio.) Ibid. 1733. 12°. II. editio ibid. 1737. 12°.

IV. Vortreffliche Lehren von der Ergebung des menschlich in den göttlichen Willen. (i. e. De aequitate animi christiani explicatio.) Aus dem Lateinischen des Tobias Lohner. S. I. Ibid. 1736. 8°. 131 p.

V. Kurze Lebensverfassung der heil. Jungfrau und Mutter Erentrudis. (i. e. Vita s. Erentrudis.) Salzburg, 1749. 12°.

Steininger Placidus (Admontensis), Austriacus ad Ybbisam natus 28. Iun. 1843, in gymnasio Seitenstettensi dein Cremsensi studiis addictus Admontes venit ibique stabilitus 1. Nov. 1871 primam Deo obtulit hostiam in urbe paterna 26. Dec. 1871. Primo curatiam Hallensem provisorie regens, mox ad theologiam reversus studium biblicum utriusque foederis alumnis tradit, cathedra theologiae moralis nuperrime addita. Placido insuper cura novitiorum et clericorum tradita est, qui societ. orientalis Lipsiae fundatae sodalis nominatur activus.

Scripsit recensiones sequentes:

I. Recension über K. Landsteiners Schmerzensschrei eines Paria. Wien, 1872. (Allgem. Lit. Zeit. zunächst für das kathol. Deutschland. Wien, 1872. p. 95.)

II. Wilhelm Maier, Moses und Christus. Recension. Theol. prakt. Quartalschrift. Linz, 1877. p. 677 u. f.

III. Fischer, Heidenthum und Offenbarung. Recension. Ibid. 1879. 825 p.

Steinringer Ferdinandus (abbas San-Paulanus). Natus est Clagenfurti in Carinthia die 9. Iun. 1796; s. habitu indutus die 28. Oct. 1815; sollemniter professus die 28. Oct. 1818; sacerdos creatus die 19. Sept. 1819. Anno 1820 Clagenfurti absolvit studium theologiae, et abhinc viginti annos muneri docendi vacabat, primum in gymnasio Clagenfurtensi, potissimum in lyceo docens philosophiam, et brevi tempore etiam doctrinam religionis. Professorem egit praecipuum, docendi dono praeditus insigni, iuvenes studiosos optime instruens et liberaliter habens, ad litterarum studium feliciter concitavit; quare eum grato amore recolebant. Ipse doctus, continuo studio in scientiis profecit mirabiliter; ex corde secutus est philosophiam Güntheri, ex illa sperans victoriam contra Materialismum et vigentem Pantheismum, quapropter iam abbas anno 1850 Clagenfurti eandem alumnis theologiae publicis praelectionibus explanavit: censurae laudabiliter se subiecit. Ob praeclaras virtutes, quae in eo elucebant, et facilitatem rerum gerendarum die 10. Sept. 1840 abbas electus est. In eminenti hoc loco constitutus, muneris officia sedulo explebat. Ut spiritum s. Benedicti in sibi subditis confratribus aleret, disciplinae monasticae servandae sollerter intendit, choro quotidiano recitando vel canendo nunquam deerat, exercitiis spiritualibus, quotannis habitis se et confratres interius renovare et ad officia expeditiores fieri voluit. Litterarum studia valde fovit; iuniores confratres in universitatibus Vindobonensi, Graecensi et Oenipontana in variis disciplinis magnis sumptibus excoli curavit, ut essent bene parati ad munus docendi rite sustinendum in

gymnasio Clagenfurtensi vel San-Paulano. Etiam in universitate Monachiensi duobus iunioribus confratribus copiam fecit ad consequendum gradum s. theologiae doctoris. Denique libris, quos magno pretio comparavit, et a professoribus comparari permisit, litterarum studia inter suos promovit. Scholam popularem s. Pauli tertia et quarta classe auxit; ex Tiroli vocavit 3 sorores scholarum dictas III. ord. s. Francisci, quae scholas puellarum s. Pauli regerent et puellas cum exercitiis religionis etiam artes domesticas docerent. Animarum curam magni habens, verbum divinum ipse abbas frequens praedicavit et in tribunali sacro consedit. Dilexit decorem domus dei, et ecclesiam monasterii et parochiae et Clagenfurtensem interius et exterius restauravit, pulcherrimis imaginibus et statuis ornavit, et locum pro choro sic dicto hiemali eleganter aptavit. Agriculturae et rei pecuariae erat peritus et valde studiosus; utrique provide inspexit optimo successu, ut societas agraria Vindobonensis, iuvencum e stabulo s. Pauli propositum collaudans, miserit monetam argenteam. Pomologiae erat amantissimus; ubique conserendo pomaria, totum agrum monasterio adiacentem quasi hortum effecit. Et societas agraria Carinthiae, poma San-Paulana optima et pulcherrima agnoscens, anno 1862 praemium primum s. Paulo adiudicavit. Exemplum hoc agricolas vallis Lavantinae ad pomorum culturam excitabat, ut successu temporis ex venditione pomorum quotannis magnum lucrum facerent. Etiam vineis prope Marburgam sitis recte colendis, melioribus vitibus conserendis et ampliandis multam curam adhibuit. Aedificium monasterii s. Pauli restauravit, ornavit et amplificavit, pro scholis novum exstruxit, collegium Clagenfurti pulchro et lato aedificio auxit; aedificia praediorum s. Pauli in Kollnitz et Zocklhof incendiis consumta apte et rei rusticae convenienter iterum aedificavit: atque his omnibus bene peractis, de confratribus et monasterio optime promeruit; quare princ. episcopus Lavantinus eum honoraturus, abbatem Ferdinandum consiliarium consistorii nominavit, et imperator Franciscus Iosephus equitem ordinis coronae ferreae III. classis designavit. Erat sodalis societatum agrariarum Carinthiae, Styriae et Goritiae, et historicae Carinthiae. Praeter linguas antiquas classicas, quas valde diligebat, Gallicam et Italicam perceperat; et ad tibiam et violam canere, clavichordium tractare, etiam abbas inter sacra tibia aut viola cooperatus est. Hydrope laborans, eius molestias patienter sustinens, rite provisus die 22. Mart. 1866 placide animam efflavit. Erat abbas humanus ac modestus, sollicitus et prudens pater familias, ordinis s. Benedicti amans, sacerdos omni veneratione dignus.

Sequuntur, quae prelo submisit:

I. Nekrolog des Abtes vom Benedictiner-Stifte St. Paul im Lavantthale Meinrad Amann, Kärntnerischen Landstandes und Verordneten. (i. e. Necrologium abbatis.) Klagenfurt, 1840, gedruckt bei Ferdinand Edlen von Kleinmayr. 14 p. 8°.

II. Kurze Geschichte des Herzogthums Kärnten. (i. e. Ducatus Carinthiae brevis historia.) Als Anhang zur Geschichte des österreichischen Kaiserstaates. Wien, bei S. Anna. 1843. 50 p. 8°.

III. Predigt zur Weihe eines neuen Altarsblattes. (Sermo.) Klagenfurt, gedruckt bei Ferdinand Edlen von Kleinmayr. 1843. 14 p. 8°.

IV. Predigt am Schlusse des Jahres 1850, gehalten im Dome zu Klagenfurt. (Sermo.) Klagenfurt, Druck von Joh. Leon. 12 p. 8°.

V. Versuch einer Kennzeichnung des Menschen als Natur- und Geist- oder als Sinnen- und Vernunftwesen für denkende Christen. (i. e. Hominis sec. naturam duplicem delineatio.) Wien, 1864. Druck und Verlag von Carl Gorischek. 156 p. 8°.

de Stenitzer Antonius (Admontensis), praenobilibus parentibus in Goess prope Leobium natus 5. Nov. 1750, musis et musicae Admontes operam impendens, vota emisit sollemnia 1. Iul. 1770 et primo stetit ad aram 30. Apr. 1775. Professurae in gymnasio domi admotus insuper munere regentis chori fungens, Leobium translatus gymnasii ibidem egit professorem et directorem. Obiit tandem colica 2. Dec. 1797.

Composuit 6 Missas, 1 Requiem, Litanias, 1 Te Deum et 4 Vesperas, quae vero incendio anni 1865 perierunt.

de Stenitzer Henricus (Admontensis), natus Styrus in Goess 10. Maii 1748, religionem monasticam professus 18. Nov. 1764, primitias celebravit 20. Iul. 1772. Concionator et praef. hospitii domi, cooperatorem in Kammern et Kallwang, vicarium in Altoetting et Hall egit. Oeconomiam domi et dein in Admontbühel laudabiliter regens iterum ad curam animarum transiens, parochiam administravit in Mautern, Altenmarkt et Gaishorn. Obiit professus iubilaeus domi apoplexia tactus 29. Sept. 1815. Anno 1774 congregationi s. rosarii Admontes praeerat.

I. Predigt, welche in der Kirche zum heil. Franz Xaver bei Einführung des Armeninstitutes in der kaiserl. königl. Stadt Leoben den 4. Sept. 1785 gehalten worden. (Sermo.) Von Pater Heinrich Stenitzer, derzeit öffentlichen Stadtkatecheten. Gratz, gedruckt mit Leykamischen Schriften. 8° min.

II. Chronik der Pfarre Altenmarkt, 1808. (i. e. Chronicon parochiae Altenm.) Mscr. in Altenmarkt, Abschrift im Archiv zu Admont.

Stern Carolus (Scotensis), Setzdorf in Silesiae vico natus die 11. Iun. 1815 et monasterium ingressus est die 14. Sept. 1837. Votis sollemnibus die 29. Sept. 1840 nuncupatis, cum s. theologiae studia in univ. Vindob. coluisset, primitias die 1. Aug. 1841 celebravit. Haud multo post animarum curae addictus, cum cooperatorem egisset 1843—45 in Zellerndorf, inde in monasterium redux, curati et concionatoris ibidem partes suscepit, quas usque ad annum 1862 singulariter tuitus est, intrepidus religionis catholicae defensor in periculosa illa anno 1848 excitata rerum publicarum commutatione. Anno vero supradicto parochus est designatus Enzersfeld, quo munere hucusque egregie fungitur.

Typis edidit:

I. Was sagen Schrift und Ueberlieferung, Vernunft und Erfahrung über die heilige Beicht? (i. e. Conciones tres habitae de sacramento confessionis.) Viennae, 1849, typis I. P. Sollinger viduae.

II. Die Versuchung Jesu Christi, in vierzehn Fastenpredigten, den kirchlichen und socialen Zeitverhältnissen möglichst entsprechend dargestellt. (i. e. Conciones quadragesimales de Christi in deserto tentatione, dedicat. Francisco com. de Ezterházy.) Viennae, 1852, in comm. Kaulfuss, Prandel et comp.

III. Der katholische Ablass nach kirchlicher Begründung, geschichtlicher Entwickelung und wunderbarer Wirkung. (De venia peccatorum conciones 8, dedic. Laurent. Marc. com. de Bussy-Mignos.) Viennae, 1855, typis A. Schweiger.

IV. Conciones primit. nec non secundit. Die Ceremonien der Priesterweihe. Zur Primizfeier des P. Paulus Nuttil (Scotens.) am neunten

Sonntage nach Pfingsten. Viennae, 1847, typis M. Lell. — Der Kampf des Priesters in unserer blinden Zeit. Zur Primizfeier des P. Gotthard Springer (Scotens.) am neunten Sonntage nach Pfingsten. Viennae, 1849, typis M. Lell. — Der Priester ist des Volkes bester Freund. Zur Primizfeier des P. Hugo Mareta (Scotens.) am siebenten Sonntage nach Pfingsten. Viennae, 1851, typis Ant. Schweiger. — Der Priesterfeind ist sein eigener Feind. Zur Primizfeier des P. Ildephons Edler von Clesius (Scotens.) am neunten Sonntage nach Pfingsten. Viennae, typis Anton Schweiger. — Primizpredigt für P. Adolph Kern. (Scotens.) Viennae, 1853, typis Ant. Schweiger. — Primizpredigt für P. Vincenz Knauer (Scot.) am 21. Aug. 1853. Viennae, typis Ant. Schweiger. — Der katholische Marienkult. Zur Primizfeier des P. Bonifaz Steiner am Feste Maria-Schnee. Viennae, 1855, typis Ant. Schweiger. — Die geistliche Vaterschaft. Zur Secundizfeier des Wenzel Twerdinsky, Pfarrer zu Gross-Ebersdorf, Besitzer des Verdienstkreuzes mit der Krone, am zwanzigsten Sonntage nach Pfingsten. Viennae, 1870, typis et sumpt. Ludovici Mayer.

V. Conciones in festis B. M. V. et S. S.: Predigt zur hundertjährigen Jubelfeier der Einweihung der magistratischen Patronatskirche zur heil. Margarita in der Vorstadt Weissgärber in Wien am 14. Juli 1846. Viennae, 1846, typis congreg. Mechith. — Zuruf eines Unterhirten an die gläubige Herde. Bei Gelegenheit des Festes: Mariae Namen. Viennae, 1848, typis A. Dorfmeister. — „Selig jenes Volk, dessen Gott der Herr im Himmel ist“ (Ps. 32, 12). Am Feste des heil. Leopold zu Klosterneuburg. Viennae, 1849, typis M. Lell. — Der Geist, der im Herzen wohnt, spricht sich durch die Zunge aus. Am Feste des heil. Johannes v. Nepomuk am Pfingstmontage in der Pfarrkirche zu St. Johann in der Praterstrasse. Viennae, 1850. typis A. Pichlers Witwe. – Einfluss der Civilehe auf das Staats- und Familienleben. Betrachtet am Feste des heil. Leopold bei den Schotten in Wien. Viennae, 1850, typis A. Pichlers Witwe. — Die Kraft des heiligen Glaubens im Leben des heil. Johann v. Capistran am 23. October bei den PP. Franziskanern geschildert. Viennae, 1851, typis Anton Schweiger.

VI. Conciones variis occasionibus habitae: Rückblick auf das vergangene Jahr 1848 in menschlicher, bürgerlicher und kirchlicher Beziehung. Viennae, 1849, typis congr. Mechith. — Einige Worte zur Ermunterung an die Kinder des hochgebornen Herrn Grafen Paul Széchenyi, k. k. Kammerherrn, gerichtet, als sie am Tage des heil. Aloysius im Jahre 1849 die heilige Communion empfingen. Viennae, 1849, typis I. P. Sollingers Witwe. — Einige herzliche Worte bei Gelegenheit der Copulation des Herrn Professors Stephan Stern mit Frau Theresia Christen. Viennae, 1849, M. Lell. — Ansprache zur Aufnahme des Fräulein Emilie Rettich in die römisch-katholische Kirche am 25. Apr. 1850. (Besonderer Abdruck aus Rousseau's „Friedenszeitung“ No. 104, Wien, im Apr. 1850.) Viennae, 1850, typis nob. de Schmidbauer und Holzwarth. — Der wahre Christ verzeiht. Predigt am vierten Sonntage in der Fasten. Viennae, 1851, typis A. Pichlers Witwe.

VII. Insuper plures locos ephemeridibus Viennensibus inseruit.

Stern Paulus Iosephus (des. Monte Pannoniae), s. theologiae doctor, facultatis theol. in r. univ. Budapestin. collegiatus, in Liptó-Szent-Miklós com. Lipt. in Hungaria die 28. Sept. 1832 parentibus iudaeis ortus, die 15. Maii 1853 baptizatus et eodem anno die 8. Sept. s. habitu indutus, die 28. Sept. 1856 vota sollemnia emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 26. Iul. 1858 sacerdotio initiatus est. Ab anno 1858—60 professor gymn. Strigonii, 1860—65 professor studii biblici in s. monte, 1865—74 professor gymn. Sopronii, ab hoc anno munus superioris domus et directoris gymn. Ginsiensis obit. Scripsit:

I. Duo carmina lingua Germanica in lib. period. „Kath. Christ.“ „Maria“, 1857, II. 2. n., „Hymne auf das Fest der heiligen drei Könige“, 1859. I. 1.

II. Carmen hebraeum in libro „Iubilum em. ac rev. d. card. Ioannis Bapt. Scitovszky cet., quum 50. presbyteratus annum recoleret, ab antiquo seminario s. Stephani oblatum". 1859. 4°. 3 pag.

III. Carmen honoribus Theophili Balázs, o. s. B. de s. Monte Pannoniae, occasione sollemnium semisaecularium. 1873. 2°.

IV. De pantheismo. Disquisitio historico-philosophica de origine, progressu et fructibus pantheismi. Dissertatio pro obtinendis gradibus theologicis. 1859. Ms. 2°. 48 p.

V. Clemens Aurelius Prudentius, ein christlicher Dichter des vierten Jahrhunderts. (i. e. Cl. Aur. Prudentii vita.) In progr. gymn. Strigon. 1859. 8°. p. 31—47.

VI. A szentirás és a protestantismus. (i. e. Scriptura s. et protestantismus.) In lib. period. „Religio". 1864. II. 4. 5. n.

VII. A szeplőtelen fogantatásról szóló hitczikkely kihirdetésének korszerűsége. (i. e. De opportunitate definitionis dogmatis de immaculata conceptione.) Ibid. II. 47. n.

VIII. Népszerű kalászat sz. Kelemen pápa és vértanu irataiból. (i. e. Spicilegium ex scriptis s. Clementis papae et mart.) In calendario societatis s. Stephani pro anno 1865. 8°. p. 18—26.

IX. Az ember története. (i. e. Historia generis humani.) In progr. gymn. Ginsiensis 1876—1877. 8°. p. 3—24.

X. Primizpredigt beim feierlichen Erstlingsopfer des Bonifacius Fr. Fuchsz. 2. Febr. 1863. (i. e. Oratio s. in primitiis Bonifacii Fuchsz.) Steinamanger, 1863. Bertalanffy. 8°. 13 p.

Sternegger Bertholdus (abbas ad s. Lambertum) in Styria. Natus est in Rossitz Austriae 29. Nov. 1713 honestis civibus, habitum ordinis nostri accepit ad s. Lambertum per abbatem Chilianum Werlein 30. Iul. 1730, in cuius manus etiam 5. Aug. sequentis anni sollemnia vota emisit. Absolutis in univ. Graecensi studiis philosophicis et theologicis primam Deo hostiam laudis obtulit in ecclesia B. V. Cellensis 29. Sept. 1737. Ad quam mox missus est, ut in ea primum subsacristae et sub-thesaurarii, dein per 13 annos thesaurarii munere fungeretur. Defuncto autem Eugenio de Inzaghi abbate, praeside ipso nuntio apostolico Cribellio, a 72 inter 113 votantes in eius locum suffectus (7. Mart. 1760) et ad Scotos Viennae mitra decoratus est 19. Oct. eiusdem anni. Benevolus exhibetur Bertholdus in subditos, mitis in offensores, zelosus disciplinae, amans litterarum; auxit bibliothecam monasterii et ipse hilari vultu libros in petentes distribuit. Disputationibus et examini annuo studiosorum diligenter intererat. 1782 Pium VI. Papam Viennam proficiscentem in aula Graecensi hospitem recepit; mox vero nimis infausto tempore eius benignitas et vis fracta est. Anno enim 1783 monasterii exemtio et immediata sub sedem apostolicam subiectio ablata est, immo 4. Ian. 1786 plena perantiqui monasterii sublatio a Iosepho II. signata est. Reliqua vitae Bertholdus Graecii transegit, ubi 25. Ian. 1793 apoplexia tactus obiit qua professus et sacerdos iubilaris.

Typis dedit:

I. Cellerisch-Marianischer Gnadenschatz des 1748ten Jahres. (i. e. Thesaurus gratiarum Mariano-Cellensium anni 1748.) Steyer, 1749, gedruckt bei Greg. Menhardt. 12°. Sub eodem titulo et de eadem materia alios 4 libellos edidit de annis 1749, 1750, 1751—52, 1753—54.

II. Sechstes Jahrhundert der zu Mariam nach Zell in Steyermark angefangenen Wallfahrt mit dazu gehörigen Nachrichten. Steyer, gedruckt bei Greg. Menhardt. 1758. 8°. 445 p.

Quod opusculum paulo postea in lingua Latina prodiit sub titulo:

III. Saeculum sextum inchoatae in Cellas Marianas in Styria peregrinationis; ab eiusdem

monasterii professo (v. sub voce Schelzinger P. Innocentius) latinitate donatum. Styrae, typis Greg. Menhardt. 1772. 8°. 328 p. Dedicatum principi haereditario Iosepho. In utroque libro transitorie saltem historia quoque monasterii s. Lamberti tangitur.

Sterz Marianus (Lambertinus). Natus est Oppavii in Silesia 22. Sept. 1788, sacrum ordinis Benedictini habitum induit ad s. Lambertum in Styria 31. Oct. 1808; emissa sollemni professione (1. Nov. 1811), absolutis studiis theologicis et celebrato primo sacro in Weisskirchen (6. Ian. 1812) factus est magister in gymnasio domestico 1812—15, exinde thesaurarius in Cellis Marianis 1815—19, parochus in Turnau 1819—1820; abhinc in monasterio studiis historicis incubuit. Obiit ibidem 12. Febr. 1834.

Typis dedit:

Grundriss einer Geschichte der Entstehung und Vergrösserung der Kirche und des Ortes Maria Zell. (i. e. Compendium historiae originis et incrementi ecclesiae et oppidi Cellensis in Styria.) Wien, 1819. Gedruckt auf Kosten des Verfassers. 8°. 218 p.

Praeterea sequens eius manuscriptum lingua Germanica compositum exstat in archivo Lambertino: Historia monasterii s. Lamberti in tres partes divisa, quarum prima continet seriem abbatum, secunda religiosos eorumque officia, tertia loca ad s. Lambertum pertinentia. Fol. 270 p. Scripsit insuper plures breviores tractatus historiam monasterii sui illustrantes e. g. de scriptoribus illius, in quibus vero omnibus ad verbum fere P. Aemiliano Graff innititur.

Steyrer Anselmus (Mellicensis), Hungarus Neufeldensis, die 17. Iul. 1703 natus, a die professionis suae, die 3. Ian. peractae, ad supremum usque cursus sui diem, tum pietate, tum assiduo labore ita excelluit, ut omnibus exemplo esset. Dici vix potest, quanta vir sive sacerdos die 29. Sept. 1728 factus curandis animabus, sive professor instruenda iuventute, sive praefectus administrandis bonis, sive oeconomus augenda re domestica egerit, in ordinem disposuerit, collegerit atque scriptis fideliter atque eleganter commendaverit. Singularem hanc laboris assiduitatem ad summam usque senectutem ita produxit, ut laborare non prius ac vivere die 23. Maii 1786 desierit. Scripsit:

I. Album sacrorum foederum inter monasterium Mellicense et aliquot monasteria ac collegia pactorum, in meliorem ordinem reductorum. Anno 1758. Fol. (Ars calamo pingendi largissime hic exhibita.) Ms.

II. Catalogus Benedictinorum Mellicensium, a nostro clarissimo P. Philiberto Hueber collectus et a P. Anselmo Steyrer descriptus. Anno 1756. Fol. Ms.

III. Nachrichten von dem Zustand der Weinzierl oder sogenannten Hofmeister in der Wachau, ausgezogen aus dem Lesebericht über Wösendorf de anno 1759. Fol. Ms. Victorini Haan Mellicensis, ephemerides, seu libri duo Heroicorum, complectentes historiam pestis Mellicii et in vicinia grassantis 1713. Hoc opus dedicavit P. Victorino Brunner, oppidi Mellicensis parocho, die 18. Mart. 1780. Fol. Ms.

IV. Verzeichniss der dem löblichen Stift und Kloster Melk von dessen Mitgliede, P. Anselm Steyrer, von 1723, dem Jahre seiner Profess, bis 1779 geleisteten besonderen Dienste. (i. e. Rerum in utilitatem monasterii gestarum descriptio.) Fol. Ms.

V. Anmerkungen über die bei dem Kloster Mölkerischen Kuchelamt gemachten neuen Einrichtungen. (i. e. Notata quaedam ad novum in culina Mellicensi introductum ordinem spectantia.) Fol. Ms. Apud culinae praefectum in monasterio.

Stingeder Raphael (Cremifanensis), Austriacus Gallneukirchensis, die 1. Sept. 1831 natus absolutis Cremifani studiis die 22. Aug. indutus cursu theologico in instituto domestico ad s. Floriani confecto die 22. Aug. 1854 votis sese sollemnibus ligavit et 29. Iul. 1855 in sacerdotum numerum relatus est. 1855—59 cooperator et aliquamdiu provisor in Sipbachzell, 1859—1866 cooperator in Buchkirchen, 1866—1871 culinae et per triennium simul rei vinariae praefectus, ab anno 1871 novitiorum magister, clericorum director, s. supellectilis custos et nosocomii ad s. Vincentium Cremifani praefectus.

Edidit librum:

Die Stiftskirche zu Kremsmünster mit der Frauenkapelle und Schatzkammer kurz beschrieben im Jubeljahre 1877. (i. e. Descriptio ecclesiae claustralis Cremifanensis, sacelli B. Mariae Virginis et gazophylacii ad annum iubilaeum 1877 scripta.) Linz, Buchdruckerei des katholischen Pressvereins. Selbstverlag. 8°. 60 p.

Stingel Coelestinus (Emautinus Montserratensis), Bohemus Pragensis, natus 1819, professus 1844, presbyter ordinatus 1845, capellanus campestris (militaris) in Italia, catecheta et professor kalligraphiae, stenographiae et artis delineandi in gymnasio Benedictino Emautino Klattoviae emeritus, sacristiae monasterii praefectus, pictor plures magnas imagines imperatorum Austriacorum in curia senatus Klattoviensis et plures magnas imagines sacras ecclesiae, quae antea fuit societatis Iesu Klattoviae, plures magnas imagines abbatum Montserratensium Pragae in Emaus et imagines magnas plurium celebrium virorum ex ordine sancti Benedicti egregie renovavit.

Stöcklin Oddo (San-Blasianus). Septennis sacerdos confessarius monialium in parthenone Beroviensi constitutus, eam sibi apud dominam praepositam fiduciam comparavit, ut etiam ab officio remoto, nihil absque eius consilio recte factum putaret. Post octo annos ibidem toleratos, sacellanus abbatis Meinradi diaria copiosa conscripsit, non hospites tantum et communia et consueta, sed quaecumque in negotiis publicis pertractata fuerunt, accurate et utiliter inserens. Grafenhusanae parochiae praefectus, diruta veteri ruinosa, amplam et sumtuosam habitationem parochiae vicarii erexit. Dein decanus s. Blasii infaustum nimis aedium s. Blasii incendium die 23. Iul. 1768 moestis oculis vidit. Dissoluto conventu Blasiano, administrator unitarum ecclesiarum in Bondorf, novem annis officium utiliter servavit, vir semper laboriosus, et provehendo congregationis Blasianae commodo intentus. Lenta febri ita consumtus, ut praeter cutem et ossa nihil remaneret, ad mortem pie dispositus, placide obdormivit in domino die 28. Aug., anno reparatae salutis 1778, anno aetatis 59mo.

Sequitur eius manuscriptum:

Diarium monasterii s. Blasii sub regimine principis abbatis Meinradi 1760—63. Continet in 4 tomis (in folio) 565 folia, et adservatur in archivo San-Paulano No. 163.

Stoehr Dominicus (Emautinus-Montserratensis), Bohemo-Lippensis (Böhmisch-Leippe), natus 1752 die 14. Iul., professus 1777 die 25. Dec., primitias celebravit 1780 die 28. Sept., mortuus 24. Sept. 1826. A primordio erecti Pragae instituti ad erudiendos Surdo-mutos, erudiendi illos, qui nec audiunt nec loqui possunt,

quorum primus inde ab anno 1799—1818 fuit instructor et magister arte et scientia ea excelluit, ut fama per exteras regiones longe lateque celebratus fuerit et scientiae huius amantes et studiosi e peregrinis regionibus frequentes ad eum venirent, modum eius cum surdis et mutis agendi cognituri. Accidit, ut Berolinum veniens ibique institutum Surdo-mutorum invisens, cum surdo-mutis ipse quoque agere incipiens eorum laetissimum applausum et assensum adeo excitaverit, ut is, qui instituto praeerat ad eum accesserit quaerens et dicens: Ipsum certe dominum Stoehr Pragensem esse? Quod ille vultu arridens adprobavit.

Strahl Rupertus (Břevnoveno-Braunensis), Bohemus Litomericensis, natus 17. Apr. 1733, sacram professionem emisit Braunae 1751 die 3. Ian., ac 16. Oct. 1757 sacerdos ordinatus est. Egit in instituto theologico monasterii professorem theologiae morum, postea munere fungebatur subprioris Braunae, Policii et Břevnovii, ac tandem Braunae prior fuit constitutus. Vitae terminum attigit 1803 die 14. Nov. Scripsit:

Digestum de sacris ritibus in augustissimo missae sacrificio observandis. Ms. in 4°. Volumina 6, quae in bibliotheca abbatiae Braunaviensis adservantur. Sign. B. I. 2.

Strasser Gabriel I. (Cremifanensis), antea Georgius, Austriacus Steinbacensis, natus 15. Febr. 1752, studia humanitatis et philosophica in gymnasio et lyceo Cremifanensi percurrit, expleto tirocinii anno eadem, qua natus est, die 1776 sollemnem votorum regularium professionem edidit et insequentis anni die 7. Sept. sollemnitatem millenarii Cremifanensis novus ad aram sacerdos adstans auspicatus est. Primis sacerdotii annis catecheta in schola normali, deinde classium grammaticalium et humanitatis in gymnasio Cremifanensi professor, postea linguam Graecam una cum mathematica docuit, anno 1803 archivarius monasterii constitutus antiquissimas monasterii tabulas in ordinem curatiorem redegit, per annos aliquot simul bibliothecarius, ultimo vitae biennio rei culinariae praefectus obiit die 6. Apr. 1814.

Edidit librum:

Kremsmünster aus seinen Jahrbüchern. (i. e. Cremifanum ex annalibus suis.) 1. Th. 8°. Steyr, Greis. 1809. 346 p. (Alia exemplaria annum 1810 habent.) Alteram operis partem scriptis perfectam auctorem ipsum igni tradidisse constans inter Cremifanenses traditio est.

Strasser Gabriel II. (Cremifanensis), Austriacus Waldzellensis, die 13. Febr. anni 1823 natus, frequentatis cum laude scholis Cremifanensibus s. habitu die 11. Sept. 1844 indutus theologiae studia in lyceo Linciensi absolvit, emissisque die 13. Iun. 1848 votis sollemnibus die 20. insequentis mensis eiusdem anni sacerdotio initiatus est. 1848—60 adiunctus astronomi, 1860—73 astronomus; deinde observatorii astronomici, meteorologici et magnetici director, 1852—78 simul mathematicae et physicae in gymnasio professor; c. r. aurea cum corona cruce pro suis meritis insignitus.

Scripta eius sunt sequentia:

I. Kegelschnittslinien nach den wichtigsten Methoden mit Rücksicht der geschichtlichen Entwickelung. (i. e. Dissertatio de sectionibus conicis.) Gymnasialprogramm 1863. Linz, Druck von J. Feichtingers Erben. 4°. 69 p. Verlag der Direction.

II. Sternschnuppenbeobachtungen. (i. e. Observationes traiectionum stellarum.) Abgedruckt

in den Jahrbüchern der k. k. Wiener Sternwarte, 1870 und 1873.

III. Resultate der meteorologischen Beobachtungen auf der Sternwarte Kremsmünster in dem Triennium 1873, 1874, 1875. (i. e. Summa observationum meteorologicarum per triennium in observatorio Cremifanensi factarum.) Ex libro: Repertorium für physikalische Technik, mathematische und astronomische Instrumentenkunde. München, Oldenburg. 8°. p. 158—229. separatim edita.

IV. Mittlere Oerter von Fixsternen, bezogen auf das mittlere Aequinoctium 1870, abgeleitet aus den Beobachtungen der Sternwarte Kremsmünster. (i. e. De locis mediis stellarum fixarum.) Linz, Druck von J. Feichtingers Erben. 1877. 8°. 26 p.

V. Planetenbeobachtungen am Meridiankreise an der Sternwarte zu Kremsmünster, 1854—1860 gemeinsam mit Reslhuber, 1861—77 allein. (i. e. Observationes planetarum in circulo meridiano observatorii Cremifanensis factae.) Vulgatae in: „Astronomische Nachrichten von Peters, Kiel".

VI. Beobachtungen von Mond und Mond-Sternen 1854—77. (i. e. Observationes lunae.) Vulgatae ibidem.

VII. Kometenbeobachtungen 1863—77. Ihre Reductionen seit 1869 vollständig durchgeführt. (i. e. Observationes cometarum una cum reductionibus eorum ab anno 1869.) Vulgatae ibidem.

VIII. Ueber die mittlere Temperatur von Kremsmünster. (i. e. De media temperatione Cremifani.) Dissertatio vulgata in publicationibus c. r. academiae litterarum Vindobonensis, 1878.

IX. Meteorologische Berichte, 1876 et 1877.

X. Dr. Augustin Reslhuber. Eine biographische Skizze. (Aug. Reslhuber, abbatis et astronomi Cremifanensis vita.) Ex publicationum societatis astronomicae Lipsiensis tomo XI. vol. II. separatim edita. 8°. 7 p.

Strasser Pius (Seitenstadiensis), Natus 27. Dec. 1843 in vico Wenklarn Austriae inferioris gymnasii studiis Seitenstadii et Mellici absolutis sacrum habitum induit in monasterio Seitenstettensi die 21. Sept. 1862. Votis simplicibus (quae dicuntur) die 21. Sept. 1863 emissis theologiae studiis per duos annos in celebri monasterio Admontensi, per reliquos, cum hoc monasterium igne deletum esset, in seminario episcopali occubuit. Die 24. Sept. 1866 votis sollemnibus emissis die 28. Iul. 1867 primum ad aram Dei omnipotentis stetit. Munere deinde cooperatoris in parochiis ad s. Petrum in Augia et Asbacensi functus 1873 doctrinam religionis et tachygraphiae in c. r. gymnasio docendam suscepit, quae officia una cum praefectura convictus adhuc sustinet. Scripsit:

I. Der König der Instrumente. Geschichte der Orgel. (i. e. Rex instrumentorum. Historia organi.) In „Kirchenschmuck", Blätter des christlichen Kunstvereines der Diöcese Seckau, 1877, 1878, 1879. Eadem commentatio in „Archiv für kirchliche Baukunst und Kirchenschmuck", herausgegeben von Theodor Prüfer. Berlin, 1877, 1878, 1879.

II. Die Instrumentalmusik in der Urzeit des Christenthums. (i. e. Symphonia antiquissima Christianorum aetate.) Im Archiv (ut supra) 1878. Vol. 1—4.

Strobl Gabriel (Admontensis), Styrus in Unzmarkt natus 3. Nov. 1846, absolutis laudabiliter studiis Admontes stabilitus 5. Oct. 1870, primam Deo litavit hostiam 23. Oct. 1870. Primo pueros cantores informavit dein vero cooperator ad s. Galli per aliquot menses in cura animarum versatus est. In c. r. univ. Oenipontanam 1872 missus studio historiae naturalis per 3 annos occupatus est. Ab anno 1877 vero res naturales in c. r. gymnasio Seitenstettensi tractat. Siciliam, Hispaniam aliasque terras rei botanicae et zoologicae causa

saepius perlustravit, rerum naturalium peritissimus; collectiones coenobii Admontensis Gabrielem praedicant auctorem. Societatis zoologico-botanicae Viennae et academ. caes. Leopoldino-Carolinae Germanicae nat. scrut. praeside Reichenbach sodalis nominatur legalis. Descripsit itinera sua respectu habito ad geognosiam et physicam specialem uti:

I. Ausflug auf den Brucksattel. Oesterr. bot. Zeitschr. 1869. — Besteigung des Dachstein. Graz. Volksbl. 1870. — Der Radstädter Tauern. Oesterr. bot. Zeitschr. 1871. XXI. Jahrg. — Eine Partie auf den Hochgolling. Graz. Volksbl. 1871. — Eine Fahrt durchs Gesäuse. Ibid. 1871. — A. Wodischka, die Giftgewächse der Steiermark. Recension. Ibid. 1871.

II. Eine Frühlingsreise nach Süden. Reiseeindrücke aus Südsteiermark, Krain, dem kroatischen und istrianischen Küstenlande und den Inseln des Quarnero. Graz, 1872. 8°.

III. Aus der Frühlingsflora und Fauna Illyriens. Verh. der zool. botan. Gesellschaft. Wien, 1872.

IV. Ausflug auf den Hochschwung. Oesterr. bot. Zeitschr. 1869. — Ausflug auf den Bösenstein. Ibid. 1870. — Auf die Höhe des Lichtmessberges. Ibid. 1873.

V. Eine Sommerreise ins Tyrol nach Lienz. Grazer Volksbl. 1873.

VI. Ueber die Sclerantheen des Aetna und der Nebroden. Oesterr. bot. Zeitschr. 1874. — Bericht über die Reise nach Sicilien. Ibid. 1874.

VII. Ueber die Vegetationsverhältnisse des Aetna. Tagblatt der Naturforscherversammlung in Graz 1875, auch bot. Zeitschr. 1875.

VIII. Die Frauenburg in Steiermark. Tourist 1872. 4. Jahrg. — Das Sparafeld bei Admont nebst einer Skizzirung der obersteir. Gebirgszüge. Ibid. 1871. 3. Jahrg. — Wanderungen ins Gesäuse und auf die Jonsbacheralpen. Ibid. 1871. 3. Jahrg. — Auf hoher Alp. Gedicht. Ibid. 1871. 3. Jahrg. — Das Leben ein Bergstieg. Gedicht. Ibid. 1871. 3. Jahrg.

IX. Der Hochgolling. Berichte des österr. Alpenvereines. Wien, 1873.

X. Ausflug auf die Hochhaide in der Rottenmanner Tauernkette. Ibid. 1873. — Auf die Griesweberalm bei Admont. Ibid. 1873.

XI. Manuscripte: Flora von Admont und Umgebung. — Flora des Aetna und der Nebroden. — Käferfauna von Admont und Umgebung.

XII. Cooperatus est in edendo libro: Käfer von Steiermark, autore C. Brancsik.

XIII. Flora der Nebroden mit Bezug auf die Flora ganz Siciliens. Flora, oder Allgem. bot. Zeitschr. Regensburg, 1878 und 1879.

XIV. Studien über italienische Veilchen. Oesterr. bot. Zeitschr. 1877.

XV. Ueber die sicilianischen Arten der Gattung Ranunculus mit verdickten Wurzelfasern. Ibid. 1878.

XVI. Ueber die Vegetation des Aetna. Medicinische Zeitschr. Innsbruck, 1878.

XVII. Reiseerinnerungen aus Sicilien. Graz, 1878. 8°.

XVIII. Der naturhistorische Theil in: Die Haller Mauern. Eine topographische Studie von Dr. Martinez und Rumpl.

XIX. Eine Sommerreise nach Spanien. Graz, 1879. 8°.

XX. Sechs Tage in Paris. Grazer Volksbl. 1878.

Manuscripte:

XXI. Catalog des Universal-Herbariums des Stiftes Admont. Circa 1000 pag.

XXII. Catalog des Herbarium Styriae superioris, der Coleopteren-Sammlung, der Lepidopteren-, Dipteren-, Hymenopteren und Neuropteren-Sammlung des Stiftes Admont, alle mit genauer Angabe der Fundorte.

Stroissnigg Ludovicus (Cremifanensis), antea Benedictus, Carinthius Grafensteinensis die 13. Nov. 1804 natus, absolutis studiis 2. Oct. 1823 s. habitu indutus theologica studia Lincii consummavit, die 5. Iun. 1827 professus, die vero 17. Aug. 1828 regali sacerdotio auctus est. 1828—

1835 in diversis parochiis cooperatoris officio functus 1835—40 catechetam in schola normali egit; 1840—69 parochias in monte s. Magdalenae, Adlwang, Ried deinceps rexit; anno 1869 ad administrandam ampliorem parochiam Pettenbach transiit et professus et sacerdos iubilaeus ac venerabilis senior capituli obiit die 9. mensis Martii 1879.

Concionator disertissimus cum ubique maximum audientium numerum traheret, instantibus pluribus monasterii fratribus orationes a se habitas typis excudi fecit:

I. Predigten und Homilien auf alle Sonn- und Festtage eines katholischen Kirchenjahres. (i. e. Conciones et homiliae.) Linz, Fink und Sohn. 1832. 2 tom. 8°. 160 p.

II. Leichtfassliche, christkatholische homiletische Predigten auf alle Sonntage des Kirchenjahres. (i. e. Conciones homileticae pro singulis diebus dominicis.) Linz, Fink. 1841. 8°. 4 partes. 460 p.

III. Leichtfassliche christkatholische homiletische Predigten auf alle Festtage des Kirchenjahres. (i. e. Conciones homileticae pro singulis diebus festis.) Linz, Fink. 1845. 8°. 2 partes. 302 p.

IV. Leichtfassliche christkatholische homiletische Fastenpredigten über die Leidensgeschichte Jesu. (i. e. Conciones homileticae de passione Domini pro quadragesima.) Linz, Fink. 1845. 8°.

V. Kurze Beschreibung des Ursprunges und der Schicksale des Wallfahrtsortes Adlwang in Oberösterreich. (i. e. Brevis descriptio originis et historiae ecclesiae Adlwang, sacris peregrinationibus percelebris.) Linz, Fink. 1848. 10 p. Anonyme.

VI. Populäre Kanzelvorträge für alle Sonn- und Festtage des katholischen Kirchenjahres nach P. Rudolph Grasers Predigten und Homilien etc. (i. e. Conciones pro diebus dominicis et festis ad exemplum concionum et homiliarum P. Rudolphi Graser, Cremifanensis.) Vid. Graser Rudolphus. Augsburg, Fahrenbacher. 1848. 8°. 354 p.

VII. Fastenpredigten über die Leidensgeschichte des göttlichen Erlösers in Verbindung mit dem Bussunterrichte. (i. e. Conciones quadragesimales de passione s. Salvatoris.) Augsburg. Fahrenbacher. 1849. 8°. 104 p.

Stubhahn Aloisius (a s. Petro Salisburgi), Salisburgensis ex Laufen, natus 16. Oct. 1778, novitius 24. Oct. 1795, monachus professus 21. Nov. 1798, neomysta 29. Sept. 1801, absolutis studiis theologicis et iuris civilis et feudalis ac digestorum, Romam missus, ut in theologia per biennium excoleretur. Redux 1806 suprema laurea s. theologiae decoratus, in univ. Salisb. theologiam moralem et pastoralem usque ad annum 1811 docuit, quo soluta universitate Salisburgensi varia successive suscepit officia, uti vicarii in Annaberg, magistri novitiorum et clericorum et prioris claustralis. Obiit 19. Oct. 1862 professione et sacerdotio iubilaeus.

Oratio in confirmatione Alberti Nagenzaun neoelecti abbatis ad s. Petri Salisburgi. Salisburgi, Zaunrith. 1818. Fol.

Stupfel Aloysius (Mellicensis), natus est die 13. Apr. 1777 Bruchsellae in episcopatu Spirensi, 3. Dec. 1796 indutus, die 14. Maii 1801 in contubernium Mellicense cooptatus et 16. Aug. ad aram vocatus est. In sacerdotalibus functionibus variis in paroeciis, Haugsdorf, Lassee, et Gainfahrn exercitatus, 1809 parochiae Matzendorfensi, et 1810 Gainfahrnensi praeesse iussus est, ubi die 19. Nov. 1825 diem supremum obiit. Scripsit:

I. Dringende Anempfehlung der Kuhblattern. Eine Predigt, gehalten an die Pfarrgemeinde in Gainfahrn. (i. e. Sermo de pustulis artificialibus.)

Baaden, gedruckt und zu haben bei Aegydius Reiss. 1808. 8°.

II. Betrachtungen über das unauflösliche Band zwischen dem Regenten und seinem Volke. (i. e. De ligamine inter regentem et subditos meditationes.) Anrede, gehalten zu Matzendorf. Wien, Bauer. 1809. 8°.

III. Freundschaftliche Erörterung über die Kirche von England und die Reformation überhaupt. (i. e. De reformatione Anglicana dilucidationes.) Der Geistlichkeit aller protestantischen Bekenntnisse zugeeignet von dem Abbé de Trevern, vormaligen Generalvicar zu Langres und Mitglied der Sorbonne. Nach dem Französischen der 1817 zu London erschienenen Original-Ausgabe. 2 Bde. in 4 Abtheilungen. Wien, 1821, 1822, bei Franz Wimmer. 8°.

IV. Was ist der Ablass. (i. e. De indulgentiis.) Wien, 1826. 8°.

V. Liturgik oder Anleitung zur Verwaltung der öffentlichen Gottesverehrung, zunächst für angehende, aber auch für wirkliche Priester. (i. e. Institutio liturgicae.) Von J. A. S. Ms. 2 Bde. Fol. In bibliotheca Mellicensi.

VI. Die Leiden des Seelsorgers. (i. e. Sermo de pastoris animarum infortuniis.) Eine Gelegenheitsrede bei der zweiten Primizfeier des hochwürdigen Herrn Pfarrers in Kottingbrunn, Stanislaus Obermayer. Abgehalten am 1. Sonntage nach Ostern. Wien, 1821, bei Georg Ueberreuter. 8°.

Summerauer Ildephonsus (Emautinus Montserratensis), Bohemus Rakonicensis, natus anno 1698, professus 1725, ob eloquentiam modo diaconus verbi divini praeco factus, presbyter ordinatus anno 1726, orator a sacris Bohemicus, ob facilitatem concipiendi, dicendi, suavitatem canorae vocis erat ad perorandum natus, ad persuadendum aptissimus. Obiit Pragae anno 1753 die 4. Apr. anno aetatis 55. Dicendi gloria praestans, ad festivas conciones habendas invitatus in omnium Pragae ecclesiarum cathedras ascendit praeter suggestum ecclesiae Metropolitanae, per 24 annos orationes sacras habuit, saepe etiam septem quadrantibus horae intra unam dictionem nemini audientium fuit molestus, ultimis annis tantum notatis in chartula scriptis usus, domesticas conciones fere semper ultra unam horam extrahebat, duas conciones una die, mane domi, a meridie alibi habere non fuit illi difficile.

Multi docti concionatores unam scriptam concionem ab eo accepisse magnum donum et summam gratiam putaverunt:

I. Habuit panegyricam orationem in festo sancti Patricii apud Patres Hibernos Pragae, quam typis dedit et illustrissimo abbati suo Maximiliano Bach, quondam per tres annos eremitae, dedicavit, quae panegyrica oratio mansit in bibliotheca montis Mariani Emautini Bezdiez, ubi anno 1786, cum monasterium Bezdiezense abolitum fuit, omnes libri bibliothecae cum manuscriptis obsigillati et divenditi fuerunt. Unum exemplar huius orationis adservatur in bibliotheca archisterii Benedictini Břevnoviensis. Oratio haec panegyrica inscripta est: Coelestis imperatoris archimarschallus ensis portator sacratioris, divus Patricius etc. Oratio in 4°. Vetero-Pragae, typis Venceslai Urbani Suchi. 1732.

II. Scripsit elogia sanctorum ordinis sancti Benedicti in quemlibet anni diem, cui libro nomen dedit annus Benedictinus et librum hunc eminentissimo cardinali episcopo Olomucenci Wolfgango comiti de Schrattenbach fratri abbatis Emautini Ernesti comitis de Schrattenbach dedicavit. Opus hoc tamen ad typum non pervenit, quia abbas Emautinus frater cardinalis interim mortuus est. Manuscriptum iam non adest.

III. Reliquit post mortem multas conciones in folio scriptas. Biblioth. Emaut. VIII. 57. 376.

IV. Poëta insignis natus typis dedit carmen epicum festo installationis abbatis Martini Schmidt anno 1741 nomine „Silvula aggratulatoria“ continens succinctam historiam metricam monasterii Emautini et seriem abbatum Montserratensium, quod carmen in sollemni benedictione illius ab-

batis distribuebatur et in Cechneri historia Emautina descriptum legitur.

V. Scripsit etiam adagia Bohemica in 4°. In Biblioth. Emaut. iam non adsunt.

Suppan Ioachim (abbas ad s. Lambertum) in Styria; natus Graecii 23. Oct. 1794, indutus est in monasterio ad s. Lambertum 29. Sept. 1811, vota sollemnia emisit 3. Aug. 1816, in doctorem philosophiae promotus Viennae 1819, professor matheseos et physicae Goriciae 1819—22, in c. r. univ. Oenipontana 1822—34, eiusque rector magnificus et decanus emeritus. Canonice in abbatem electus est 3. Iun. et mitra decoratus Graecii 18. Iun. 1835, inclytis statibus Styriae adscriptus 1835, consiliis selectioribus 1839; plurimarum societatum scientificarum sodalis. Res pridem angustissimas monasterii prosperas reddidit vigilanti cura atque sollerti industria, gymnasium domesticum, quod desierat, iterum erexit et ad tempus (1846—50) publicum sustinuit, in Cellis Marianis saecularia sollemnia originis 1857 et 1864 celebrari curavit. 1861 pro piis meritis ordine c. r. coronae ferreae decoratus est. Obiit in monasterio, apoplexia tactus, 1. Oct. 1864.

Typis tradidit:

I. Die Hypsometrie mittelst physikalischer Beobachtungen, oder theoretisch-praktische Anleitung zur Anstellung der meteorologischen Beobachtungen und zu der barometrischen Höhenmessung nebst dem Grundriss der thermometrischen und botanischen Höhenbestimmung. (i. e. De hypsometria per observationes physicas.) Mit 1 Kupfertafel. Innsbruck, im Verlag der Wagnerschen Buchhandlung. 1834. 8°. 268 p.

II. Trauerrede, vorgetragen in dem k. k. Universitätssaale bei der an der k. k. Leopold-Franzens-Universität nach dem Ableben Sr. Majestät Franz I., Kaisers von Oesterreich etc. etc., am 18. März 1835 abgehaltenen Trauerfeier. (i. e. Oratio funebris habita in aula universitatis Oenipontanae post mortem Francisci I. imperatoris Austriaci.) Innsbruck, gedruckt mit Wagnerschen Schriften. 8°. 20 p.

III. Akademische Rede bei der Jahresfeier der Restauration der k. k. Leopold-Franzens-Universität zu Innsbruck. (i. e. Oratio academica habita in sollemnitate annua restaurationis universitatis Oenipontanae.) Innsbruck, 1835, gedruckt mit Wagner'schen Schriften. 8°. 20 p.

Suppiger Benedictus (Murensis), natus est Willisaviae in Lucern Helvetiae die 26. Dec. 1739, sacram monasticen professus die 6. Ian. 1759 et sacerdos inauguratus die 7. Apr. 1764. Docuit theologiam et fuit instructor fratrum, parochus Murensis 1778—85, denique confessarius sanctimonialium Hermetisvillae. Decessit ex hac vita die qua natus est, 26. Dec. 1828. Reliquit unum opusculum, quod ex eius scriptis collegit P. Basilius Hausherr, decanus Murensis:

Der Umgang mit Gott. Constat 3 partibus: de motivis, mediis et praxi conversationis cum Deo. 2 vol. 4°. 172 et 168 p. In bibl. Muro-Gries. Cod. 2. 24, 25.

Susterschitz Ernestus (Mellicensis), natus Viennae die 8. Mart. 1747 iam 13. Nov. 1765 sollemni voto congregationi nostrae adscriptus, 21. Mart. 1771 sacerdotio initiatus est. Postea, etsi in monasterio quoque sacristae, exceptoris hospitum ac subprioris muneribus functus sit, maximam tamen vitae suae partem tum vicarius in Wullersdorf, Immendorf, Weikendorf, tum parochus in Protes, Gainfahrn, Fahndorf et Immendorf, immo iam fere senex ob sacerdotum penuriam repetitis vicibus expositus, in cura animarum consumsit. Cum denique per duos annos merita quiete et valetudine satis firma

uteretur, repente apoplexia correptus die 13. Sept. 1814 obiit. Fuit vir comitatis, humanitatis ac benignae indolis laude exornatus. Scripsit:

I. Anrede an die vereinigte Gemeinde Gainfahrn, Vöslau und Grossau zur Erweckung thätiger, patriotischer Gesinnungen bei gegenwärtigen Kriegsläuften. (i. e. Sermo de rebus bellicosis.) Gehalten den 20. Jänner 1793. Wien, gedruckt mit Edl. von Schmidtbauerischen Schriften. 8° min.

II. Applausus in gratiam illustrissimi domini abbatis Mellicensis, Urbani II. 1770 die 15. Apr. Ms. F. in bibliotheca Mellicensi.

Szabó Sylvester Paulus (de s. Monte Pannoniae), in Gyula-Keszi com. Zalad. in Hungaria die 14. Mart. 1846 natus, s. habitu die 8. Sept. 1863 indutus, vota sollemnia die 27. Iul. 1869 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis, die 26. Iul. 1870 presbyter ordinatus est. Ex eo ad annum 1871 orator a sacris in s. Monte Pannoniae, ab anno 1871 officio professoris gymn. Iaurini fungitur. Scripsit:

I. Heliaea. In progr. gymn. Iaurin. 1874/5. 8°. p. 1—18.

II. Nevelés a rómaiaknál. (i. e. Educatio apud Romanos.) Ibid. 1876/7. 8°. p. 1—62.

III. Latin-magyar szótár. (i. e. Lexicon Latino-hungaricum.) Győr. Gross. 1878. 8°. 570 p.

IV. Magyar-latin szótár. (i. e. Lexicon Hungarico-latinum.) Ibid. 1879. 8°. 637 p.

Szárnyay Zoerardus Ignatius (de s. Monte Pannoniae), in Szárnya com. Árvensis in Hungaria die 25. Nov. 1778 natus, s. habitu die 5. Nov. 1803 indutus, vota sollemnia die 5. Nov. 1804 emisit et absolutis in s. monte studiis s. theologiae die 3. Mart. 1809 sacerdotio initiatus est. 1804—1807 professor gymn. Iaurin., 1809—1812 professor, 1812—16 superior domus et director gymn. Posoniensis, 1816—1822 idem Sopronii, 1822—27 administrator parochiae in Csanak, 1827—29 superior domus et director gymn. Tyrnav., 1829—1830 spiritualis, 1830—32 administrator parochiae, 1832—34 idem et subprior in abbatia de Bakonybél, 1834—37 professor Comaromii, 1837—38 provisor domus in s. monte, 1838—42 subprior in abbatia B. M. V. de Dömölk, ubi die 22. Sept. 1842 diem supremum obiit. Scripsit:

I. Devotio sacris hymnis a studiosa iuventute in gymnasiis ordinis s. Benedicti cani solitis comprehensa. Choralia pro quattuor vocibus ac organo ad hos hymnos pertinentia a parte extant per Henricum Klein, musices scholae Posoniensis professorem emendata. Posonii, typis Belnayanis. 1815. 8°. 79 p. XXIII t. (Sine nomine.)

II. Genethliacon quod serenissimae principi Mariae Theresiae prid. Kal. Aug. MDCCCXVI natae archi-gymnasium Posoniene ord. s. Benedicti obtulit. Ibid. 4°. 4 p.

Szeder Fabianus Ioannes (de s. Monte Pannoniae), Érsekujvárini com. Nitr. in Hungaria die 24. Iun. 1784 natus, s. habitu die 5. Nov. 1803 indutus, vota sollemnia die 26. Iul. 1805 emisit. Studiis s. theologiae Iaurini et in s. monte absolutis die 23. Aug. 1808 ad sacerdotii dignitatem evectus est. Ex quo tempore variis monasterii officiis, uti professoris gymn. Strigon. 1808—11, Iaurinensis 1811—12, directoris eiusdem gymn. 1812—13, gymn. Sopronienses 1813—16, oratoris a sacris in abbatia B. M. V. de Dömölk 1816—17, superioris domus et directoris gymn. Iaurinensis 1817—1819, Tyrnaviensis 1819—24, Comaromiensis 1824—26, Strigoniensis 1826—30, professoris philosophiae in s. monte 1830—32, archivarii et bibliothecarii ibidem 1832—1841, demum ab anno 1841 administratoris bonorum in Füss laudabiliter functus, cele-

brato anno 1858 iubilaeo sacerdotali, die 13. Dec. 1859 pie in Domino obdormivit.

Vir summa industria diligentiaque, qui ob resolutas apte quaestiones publice propositas praemium tribus vicibus consecutus est, haec scripsit:

I. Örömdal, mellyet fő tisztelendő és nagy érdemű Fejér György Úrnak, a bold. szűz prépostjának, midőn a győri kir. tud. kerületben az iskolák és tudományok fő igazgatását elkezdette, bémutatott a győri kir. fő gymnásium. (i. e. Ode honoribus Georgii Fejér, cum munus superioris gymn. inspectoris occiperet.) 1818. Streibig L. betűivel. 4°. 6 p.

II. A katholikusok tanitása a protestantismusra nézve. (i. e. Doctrina catholicorum de protestantismo.) Közrebocsátotta németűl „a Pápa a Catholicismusra nézve" nevezetű könyvnek szerzője. Fordittatott magyarra sz. Benedek-szerzetbeli pap Szeder Fábián által. Nagy-Szombatban. Jelinek J. 1820. 8°. 66 p.

III. Válogatott darabok, mellyek néhány jeles honnyi munkákból a magyar olvasást kedvelő ifjuság számára szedettek ki. (i. e. Selecta ex operibus Hung.) Ibid. 1821. 8°. II + 83 p.

IV. Azaël halála, avagy Dina elragadtatása. (i. e. Mors Azaëlis seu raptus Dinae.) Dugat D. P. után kiadta Szeder Fábián. Pesten, 1826. Trattner. 8°. VIII + 472 p.

V. Kisded köszöntő zsebkönyv az ifjuság számára, avagy: kötött és kötetlen beszédben születés-, név- és ujesztendő napra irt köszöntések az ugyan ezen alkalmakra szolgáló levelekkel együtt. (i. e. Liber gratulationum pro iuventute.) Esztergomban. Beimel. 1827. 12°. 84 p.

VI. Nepomuk sz. Jánoshoz való ájtatosság. (i. e. Cultus s. Ioannis Nep.) Ibid. 1829. 8°. 15 p.

VII. Örömének, mellyet ő eminentiájának Divék-Ujfalusi és Rudnai Rudnay Sándor úrnak átnyujtottak, midőn a szentséges római anyaszentegyház Cardinalissága jelességeinek átvétele után Bécsből Jánuarius hónapban 1829 Esztergomban szerencsésen megérkeznék. (i. e. Honoribus Alexandri Rudnay, cum insignibus cardinalatus sumptis Vienna Strigonium rediret.) Ibid. 2°. 9 p.

VIII. Edidit anno 1829 opus Isidori Guzmics „A boldog atya" paucis tantum immutatis. V. Guzmics IX.

IX. Örömvers, mellyet mélt. és fő-tisztelendő Kováts Tamás úrnak, Pannonia hegyén lévő sz. Mártonyi fő-monostor fő-apátjának, midőn fényes székébe beiktatnék, tiszteletére készitett Szeder Fábián. (i. e. Ode in honorem Thomae Kováts archiabbatis.) Ibid. 2°. 7 p.

X. Ab anno 1828—33 redegit opus period. „Urania: nemzeti almanach uj esztendei ajándékul", in quo praeter varia minora hae eius comoediae leguntur: *a)* A tudósok. (i. e. Homines docti.) 1829. *b)* Az összebékülés. (i. e. Gratia reconciliata.) 1832. *c)* Szemesnek áll a világ. (i. e. Qui sedulo omnia attendit, proficit.) 1833. *d)* Az özvegyek. (i. e. Viduae.) 1833 cet.

XI. Magyar-latin-német szótár. (i. e. Lexicon Hungarico-latino-germanum.) 2°. 1066 p. Ms. Adserv. in bibliotheca centrali in s. monte.

XII. Mellyek a magyar nyelvben a tiszta gyükök? Számláltassanak elő, a mennyire lehet, eredeti jelentéseikkel. (i. e. Linguae Hungaricae radices cum suis significationibus.) 4°. 152 p. Ms. Ads. ibid.

XIII. Magyar grammatika. (i. e. Grammatica Hungarica.) 4°. 310 p. Ms. Ads. ibid.

XIV. Carmina, quorum plurima in variis scriptis periodicis edita sunt, in manuscripto efficiunt 202 p. in 4°. Ads. ibid.

XV. Varios scripsit indices librorum cet., uti sunt: *a)* Index librorum in catalogis bibliothecae A.-Coenobii s. Martini s. Montis Pannoniae o. s. B. 2°. 430 p. *b)* Catalogus librorum iurid. et hist. 2°. 393 p. *c)* Catalogus librorum biblicorum. 2°. 414 p. *d)* Catalogus librorum ad theolog. dogmaticam pertinentium. 2°. 288 p. *e)* Elenchus operum ss. patrum aliorumque patristici et patrologici contextus voluminum. 2°. 191 p. *f)* Catalogus vasorum Romanorum aliorumque arte factorum. 4°. 176 p.

XVI. Complures demum eius elucubrationes leguntur in his et aliis scriptis periodicis: Tudományos gyüjtemény, Szépliteraturai ajándék, Koszorú, Regélő, Hasznos mulatságok, Kedveskedő, Minerva, Egyházi tár, Aurora cet.

Szentimrei (antea Stier) Martinus Carolus (de s. Monte Pannoniae), Strigonii eiusdem com. in Hungaria die 28. Dec. 1843 natus, s. habitu die 8. Sept. 1861 indutus, vota sollemnia die 14. Apr. 1868 emisit, et absolutis in s. monte s. theologiae studiis eodem anno die 1. Aug. sacerdos consecratus est; ex quo tempore ad annum 1875 professor gymn. Sopronii, ex eo eodem officio in s. monte in lyceo archiabbatiali fungitur. Scripsit:

I. Egyház, haza és emberiség iránti kötelmeink. (i. e. Officia nostra erga ecclesiam, patriam, homines.) Dissert. praemio ornata in „Esztergomi ujság". 1866. 3. n.

II. A soproni sz. Benedek-rendi székház és főgymnasium rövid története. (i. e. Brevis historia residentiae et gymnasii Soproniensis o. s. B.) In progr. gymn. Sopr. 1870/1. 4°. p. 3—9.

III. Lipót császár és a jezsuiták. (i. e. De imperatore Leopoldo et iesuitis.) Történelmi tanulmány. In: Uj magyar Sion. Esztergom. 1873. p. 203—216 et 294—305.

IV. Columb szentté-avattatásának kérdése. (i. e. De canonizatione Christ. Columbi.) Ibid. 1876. Esztergom. 8°. p. 171—188 et 849—852.

V. Amerika eddig s ez után. (i. e. America qualis adhuc fuerit et qualis futura sit.) Ibid. p. 758—773.

VI. Állaprajzi adatok a katholicismus terjedéséről az amerikai egyesült államokban. (i. e. Quaedam de progressu religionis catholicae in civitatibus quae unitae dicuntur.) Ibid. 1878. p. 104—116.

VII. Darwin és a kritika. (i. e. De Darwinio.) Ibid. p. 161—178.

VIII. Statistikai adatok az egész földön müködő sz. Benedek-rendről. (i. e. Rationarium ordinis s. Benedicti toto orbe terrarum dispersi.) Ibid. p. 363—377.

IX. A nemzetközi munkáskérdés. (i. e. De socialismo internationali.) Ibid. p. 493—505 et 581—592.

X. A nemzetközi munkásszövetség. (i. e. De societate operariorum internationali.) Ibid. p. 705—720.

XI. Darwin és a lélektan. (i. e. Darwinius et psychologia.) 1877. p. 721—746.

XII. Szent Benedek élete és hatása és a szerzetesi intézmény történelmi és társadalmi jelentősége. (i. e. Vita s. Benedicti et de momento instituti monastici. In memoriam XIV. centenarii s. Benedicti.) Komárom. Ziegler. 1880. 8°. 500 p.

Szentmiklósi Aloysius Timotheus (de s. Monte Pannoniae), s. theologiae doctor, natus anno 1749, vota sollemnia die 18. Apr. 1775 emisit et die 12. Iul. 1778 presbyter ordinatus est. Comaromii gymnasii professor, tum director. Obiit in Puszta-Kovácsi die 19. Nov. 1799.

Scripsit:

I. Kathedrai gyüjtemény. (i. e. Collectio cathedralis.) Győrben. 1792. 8°.

II. A jó nevelésnek tüköre egy jó szivü királynak példájában. (i. e. Speculum bonae educationis exemplo regis cuiusdam benigni inlustratum.) Miaburg. 1791.

III. A magános életről. (i. e. De vita solitaria.) Irta németül Zimmermann, forditotta Sz. M. T. 1791.

Szkalka Candidus Ioannes (de s. Monte Pannoniae), in Párkány com. Strigon. in Hungaria die 27. Aug. 1793 natus, s. habitu die 28. Oct. 1812 indutus, vota sollemnia die 3. Oct. 1815 emisit. 1815—1819 officio professoris in gymn. Ginsiensi functus, redux ad s. montem 1819—1823 s. theologiae studiis vacabat, quibus absolutis die 19. Sept. 1823 presbyter ordinatus est. Variis monasterii officiis, uti professoris Strigonii 1823—36, Ginsii 1836—1837, prioris et professoris in Bakonybél 1837—43, tum 1843—44 subprioris in s. monte, 1844—61 administratoris parochiae in Szentivány diligenter accurateque func-

tus, hoc anno subprior, 1873 vero prior abbatiae factus est, quod munus gessit, dum celebrato die 28. Sept. 1873 iubilaeo sacerdotali die 27. Febr. 1875 pie in Domino obdormivit. Scripsit:

I. Iskolai ifjusághoz classificatio elolvasása alkalmával tartott beszéd. (i. e. Oratio ad iuvenes scholasticos.) 1833. Esztergom. Beimel J. 8°. 7 p.

II. Tekintetes, Nemes, Nemzetes s Tudós Krainer József Úrhoz intézett beszéd, midőn fényes érd. szalagos függő nagyobb arany díszpénzzel Esztergomban ünnepélyesen felékesittetnék. (i. e. Oratio sollemnis ad Ios. Krainer, cum insigni honoris ornaretur.) Ibid. 1834. 8°. 28 p.

III. Varias orationes sacras lingua Hung., ut: *a)* Pro die Paschatis. Esztergom. 1835. 8°. 24 p. *b)* Pro die s. Petro et Paulo sacro. 1837. In lib. period. „Egyházi tár". 8°. 37 p. *c)* In honorem s. Annae. 1836. Esztergom. Beimel. 8°. 22 p. *d)* In honorem s. Mauritii et sociorum martyrum. In „Egyházi tár". 1839. *e)* Pro festo nativitatis Domini. 1839. Ibid. 12 p. *f)* Pro festo epiphaniae Domini. 1857. In lib. period. „Pázmány füzetek".

IV. Carmina variis rebus et personis composita, ut: *a)* Lantos dal tek. Kruplonics Simon esztergomi érsekség uradalmi főigazgatója névnapjára. (i. e. Honoribus Simonis Kr. die nominis.) 1835. Esztergom. Beimel. *b)* A bakonybéli apátság 8 százados ünnepére. (i. e. Pro 8. centenario abbatiae de Bakonybél.) 24. Sept. 1837. Pest. Beimel. *c)* Örömdal mélt. Rimely Mihály főapát úr tiszteletére, 1858 junius 10-én bérmálás alkalmával, énekelte a szentiváni mindkét nemű iskolai ifjuság. (i. e. Hon. Michaelis Rimely, cum sacramentum confirmationis conferret.) 1858. Győr. Sauervein. *d)* Carmen heroicis versibus adornatum honoribus illustr. d. Michaelis Rimely occasione installationis a conventu Bakonybeliensi oblatum 18. Apr. 1843. Vesprimii. Typis Ioannis Totth. *e)* Carmen alcaicis versibus adornatum, eiusdem illust. domini honoribus oblatum occasione installationis die 18. Apr. 1843 a conventu Bakonybeliensi. Iaurini. Typis viduae Clarae Streibig.

V. Varia minora in lib. period.: Egyházi tár, Religio, Lehel Kürt, Katholikus néplap cet.

Sztachovics Remigius Aloysius (de s. Monte Pannoniae), aurea cruce cum corona pro meritis decoratus, in Szent-György com. Poson. in Hungaria die 13. Apr. 1812 natus, habitu s. die 16. Oct. 1830 indutus, die 1. Apr. 1834 vota sollemnia emisit. Absolutis in monte sacro s. theologiae studiis die 1. Aug. 1838 ordinatus est; ex quo tempore primum quidem officio functus est professoris gymn. Sopronii, tum 1842—44 oratoris a sacris in abbatia B. M. V. de Dömölk, deinde 1844—52 professoris Tyrnaviae, 1852—56 Ginsii, 1856—1861 Sopronii, 1861—67 Iaurini; 1867—70 decani separati territorii archiabbatiae et bibliothecarii in s. monte, 1870—72 administratoris parochiae in Lázi; ex eo autem munus archivari obit in s. monte.

Vir antiquitatum studiosissimus haec edidit:

I. Brautsprüche und Brautlieder auf dem Heideboden in Ungarn. (i. e. Carmina nuptialia ex regione lacum Peisonis in Hungaria circumiacente.) Wien, Mayer et Co. 1867. 8°. 322 p.

II. Katholisches Gebet- und Gesangbuch für Kirche und Haus. (i. e. Liber precum et canticorum.) Ibid. 1868. 8°. 608 p. Sine nomine.

III. Régészeti adatok Győr-Szent-Márton környékéről. (i. e. Archaeologica quaedam ex regione s. Martinum circumiacente.) In lib. period. „Archaeologiai közlemények". Ed. acad. erud. Hung. 1868 et 1871.

IV. Győrmegye régészeti árpád-kori térképe és annak igazolása. (i. e. Tabula archaeol. comit. Iaurinensis ex temporibus regum stirpe Árpádi ortorum eiusque probatio.) In libro: Győrmegye leirása. (i. e. V. Fehér Hipp.) p. 473—490.

V. Régészeti lelhelyek Győrmegyében. (i. e. Loca com. Iaurin., ubi antiquitates inveniuntur. Ab Ebenhöch et Sztachovics.) Ibid. p. 405—410.

VI. Győrmegyében talált római emlékek. (i. e. Antiquitates in com. Iaurin. inventae.) Ibid. p. 377—386.

VII. Registrum anni 1332 tabularii monasterii s. Martini de s. M. Pannoniae. Győr. Czéh. 1876. 2°. XLI p.

VIII. Szent Márton toursi püspök és pannonhalmi temploma. (i. e. De s. Martino episcopo Caesarodunensi [Tours] et ecclesia eius in s. Monte Pannoniae exstructa.) Győr. 1876. 8°. 4 p.

IX. Librorum recensiones aliaque minora in variis libellis periodicis et ephemeridibus.

Takács Bernardinus Antonius (de s. Monte Pannoniae), Strigonii eiusdem com. in Hungaria die 24. Iun. 1796 natus, s. habitu die 28. Oct. 1812 indutus, vota sollemnia die 31. Aug. 1817 emisit. 1817—19 Comaromii, 1819—21 Sopronii officio professoris functus, ad s. montem revertit ibique absolutis s. theologiae studiis die 19. Sept. 1823 presbyter ordinatus est. Postea 1823—27 Iaurini, 1827—46 Posonii officio professoris gymn., 1846—51 Strigonii superioris domus et directoris, 1851—59 in s. monte officio professoris linguae et litterarum Lat. laudabiliter functus, hoc anno die 7. Nov. pie in Domino obdormivit.

Poeta insignis varia scripsit carmina, quae pleraque separatim quoque typis exscripta demum a Caesario Vagács (quem vide) collecta in lucem prodierunt sub titulo:

I. Bernardini Takács benedictini Pannonii carmina selecta. Recognovit ac adnotationibus illustravit Caesarius Vagács, o. s. B., professor in s. Monte Pannoniae. Comaromii, typis fratrum Siegler. 1866. 8°. 290 p.

II. Hymnos sacros, quos breviarium congregationis olim s. Mauri ad festa propria ss. patronorum regn. Hungariae continet, pro officio s. Stephani composuit.

III. A nyilvános tanintézetek hasznáról. (i. e. De utilitate scholarum publicarum.) In progr. gymn. Strigon. 1851. 8°. 16 p.

Tallián Iosephus (de s. Monte Pannoniae), in Lovász-Patona dioec. Veszprém. in Hungaria die 10. Aug. 1728 natus, vota sollemnia die 19. Nov. 1748 emisit et die 21. Dec. 1755 sacerdotio initiatus est. Ob insignem verbi divini zelum aliarumque virtutum, quas iuvenis presbyter edidit, specimina, subprior in s. Martino creatus est. Postea officio prioris in abbatia Bakonybeliensi et Dömölkiensi functus, redux in s. montem cellarii et cassae officio est praefectus. Obiit ibidem die 19. Dec. 1783.

Plurium librorum concionatorum est auctor. (V. Czinár. Historia monast. s. M. I. 464 p., et Antiquarium monasticum professionis, obitus et ordinationis religiosorum o. s. B. sancti Martini de s. M. Pannoniae. 30 p.)

Tamscheck Leopoldus (Gottvicensis), natus in Weitra Austriae die 28. Iul. 1796, s. habitu indutus die 29. Oct. 1815, vota sollemnia emisit die 16. Apr. 1820 et primum Deo sacrum obtulit die 3. Sept. 1820. Curatus in monasterio 1820—1823, catecheta 1823—26, bibliothecarius 1825—49, professor theologiae pastoralis 1826—50, subprior, director clericorum et magister novitiorum 1839—48, prior et parochus claustralis 1848—50 et parochus in Pfaffendorf 1850—58 22. Sept. fuit, qua die pie obdormivit in Domino.

Bartholomaeus Schönleb und Michael Herrlich, Prälaten von Göttweig im 16. und 17. Jahrhundert in Bergmann, Medaillen auf berühmte und ausgezeichnete Männer des österr. Kaiserstaates. (i. e. Bartholomaeus Schönleb et Michael Herrlich abbates Gottvicenses saec. 16 et 17.) Wien, 1845. 2. B. 15 et 18 p.

Taucher Augustinus Michael (de s. Monte Pannoniae), abbas ss. Mauritii et soc. martyrum de Bakonybél, s. theologiae doctor, parochus antea Tolnensis dioec. Quinqueeccl., in Siklós com. Barany. in Hungaria die 16. Iun. 1750 natus, die 16. Sept. 1775 presbyter ordinatus est. S. ordinem die 17. Sept. 1803 ingressus, vota sollemnia die 3. Apr. 1804 emisit, ex quo tempore variis s. ordinis officiis, uti 1804—1805 oratoris a sacris in s. monte, 1805—1807 professoris theol. moralis et pastoralis Iaurini, 1807—10 superioris domus et directoris gymn. ibidem, 1810—13 autem Sopronii, 1813—16 spiritualis in s. monte, 1816—17 superioris domus et directoris gymn. Posonii laudabiliter functus, hoc anno abbas de Bakonybél nominatus est. Vita cessit die 25. Iun. 1824. Scripsit:

I. De poenis parvulorum sine baptismo decedentium. 1778. Quinqueecclesiis. 4°.

II. Iter Venetias susceptum. 1781. 4°. 127 p. Ms. Adserv. in bibliotheca centrali in s. monte.

Taxner Veremundus Franciscus (de s. Monte Pannoniae), Tyrnaviae com. Poson. in Hungaria die 24. Febr. 1817 natus, s. habitu die 15. Sept. 1833 indutus, die 13. Aug. 1838 vota sollemnia emisit. Absolutis in s. monte studiis theologicis die 25. Ian. 1842 presbyter ordinatus est. Anno 1841—42 munere oratoris a sacris in s. monte, post Sopronii, 1842—79 professoris gymn. Sopronii summa cum laude functus, ibidem spiritualis nominatus est, sed iam paucos post menses 4. Maii 1880 placida morte occubuit. Vir vere doctus pietateque clarus nihil praeter hanc dissertationem typis mandavit:

Ueber den wohlthätigen Einfluss der römischen Päpste auf die Zustände Ungarns. (i. e. Quantum profuerint Romani pontifices regno Hungariae.) In progr. gymn. Sopron. 1856/7. 4°. p. 3—8.

Tejrovsky Paulus (Břevnoveno-Braunensis), a Pazov Bohemiae. Natus 17. Oct. 1816, die 27. Sept. 1840 promisit Břevnovii obedientiam secundum regulam s. P. Benedicti. Presbyter die 31. Iul. 1842 ordinatus applicatus est curae animarum, in qua 28 consumsit sacerdotii annos. Ad communem postea in monasterio Braunensi vitam revocatus obiit 12. Mart. 1872. Primus ecclesiae Bezděkoviensis (Boesig) parochus edidit libellum precum, tempori imprimis quadragesimali accommodatum, cui titulus:

Pobožnost svato-postní. Typis et sumptibus Caroli Bellmann, Pragae. Pag. lib. 171. 8° min.

Teller Wolfgangus (Cladrubiensis). Scripsit: Cantica canticorum ex diversis authoribus exposita et in pios affectus erga s. altaris sacramentum adaptata. Tomi duo cmplt. Monachii, typis Ioann. Christ. Mayr vid. civitatis typogr. 1764.

Tentschert Martinus Iosephus (Scotensis), Rausen in Silesia die 20. Iun. 1795 natus, cum bonis litteris Leobschütz et Nicolsburgii eruditus esset, monasterium die 14. Oct. 1815 ingressus vota sollemni ritu nuncupavit die 28. Oct. 1819. Emenso deinde s. theologiae in univ. Vindob. cursu celebratisque die 15. Nov. 1820 primitiis sacris, cooperatorem egit variis in locis, in Gaunersdorf, Pulkau postremoque ad s. Udalricum in suburbio Vindob. Unde parochus rus missus est Enzersdorf, deinde Pulkau, et anno 1853 parochiam suscepit ad s. Udalricum Viennae, quam hucusque egregie administrat. Hic anno 1868 dignitate consiliarii consist. episcop. Tarnow.

decemque annis post consiliarii celsiss. archiep. Vienn. cardinalis Kutschker insignitus, die 28. Oct. 1869 professus iubilaeus sacerdotii quoque sollemnia semisaecularia die 15. Nov. 1870 celebravit, quo die gratiâ august. imperatoris Francisci Iosephi I. in equitum c. r. ordinis Francisco-Iosephini numerum ascitus est, postquam iam anno 1874 moneta aur. mai. s. Salvatoris est insignitus. Annos natus 84 totius capituli Scotensis senior summa est in veneratione apud confratres.

Typis mandavit, quae in suscepta anno 1857 in terram sanctam peregrinatione viderat expertusque erat opere:

Erlebnisse auf meiner Pilgerreise ins heilige Land. 1 vol. 8°. Viennae, 1858, typis Caroli Ueberreuter.

Thalhammer Nicolaus Georgius (Michaelburanus), Austriacus. Natus in Schildorn 29. Mart. 1804, prof. 1. Nov. 1826, sacerdos 9. Sept. 1824. In quarto anno theologiae vices capellani in monte monialium Salisburgi gessit; studiis theologicis absolutis catecheta, bibliothecarius, novitiorum magister et inspector culinae in nostro monasterio Michaelburano institutus est; deinde in suburbio Mülln, prope Salisburgum functus est variis officiis, utpote cooperatoris munere (1835), vicarii parochialis (1838), prioris et administratoris (1843), hanc dignitatem vero permutavit cum prioratu Burae ad s. Michaelem (1854), attamen post tres annos (1857), abbas electus est, et postquam multa ad splendorem ecclesiae praestiterat, obiit 4. Iul. 1876.

Ephemeridibus theologicis Francisci Pletz inseruit tractatum statisticum de nostro monasterio.

Thanhoffer Cyrillus Iosephus (de s. Monte Pannoniae), in Lajta-Pordány com. Sopron. in Hungaria die 19. Mart. 1844 natus, s. habitu die 8. Sept. 1862 indutus, die 4. Oct. 1868 vota sollemnia emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis, die 6. Aug. 1869 ordinatus est. 1869—70 professor gymn. Sopronii, 1870—1872 orator a sacris in s. monte, 1872—78 professor Ginsii, ex eo parochiam in Füss administrat. Scripsit:

Némely főbb erény és egyéb kivánatos dolog, melyeket a régi rómaiak istenek gyanánt tiszteltek. (i. e. De praecipuis quibusdam virtutibus aliisque rebus expetendis, quas antiqui Romani divino prosequebantur cultu). In progr. gymn. Ginsiensis 1874/5. 8°. 3—13 p.

Thomsin Maurus (Murensis), natus est Moesskirchiae in ducatu Badensi 1695 et votis se Deo consecravit 1712. Erat parochus Murensis et subprior. Obiit quidem iam die 1. Ian. 1746, sed quia apud Ziegelbauer nulla fit eius mentio, qua tamen dignus est, pauca sed non levia ipsius scripta enumeramus:

I. Age quod agis seu religiosae profectionis tessera. Adduntur notae characteristicae falsi et veri Benedictini. Scribit de autore huius libelli P. Mauritius van der Meer: Extat libellus egregius ab eo compositus: „Age quod agis“ inscriptus, qui omnium sodalium eius manibus teritur et frequenter describitur multo animarum fructu. Extat exemplar in bibl. Muro-Gries. 8°. 93 p. Cod. 2. 119.

II. Directorium novitiorum et instructio ad perfectionem. 4°. 76 p. Ibid. 2. 15.

III. Principia politica, philologica, medica, ethica. Dictamina regia, moralia, stoica, christiana. 16°. 171 p. Ibid. 2. 64.

IV. Chronik für die Pfarrei Muri und Handbuch für den Pfarrer in Muri cum formulario. (i. e. Chronicon parochiae Murensis.) In archiv. paroch. Murens.

Tiray Benno Mauritius (Raigradiensis), Magno-Bitteschensis natus anno 1818 die 11. Sept. Primis litterarum rudimentis in schola triviali domi per charum parentem suum, qui M. Bitteschii ludimagistri officio fungebatur, imbutus atque ab eodem etiam musicae elementa edoctus, mox docilis puer anno 1829 in pagum Unter-Danowitz linguae Germanicae addiscendae causa mittitur; cum vero parentes et discendi amorem et facultatem egregiam observarent in filio adamato, eodem anno mense Octobri Mauritium Brunam mittunt ad studia delibanda. Qua cantor egregius et musicus in fundatione penes ecclesiam s. Iacobi provisionem invenit, cum parentum aere vix sustentari potuisset in studiis. Ibi quatuor annos transegit, complexus tertiam classem normalem tresque priores classes grammaticales. Absoluto ibidem syntaxi et humanioribus studiis sese ultra ad philosophiam contulit, qua eminente cum progressu absoluta quum in eo esset, ut de eligendo statu serio cogitaret; consilium quod iam dudum, quamvis dissuadentibus fautoribus ipsaque matre conceperat, amplectendi statum religiosum executurus Raigradium properat, pro admissione ad palaestram benedictinam 7. Sept. 1838 pulsat, et resolutione abbatis Victoris die 15. eiusdem m. ianua aperitur florenti iuveni, qui veste benedictina 29. Sept. accepta, tirocinium exorsus est magistro spirituali P. Ioanne Bapt. Mück. Cum vocatione religiosa, perbona indole, et litterarum amore probatus inventus fuerit, absoluto novitiatu Brunam mittitur ad studia theologica inchoanda et absoluto 1841—42 primo et secundo theologiae cursu admissionem ad s. professionem petiit, cui, cum legalem quoque aetatem attigisset, nihil repugnabat. Octobris itaque tertia 1841 solemni votorum nuncupatione monasterio se adstrinxit et tum denuo Brunam mittitur ad prosequendam s. theologiam tertii et quarti anni. Cum in arte musica, quam a pueritia coluit, laudabilem fecerit progressum, accepta insuper 1840 instructione in generali basso, ex quo et examen subiit, ut ultra coleret artem musicam, novum instrumentum pianoforte ab abbate accepit. Studiis theologicis 1843 finitis 6. Aug. huius sacerdotio initiatus est ab illustrissimo domino episcopo Brunensi Antonio Ernesto comite e Schaafgotsche et 15. Aug. hic primitias celebravit. In capitulo 28. Sept. 1843 qua vice-regens constitutus simul caeremoniarium abbatis egit. 3. Febr. anni 1844 absoluto P. Antonio a cooperatura P. Benno cooperatoriam iurisdictionem accepit penes ecclesiam parochialem Raigradiensem et initio 1845 mittitur Domašovium, ut ibidem eodem munere per biennium fungeretur. Domum redux regenschori et iterato cooperator instituitur, anno 1853 ad finem vergente insuper culinae praefectus et provisor, quo in posteriori munere affabilitate aeque ac dexteritate sua omnium sibi longe lateque adquisivit aestimationem. Ast iam inde ab anno 1859 iteratis vicibus ex hepate laborans frustra anno 1863 sanitatis recuperandae gratia Karolinas thermas visitabat, unde reversus ingravescente semper morbo Raigradii 4. Ian. 1864 supremum obivit diem, merito ab abbate suo coaevo aeque ac a confratribus lacrimis iustoque comploratu prosecutus.

Sequitur index omnium P. Bennonis Tiray compositionum, quae in archivo musicali apud nos adservantur:

I. Missa in Es-dur in honorem s. Guntheri pro 4 voc. in aeq. cum instrumentis et organo.

II. Missa in B-dur, item.

III. Requiem in Es-dur, item.

IV. Requiem in As et F-dur, item.

V. Missa pro fer. V. maioris hebdomadae pro 4 voc. aequal. cum organo.

VI. Missa pro 3 voc. aequal. cum organo.

VII. Hymnus „Exultet“ (de apostolis), 4 voces inaequales commit. 2 violinis, viola et cello.

VIII. Canon de Immaculata conceptione B. M. V. „Tota pulchra“, 4 voces inaeq. commitante organo vel harmonio.

IX. „O salutaris hostia“, quatuor voces aeq. cum organo vel harmonio.

X. „Tenebrae factae sunt“, quatuor voces aeq. comite organo.

XI. Hymnus: „O gloriosa Domina“, pro una voce com. organo vel harmonio.

XII. „Ave Regina“, pro una voce cum organo.

XIII. „Ave Maria“, pro quatuor vocibus aeq. cum organo.

XIV. „Asperges“, pro Basso multiplicato cum violone et organo.

XV. „Veni s. Spiritus“ in Es-dur, 5 voc. aeq.

XVI. „Ave Maria“ in As-dur, 4 voc. aeq.

XVII. „Ave Regina“ in D-dur, 4 voc. aeq.

XVIII. „O salutaris hostia“ in C-dur, 4 voc. aequales.

XIX. „O salutaris hostia“ in D-dur, 4 voc. aequales.

XX. „Pater noster“ in C-dur, 4 voc. aeq.

XXI. Motetta: „Cantemus Deo“ in F-dur, 4 voc. aeq.

XXII. Motetta: „Exaltabo te Domine“ in D-dur, 4 voc. aeq.

XXIII. Motetta: „Propitius esto“ in As-dur, 4 voc. aequales.

XXIV—XXVIII. Pange lingua duo in D-dur, unum in E-dur, unum in G-dur pro voc. aequal., unum in C-dur, unum in G-dur pro 4 voc. inaequalibus cum instrumentis et organo, utrumque pastorale.

Tomanik Franciscus Sal. Iulius (de s. Monte Pannoniae), Posonii eiusdem com. in Hungaria die 19. Iul. 1829 natus, s. habitu die 15. Sept. 1845 indutus, vota sollemnia die 3. Aug. 1852 emisit, et eodem anno absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 7. Aug. presbyter ordinatus est. 1852—53 professor in monte sacro, 1853—54 in c. r. scientiarum universitate scholis historicis intererat: ex eo autem ad annum 1874 denuo professor in s. monte, ab anno 1874 simul etiam officio promagistri novitiorum fungitur.

Opera eius, summa diligentia et cura exarata omnibusque poeseos amantibus summopere probata, sunt:

I. „Ein Sträusschen aus Ungarns Dichtergarten“ mit biogr. liter. Notizen. (i. e. Carmina poetarum Hung. in linguam Germ. conversa cum brevibus poetarum vitis.) Wien und Gran. Sartori. 1868. 16°. XXXII et 116 p.

II. Szent keresztuti ájtatosság. (i. e. Via crucis.) Győr. 1872. 8°. 49 p. Ed. 2 in „Társulati imakönyv sat.“ (v. Kuncze II.)

III. Vergissmeinnicht um das Prälatenkreuz S. Gnaden des hochwürdigsten Herrn Mainrad Jahn. (i. e. Honoribus rev. domini Mainradi Iahn o. s. B. abbatis B. M. V. de Dömölk.) Wien, Mayer. 1873. 8°. 5 p.

IV. Blüthen in den Ehrenkranz des hochw. P. Emilian Mann, Dr. der Philosophie, Prior von Lambach, ehedem Novizenmeister in Martinsberg, bei Gelegenheit seiner feierlichen Secundiz am 21. Sept. 1873. (i. e. Honoribus rev. P. Emiliani Mann occasione sacrorum semisaecularium.) Regensburg, Pustet. 6 p. 4°.

V. Sonettenkranz — mit Schlingzeilen — zur Weihe des Doms von St. Martinsberg. 1876. (i. e. Carmen, quod „Sonettenkranz“ dicitur, occasione consecrationis ecclesiae cathedr. archiabbatialis.) Wien, Reiffenstein und Rösch. 4°. 17 pag.

VI. Jubelklänge zur Secundizfeier des hochw. H. Placidus Feger o. s. B. (i. e. Honoribus rev. dom. Placidi Feger occasione sacrorum semisaecularium.) 1878. Typis Lambacensibus. 4°. 5 p.

VII. Vergissmeinnicht. Ihrer königl. Hoheit Maria Dorothea Amalie am Tage Ihrer ersten heil. Communion in St. Martins Dom, der Glaubenswiege des Ungarlandes, zum Kranze geflochten von der treuergebenen Erzabtei Martinsberg. 1880. (i. e. C. r. archiduci Mariae Dorotheae Amaliae, cum primum ad s. Eucharistiae sacramentum adcederet.) Mayer, Wien.

VIII. S. Benedict und sein Orden. Ein Sonettenkranz zur vierzehnhundertjährigen Geburtsfeier unseres h. Vaters. (i. e. S. Benedictus et ordo eius. Carmen „Sonettenkranz“ dictum occasione XIV. s. Benedicti centenarii.)

IX. Ex singulis carminibus, quae in libellis periodicis: Kath. Christ, Vergangenheit und Gegenwart, Pest-Ofner Blätter, Monatrosen, Sendbote (Oeniponte et Viennae), Marienrosen (ed. Jarisch), Sieben Schmerzen Mariae, in opere card. Diepenbrock „Blumenstrauss“, Kehrein „Blumenlese“ in lucem prodierunt, memoratu digna sunt, quum quam plurima eorum exemplaria divendita in cultu divino quoque adhibeantur: „Immaculata“ („Hohe und herrliche“), et: Passionslied („In banger Leidenstunde“), quod etiam cum notis musicis saepius editum est.

Tonhauser Leonardus (Mellicensis), Austriacus Viennensis, natus die 27. Apr. anni 1695, die 1. Ian. 1714 per sollemnem professionem ordini adstrictus est et 25. Iun. 1719 primam Deo hostiam immaculatam obtulit. Post ordinationem in monasterio humaniores litteras, dein Mellicii, in Lassee, Weikendorf et Immendorf doctrinam fidei docuit. Non minus colloboravit in bonum monasterii, cum per viginti annos rei frumentariae, etiam turbulentissimo hostilis inruptionis tempore, mira dexteritate praeesset, quo in officio confratres suos non modo ex adipe frumenti, sed etiam verbo vitae liberaliter cibavit, plurimorum tum religiosorum, tum ex omni vicinia hominum saecularium confessarius et pater spiritualis. In choro morbus lethalis (peripneumoniam dicunt) eum apprehendit tenuitque diebus septem ac demum 1. hora matutina, die 26. Apr. 1759 ab omni opere suo requiescere fecit. Scripsit:

I. Libera pro se iuxta arithmeticos numeros, quod die depositionis eius edebatur. Ms.

II. Geheimes Handbüchlein. (i. e. Manuale arcanorum.) Oct. 1750. Ms. 4 partes.

III. Philosophischer Schatz, welcher zur grösseren Ehre Gottes, Nutzen meines heiligen Ordens und Stiftes, wie auch der Bedürftigen zusammengetragen und aus christlicher Lieb zu einer Hilf in der Noth hinterlassen ich Leonardus Antonius Mathias Iosephus Thonhauser, Priester des collegiaten und exemten Stiftes zu Mölk. Ord. S. B. Capitular. 1755. 8°. Ms.

della Tore Robertus (Scotensis), natus est Viennae in Austria die 4. Nov. 1805, patre typographo. Die 10. Oct. 1825 cum indutus esset, votis sollemnibus die 28. Oct. 1828 emissis absolutisque s. theologiae studiis in c. r. univ. Vindob., die 25. Iul. 1830 primam Deo obtulit hostiam incruentam. Neomysta novitiorum magister factus, cum per quinque annos hoc munere esset functus, die 26. Sept. 1835 missus est in restitutum tunc Benedictinorum monasterium Augustanum, ubi non solum magistrum novitiorum sed etiam praefectum convictus nobilium iuvenum necnon professorem gymnasii claustralis egit usque ad annum 1847, quo anno ei filii Bavariae principis de Thurn-Taxis educandi sunt traditi. Quod munus, cum usque ad annum 1868 egregie sustinuisset, infirmitatis causa in dies crescentis in monasterium redux ibidem morte occubuit die 13. Iul. 1869.

Typis edidit:

I. Würdigung des Herrn Dr. Vollmer Ansicht „Ueber den Ursprung der religiösen Erkenntniss im Menschen“; dargestellt in der Ein-

leitung zum Wörterbuche der Mythologie aller Nationen. (i. e. Quid Vollmer de origine religiosae in homine cognitionis iudicarit.) Einladungsschrift zur feierlichen Preisvertheilung am königl. katholischen Gymnasium zu St. Stephan. Augustae Vindelicorum, 1842 et 1843, typis Lauter.

Praeterea in idiomate Franco-gallico versatissimus ex ipso in linguam Germanam vertit:

II. Geschichte der Maria Stuart, Königin von Schottland, nach de Marles. Für die reifere christliche Jugend. Mit Approbation des Erzbischofs von Tours. (i. e. Historia Mariae Stuart, Scotiae reginae.) 1 vol. 8°. 1. ed. Augustae Vindelicorum, 1842, sumptibus Lampart et comp. 2. ed. Ratisbonae, apud Manz, 1849.

III. Die letzten Tage von Pompeji. Nach Lemercier. (i. e. Ultimi Pompeiorum urbis dies.) 1 vol. 8°. 1. ed. Aug. Vind. 1843, sumpt. Lampart etc. 2. ed. Ratisb., apud Manz, 1867.

IV. Sephora, die jüdische Jungfrau, oder: Rom und Jerusalem. Nach Lemercier. 1 vol. 8°. 1. ed. Aug. Vind. 1844, sumpt. Lampart. 2. ed. Ratisb., apud Manz, 1853.

V. Marie, oder: Ein Engel auf Erden. Nach Fanny de V.... deutsch bearbeitet. 1 vol. 8°. 1. ed. Aug. Vind. 1845, sumpt. Lampart. 2. ed. Ratisb. 1856, apud Manz.

VI. Fenélon, Erzbischof von Cambrai. Nach Cardinal Beausset. 1 vol. 8°. Aug. Vind. 1846, sumpt. Lampart.

VII. Geschichte der Kreuzzüge. (i. e. Historia sacrarum expeditionum.) Nach F. Valentin. 1 vol. 8°. Aug. Vind. 1846, sumpt. Lampart. 2. ed. emend. Ratisb. 1867, apud Manz.

VIII. Ernestine, oder der Reiz der Tugend; Nelly, die junge Künstlerin; Karoline und Julchen, die beiden Waisen. Drei übersetzte Erzählungen. 1 vol. 8°. 1. ed. Aug. Vind. 1847, sumpt. Lampart. 2. ed. Ratisb. 1865, apud Manz.

IX. Ferdinand Cortez, oder: die Eroberung von Mexico. (i. e. De Mexico expugnatione per Ferd. Cortez.) Nach Henri Lebrun. 1 vol. 8°. 1. ed. Aug. Vind., sumpt. Lampart, 1847. 2. ed. Ratisb. 1867, apud Manz.

X. Die Waise aus Moskau, oder: Die jugendliche Erzieherin. Eine übersetzte Erzählung aus den Zeiten des letzten französischen Krieges. 1 vol. 8°. Aug. Vind. 1850, sumpt. Lampart.

Tornian Isaacus (Mechitharista), Smyrnae die 2. Oct. 1825 natus, Viennae in Aust. habitu s. die 14. Maii 1842 indutus, die 21. Nov. 1843 vota emisit et die 13. Oct. 1850 consecratus est presbyter. In monasterio per aliquot annos functus est munere bibliothecarii, deinde praefecti novitiorum. Bis missus est Smyrnam munere missionarii apostolici. Ibidem per aliquot annos officium superioris domi missionis Mechitharistarum Viennen. peregit.

Opera eius in ling. Neo-armena typis edita:

I. **Ընտաշխեան Ընտաւազդայ բարքը**, i. e. Mores ac mors tragica Ardavastis II. Armeniae regis. Narratio romanensis (epica). Viennae, typis Mechith. 1852.

II. **Վարդայ Վամիկոնենոյ արկածք**, i. e. Fata Varti Mamigonensis, principis Armeni. Narratio romanensis (epica). Viennae, typis Mechith. 1869.

Tornian Thaddaeus (Mechitharista), Smyrnae die 3. Oct. 1840 natus, Viennae in Aust. habitu s. die 7. Nov. 1857 indutus, die 24. Aug. 1859 vota emisit, et die 9. Maii 1861 consecratus est presbyter. In monasterio fuit per aliquot annos subpraefectus, dein praefectus novitiorum et professor theologiae. Anno 1868 missus est Constantinopolim titulo professoris in collegium Mechitharistarum Viennensium.

Opus eius typis editum:

Հատընտիր ընթերցուածք, i. e. Chresthomathia Palaeo-armena sive lectiones selectae ex classicis in Palaeo-armena lingua editis operibus veterum scriptorum; cum institutione vel doctrina de classico scribendi genere in ling. Palaeo-

armena et cum crebris notis grammaticis. Viennae, typis Mechith. 1866.

Toupalík Maurus (Emautinus Montserratensis), Bohemus Taboriensis, natus 1789, professus 1815, presbyter ordinatus 1819, professor classium humanitatis et praefectus gymnasii Benedictini Emautini in civitate Klattoviae emeritus, prior monasterii Emautini, mortuus 1860. Linguarum Latinae, Graecae, Germanicae, Bohemicae peritissimus, poëta insignis, carmina praeclara Latina, Germanica et Bohemica composuit datis occasionibus vel sollemnibus vel pro circulis amicorum familiaribus.

Mentione in primis digna:

I. Salutatio aggratulans supremi regni Bohemiae landgravii comitis Chotek Klattoviam advenientis anno 1841: Přivítáni nejvyššího purkrabího hraběte Chotka do Klatova 1841. Bibl. Emaut. minor XII. 1. 3.

II. Carmen lyricum in publica et sollemni classium praelectione finito anno scholastico, quo Musas Klattoviae celebravi (Musarum Klattoviae laudes), typis editum Klattoviae 1839; lingua Bohemica: Elegie k přednešení při veřejném oznamování prospěchu mládeže na gymnasium Klatovském ku konci školního roku 1839. V Klatovech 1839. In bibl. Emautina minori XII. 1. 4.

III. Carmen Bohemicum iocosum in podagram, cum idem ipse podagra vehementer laboraret, composuit, quod carmen quidam eius discipulorum, quem in primis carum habuit, parochus factus, ipso inscio in novalibus Květy (flores) typis expressum publicum fecit.

Treuinfels Leo M. (Mariaemontanus), natus Tergeste (Triest) 4. Iun. 1848 studiis gymnasii Meraniae egregia cum laude absolutis ordinem ingressus est 20. Sept. 1865, vota sollemnia emisit 11. Nov. 1869, s. presbyteratus ordinem suscepit Brixinae 22. Ian. 1871 et in sacello gymnasii Meranensis 2. Febr. e. a. primum sacrum Deo sollemniter obtulit. Is postquam per biennium (1872—74) in univ. Oenipontana historiae naturali optimo cum successu operam navavit, praedictae disciplinae professionem in gymnasio superiori auspicatus simulque pueros in convictu nostro per biennium moderatus est.

Studii causa per loca montesque profectus atque herbas scrutatus maxima cum industria libellum confecit et edidit inscriptum:

Die Cirsien Tirols. (i. e. Cirsia Tirolensia.) 8°. Innsbruck, bei Wagner. 1875. 119 p.

Troger Meinradus (princeps abbas San-Blasianus). Natus est spectabili Trogerorum prosapia die 31. Aug. 1696 Rhenofeldae in magno ducatu Badensi; monachum Blasianum induit 1717; sacerdos creatus est 1722. In univ. Salisburgensi optimis litteris imbutus, ibidem postea philosophiam tradidit, editis aliquot stagiristicae scientiae speciminibus cum plausu exceptis. In monasterio Gengenbacensi etiam philosophiae professor erat. Domum redux erat abbatis Francisci sacellanus, et rationum per annos plures revisor. Praepositus postea Clingnoviensis per annos tres, et prior s. Blasii, primus, qui nomen decani adsumsit, pro more in principalibus monasteriis ordinis s. Benedicti inducto, etsi iuxta regulam aliud esset decanorum officium, inferius illo priorum et praepositorum. A Coelestino antecessore loco sui prior in Oberriedt constitutus, defuncti etiam locum occupavit, abbas electus die 28. Apr. anno 1749, aetatis suae 53tio. Optimi oeconomi partes implevit, dispositis et mutatis, quae ad incrementum proventuum conducere videbantur. Aedificia in-

tus et foris plura exstruxit, saepius ampla et splendida. Etiam ecclesias amplas simul decoras exstruxit parochiales in Füezen et Bettmaringen; illa autem in Dillendorf, quam aeque aedificavit, suo decore facile omnes in vicinia superat. Opus deinde adgressus est, quod nemo antecessorum eo usque tentare ausus fuit, per scopulos et montium cacumina e s. Blasio Bondorfium et alias ditionis Blasianae terras muniendo vias planas, latas et fere regias, quae avehendis inde rebus non Blasianis modo, sed et subditis ac exteris magno commodo erant et in perpetuum erunt. Ex pacto conductionis, quo officinam ferrariam ad Albam fluvium ad annos viginti quinque a serenissima domo Austriaca obtinuit, monasterio multum emolumenti redibat. De litteris pariter bene merens, studium linguarum orientalium et matheseos inter suos et per eos in aliis coetibus religiosis acriter promovit, et, comparata propria typographia, scribendi libros animum suis reddidit. Multis molestis et operosis negotiis implicatus, litibus et iurgiis sibi et monasterio suo intentatis valde irritatus, sensim hypochondriae morbo laborabat; iura et privilegia monasterii, licet saepius sancte confirmata, videbat imminui aut penitus rescindi: quibus malis omnibus cum aucti corporis dolores accessissent, beata morte succubuit die 14. Oct. anno salutis reparatae 1764, aetatis 68vo completo, regiminis 15to et semis.

Sequitur scriptum, quod prelo commisit:

Aculeata refutatio scabiosae cuiusdam bibliopolae Norimbergensis epistolae contra P. Marquardi Herrgott genealogiam Habsburgicam.

Tschamanian Hamazasb (Mechitharista), in oppido Chodyrtschur in Armenia maiori die 27. Oct. 1845 natus, Viennae in Aust. habitu s. die 5. Maii 1864 indutus, die 21. Nov. 1865 vota emisit et die 22. Dec. 1867 consecratus est presbyter. In monasterio fuit per 2 annos subpraefectus novitiorum. Anno 1870 missus est munere missionarii apostolici in urbem Armeniae maioris Erzerum, post 5 annos Viennam revocatus, anno 1878 eodem munere missus est Trapezuntum, ubi hucusque suum officium peragit.

Opus eius in Neo-armena ling. typis editum:

Բարոյական ընթերցուածներ, i. e. Lectiones morales in usum iuventutis et parentum. Viennae, typis Mechith. 1878.

Tschiakydschian Ephrem (Mechitharista), Constantinopoli die 30. Ian. 1824 natus, Viennae in Aust. s. habitu die 3. Nov. 1840 indutus, die 14. Maii 1842 emisit vota et die 1. Nov. 1845 consecratus est presbyter. In monasterio peregit anno 1856 officium directoris officinae typograph. Bis (anno 1853 et 1860) missus est munere missionarii apostolici Smyrnam, inde eodem munere Constantinopolim.

Opera eius typis edita:

I. *Բառարան հայ.-տաճկ.*, i. e. Vocabularium Palaeo-armeno-turcicum (literis Armeniacis). Viennae, typis Mechith. 1850.

II. *Կիկերոնեայ վասն բարեկամու*, i. e. M. T. Ciceronis, de amicitia. Versio ex textu Lat. in ling. Palaeo-arm. Viennae, typis Mechith. 1852.

III. *Գործնական արուեստախօսութիւն*, i. e. Technologia practica. Viennae, typis Mechith. II. editio. 1869.

IV. *Նանդ. Արթուր Կոր. Բեմեն պատահ*, i. e. Fata Arthuri Gordonis Pim. Versio ex ling. Germ. in Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1857.

V. Ջաւայի դատապարտեալք, i. e. Condemnati in Iava. Narratio romanensis. Libera versio ex ling. Germ. in Neo-arm. Viennae, typis Mechith. 1878.

VI. Պատմութիւն Հայոց, i. e. Historia Armenorum, ab initio usque ad nostra tempora. Neo-armenice. Viennae, typis Mechith. II. editio. 1870.

Tschialykian Vertanes (Mechitharista), Constantinopoli die 18. Oct. 1803 natus, Viennae in Aust. habitu s. die 7. Nov. 1819 indutus, die 25. Mart. 1821 vota emisit et die 24. Oct. 1824 consecratus est presbyter. In monasterio peragebat ab anno 1826 munus subpraefecti clericorum et novitiorum atque professoris humaniorum studiorum. Anno 1830 missus est Constantinopolim titulo missionarii apostolici et praeceptoris in schola nationali. Anno 1835 tempore flagrantis in eadem urbe pestilentiae eadem percussus supremum obiit diem.

Opera eius typis edita:

I. Քերականութիւն Հայ. լեզուի, i. e. Grammatica Palaeo-armenae linguae. Viennae, typis Mechith. VIII. editio. 1870.

II. Կրթութիւն գործնական Հայերէն, i. e. Lectiones selectae in ling. Palaeo-armena, cum institutione ad exercendos tirones in transferendo ex Palaeo-armena in Neo-armenam et Turcicam (vulgarem) ling. Viennae, typis Mechith. II. editio. 1837.

Tschofen Basilius (Muro-Griesensis), natus die 3. Octobris 1818 in pago Gaschurn in Vorarlberg, philosophiae Oeniponte, iurisprudentiae Viennae, denique theologiae in seminario Brixinensi operam dedit. Ordinem s. Ben. Griesi ingressus vota emisit die 16. Sept. 1849 et die 30. eiusdem mensis et anni inter sacerdotes adnumeratus est. Docuit deinde et paullo post magister novitiorum nominatus est. Post quinquennium factus parochus in Gries pro gloria domus Dei zelavit, ad educandas puellas scholarum sorores tertii ord. s. Fr. vocavit specialemque pauperibus curam exhibuit. Anno 1865 docuit in monasterio Mehrerau O. Cist. ius canonicum et theologiam pastoralem. Reversus post annum iterum parochiae Gries usque 1868 praefuit. Translatus postea ad parochiam Marling istam omni zelo administravit usque ad obitum die 19. Febr. 1879.

Cum magister novitiorum esset, scripsit:

I. Geistliche Studien über die Regel des heil. Benedictus. (i. e. Studia spiritualia de regula s. Benedicti.) 4 fasc. in 4°. in instructor. Muro-Gries.

II. Des Novizen Laboratorium zum Aufbau christlicher Vollkommenheit. (i. e. Instructio novitiorum.) 4°. Ibid.

Tury Osvaldus Ioannes (de s. Monte Pannoniae), aa. ll. et philosophiae doctor, in Csorna com. Sopron. in Hungaria die 27. Dec. 1808 natus, die 12. Nov. 1826 s. ordinem ingressus, vota sollemnia die 7. Apr. 1831 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 20. Iul. 1834 presbyter ordinatus est. Ex quo tempore ad annum 1845 Iaurini apud alumnos s. ordinis, 1845—50 in academia Iaurin. matheseos, 1850—51 in gymnasio Iaurin., 1851—1861 in s. monte matheseos professor, 1861—62 in s. monte, 1862—74 vero Comaromii spiritualis vitam degit, ubi die 10. Apr. 1874 pie in Domino obdormivit.

Typis mandavit:

I. Örömdal, mellyet Méltós. és Fő Tiszt. Kovács Tamás Urnak tiszteletére énekelt a pannonhegyi nevendék-papság, midőn Böjtelőhavában Fő-Apátságába iktatnék. (i. e. Carmen honoribus Thomae Kovács archiabbatis, cum inaugu-

raretur.) 1830. Győrött. Streibig Leopold betűivel. 4°. 4 p.

II. Előkészület a betű-számtanhoz. (i. e. Praeparatio ad algebram.) Győr. 1850. 8°. 53 p. Ed. 2. aucta. Comaromii, 1852. 58 p.

Uisghiudarlian Petrus (Mechitharista). Ipse anno 1810 munere secretarii cum illustr. abbate Gen. A. Babikian Tergesti Viennam transmigravit. Constantinopoli anno 1782 natus, Tergesti anno 1805 consecratus est presbyter. Ab anno 1805 peregit munus secretarii congregationis Tergesti et Viennae. Anno 1815 Vienna missus est Constantinopolim munere missionarii apostolici; ibidem mense Aug. 1828 ex vita egressus est.

Opera eius in lingua Neo-armena typis edita:

I. Կրթութիւն ... ի պատիւ սրտին Յիս., i. e. Exercitia et orationes novem dierum in honorem ss. Cordis Iesu. In ling. Neo-armen. et Turc. Viennae, typis Mechith. 1826.

II. Կերակուր տօնասիրաց, i. e. Alimentum celebrantium dies festos, h. e. Explanationes morales lectionum (ex sacra scriptura) et evangeliorum, quae diebus domini et festis totius anni in missa leguntur. Viennae, typis Mechith. 1852.

Ussermann Aemilianus (San-Blasianus). Natus est in s. Udalrico in sylva nigra in magno ducatu Badensi die 30. Oct. 1737; s. habitu indutus in divo Blasio, sollemniter professus die 1. Maii 1757; sacerdos die 16. Maii 1761. In gymnasio Benedictinorum s. Petri in Brisgoia studiorum humaniorum curriculum emensus est, praeter musicam Latine, Graece, Hebraice doctus. Dein congregationi San-Blasianae nomen dedit et in philosophicis et theologicis disciplinis tam felicem progressum fecit, ut dignus censeretur, qui easdem traderet. Primum in s. Blasio docebat philosophiam, deinde ad commune studium Benedictinorum Bavariae, quod tunc in celebri Benedicto-Burano monasterio institutum fuerat, linguarum orientalium professor postulatus, easdem posthac etiam in univ. Salisburgensi publice docuit, simul explicans moralis theologiae praecepta. Ad usum studiosorum evulgavit compendium syntaxeos Hebraicae una cum analysi libri geneseos. Praemisit disquisitionem de methodo linguam Hebraeam cum fructu tractandi et addiscendi; adiunxit indicem librorum, qui ad perdiscendas linguas orientales in primis utiles sunt aut necessarii. S. theologiae doctor creatus, reversus ad s. Blasium, bibliothecae praefuit, omnibus ad id muneris obeundum dotibus necessariis optime instructus, doctus, humanus et studio gratificandi paratissimus. Nec quidquam magis habuit in deliciis, quam librariae supellectilis curam; reliquias prioris vastissimae bibliothecae incendio consumtae collegit, antiquos codices manuscriptos et recentiores selectos libros undique conquisivit et magnis impensis comparavit, ut bibliotheca mire increverit. Quidquid habuit vacui temporis, adornandis lucubrationibus potissimum historicis dabat. In elaboranda Germania sacra sodalis, edidit eius prodromum et scripsit episcopatum Wirceburgensem et Bambergensem facili et eleganti stilo. Tot laboribus exhaustus et apoplexia correptus est vir optimus, Germanae prorsus fidei et prisci moris, abhorrens ab adulandi studio atque omni fastu; qui omissis ceteris omnibus curis, nihil appetens, sorteque sua contentus e vita discessit die 31. Oct. 1798.

Sequuntur eius scripta typis impressa:

I. Compendium syntaxeos Hebraicae, una cum analysi libri Geneseos. Salisburgi, 1769. 174 p. 8°.

II. Prodromus Germaniae sacrae, sive chronicon Hermanni contracti, Peterhusanum, Bertholdi Constantiensis, Ottonis de s. Blasio aliaque. Typis San-Blasianis, 1792. Tomus I. 394 p.; tomus II. 514 p. (Zwei Quartanten.)

III. Episcopatus Wirceburgensis sub metropoli Moguntina, chronologice et diplomatice illustratus, Cum codice probationum. Typis San-Blasianis, 1794. (Ein Quartant.) p. 512, 143.

IV. Episcopatus Bambergensis sub metropoli Moguntina, chronologice et diplomatice illustratus. Cum codice probationum. Opus posthumum. Typis San-Blasianis, 1801. (Ein Quartant.) p. 456, 282.

Uzunian David (Mechitharista), Constantinopoli die 26. Maii 1800 natus, Viennae in Aust. habitu s. die 26. Maii 1816 indutus, die 1. Iun. 1818 vota emisit et die 26. Maii 1822 consecratus est presbyter. In monasterio functus est ab anno 1828 munere praefecti clericorum. Anno 1833 Constantinopolim officio missionarii apostol. missus, ibidem anno 1864 extremum vitae spiritum edidit.

Opera eius in ling. Neo-armena typis edita:

I. Նոր աղօթագիրք, i. e. Novus liber orationum. Viennae, typis Mechith. III. edit. 1874.

II. Լրտասուք Աստուածայ, i. e. Lacrimae B. Mariae Virginis, h. e. Meditationes et preces de doloribus Deiparae Virginis. Viennae, typis Mechith. 1857.

Uzunian Raphael (Mechitharista), Constantinopoli die 4. Mart. 1800 natus, Viennae in Aust. s. habitu die 1. Iun. 1815 indutus, die 15. Apr. 1816 vota emisit, et die 1. Nov. 1818 consecratus est presbyter. In monasterio docuit humaniora studia. Anno 1828 missus est in Poloniam munere missionarii apostolici pro Armenis cath. In eadem provincia Mohiloviae (ad Danastrim) perfunctus est munere coadiutoris apud administratorem dioeceseos rit. Arm. Ab anno 1853 administravit parochiam rit. Arm. Raszkoviae. Postremum anno 1856 constitutus est Camienitiae (in Podolia) parochus rit. Arm. et anno 1863 in eodem munere extremum obiit diem.

Opus eiusdem in ling. Neo-armena typis editum:

Հոգեշահ մատենագրութիւնք, i. e. Commentarii in forma homiliarum super varios locos s. scripturae. Libera versio ex ling. Lat. in Neo-armen. Viennae, typis Mechith. 1825.

Vadász (antea Jäger) Lambertus Antonius (de s. Monte Pannoniae), in Keszthely com. Zalad. in Hungaria die 24. Mart. 1820 natus, die 16. Sept. 1837 habitu s. indutus, die 26. Iul. 1845 vota sollemnia emisit. Absolutis in s. monte studiis theologicis die 1. Aug. 1845 sacris initiatus est, ex quo ad annum 1847 Sopronii officio oratoris a sacris, 1847—49 professoris gymn. Papae, 1849—74 Comaromii functus, ex eo spiritualis usque ad annum 1879 in abbatia de Dömölk, nunc in abbatia de Tihany vitam degit. Scripsit:

I. Történeti kép a keresztes háboruk történetéből. (i. e. De morte s. Ludovici IX. Francorum regis in bello pro sacris christianis suscepto.) In progr. gymn. Comarom. 1854. 4°. p. 3—6.

II. A madarak s ezek mesterséges fészkei. (i. e. De avibus et artificiosis earum nidis.) Ibid. 1858/9.

Vagács Caesarius Ioannes (de s. Monte Pannoniae), in Ótura com. Nitr. in Hungaria die 6. Maii 1817 natus, s. habitu die 16. Sept. 1836 indutus, vota sollemnia die 27. Iul. 1844 emisit et absolutis

in s. monte s. theologiae studiis eodem anno die 2. Aug. ad sacerdotii dignitatem evectus est. Ab anno 1844—49 munere professoris in gymn. Papensi, 1849—50 in s. monte in lyceo archiabbatiali, 1850—60 in gymn. Soproniensi, 1860—66 denuo in lyceo archiabbatiali, 1866—77 superioris domus et directoris gymn. Comaromiensis, 1877—78 superioris domus ibidem laudabiliter functus, hoc anno die 29. Apr. pie in Domino de vita decessit. Scripsit:

I. Olvasmányok a főgymnasiumi közép osztályok számára. (i. e. Lectiones Hung. pro gymn.) Pest. 1854. Hartleben. 8°. 230 p.

II. Vezérnézetek a latin irodalom ismertetésében. (i. e. Ratio litteras Romanorum tractandi.) Dissertatio laudata. In lib. period. „Tanodai lapok", 1857. 20.—28. n.

III. Mily vádok emeltetnek alaposan a gymnasiumból kilépő ifjuság valláserkölcsi élete ellen, s mily eszközöket kell a gymnasiumoknak fölhasználni ezen vádak okainak megszüntetésére? (i. e. Quid conquerantur de religione moribusque iuventutis et quo modo causae harum querelarum tolli possint.) Dissertatio praemio ornata. In „Tanodai lapok", 1859. 18.—25. n.

IV. Latin irályképző gyakorlatok a főgymnasiumok és kisseminariumok számára, szerkesztve és kiadva Vagács Caesar és Schiebinger Emil által. (i. e. Exercitia stili Latini.) Esztergom. Horák. 1862. 8°. Ed. 4. emend. et aucta. 1873. Győr. Hennicke. 8°. 334 p.

V. Bernardini Takács Benedictini Pannonii carmina selecta. Recognovit ac annotationibus illustravit Caesarius Vagács, o. s. B. Comaromii. 1866. Siegler. 8°. 290 p.

VI. Opusculum poeticum illustrissimo ac reverendissimo domino Ioanni Chrysostomo Kruesz, s. Montis Pannoniae archiabbati in perennem ab eodem restauratae et ornatae ecclesiae cathedralis s. Martini episc. memoriam dicatum a Caesario Vagács Benedictino Pannonio 1876. Comaromii. Siegler. 8°. 78 p. Opusculum hoc praeter alia continet carmina variis rebus et personis composita, quae singula separatim quoque publicata fuerant.

Vajda Samuel (de s. Monte Pannoniae), abbas s. Aniani de Tihany anno 1761 benigne nominatus, sublato s. ordine Sabariae sibi domicilium constituit ibique die 29. Sept. 1795 piam Deo reddidit animam.

Rebus asceticis quam plurimum occupatus, maxima cura ac diligentia scripsit:

I. Lojola szent Ignátznak Iezus társasága alkotójának ditsérete, mellyet azon szentnek ünnepe alkalmatosságával Győrött Tiszt. Pater Iesuiták Templomában mondott T. P. Vajda Sámuel, Szent Benedek Szerzetébül, Szent Mártonban, Régi Hires Királyi Klastromban Szentséges Theologiának Doktora, és mostani érdemes Professora MDCCLIII. (i. e. Laudes s. Ignatii de Loyola.) Egy-Némelly Szent Benedek és Szent Ignátz Atyákhoz nagy buzgósággal viseltetvén, author hire nélkül mások kivánságára kibotsátotta. Győrött. Streibig Gergely János. 4°. 20 p.

II. A mi Urunk Jesus Kristusnak élete, mellyet a négy Evángeliómból egyet tsinálván, rendbe szedett, és sok idvösséges Tanuságokkal megbővített Fő-Tisztelendő Vajda Samuel Szent Benedek Szerzetén-lévő Tihányi Kalastromnak Apátura. (i. e. Vita Domini nostri Iesu Christi.) Pozsonyban, Landerer Mihály János betűivel. 3 t. 1772—74. 4°. XIV + 706 p., 460 p., 744 p.

III. Szűz Szent Margit asszonynak, Negyedik Béla Király Leányának, Sz. Domonkos Szerzetebéli Apátzának, Régi Magyarsággal iratott élete. Most újra ki-nyomtattatott. (i. e. Vita s. Margarethae virg., nunc denuo ed.) Budán. A kir. Universitás betűivel. 1782. 8°. VIII + 196 p.

IV. Hatodik Pius Romai Pápától kiadattatott imádságos Könyvetske. (i. e. Liber precum Pii P. VI.) Magyarra fordíttatott a Tihanyi Klastromban. És annak költségével ki-nyomtattatott. Budán, Királyi Akademiának betűivel. 1784. 8°. 122 p.

V. A meg-dítsőült Szenteknek jelesül pedig a Boldog Szűz Máriának tiszteletéről néhány rövid, és könnyen érthető Bizonyítások. (i. e. De

cultu Sanctorum et in primis B. M. V.) Mellyek Vajda Sámuel Tihanyi Apátur által öszve-szedegetettek és egy régi jó-akarója által ki-nyomtattattak. Weszprémben. Streibig Jósef betűivel. 1792. 8°. 39 p.

VI. Libri eius manu scripti in bibliotheca centrali in s. monte adservati hi sunt: *a)* Tractatus theologicus de Angelis. 1754. 4°. 102 p. *b)* Tractatus theologicus de ultimo fine seu beatitudine hominis. 1754. 4°. 49 p. *c)* Tractatus theologicus de actibus humanis. 1754. 4°. 49 p. *d)* Tractatus theologicus speculativus de sacramentis in genere et particulari, traditus ab a. r. eximio ac doctissimo patre et domino Samuele Wajda o. s. B., scriptus vero et auditus a F. Adalberto Szepesy eiusdem ord. religioso professo. 1755. 4°. 182 p. *e)* Tractatus theologicus speculativus de Fide, Spe et Charitate, traditus ab A. R. Samuele Wajda, o. s. B., scriptus per F. Ad. Szepesy etc. 1756. 4°. 180 p. *f)* Compendium privilegiorum, quae forum Poenitentiae concernunt, et exempto archicoenobio s. Martini in s. Monte Pannoniae a summis pontificibus concessa fuerunt in unione cum congregatione Cassinensi. 4°. 32 p. In fine ms. haec leguntur: „Casus hi No. 35 dictati et resoluti fuerunt ab Adm. Rvdo ac Clar. Patre Samuele Vajda, s. theologiae professore primario. Anno 1757 die 27. Martii."

Vassalian Philippus (Mechitharista), Smyrnae die 14. Iun. 1838 natus Viennae in Austria habitu s. die 2. Nov. 1855 indutus, die 25. Mart. 1857 vota emisit et die 7. Sept. 1859 consecratus est presbyter. Anno 1867 missus est munere missionarii apostolici in civitatem Güzelhisar in Asia minore, ubi ab anno 1877 munere superioris domi missionis Mechith. Viennen. fungitur.

Opus eius in ling. Neo-armen. typis editum:

Ուղեկոյց ճանապարհորդ, i. e. Dux itineris in usum itinerantium per varias provincias regnorum in Europa. Uti supplementum huius operis conscripsit dialogos in quatuor linguis, i. e. Gall., Germ., Neo-armen. et Turc. (vulgaris litteris Armeniacis.) Viennae, typis Mechith. 1864.

Vaszary Aegidius Ioannes (de s. Monte Pannoniae), sacerdos iubilaris, in Keszthely com. Zalad. in Hungaria die 18. Febr. 1799 natus, die 15. Oct. 1818 s. habitu indutus, die 16. Oct. 1821 vota sollemnia emisit. Studiis theologicis absolutis die 17. Aug. 1826 sacerdotio initiatus est. Variis functus est officiis, uti professoris Papae 1822—24, Iaurini 1826—27, provisoris domus ibidem 1827—29, professoris Comaromii 1829—32, Papae 1832—1835; deinde in Bakonybél 1835—38 administratoris parochiae, 1838—40 simul etiam subprioris, 1840—41 subprioris et provisoris domus, 1841—42 provisoris domus in s. monte, 1842—53 administratoris parochiae in Kapoly, 1853—56 in Tihany, 1856—64 in Zamárdi. Anno 1864—65 spiritualis, 1865—73 subprior, 1873—77 prior, dehinc vero bonorum administrator et spiritualis in abbatia Tihany, die 23. Apr. 1880 placida morte obiit. Edidit:

Költészi képek. Összeszedték B. G. V. (i. e. Imagines poeticae. Collegerunt F. Beély, I. Guzmics, Aeg. Vaszary.) 2 t. 1837. 1838. 8°. Pest. Beimel. 108 et 290 p.

Vaszary Claudius Franciscus (de s. Monte Pannoniae) in Keszthely com. Zalad. in Hungaria die 12. Febr. 1832 natus, s. habitu die 15. Sept. 1847 indutus, vota sollemnia die 6. Iun. 1854 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 26. Maii 1855 ordinatus est. Ab anno 1854—1856 professor gymn. Comaromii, 1856—1861 Papae, 1861—69 Strigonii, ab anno 1869 Iaurini officio superioris domus et directoris gymn. fungitur.

Praeter varia minora haec edidit:

I. Világtörténelem kath. tanodák számára és magán használatra. Irták Füssy T. és Vaszary K. (i. e. Historia universalis. Scrips. Füssy et Vaszary.) 1863. Esztergom. Horák. 8°. 3. t.

II. Várnai csata. (i. e. Pugna ad Várna.) Pest, sz. István-társ. 1864. 8°. 83 p.

III. Magyarország történelme az alsóbb osztályok számára. Horváth M. után. (i. e. Historia regni Hungariae pro classibus inferioribus. Ex opere Michaelis Horváth. Győr. Sauerwein. 1865. 8°. 215 p.

IV. Idem opus pro classibus superioribus. 1865. Ibid. 8°. 460 p.

V. Kurzgefasste Geschichte von Ungarn. Nach Michael Horváth. (i. e. Brevis historia Hungariae.) Pest. Heckenast. 1867. 8°. 287 p.

VI. Világtörténelem k. tanodák felsőbb osztályai számára. (i. e. Historia universalis pro superioribus classibus scholarum cath.) Budapest. Lampel. I. t. 8°. 1869. 193 p. Ed. aucta et emend. 1873. 195 p. II. t. 1870. 242 p. Ed. aucta et emend. 1875. 215 p. III t. 1870. 345 p. Ed. aucta et emend. 1876.

VII. Történelem rövid vázlatban (i. e. Summarium historiae univ.) 1869. Győr. Sauerwein. 2 t. 157, 143 p. Edit. emend. et aucta. 1876.

VIII. Árpád és közeli utódai mily hatalomkörrel voltak felruházva? (i. e. Árpád et primi eius successores qua fuerint praediti potestate?) In progr. gymn. Iaurini. 1872. 4°. p. 4—16 p.

IX. Pannonhalma helytörténete. (i. e. Historia s. Martini de s. Monte Pannoniae.) In libro: Győr megye és városa egyet. leirása (V. Fehér Hipp. 580—602 p.) et in schematismo de s. M. Pannoniae 1875/6. 8°. p. 11—40.

X. Történelmi atlasz. (i. e. Tabulae geograph. historicae.) 4. tab. Lampel. Budapest. 1873.

XI. Adatok a magyar tudós társaság alapitásához. (i. e. Quaedam de fundatione acad. Erud. Hung.) In lib. period. societatis illius, qui inscribitur: Akadémiai Értesitő. 1876.

XII. In libro: „Ifjusági Plutarch“, quem simul cum Füssy et Méry redegit, scripsit: *a)* Hunyadi János. 1858. I. p. 64—101. *b)* Fehér György. 1859. II. p. 159—178. *c)* Festetics György. 1859. III. p. 119—149. *d)* Nagy Alfréd. 1859. IV. p. 75—98. *e)* Szilágyi Erzsébet II. 1859. I. p. 161—177.

XIII. Mit tehet és mit kell a nép tanodának tennie, hogy azon borzasztó rablások és gyilkolások, melyek az ország több részét időről időre rémülésbe hozzák, megszünjenek? (i. e. Scholae elementares quid possint et quid debeant facere, ut finis fiat caedium et rapinarum.) Dissertatio laudata. In: Tanodai Lapok. 1859.

XIV. Hunyadi László. In: Szünórák, (V. Füssy. II.) p. 22—38.

XV. Minora quaedam, dissertationes, narratiunculae, orationes s. etc. in libr. period. „Tanodai Lapok, Sz. István-társulat naptára, Kath. Lelkipásztor, Magyarország és a Nagyvilág, Családi Olvasmányok, Pesti Napló, Budapesti Hirlap“ etc. occurrunt.

Vaszary Dominicus Iosephus (de s. Monte Pannoniae), in Alsó-Pahok com. Zalad. in Hungaria die 14. Nov. 1833 natus, s. ordinem die 15. Sept. 1850 ingressus, vota sollemnia die 29. Maii 1855 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 31. Aug. 1857 sacris initiatus est. Ab anno 1857—66 professor gymn. Strigon., ex hoc anno eodem fungitur officio Iaurini.

Praeter minora quaedam scripsit:

I. Pindarus. (i. e. Vita Pindari. In progr. gymn. Iaurin. 1872/3. 8°. p. 1—23.

II. Thucydides életrajza Markellinos, Suidas és Anonymus után. (i. e. Vita Thucydidis.) Ibid. 1879—80. 8°. p. 3—23.

III. Homéros életrajza Herodotus után. (i. e. Vita Homeri.) Ms.

IV. Thucydidesnek a peloponnesusi háboruról szóló első két könyve magyarra fordítá. (i. e. 1. et 2. libr. Thucydidis de bello Peloponnesiaco in linguam Hung. convertit.) Ms.

Veit Benedictus (Seitenstadiensis), natus Lentiae in Austria superiore die 11. Apr. 1712 scholis humanioribus et philosophicis in monasterio Seitenstadiensi absolutis die 28. Oct. 1733 votis sollemni-

bus se obstrinxit Deo omnipotenti et die 5. Aug. 1738 primo obtulit immaculatam hostiam. Variis in monasterio officiis functus 1746—48 scientiam philosophicam in alma Benedictinorum univ. Salisburgensi docuit. Ad restauranda studia s. theologiae domum vocatus decem annos theologicam cathedram est moderatus. Simul subprioris atque prioris amantissimi officia sustinuit. 1758 ad parochiam Windhagensem regendam abiit, ubi dominica quadragesimae quarta, Laetare quae dicitur, media in concione apoplexia tactus in Domino obdormivit die 4. Apr. 1767.

Scripsit:

I. Theses menstruae ex logica de intellectu humano eiusdemque operationibus. Salisburgi, 1747. 4°.

II. Theses menstruae ex logica de veritate ac eiusdem criteriis. Ibidem 1747. 4°.

III. Theses menstruae ex logica de methodo seu modo ac mediis investigandi de re aliqua veritatem. Ibidem 1747. 4°.

IV. Theses menstruae ex physica de motu naturae. Ibid. 1748. 4°.

V. Theses selectae 1752. Manusc. in fol. in bibliotheca Seitenstad. adserv.

Vekerle Godefridus Antonius (de s. Monte Pannoniae), abbas B. M. V. de Dömölk, aa. ll. et philosophiae doctor, Iaurini eiusdem com. in Hungaria die 24. Apr. 1788 natus, s. habitu die 31. Oct. 1804 indutus, die 6. Dec. 1809 vota sollemnia emisit et absolutis Iaurini et in s. monte s. theologiae studiis die 22. Aug. 1811 presbyter ordinatus est. 1811—16 officio professoris Sopronii, 1816—26 professoris matheseos apud alumnos s. ordinis Iaurini, 1826—32 superioris domus et directoris gymn. Iaurinensis maxima cum laude functus, anno 1832 abbas Dömölkiensis nominatus est ibique die 24. Sept. 1836 piam animam Deo reddidit. Scripsit:

I. Ode honoribus ill. ac rev. domini Thomae Kovács archiabbatis occasione sollemnis installationis. Iaurini, typis Leop. Streibig. 1830. 4°. 8 p.

II. Kis-Czeli Szarándok, azaz rövid oktatások, mellyeket összveszerkesztett T. Pausz Amand, most pedig ujra kiadott Vekerle Gottfried. (i. e. Peregrinator Kis-Cellensis ad ecclesiam B. M. V. de Dömölk.) Győr. Streibig. 1834. 8°. 236 p.

III. Christkatholisches Andachtsbuch insbesondere für fromme Pilger zum Gnadenbild Mariä nach Kleinzell. (i. e. Preces et hymni pro peregrinatoribus ad ecclesiam B. M. V. de Dömölk.) Herausgegeben von G. Vekerle. Pressburg, 1835. Anton Edler von Schmidt. 8°. 173 + 3 p.

IV. Jézus egyetlenegy boldogító szükségem, vagy: a világ megváltójának története és tanitása könnyen érthető s szívemelő irásmóddal előadva Sailer A. G. által. (i. e. Vita et doctrina redemptoris mundi. Ab A. G. Sailer. In linguam Hung. convertit G. Vekerle.) Ms. Adserv. in bibliotheca centrali in s. monte. 4°. 240 + 216 p.

Venedig Hermannus (San-Paulanus). Natus est Neofori in Carniolia die 3. Iun. 1807; s. habitu indutus die 28. Oct. 1829; sollemniter professus die 24. Aug. 1831; sacerdotio initiatus die 4. Aug. 1832. Studiis philosophicis anno 1826 Labaci peractis, in academia nautica Tergesti docebat physicam; anno 1829 ad s. Paulum divertit, studiis theologicis anno 1833 Clagenfurti absolutis, animarum curae adplicatus, parochum San-Paulanum adiuvit. Ab anno 1834 muneri docendi publico operam navit assiduam et praeclaram in gymnasio Clagenfurtensi, plurimum autem in San-Paulano; praeprimis in studio linguae Latinae adeo plane et adcommodate ad intellectum eorum ore et scriptis iuvenes instruebat, ut tum Vindobonensis tum Carinthiae scholarum senatus laudem meru-

erit, litteris ipsi significatam. Demum viribus fractus, anno 1875 cathedra descendit, fruens otio cum dignitate. Est sodalis societatis stenographicae Vindobonensis, et praeter linguas antiquas Gallicam et Italicam prope novit.

Sequuntur, quae prelo submisit:

I. Formenlehre der lateinischen Sprache. (i. e. Institutio grammaticae Lat.) Wien, 1845. Druck und Commission bei Mayer und Comp. 144 p. 8°.

II. Satzlehre der lateinischen Sprache. (i. e. Positiones Latinae.) Wien, 1848. Verlag der Sigmundischen Buchhandlung in Klagenfurt. 8°. 165 p.

III. Die zwölf Monate mit ihren Blüthen und Früchten. (i. e. Duodecim anni menses, institutio linguistica.) Aufgaben zur regelrechten Anwendung der lateinischen Sprache. Wien, 1848. Druck und Commission der M. Lechner'schen Universitäts-Buchhandlung. 244 p. 8°.

IV. Das Sanctuarium von Tersat. (i. e. Sanctuarium Tersatense.) Ein Culturbild aus dem Mittelalter. Wien, 1865. Verlag der Mechitharisten-Congregation. 42 p. 8° min.

V. Mariae-Andacht mit der Geschichte des Geburts- und Wohnhauses der heil. Jungfrau. (i. e. Preces Marianae.) Wien, 1866. Verlag der Mechitharisten-Congregation. 112 p. 8°.

VI. Tersatki Romar. (i. e. Peregrinans Tersatum.) Klagenfurt, 1875. Verlag der Hermagoras-Bruderschaft. 212 p. 8° min.

VII. Die Sprachwissenschaft und die Sprachlehre. (i. e. Tractatus philologicus.) Typis impressum in opere: Die österreichische Gymnasialzeitschrift. Wien, 1851. p. 529—533.

VIII. Zur Methodik des Unterrichtes in der lateinischen Sprache. (i. e. Instructio linguae Latinae.) Oesterreichische Gymnasialzeitschrift. Wien, 1832. p. 258—261.

Vértesi (antea Cucania) Leander Petrus (de s. Monte Pannoniae), in Tata com. Comarom. in Hungaria die 24. Febr. 1846 natus, die 8. Sept. 1866 s. habitu indutus, die 5. Oct. 1871 vota sollemnia emisit, et absolutis in s. monte s. theologiae studiis eodem anno die 12. Oct. presbyter factus est. Anno 1871—72 in abbatia de Tihany aegrotus munere vacavit; 1872—1878 Papae officio professoris est functus, dehinc vero idem munus Comaromii obit.

Scripsit:

A materialismus és a világ eredete. (i. e. De materialismo et de origine mundi.) In progr. gymn. Papensis 1877/8. 8°. p. 3—26.

Veselka Andreas (Břevnoveno-Braunensis), a Tejnic ad Albim Boh. Natus est 3. Ian. 1808, vestem ordinis induit 1833, s. professionem emisit 14. Iun. 1835 et 1836 die 6. Aug. sacerdos est ordinatus. Pro obedientia functus est munere informatoris puerorum in schola monastica Břevnoviensi privata, dein professoris in gymnasio Braunensi; postea administrabat parochiam Metličanensem ac demum Břevnoviensem. Vices agens secretarii archiepiscopalis vicariatus Libocensis vitae attigit finem die 11. Dec. 1867. Societas erudita „Lotos" eum sodalem habuit.

I. Scripsit 1839 carmen honoribus domni abbatis Placidi in sermone Bohemico, typis expressum per I. Pospíšil, Pragae.

II. Úvahy o teple zemním (i. e. De calore terrae.) Habetur in litteris gymnasii Braunensis anno 1853 editis.

Vetzmadian Michael (Mechitharista), ultimus Mechitharistarum, qui anno 1810 Tergesti Viennam transmigrarunt. Ancyrae in Asia-Minori anno 1784 (?) natus, Tergesti anno 1809 consecratus est presbyter. Viennae in monasterio ab anno 1811 peregit officia bibliothecarii, directoris officinae typographicae et subpraefecti clericorum et novitiorum. Ab anno 1830 usque

ad annum 1867 (interiectis aliquot annis) fuit (successivo ordine) missionarius apost. Constantinopoli, Smyrnae et Güzelhissar; in his ultimis duabus civitatibus peregit munus quoque superioris in domibus missionis Mechith. Viennen. Anno 1839—50 perfunctus est Romae munere procuratoris congregationis apud s. sedem. Ab anno 1855 fuit vicarius generalis congregationis. Anno 1859 celebravit sacerdotii sui iubilaeum. Anno 1865 decoratus est a summo pontifice Pio IX. mitra et baculo (simplicis) abbatis. Anno 1867 die 3. Oct. iam octuaginta trium annorum senex in monasterio Viennae pie in Domino obdormivit.

Opera eius in Neo-arm. ling. typis edita:

I. Պատագրութիւն Վիեննայի, i. e. Descriptio Viennae, cum iconibus. Viennae, typis Mechith. 1829.

II. Կրթութիւն քրիստ. վարդապ., i. e. Institutio in doctrina christiana. Viennae, typis Mechith. 1839.

III. Համառօտ Երկրագործութիւն, i. e. Liber de agricultura. Viennae, typis Mechith. II. ed. 1870.

Vidmar Constantinus Ioannes Clim. (Scotensis), Log in Carinthia die 13. Apr. 1851 natus, cum gymnasii studia partim Tergesti partim ad Scotos Viennae absolvisset, ibidem s. habitu indutus die 21. Sept. 1869, emissis votis sollemnibus die 28. Sept. 1873 celebratisque primitiis die 26. Iul. 1874 statim curae animarum admotus anno 1875 concionatorem egit quadragesimalem in suburbio Vindobon. Gumpendorf dicto. Anno vero 1877 cum catecheta fuisset excurrens ibidem, die 6. Sept. 1877 cooperator missus est ad parochiam Eggendorf in valle, ubi hucusque commoratur.

Typis edidit:

I. Das Testament unseres Erlösers oder die sieben Worte Christi am Kreuze. (i. e. Testamentum redemptoris nostri, conciones quadragesimales.) Betrachtungen, gehalten in der heil. Fastenzeit 1875, nebst einer Osterpredigt. 1 vol. 8°. Viennae, 1875, typis et sumpt. Henrici Kirsch.

II. Die sieben Worte der seligsten Jungfrau Maria. (i. e. De beatissimae virginis Mariae vocibus quibusdam conciones maiales septem.) In eben so vielen Vorträgen nebst einer Schlussbetrachtung gehalten während der Mai-Andacht 1877 in der Kirche Maria Schutz der PP. Mechitharisten in Wien. 1 vol. 8°. Viennae, 1877, typis et sumpt. H. Kirsch.

III. Anthropologische Psychologie in ihren Grundzügen. (i. e. Elementa psychologiae anthropologicae.) 1 vol. 8°. Viennae, 1880.

IV. Typis porro edendas curat conciones dominicales et festivales a celeberrimo illo Adriano Gretsch Scotensi (vide hunc) habitas per annum inque huius biograph. sub 3 et 4 commemoratas. 4 vol. 8°. 2. ed. Brisgoviae, 1880, typis et sumpt. Herder.

Viechter Bernardus (a s. Petro Salisburgi), natus Rattenbergae in Tyroli 20. Aug. 1698 studiis humanioribus Salisburgi absolutis, 20. Aug. 1718 habitu novitiatus indutus, anno sequenti eodem die vota monastica emisit. Sacerdos 24. Sept. 1722 ordinatus officiis catechistae in schola domestica, cooperatoris Wietingae et Abbatisaugiae et poenitentiarii in colle Mariano-Plainensi successive functus est. Ad monasterium redux archivio monasterii praefectus per 20 annos tamquam apis argumentosa stupenda industria laboravit usque ad diem supremum, quae fuit 2. Mart. 1753.

I. De vita et rebus gestis abbatum antiquissimi monasterii ad s. Petrum o. s. B. qui eidem monasterio ab anno 582 praefuerunt, nec non quorundam magis insignium monachorum, qui in

hoc monasterio vixerunt, unacum quibusdam scitu non inutilibus ex chronologia tum mundi christiani, tum ordinis nostri Benedictini. Ms. 17. 11 fol. In archivio sub RR. 1—11.

II. Descriptio de origine, progressu et translatione monasterii monialium o. s. B. Sanpetrensium ad PP. Franciscanos. Ms. 1743 et 1744. 4°. 306 p. Archiv CCCV. 8.

III. Series dominorum praepositorum dominii Wietingensis in Çarinthia unacum rebus gestis. Ms. 1745. 4°. 224 fol. Archiv.

IV. De viris illustribus antiquissimi monasterii s. Petri o. s. B. intra Salisburgum. Tractatus in quinque partes divisus, quarum I. exhibet episcopos; II. abbates; III. monachos; IV. professores; V. scriptores monasterii, qui ab anno fundationis I. usque ad annum 1740 sua sanctitate, pietate, eruditione et doctrina claruerunt. Ms. Tomi 2 in fol. I. tom. 481 p., II. tom. 480 p. Archiv CCLV. 1. 2.

V. Chronologia monasterii s. Petri, i. e. compendiosa secundum seriem annorum annotatio rerum praecipuarum, quae in dicto monasterio contigerunt ab anno fundationis suae 582 usque ad annum 1750. Ms. 4°. Archiv CCC. 2.

VI. Viridarium Sanpetrense, i. e. varia virtutum exemplaria, a sanctis et piis religiosis monasterii ad s. Petrum Salisburgi relicta et suis posteris in hoc asceterio praecipue iunioribus fratribus ad legendum et imitandum proposita. Ms. 1751 et 1752. 4°. Tomi 2. I. 194 p., II. 314 p. Archiv CCCV. 2. 3.

VII. Alveare, continens miscellania I ascetica; II moralia in specie pro regularibus; III historica. Ms. in fol. Tom. I. 427 p., tom. II. 420 p., tom. III. 472 p. In archivio CCLXIII. 1. 2. 3.

VIII. Annotationes quarumdam rerum scitu posteritati non inutilium, quae contigerunt ab anno 1698—1750. Ms. Fol. 4 tomi. Tom. I. ab anno 1698—1738, 466 p.; tom. II. ab anno 1738—1743, 469 p.; tom. III. ab anno 1743—46, 467 p.; tom. IV. ab anno 1746—50, 437 p. In archivio CCLV. 3—6.

IX. Series (chronologica), professorum (academicorum) et aliorum ad varia speciosa officia e monasterio s. Petri assumtorum monachorum, nec non scriptorum eiusdem monasterii cum eorum libris scriptis. Ms. 4°. 259 pag. Archiv CCCV. 1.

X. Praeterea plurima conscripsit tum historica tum ascetica.

Viehbaeck Antonius (Cremifanensis), antea Iosephus, in vico Lembach superioris Austriae die 7. Febr. 1782 natus studia humanitatis et philosophiae Lincii confecit. Anno tirocinii circumacto theologiae, unum annum in monasterio, reliquo quadriennii spatio Lincii operam dedit; die 27. Maii 1806 sollemni s. regulae professione emissa die 6. Sept. eiusdem anni sacris initiatus est. Ad docendam s. scripturam designatus et ad universitatem Vindobonensem missus post biennium in examine persevero ea dedit eruditionis specimina, ut unanimi professorum calculo muneri doctoris studii biblici idoneus dici promeritus sit. 1808—14 monasterii tironibus sacros libros exposuit; abolito vero domestico theologiae instituto ad professuram novi testamenti Lincium vocatus usque ad extremos vitae dies pari alacritate et subtilitate sacras litteras explanavit, quidquid supererat temporis ad pervolvendos convertit scriptores Graecos profanos, quorum editiones praestantissimas magno pretio comparavit. Hydrope pectoris obiit 20. Oct. 1850.

Variis rebus impeditus est, quominus volumina a se conscripta et diligentissime exarata typis vulgaret, sed extant in bibliotheca haec volumina manu scripta:

I. Exegesis s. scripturae novi testamenti. Duo volumina ampliora.

II. Paraphrasis s. librorum novi testamenti. Unum volumen.

III. Paraphrasis libri psalmorum. Unum volumen. Quae quidem volumina idiomate Germanico conscripta sunt.

IV. Sacrae litterae novi testamenti per integrum ad nostrum loquendi genium exhibitae. Unus tomus. 2°. Adservantur haec volumina in bibliotheca Sign. VI. 235—239.

Viehhauser Adalbertus (San-Paulanus). Natus est in Hüttschlag Salisburgensi die 12. Maii 1830; s. habitu indutus die 18. Oct. 1851; sollemniter professus die 24. Aug. 1854; sacerdos consecratus die 27. Iul. 1856. Studium theologiae Clagenfurti absolutum, in universitate Monachiensi annis 1857 et 1858 continuabat pro consequendo gradu academico doctoris s. theologiae, quem etiam consecutus est praestitis praestandis et scriptione de Hilario Pictaviensi et haeresi Arianorum typis impressa. Abhinc concionator erat ad s. Paulum et excurrendo providebat parochiae ad s. Martinum. Ab anno autem 1860 usque 1868 Clagenfurti muneri docendi operam dedit, primum in gymnasio explicans linguam Latinam, Graecam et historiam, ab anno 1862 approbatus professor et exhortator in gymnasio inferiori explicabat doctrinam religionis, ab anno 1866 in instituto theologico P. E. Gurcensi professorem agebat studii biblici V. F., simul frequens praeco verbi divini in ecclesiis urbis; ab anno 1868 praedium in Eberndorf administrabat; ex anno 1871 denique parochum agit ad s. Georgium in valle Lavantina: variis hisce muniis nullo non tempore totus intentus.

Typis expressit:

Hilarius Pictaviensis, geschildert in seinem Kampfe gegen den Arianismus. (i. e. Hilarius Pictaviensis contra Arianos.) Klagenfurt, bei Joh. Leon. 1860. 8°. 70 p.

Villányi (antea Vanicsek) Stanislaus Adalbertus (de s. Monte Pannoniae), in T.-Berénd com. Veszprém. in Hungaria die 9. Sept. 1847 natus, s. habitu die 8. Sept. 1863 indutus, die 27. Iul. 1869 vota sollemnia emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 29. Sept. 1870 ad sacerdotii dignitatem evectus ex eo Iaurini officio professoris fungitur. Scripsit:

I. Győrmegye kültörténete. (i. e. Historia comitatus Iaurinensis.) In opere ab Hippolyto Fehér redacto: Győr megye és város egyetemes leirása. 1874. p. 458—472.

II. Győri adalékok a menhelyek történetéhez. (i. e. Quaedam ex com. Iaurinensi ad historiam asylorum pertinentia.) In progr. gymn. Iaurin. 1877/8. p. 3—70.

Vincze Paulinus Stephanus (de s. Monte Pannoniae), Comaromii eiusdem com. in Hungaria die 18. Apr. 1814 natus, s. habitu die 15. Sept. 1833 indutus, die 13. Aug. 1838 vota sollemnia emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 25. Ian. 1842 ordinatus est. Ex eo usque ad annum 1848 professor gymn. Iaurini, 1848—59 Strigonii, 1859—61 Papae, 1861—1868 Sopronii, 1868—70 administrator parochiae in Nyalka, 1870—71 spiritualis in abbatia B. M. V. de Dömölk, 1871—72 in abbatia de Bakonybél, ex hoc anno parochiam in abbatia de Tihany administrat.

Scripsit:

I. Az ó, közép és ujkorbeli földirat és történelem alaprajza, a közép-tanodák és felsőbb nemzeti iskolák használatára Pütz Vilmos után magyarította. (i. e. Librum Vilhelmi Pütz: Geographia et historia antiqui, medii, recentioris aevi, in linguam Hung. convertit.) Esztergom. 1850. Horák. 3 t. 8°. Edit. 2. retractata 1852. Pest. Emich. 3 t. 8°. 172, 156, 162 p.

II. Európai Törökhon földrajza és történelme. Kant szerint. (i. e. Geographia et historia Turcica Europ.) Esztergom. Horák. 1852. 8°.

III. Első franczia olvasmányok az altanodák használatára. (i. e. Lectiones Gallicae.) A legujabb

bécsi kiadás szerint francziából fordította. Esztergom. 1852—53. Horák és társa. 2 t. 8°. 106, 192 p.

IV. Habsburgi Rudolf. (i. e. Rudolphus de Habsburg.) In progr. gymn. Strigon. 1853. 8°. p. 1—9.

V. Maria Theresia. Ibid. 1855—56. 8°. p. 1—20.

VI. Kis franczia nyelvtan gyermekek számára. (i. e. Grammatica Gallica pro pueris.) Ms. 1859.

VII. Nagyobb gyakorlati franczia nyelvtan. (i. e. Gramm. Gallica maior.) 1859. Ms.

VIII. Az egész világ földrajza (i. e. Geographia totius orbis terrarum.) 1859. Ms.

IX. Az ó, közép és ujkorbeli földirat és történelem alaprajza, a felsőbb intézetek feltanodái használatára Pütz Vilmos után magyarította. (i. e. Libr. Vilh. Pütz geogr. et hist. pro classibus superioribus. V. supra I.) Pest. 1860—61. Lauffer és Stolp tulajdona. Nyomatott Herz Jánosnál. 8°. 3 t. IV + 336, IV + 230, IV + 242 p.

X. Magyarország földrajza, tanodai és magán használatul, a legujabb adatok nyomán irta. (i. e. Geographia Hungariae.) Pest. Lauffer és Stolp tulajdona. 1862. 8°. 89 p. Ed. 2. 8°. IV + 90 p. 1863.

XI. Magyarország kapcsolt részeinek földrajza, tanodai és magán használatul, a legujabb adatok nyomán irta. (i. e. Geographia partium Hungariae adnexarum.) Ibid. 1862. 8°. 60 p.

XII. Egyetemes földrajz a legujabb kútfők nyomán, különös tekintettel Magyarországra, gymnasiumok, reál- és kereskedelmi iskolák s magánosok számára. (i. e. Geographia universalis, praecipua habita ratione Hungariae.) Ibid. 1863. 3 t. 8°. 180, 246, 186 p.

XIII. Pragmatika. (i. e. Historia Hungariae pragmatica.) 1874. Ms.

Vincze Victorinus Ignatius (de s. Monte Pannoniae), Comaromii com. eiusdem in Hungaria die 14. Oct. 1816 natus, die 16. Sept. 1835 indutus, vota sollemnia die 9. Iun. 1840 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 26. Iul. 1843 presbyter ordinatus est. 1843—49 Comaromii, 1849—68 Strigonii professoris, 1868—75 Papae superioris domus et directoris gymn. officio laudabiliter functus hoc anno die 9. Apr. vita cessit.

Praeter minora quaedam scripsit:

Az állatok földirati elterjedése. (i. e. Quo modo animalia per orbem terrarum diffundantur.) In progr. gymn. Strigon. 1857/8. 8°. p. 3—24.

Vogl Bertholdus (Cremifanensis), in parochia Pfarrkirchen prope Cremifanum die 29. Maii 1706 natus, frequentatis scholis Cremifanensibus et absolutis in univ. Salisburgensi studiis philosophicis die 7. Oct. 1725 s. professionem emisit; deinde ad s. theologiae curriculum emetiendum Salisburgum remissus primum Deo sacrificium obtulit die 25. Nov. 1731. Cooperator in Ried, mox philosophiae in univ. Salisburgensi professor, deinde theologiam moralem, postea speculativam ibidem docuit, 1744 rector magnificus universitatis electus et celsissimi principis et archiepiscopi consiliarius ecclesiasticus declaratus; die 22. Febr. 1759 abbas electus, c. r. maiestatis Mariae Theresiae consiliarius intimus obiit 25. Apr. 1771.

Scripsit: Introductionem in theologiam scholastico-dogmaticam cum appendice de ecclesia. Extat a discipulo quodam scripta eiusdem: Theologia speculativo-dogmatica de Deo uno et trino, de ultimo hominis fine, actibus humanis et conscientia, de angelis, vitiis et peccatis, de gratia, iustificatione in publicis lectionibus dictata. 4°. 877 p. Sign. X. 42.

Praeterea supersunt sequentia manuscripta:

I. Testamentum animae christianae ab Bertholdo adoptatum et filiis suis pro hereditate relictum. 8°. 80 p. X. 43.

II. Succincta quaedam bibliotheca erudiri cupientis. (Miscellanea varia.) 4°. 232 p. X. 44.

III. Statuta privata a religiosis fratribus specialiter observanda. 1762. 4°. 27 p. X. 45.

Vogl Ferdinandus (Muro-Griesensis), natus est Turegii in Helvetia die 21. Aug. 1809. Renunciato errore confessionis helveticae studuit Solodori. Petiit dein s. habitum in monasterio Murensi, sed ad annum probationis non pervenit, quia Argoviense gubernium susceptionem novitiorum interdixerat. Perrexit post frustraneam expectationem Friburgum in Helvetia, ubi ordinatus die 3. Iul. 1836 sacerdos variis in locis, Iaun, Neuchatel, St. Silvester curam animarum exercuit, postremo parochiam Plaffeyen administravit. Restituto conventu Murensi in Gries vocationis non immemor denuo petens vestem s. Benedicti sollemniter professus est die 8. Iun. 1848. Per septem annos docuit in scholis collegii Sarnensis, 1861 vero archivarius in Gries et 1863 subprior designatus multum laboravit concionando et scribendo licet frequentibus infirmitatibus impeditus. Obiit die 8. Maii 1873. Scripsit:

I. Regesten des Stiftes Gries. (i. e. Eorum documentorum, quae e vetere collegio lateranensi Griesensi supersunt.

II. Anleitung zu Geschäftsaufsätzen und für die einfache Buchhaltung (i. e. Rationis et tabulariatus modus), qua scolares Sarnenses adhuc utuntur.

Vogl Leopoldus (Lambacensis), natus Cremifani die 27. Ian. anno 1734, monasterium Lambacense ingressus die 8. Dec. anno 1756 professionem sollemnem emisit et die 3. Febr. anno 1760 presbyter ordinatus est. Primum confessarium et concionatorem egit curaeque animarum fuit adscriptus. Postea piscaturae et rei silvaticae praefectus est vir rerum naturalium sagacissimus. Sacerdos iubilaeus anno 1810 decennium etiam perduravit morte demum die 27. Iul. anno 1820 obpressus.

Edidit typis:

Ueber die Zeisignester. (i. e. De nido fringillae spinus.) Linz, Trattner. 1782.

Vonderthon Gregorius (a s. Petro Salisburgi), natus 13. Aug. 1749 in Schellenberg, tunc ditionis Berchtesgadensis, 1772 novitius, 1773 11. Iul. vota sollemnia nuncupavit. Sacerdotio initiatus 14. Maii 1775 primitiis celebratis et studiis theologicis finitis, 1778 catecheta et praefectus scholae domesticae constitutus est, dein 1780 professor gymnasii academici Salisb. adiuncta ab anno 1788 praefectura scholarum humaniorum. Anno 1795 superior in Maria-Plain nominatus ibidem obiit 2. Oct. 1797.

I. Oratio in confirmatione rr. d. Dominici, abbatis electi ad s. Petrum, habita in conclavi consistorii. Salisburgi, 1786. 4°.

II. Jubelfeyer auf das 50järige Priesterthum des hochw. Herrn Benedict Prälaten zu Ettal. (Oratio sollemnis.) Ibid. 1787. 4°.

III. Jubelfeyer bei der glücklichen Erstrekkung des 50ten Jahres der abteylichen Würde des H. H. Benedict, Prälaten zu Ettal. (Item.) Ibid. 1789. 4°.

IV. Lehrbuch der allgemeinen Weltgeschichte zum Gebrauche der studierenden Jugend. (i. e. Liber qui est de historia universali.) Ibid. 1788. 8°. 2 tomi. Tom. I. 184 p., tom. II. 176 p.

V. Der fröhliche Wiederschein, eine Allegorie. (i. e. Hilaris reflexus, allegoria.) Ibid. 1791. 4°. Musica a M. Haydn.

VI. Selecta Latini sermonis exemplaria, ex auctoribus probatissimis collecta et notis illustrata. Ibid. Duyle, 1795. 8°. Partes 2. I. 92 p., II. 176 p.

Vurdics Ignatius Ioannes (de s. Monte Pannoniae), s. theologiae doctor

facultatis theol. in r. univ. Budapestana collegiatus, adsessor et notarius s. sedis consist. archiabbatialis, in Csepregh com. Sopron. in Hungaria die 2. Sept. 1837 natus, s. habitu die 8. Sept. 1853 indutus, vota sollemnia die 14. Iun. 1859 emisit. Absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 3. Sept. 1860 presbyter ordinatus est. Per aliquot menses orator a sacris in s. monte, deinde 1860—61 professor gymn. Strigonii, 1861—65 Iaurini, ex eo in s. monte studium biblicum utriusque foederis et paedagogicam didacticamque docet. Scripsit:

I. Gassendi és a csillagászat történelme. (i. e. Gassendi et historia astronomiae.) In lib. period. „Tanodai lapok", 1861.

II. De divina Messiae natura in libris antiqui foederis. Dissertatio pro obtinendis gradibus. 1865. Ms.

III. Vallástanitás a középtanodákban. (i. e. Quo modo tractanda sint in scholis gymn. praecepta religionis.) In lib. period. „Religio", 1873. I. 41.—44. n.

IV. De pluribus rebus scripsit in encyclopaedia societatis s. Stephani, ut: de Rom. pontificibus, qui nomen Gregorii gesserunt. (s. v. 642—663 columna), de Ioanne Gerson, Gabriele archangelo, Gad, Gadara, Gades, Galilaea, Gamaliel, Garizim, Gaulonitide, Gaza, Genesi, Gesenio, Ghibellinis, Gibea Gibeon cet. cet.

V. Introductio in sacros libros novi testamenti, quam scripsit Samuel Márkfi o. s. B., emendavit et auxit Ignatius Vurdics cet. Iaurini. 1877. 8°. 2 t. 227 et 255 p.

Wagl Fridericus (Scotensis), Horn in Austria inferioris oppido vitae lumen adiit die 1. Sept. 1807. Absolutis partim ibidem partim Viennae gymnasii studiis monasterium ad Scotos ingressus est die 18. Oct. 1826. Vota sollemnia cum die 4. Apr. 1831 emisisset et s. theologiae in univ. Vindob. studia coluisset, die 24. Iul. 1831 Deo optimo primum hostia incruenta litavit. Curae deinde animarum addictus, cum per 7 menses parochiae Hoebersbrunn provisorem egisset, in monasterium redux tanto cum fervore studiis s. theologiae vacabat, ut eiusdem doctrinae doctor a facultate theologiae univ. Vindob. sit nominatus anno 1835. Eodem anno professor supplens in c. r. gymnasio ad Scotos est designatus. Sed paulo post, cum studium biblicum n. t. in univ. Vindob. docuisset, die 19. Febr. 1838 eiusdem disciplinae professor p. o. Graecium, in Styriae oppidum, est profectus, quod munus per 33 continuos annos adeo egregie sustinuit, ut non solum identidem facult. theolog. in univ. Graec. decanus sit declaratus sed etiam ter amplam rectoris magnifici in eadem univers. dignitatem obtinuerit. Insuper rdmi consist. episcop. Seccov., nec non communit. Graec. consiliarius est electus. Anno vero 1871 infirmitatis causa in dies crescentis in villam prope Pötzleinsdorf recessit ibidemque violenta dissolutione consumptus letum oppetiit die 4. Sept. 1871.

Typis edidit:

I. Herzliche Worte an meine jungen Theologen bei Wiedereröffnung der Vorlesungen am 27. März 1848. Zugleich meinen Collegen und all meinen lieben Brüdern und theilnehmenden Freunden als Andenken einer schweren Woche, und meinen ehemaligen Schülern als Erinnerung an den gewesenen Lehrer. (Oratio academica.) Graecii, 1848, apud Damian et Sorge.

II. Der Priester und die Neuzeit. (i. e. Quomodo nostro tempore sacerdoti sit conversandum.) Ein Beitrag zur Pastoral-Anweisung. Graecii, 1850. 1 vol. Typis hered. A. Leykam.

III. Der christliche Religionsunterricht an der Volksschule und am Gymnasium, mit Rücksicht auf die Anforderungen der Gegenwart. (i. e. Quomodo nostro aevo doctrina christianae reli-

gionis in ludis trivialibus et gymnasiis sit instituenda.) 1 vol. 8°. Graecii, 1850, typis I. A. Kienreich.

Manuscripta in bibliotheca adservantur:

IV. Das freie Wort, eine christliche Errungenschaft. (De libertate sermonis.) Eine Skizze. 7 fol. 8°.

V. Das innige Verhältniss zwischen Kunst und Religion, besprochen in einem Vortrage. (i. e. Quae coniunctio inter artes et religionem intercedat, sermo.) 22 fol. 4°.

VI. Ueber den innigen Zusammenhang zwischen Religion und Kunst, — eine Abhandlung. (i. e. In utraque dissertatione agitur de arte et religione.) 46 fol. 8°.

VII. Praelectiones in studium biblicum; praesertim exegeses in epistolas s. Pauli apostoli. 4°.

Wagner Basilius (Mellicensis), Viennae die 2. Oct. 1758 natus, die 13. Nov. 1778 indutus, sollemni voto ordini fidem obstrinxit die 1. Dec. et die 2. Oct. 1785 sacerdotio decoratus est. Curae pastorali destinatus vicarius in parochia Mellicensi constitutus est; quo in munere per 13 annos promeritus est, dein ad prioratum vocatus, in hoc munere 5 fere annos consumsit, dein per tres circiter annos parochiam Mellicensem administravit, quam iubente abbate cum ea, quae est in Haugsdorf, commutavit, in qua usque 1811 permansit, quo anno munus prioris denuo suscepit, cui cum per annum integrum praefuisset, ad ecclesiam Haugsdorfensem reversus est. Paulo post in morbum, febris putridae genus quoddam, incidit et die 29. Iun. anni 1813 vitam cum morte commutavit.

Scripsit:

I. Kirchen- und Schulkatecheten nach sokratischer Lehrart. (Sermones catechetici.) 1. Aufl. 2 Bde. St. Pölten, 1790. 8°. 2. Aufl. St. Pölten, 1794. 4 Bde. 8°. 3. Aufl. Graz, 1813. 4 Bde. 8°.

II. Erklärung der sonntäglichen Evangelien. (i. e. Pericoparum evangelicarum dilucidatio.) 4 Bde. St. Pölten, 1794, 1795. 8°.

Wagner Bernardus (Scotensis), vitae lumen adiit Auloregii in Bohemia die 15. Oct. 1760. Qui, cum in c. r. seminario generali esset eruditus, s. habitu indutus est die 5. Oct. 1786. Votis vero sollemni ritu die 5. Oct. 1787 nuncupatis celebratisque die 6. Ian. 1788 primitiis, fratribus novitiis moderator est praepositus. Quo munere per tres annos magna cum dignitate gesto, anno 1793 designatus est professor historiae eccles. necnon rector c. r. lycei Lincensis, qualis anno 1802 doctoris s. theologiae lauream obtinuit. Officium illud, cum tam integre cumulateque praestitisset, ut non solum consistorii Linc. consiliarius nominatus sed etiam moneta aur. mai. cum torque sit insignitus, ad fratres reversus parochus migravit 1809 Zellerndorf, ubi simul distr. Roetzens. decanum egit. Anno vero 1813 parochiam Waitzendorf suscepit, unde 19. Dec. 1824 valetudinarius in monasterium redux ibique decani facultatis theolog. in univers. Vindob. insignitus pro 1830—31, plenus meritis ad Deum de medio excessit die 4. Iun. 1836.

Typis edidit:

Predigten bei dem akademischen Gottesdienste in Linz. (i. e. Conciones habitae pro academicis Lincens.) 1 vol. 8°. Linciae, 1809, typis et sumpt. Iosephi Kastner.

Wagner Cyrillus (Raigradiensis), Eisenbergae in Boëmia 22. Dec. 1710 natus, primos pueritiae suae annos Triboviae in Moravia transegit, — quare et „Triboviensis“ vocatus — viginti unum annos natus nostrum ingressus est monasterium

et anno 1732 11. Nov. in manus praepositi Antonii sollemnia emisit vota. Studiis philosophicis et theologicis absolutis domi sacerdotio initiatur, 10. Iul. 1740 primitias celebrat et statim constituitur ad tempus ostiarius, infirmarius et praefectus culinae et ad finem vergente anno hocce bibliothecarius, quod munus, interdum concionando diebus festis, per tredecim annos obivit. Quibus in negotiis anno 1753 in monasterio s. Ioannis sub rupe versatus sit, ignotum est; litteris de die 25. Mart. h. anno citatus Břevnovium „ob gravissima monasterii Raigrad. negotia se adfuturum promittit". Verosimillimum est, abbatem Břevnoviensem ex eo teste oculato in causa praep. Raigradiensis quaedam audire voluisse. Anno sequenti 1754 mense Aprili Raigradium remittitur Cyrillus et prior domus constitutus est, ut disciplinae collapsae tunc aliquantulum mederetur. Postquam praep. Aemilianus ob vitam minus honestam tam in temporalibus quam in spiritualibus suspensus fuit, Cyrillus administrator monasterii est constitutus 1756, qui vero impedire non poterat, quominus in summa tunc rerum confusione agrorum et pratorum pars sat magna, cuius titulus possessionis coram commissione rectificationis laneorum declarari non poterat, amitteretur. Ultima Maii 1756 neo-electus praep. Bonaventura Piter capitulum celebravit, in quo Cyrillus noster a prioratu absolutus, Braunam in Boëmiam dirigitur in exilium, favorem fratrum tempore administrationis deperditum plancturus. Subsecuti tunc rumores et terrores Borussici, de quibus ex Braunensi mon. refert praeposito suo, nec non de magno illius asceterii incendio mense Aprili 1757, cuius spectator fuerat et testis. Aestatis tempore ad penates reversus dies suos, varie occupatus, praecipue concionando et confessiones audiendo usque ad 72. aetatis annum protraxit, quo senior domus migravit ad dominum anno 1782 14. Aug. Sermo hucusque in nostrae domus historia, P. Cyrillum fuisse virum forma vere herculea immo imperatoria, sub qua vero occultabat ascetam praeclarum, ut apparet ex operibus eius in ms. relictis et apud nos adservatis:

I. Institutio religiosa, qualiter noviter veniens ad conversionem se gerere debeat secundum regulam s. P. N. et statuta congregationis nostrae. Cod. pap. Tom. I. sine pag. in 4°. sine comp. Msn. 45 (I). Sign. B/K. I. ב. 4.

II. Antiphonale benedictinum dispositum iuxta breviarium monasterii mon. pro omnibus sub regula s. P. Benedicti militantibus; finivit hoc opusculum P. Cyrillus Wagner senior conventus anno aet. 68. 1778. Pap. Ms. in fol. pag. 496. No. 643 in eccl. claustr. adservatum.

III. Psalterium Benedictinum per horas diurnas dispositum a . . . seniore conventus aet. anno 70. conscr. 1780. Pap. Ms. No. 646 in fol. Comp. cor. folia 113. In oratorio depositum.

Hortorum culturae praeter caetera summopere studebat Cyrillus noster, ob cuius amorem eundem societas privata rei hortulariae Brunae existens speciali decreto legalizato inter suos suscepit cum praedicato „nobilis de Tricolor" anno 1768. Sigillum decreto appensum circumscriptionem circa figuram Florae sedentis sequentem habet: „Sigillum lariophilistarum, hoc flore nihil pulchrius."

Wagner Laurentius Iosephus (de s. Monte Pannoniae), s. theologiae licentiatus, secretarius ill. ac rev. domini archiabbatis, Sopronii eiusdem com. in Hungaria die 1. Mart. 1841 natus, habitu

s. die 8. Sept. 1858 indutus, die 26. Maii 1863 vota sollemnia emisit. Absolutis in lyceo archiabbatiali s. theologiae studiis die 2. Aug. 1865 presbyter ordinatus est, ex quo tempore usque ad annum 1872 in eodem lyceo munere professoris doctrinae religionis et philosophiae functus, ex eo theologiam moralem et pastoralem docet.

Scripsit praeter varias recensiones:

I. In lib. period. „Religio“: *a)* Az „Ap. Sedis moderationi“ czimű bulla. (i. e. De bulla Rom. pont. „Ap. Sedis“ cet.) 1874. II. t. *b)* Az egyház és állam közötti viszony. (i. e. De ea quae inter ecclesiam et imperium intercedit ratione.) 1876. I. et II. t. *c)* Mennyiben szabad a szent misét nem katholikusokért felajánlani. (i. e. Quantum possit missae sacrificium pro acatholicis offerri.) 1876. II. t. *d)* A visszaeső szokásos bünösök szentségi feloldozása. (i. e. De sacramentali consuetudinariorum recidivorum absolutione.) 1877. II. t. *e)* A vatikáni zsinat az isteni hit természetéről. (i. e. Conc. vatic. de fide divina.) 1877. II. t. *f)* A közös iskola látogatása kath. gyermekek részéről. (i. e. Possintne liberi cath. scholas interconfessionales frequentare?) 1878. I. t. *g)* A gyónási pecsét. (i. e. De sigillo sacramentali.) Ibid. II. t. *h)* Szabad-e misedij helyett könyveket elfogadni. (i. e. Liceatne pro stipendio missae libros acceptare?) Ibid. *i)* A magán tulajdonjog a keresztény hít tanítása szerint és a socialismus. (i. e. Quid doceat fides christiana de proprietate rerum privatorum et quid velit socialismus.) 1879. I. t.

II. In lib. period. „Monika“: *a)* Sinnlich-geistige Natur des Menschen und Erziehung. (i. e. De natura hominum ita comparata, ut sensu simul et mente moveantur.) 1872. *b)* Ueber Phantasie. (i. e. De cogitatione.) 1873. *c)* Einige Bemerkungen über ideale Erziehung. (i. e. Quaedam de educatione ideali.) 1874. *d)* Die Bedeutung des kirchl. Fastengebotes. (i. e. De pondere praecepti ecclesiae ad ieiunium pertinentis.) 1877. *e)* Schulwesen im Anfange des Mittelalters. (i. e. De scholis initio aevi medii.) 1877.

III. In „Archiv für kath. Kirchenrecht“: Das Begräbnissrecht der Regularen. (i. e. De iure regularium sepeliendi.) T. 39.

IV. In „Havi közlöny“: *a)* Miképen kell a házi keresztséget kiszolgáltatni. Törvénytelen gyermekekről. (i. e. De baptismo domi quo modo administrando. De prolibus illegitimis.) 1878. *b)* A világitás liturgiai használata. (i. e. De liturgico luminum usu.) 1879. *c)* Az egyházi bucsuk elnyerésére általánosan szükséges feltételek. (i. e. De conditionibus ad obtinendas indulgentias generatim necessariis.) 1879.

V. A pannonhalmi főapát kiváltságos állása. (i. e. De praecipuis archiabbatis s. Martini de s. Monte Pannoniae iuribus.) In schematismo ordinis 1874. p. 11—46.

Wagner Pius Paulus (Scotensis), natus Vindobonae 17. Aug. 1791 studiis humanioribus in gymnasio academico egregiam navavit operam multumque postea in philosophiae disciplinis profecit. Anno vero 1809 et 15. Oct., cum s. habitu esset indutus emissa in festo omnium sanctorum 1812 sollemni votorum professione, biennio post 8. Sept. 1814 neomysta primam hostiam incruentam Deo offerre meruit. Iam vero domi pro animarum cura satis praeparatus, 1816 cooperator missus est ad s. Nicolaum in Stammersdorf, inde 1822 ad s. Udalricum in suburbium Viennense, unde ad claustralem parochiam 1825 vocatus curati ac concionatoris munere per triennium egregie est perfunctus. Dein vero, ut ad s. Udalricum reverti sibi liceret, impetravit 1828. Anno vero 1832 parochus migravit ad s. Laurentium in Hoebersbrunn inde 1835 ad parochiam in Enzersfeld, ubi per sedecim annos commissi sibi gregis salutem fideliter est operatus. Tandem ei contigit, ut ad natalem locum, s. Udalricum, ubi septem lustris ante animorum curam gessit, vocaretur 1851. Verumtamen

paullo post extremum vitae diem morte confecit 22. Febr. 1853.

Typis edidit conciones sequentes:

I. Predigt am dritten Sonntage nach Pfingsten. Bei Gelegenheit der feierlichen Einweihung der Dreieinigkeitssäule und des Gemeindebrunnens am Spittelberge. (i. e. Sermo festivalis.) 1822.

II. Dem Wohlehrwürdigen Jubelpriester Herrn Herrn Benedict Lichtensteiner, Pfarrer zum heil. Ulrich etc. (i. e. Conc. secundit.) Predigt am achtzehnten Sonntage nach Pfingsten. Viennae, 1822, typis Ludovici Mausberger.

Wagner Theodorus (Scotensis), Budae in Hungaria natus die 30. Aug. 1814, s. habitu die 15. Sept. 1834 indutus, die 21. Sept. 1836 vota sollemnia emisit. Absolutis in univ. Vindob. s. theologiae studiis die 28. Iul. 1839 prima Deo omnipotenti oblata incruenta hostia cooperatoris munere functus est primum in Eggendorf, dein inde ab anno 1848 in suburbio Vienn. Gumpendorf, ubi mors eum abstulit die 13. Iul. 1850.

Typis mandavit:

Predigt am neunten Sonntage nach Pfingsten bei Gelegenheit der Primizfeier des P. Hermann Schubert, Capitularen des Stiftes Schotten. (i. e. Concio primitialis.) Viennae, 1849, typis M. Lell.

Waizenbeck Henricus (a s. Petro Salisburgi), Salisburgensis ex Hallein, natus 28. Iul. 1746, novitius 18. Oct. 1766, monachus professus 18. Oct. 1767, neomysta 18. Aug. 1769; absoluto theologiae curriculo varia subiit officia: uti bibliothecarii, magistri novitiorum et clericorum, confessarii monialium o. s. B. in Nonnberg et s. Ursulae ad s. Marcum, subprioris et abbatiae secretarii. Obiit 4. Dec. 1816 de monasterio quam maxime meritus.

I. Predigten vom heil. Geheimniss des Altares. (i. e. Conciones de SSmo sacramento.) Salzburg, Duyle, 1792. 8°. 252 p.

II. Catalogus librorum manuscriptorum membraneorum bibliothecae ad s. Petrum Salisburgi. Ms. in fol. 337 p. Archiv.

III. Descriptio accuratissima manuscriptorum nonnullorum, praecipue magni antiphonarii saec. XI. Ms. in fol. 467 p. Archiv.

Waldmayer Martinus Carolus (de s. Monte Pannoniae), Ginsii com. Castrif. in Hungaria die 8. Oct. 1809 natus, s. habitu die 16. Oct. 1826 indutus, vota sollemnia die 7. Apr. 1831 emisit et absolutis in s. monte s. theologiae studiis die 20. Iul. 1834 sacris initiatus est. 1834—1835 officio oratoris a sacris in s. monte, 1835—39 professoris gymn. Papensis, 1839—1857 Ginsiensis laudabiliter functus, ab hoc anno spiritualis vitam Ginsii degit usque ad annum 1859, quo anno die 13. Ian. pie in Domino obdormivit. Scripsit:

I. Herzenstöne zur Anbetung des allerheiligsten Altarssakramentes und zur Verehrung der Heiligen Gottes. (i. e. Hymni s. et preces in adorationem s. sacramenti altaris et venerationem sanctorum.) Güns. 1845. Reichard und Söhne. 8°. 47 p.

II. Varia minora in script. period. „Religio“ et „Katholischer Christ“, ut: Ének Magyarország védszentjeihez (hymnus ad s. patronos regni Hungariae, in „Religio“, 1854, I. n. 1); Die zehn Gebote Gottes (K. Chr. 1851, n. 41); Gott lässt nicht mit sich scherzen (ibid. 49 n.); Thörichte und kluge Jungfrauen (ibid. 42. n.) cet.

Waller Benno (Cremifanensis), Salisburgi die 29. Iun. anni 1758 natus, in monasterio Benedictoburano litterarum principiis imbutus studia humaniora in gymnasio patriae civitatis et studia philosophica ibidem in alma universitate Benedictina tam felici laboris successu absolvit, ut ab eadem liberalium artium et philoso-

phiae laurea insignitus rediret. Deinde auctore maxime P. Constantino Langhayder, istius universitatis tum rectore et professo Cremifanensi, monasterium Cremifanense adiit et die 30. Nov. 1776 religioso habitu indutus, in ipso die suo natali anni 1782 sollemniter professus, die 6. Iul. 1783 sacerdos factus est. 1781 plus quam 700 theses ex rebus politicis prelo divulgavit easque oppugnante clarissimo iuris professore de Luca strenue defendit. Anno 1783 in academia nobilium Cremifanensi professuram scientiarum politicarum adiit, dissoluta vero ex mandato caesareo academia in lyceo physicam et historiam naturalem docuit, apparatum physicum auxit, collectionem rerum naturalium melius disposuit; in fundorum dimensione sub imperatore Iosepho II. per Austriae terras noviter instituta solertem opem praestitit; die 11. Nov. 1815 c. r. moneta aurea maiori cum torque insignitus et archivarius monasterii denominatus est; anno 1825 camerae tributariae praefectus, professus et sacerdos iubilaeus obiit die 5. Nov. 1833.

Edidit:

Sätze aus der gesammten Staatswissenschaft. (i. e. Theses ex universa rerum politicarum scientia.) Steyr, 1781. Mit Wimmer'schen Schriften gedruckt. 8°. 133 p.

Volumina manuscripta:

I. Die Berechnung des Osterfestes (im Gegenhalt zu einer Schrift gleichen Inhalts von Gauss in Braunschweig). (i. e. Computatio festi paschae.) 4°. 65 p.

II. Ueber alte Maasse, Gewichte und Münzen nach dem Codex von Seitenstätten. (i. e. De veteribus mensuris, ponderibus et nummis duce codice Seitenstadiensi.) 4°. 12 p.

III. Tagebuch einer Reise nach Italien. (i. e. Diarium itineris per Italiam facti.) II. tomi. Prior 372, alter 391 paginas continet.

IV. Waller's astronomische Studien unter P. Placidus Fixlmillner's Leitung. (i. e. Benn. Waller studia astronomica duce P. Placido Fixlmillner.)

V. Waller's physikalische und naturgeschichtliche Studien. (i. e. Benn. Waller studia physicalia et historiae naturalis.)

Bennonis Waller volumina manuscripta adservantur in archivio observatorii astronomici Sign. VI. 124—128.

Walser Iacobus (Michaelburanus), Salisburgensis. Natus Hallein 15. Iul. 1702, professor 6. Sept. 1722, professor philosophiae theoreticae factus est; sed valetudo sua infirma coegit eum, iam anno sequente universitatem relinquere et in monasterium suum reverti. Ibi valetudinem suam, Deo favente, ita corroboravit, ut senectutem bonam adipisceretur, immo annum 1779 attingeret.

Prelo tradidit libellum sequentem:

Vita hominis intellectualis, seu prima disputatio circa operationes mentis humanae in genere. Salisburgi, 1732. 8°.

Wargha Samuel Balthasarus (de s. Monte Pannoniae), in Toós-Nyárasd com. Poson. in Hungaria die 6. Ian. 1844 natus, die 8. Sept. 1862 s. habitu indutus, die 4. Oct. 1868 vota sollemnia emisit. Absolutis in monte s. studiis s. theologiae die 25. Iul. 1869 presbyter ordinatus est. Ab anno 1868 Strigonii officio professoris fungitur. Scripsit:

I. Vezérfonal a latin idő-, mód- és hangmértéktanban. (i. e. Brevis institutio de temporibus, modis, quantitate syllabarum Lat.) Lithogr. 1871. 8°. 48 p.

II. Miben áll a teljes szellemi képzettség? és mennyiben mozdítja elő ezt a gymnásium? (i. e. Quid sit cultus atque humanitas et quo modo consulat ei gymnasium?) In progr. gymn. Strigoniensis 1877/8. 8°. p. 3—25.

Wassmer Placidus (Muro-Griesensis), natus Mellingae in Argovia die 29. Mart. 1827, vota emisit die 31. Oct. 1852 et s. ordinem sacerdotalem accepit die 21. Aug. 1853. Prius curam animarum exercuit, dein rhetoricam docuit in collegio Sarnensi, rursus in monasterium revocatus parochiam Marling administravit, postea parochus in Muris et tandem Hermetisvillae nominatus est, ubi obiit die 20. Aug. 1877.

I. Historische und technische Bemerkungen über die St. Nikolauskirche zu Afing. (i. e. De ecclesia s. Nicolai in Afing tractatus.) In „Vereinsgabe des Meraner Lesevereins". Bozen, 1862. 8°.

II. Ein alter Kelch vom Schlosse Braunsberg bei Lana. (i. e. De calice vetusto.) Ibid.

III. Ueber Glasmalerei. (i. e. De arte vitrum coloribus pingendi.) Im Copierbuch des Lesevereins.

IV. Der Weg zur Vollkommenheit. Gebetbuch für Alle. (i. e. Liber precum.) Muri, ap. Keller. 1875. 12°. 256 p.

Weber Beda (Mariaemontanus), natus est Leontii (Lienz) in valle Pustria, in Tirol, 26. Oct. 1798. Absolutis Bulsani gymnasii et Oeniponte philosophiae studiis eminenti cum progressu 27. Iul. 1820 susceptionem, die vero 15. Oct. eiusdem anni habitum monasticum obtinuit. 21. Oct. 1821 sollemniter professus, sacerdotio initiatus Brixinae 18. Sept. 1824, Leontii primum sacrum 26. eiusdem celebravit. Studia theol. Oeniponti inchoata Brixinae prosecutus, Tridenti absolvit. Is, postquam theologiam absolvit atque per annum curae animarum magna cum sollertia operam dedit, anno 1826 ad gymnasium Meranense, ut professoris munere fungeretur, ab abbate missus, iniunctum sibi officium per 22 annos cum omnium laude ita explevit, ut de eo ubique optime existimaretur. 1848 c. r. academiae scientiarum Vienn. socius ordinarius adscriptus est. Ob merita satis perspecta anno 1848 a civibus tum oppidi Merani tum totius vicinitatis Francofurtum ad Moenum, ut in conventu ibidem habendo ipsorum vices obiret, unanimi consensu ablegatus est, quorum exspectationi optime respondit. Hac occasione a civibus cathol. Francofurtanis in defuncti parochi (ad s. Bartholomaeum) locum subrogatus munus sibi oblatum in animarum salutem summo cum studio usque ad mortem gessit (1858).

Praeprimis excellebat omnis generis doctrina, ingenii fervore, hominum rerumque notitia, sermonis festivitate itemque oratione plana et evidente, quod testantur libri ab eo compositi:

I. S. Chrisostomus, 6 Bücher vom Priesterthume, übersetzt. (i. e. S. Chrisostomi libri sex de sacerdotio, translati.) 8°. Innsbruck, bei Wagner. 1833.

II. Meran und seine Umgebung. (i. e. De oppido Meranensi eiusdemque confinio.) 8°. Innsbruck, bei Wagner. 1836.

III. Das Land Tirol. Mit einem Anhange: Vorarlberg. Ein Handbuch für Reisende. (i. e. De Teriolis. In appendice: de Vorarlbergia. Libellus in usum iter facientium.) 3 Bde. 8°. Innsbruck, bei Wagner. 1838.

IV. Histor.-topogr.-statist. Gemälde Innsbrucks. (i. e. Descriptio histor.-topogr.-statist. Oeniponti.) 8°. Innsbruck, bei Wagner. 1838.

V. Handbuch für Reisende in Tirol. (i. e. Libellus in usum iter facientium in Tiroli.) 8°. Innsbruck, bei Wagner. 1838.

VI. Denkbuch der Erbhuldigung in Tirol. (i. e. Agitur de itinere, quod fecit Ferdinandus imperator in Tiroli anno 1838.) 8°. Innsbruck, bei Wagner. 1839.

VII. Tirol und die Reformation. (i. e. De Teriolis tempore reformationis.) 8°. Innsbruck, bei Wagner. 1841.

VIII. Lieder aus Tirol. (i. e. Carmina Tirolensia.) 8°. Stuttgart und Tübingen. 1842.

IX. Blüthen heiliger Liebe und Andacht. Aus den Schriften der Giovanna Maria dalla Croce. (i. e. S. amoris et devotionis flores. Ex scriptis Ioannae Mariae a Cruce.) 8°. Innsbruck, bei Wagner. 1845.

X. Giovanna Maria dalla Croce und ihre Zeit. (i. e. De Ioanna Maria a Cruce illoque tempore quo vixit.) 8°. Regensburg, bei Manz. 1846.

XI. Die Gedichte Oswalds von Wolkenstein. (i. e. Carmina Oswaldi de Wolkenstein.) 8°. Innsbruck, bei Wagner. 1847.

XII. Die Stadt Bozen und ihre Umgebungen. (i. e. De oppido Bulsanensi eiusdemque confiniis.) 8° min. Bozen, bei Eberle. 1850.

XIII. Oswald von Wolkenstein und Friedrich mit der leeren Tasche. In 11 Büchern. (i. e. De Oswaldo de Wolkenstein et Friderico cum vacua pera. In 11 libris.) 8°. Innsbruck, bei Wagner. 1850.

XIV. Predigten an's Tirolervolk. (i. e. Orationes sacrae, quas habuit coram populo in Tiroli.) 8°. Frankfurt a. M., bei Sauerländer. 1851.

XV. Das Thal Passeier und seine Bewohner. (i. e. De valle Passyria eiusque incolis.) 8°. Innsbruck, bei Wagner. 1852.

Weinreiter Victorinus (Admontensis), Leobii in Styria natus 10. Ian. 1782, vitam Benedictinam 13. Oct. 1805, cum iam 8. Dec. 1804 primum Deo obtulisset sacrum, ingressus est. Ad rem scholasticam vocatus partim Admontes partim in urbe patria, postremo vero Graecii erudiendis iuvenibus operam dedit, ubi gymnasio academico praefectus reliquorum in provincia gymnasiorum director nominatus est. Aliquot annos in cura animarum curatiam Traboch administravit, donec corpore infirmo domum reverteretur et debilitate ex diarrhoea chronica oriunda diem obiret supremum 26. Maii 1849. De re scholari optime meritus Victorinus nummo aureo magno insignitus erat.

I. Libellus auxiliaris studiosis III. et IV. grammatices classis tamquam supplementum libri scholastici dicatus. Graecii. 8°.

II. Sammlung von 500 Sprichwörtern, Denksprüchen, Redensarten in deutscher und lateinischer Sprache, sammt der Angabe des Ursprunges von mehr als 200 latein. Redensarten in deutscher alphabetischer Ordnung. (i. e. Parabolarum, phrasium Latinarum aeque ac Germanicarum collectio.) Grätz. 8°.

Weiss Ioannes Baptista (San-Blasianus). Natus est in Wittichen in magno ducatu Badensi die 4. Ian. 1753; s. habitu indutus in divo Blasio; sollemniter professus die 6. Iun. 1773; sacerdos ordinatus die 1. Iun. 1776. Praeclaras ingenii dotes a Deo accepit et excoluit. Studiis in divo Blasio exactis, fratribus clericis philosophiae, iuris ecclesiastici et sacrae eloquentiae magister datus est. Orator prorsus insignis ac poëta, utriusque artis specimina publica reliquit. Curam animarum parochus in Schluchsee aliquot annos exercuit. Cum anno 1794 gymnasium Constantiense pro erudienda iuventute in scholis humanioribus ab aula caesarea Vindobonensi solis Benedictinis San-Blasianis commissum fuisset, P. Ioh. Baptista cum destinatis eo quinque professoribus fuit amandatus, ut munus praefecti gymnasii ac patris familias collegii ibi ageret. Postea parochus in Höchenschwand, sanitatis conservandae incurius, paralysi saepius et acriter vexari coepit, quae tandem in apoplexiam degeneravit, qua vir bonus, qui nulli officiorum umquam deerat, consumtus animam exhalavit die 27. Oct. 1800.

Sequuntur eius scripta typis impressa et manuscripta:

I. Festrede gehalten am achten Tage der Feierlichkeit bei Einweihung des neuen Gotteshauses zu s. Blasien. (Sermo.) S. Blasien, 1784. 4°.

II. Trauer- und Lobrede auf Martin Gerbert, weiland Fürstabten zu S. Blasien, gehalten bei dem feierlichen Leichenbegängnisse am 31. Brachmonat 1793. (i. e. Oratio funebris.) S. Blasien. 8°.

III. Ueber die Verbindung guter Sitten mit den Wissenschaften. Eine Ermahnungsrede an die Zöglinge des Gymnasiums in Constanz, gehalten am 8. Christmonat 1794. (i. e. Oratio academica.) Constanz, 1795.

IV. Praktisches Rechenbuch, oder Anleitung, die vorkommenden Rechnungen kurz auszurechnen, mit Beispielen, Regeln und Erläuterungen, nebst einem Anhange von hundert verschiedenen Rechnungsexempeln zur Uebung. (i. e. Liber de arithmetica tractans.) Grätz, 1799.

V. Monatbuch der Congregation des heil. Blasius auf dem Schwarzwalde, in welchem die Lebensgeschichten der heiligen und berühmten Mönche, die diesen Ort durch ihre Reden und Thaten erhöhet, enthalten sind. (i. e. Congregationis s. Blasianae membrorum vitae.) Manuscript von 1787.

Weissenhofer Robertus (Seitenstadiensis). In Ibbsitz Austriae inferioris die 15. Sept. 1843 natus, gymnasii studiis absolutis monasterium Seitenstadiense petiit, in quo die 21. Sept. 1863 vestem sacram induit eodemque die posteri anni vota simplicia nuncupavit. Absolutis sacrae theologiae studiis et susceptis die 26. Dec. 1867 votis sollemnibus Deo omnipotenti die 9. Aug. 1868 primam obtulit hostiam incruentam. Tum per triennium in univ. Vindob. litterarum studiis operam dedit, quibus absolutis ab anno 1871 in c. r. gymnasio Seitenstadiensi professorium linguae Germanicae docendae munus sustinet.

Scripsit:

I. Schauspiele für jugendliche Kreise. (i. e. Fabulae scenicae puerili aetati accommodatae. *a)* Die heilige Elisabeth von Thüringen. Drama in 5 Aufzügen. (i. e. Sancta Elisabetha Thuringensis. Drama in 5 actibus.) *b)* Rosa von Tannenburg. Drama in 5 Aufzügen. (i. e. Rosa Tannenburgensis. Drama in 5 actibus.) Linz, F. J. Ebenhöch, 1876. *c)* Das Hirtenmädchen von Lourdes oder Gottes Wege sind wunderbar. Drama in 5 Aufzügen. (i. e. Puella pastoralis Lurdensis vel Dei viae sunt mirabiles. Drama in 5 actibus.) Wien, Heinrich Kirsch. 1878. *d)* Das Mädchen vom Ennsthale. Drama in 5 Aufzügen. (i. e. Puella ex valle Anisi. Drama in 5 actibus.)

II. Jugendfreund. (i. e. Narrationes puerili aetati aptae.) *a)* Die Waise vom Ibbsthal. Eine Erzählung aus der Zeit der Franzoseneinfälle in Oesterreich. (i. e. Orba ex valle Ibissae. Res narratae sumptae sunt ex tempore incursionum Franco-Gallorum in Austriam.) Krems. XVI. J. Kinzl. 1878. *b)* Das Glöcklein von Schwallenbach, oder: Die Vorsehung wacht. Eine Erzählung aus der vaterländischen Vorzeit. (i. e. Campanula Schwallenbacensis, vel: Providentia vigilat. Res narratae sumptae sunt ex antiqua historia patriae.) Krems. Ibid. 1878.

Welleba Columbanus Iosephus (Scotensis), in Ober-Froeschau, in Moraviae vico, natus est die 15. Nov. 1822 et grammaticam cum humanioribus litteris edoctus in gymnasio Znoimensi ac philosophicis disciplinis absolutis in univ. Vindob., monasterium B. M. V. ad Scotos Viennae ingressus est die 21. Sept. 1841. Votis sollemnibus die 29. Sept. 1844 emissis, cum studiis s. theologiae in univ. Vindob. operam navasset, neomysta primum ad aram stetit die 2. Aug. 1846. Haud ita multo post alumnis cantoribus erudiendis praefectus 1847, simulque rei musicae peritissimus, inspector chori musici in ecclesia abbatiali est designatus. Cum interea sex annos assistentem egisset in c. r. gymnasio ad Scotos, tentaminibus publicis pro historia et geographia adprobatus die 14. Dec.

1853, earundem disciplinarum professuram in monasterii gymnasio suscepit, quod munus usque adhuc sustinet.

Conscripsit ad programmata gymnasii ad Scotos:

I. Pro anno 1858: Geschichtliche Abhandlung über Heinrich II. Jasomirgott. (i. e. Disputatio historica de Henrico II. cognomine Jasomirgott.)

II. Pro anno 1870: Begründung des Successionsrechtes der Habsburger auf den ungarischen Thron durch Maximilian I. (i. e. Argumentis comprobatur ius successionis dynastiae Habsburg per Maximilianum I. in regno Hungarico.)

Praeterea conscripsit:

III. Einige herzliche Worte, dem Herrn Wenzel Welleba, Schullehrer zu Fröschau, zur feierlichen Uebergabe des silbernen Verdienstkreuzes mit der Krone am 12. Februar 1865 gewidmet. (i. e. Sermo occasionalis.) 2 fol. 4°. Viennae, 1865, typis Anton. Schweiger et Comp.

Wenin Lambertus (Altenburgensis), Tirol. Laas, die 21. Sept. 1831 natus, s. habitu die 11. Oct. 1859 indutus, sollemnia vota die 17. Aug. 1861 emisit et sacerdotio inauguratus die 3. Aug. 1862 primum s. missae sacrificium Deo obtulit. Variis officiis, utpote: cooperatoris et bibliothecarii in monasterio usque ad annum 1865, ab anno 1865—71 cooperatoris in Röhrenbach, denique ab anno 1871 praefecti silvarum in monasterio laudabiliter functus, die 31. Iul. 1872 in itinere Venetiis apoplexia tactus obiit. Scripsit:

Ehren-Klänge zu Abt Honorius Jubelfeste am 31. Aug. 1867 als den Tag seiner 25jährigen Abtens-Würde im Benedictinerstifte St. Lambrecht zu Altenburg. Ein Festgedicht. (i. e. Carmen lyricum in honorem abbatis Honorii iubilantis.) Wien, 1867. Mechitharisten-Buchdr. 8°.

Wenzel Andreas Iosephus (Scotensis), in lucem editus est Viennae 4. Mart. 1759 a parentibus honestis, at nec genere nec fortuna conspicuis. Enituit vero mox singulare pueri ingenium ita, ut magistris piarum scholarum, deinde patribus societatis Iesu erudiendus traderetur, a quibus excultus emenso cursu philosophico theses quasdam publice defendit idque tanta dexteritate, ut postero tempore iam ad Scotos professus artium liberalium et philosophiae doctoribus adnumeraretur. Adolescens septemdecim annorum sanctae conversationis habitum quaesivit facileque impetravit 13. Novembr. 1776. Cum 12. Mart. 1783 s. professionis vinculo sese adstrinxisset familiae Scotorum, non ita multo post neomysta primitias Deo obtulit 22. Iun. 1783. Strenuum dein egit cooperatorem in erecta tum nova parochiali ecclesia ad s. Laurentium, qui campus dicitur Scotorum, 1786—98. Cum dein in monasterio curatus fuisset octo per annos, Benno abbas parochiae eum praefecit suburbanae ad s. Udalricum 1806. Paulo post praefectus novi c. r. gymnasii designatus est. Verum ad munus ipsum non accessit; mortuo enim Bennone abbate, fratrum suffragiis abbas electus est 18. Iun. 1807 et infulis pontificalibus redimitus 9. Aug. Iam nimis caeteris omnes curas ad adornandam bonarum litterarum palaestram contulit eamque fovere et sustentare ad extremam usque vitam non desiit. Iam pridem inclytae nationis Austriacae mox Saxonicae procurator, facultatis philosophicae decanus pro 1807—1808 electus et c. r. studii philosophici vicedirector constitutus est. Ad quod 18. M. 1809 theologici quoque studii vicedirectoratus accessit. Neque suorum salutem neglexit et calamitoso illo anno 1809 non suis tantum sed exteris quoque praesidio fuit. Eodem anno recuperata

pace rector magnificus almae universitatis Viennensis renuntiatus est. Quo honore cum summa dignitate perfungens adeo domestica non neglexit, ut in eorum curatione et administratione nihil diligentiae praetermitteret omnesque vigilantissimi abbatis partes domi strenue expleret. Pro tantis meritis ab augustissimo imperatore 26. Febr. 1814 collato ei munere directoris studii theologici et referentis apud supremam aulicam studiorum commissionem simul consiliarius regiminis Austriae inferioris nominatus est, neque ita multo post inclyta facultas theologica ultro s. theologiae doctorum albo inseruit elapsoque quadriennio 1818 iterum rectorem magnificum universitatis salutavit. Quo magistratu priusquam se abdicasset, die 20. Apr. 1819, aulicus consiliarius designatus est. Verumtamen, dum multa foris agebat, domi totus vivens consilium et cepit et executus est novi e fundamentis monasterii exstruendi; quod vel ipsi augustissimo imperatori adeo non ingratum opus visum erat, ut permiserit filio Ferdinando V. Hungariae regi lapidem ponere primarium 6. Maii 1831. Quo opere nondum ad fastigium perducto sacris mysteriis rite munitus et confirmatus diem supremum confecit 17. Nov. 1831 anno aetatis 73, ordinis 56, professionis et sacerdotii 49. Abbas monasterio praefuit annos quattuor et viginti, menses quinque.

Typis edidit conciones occ.:

I. Von der Freude des Menschenfreundes über die Versorgungsanstalt der armen Bürger Wiens. Viennae, 1805.

II. Die Versorgung der Armen im Bürgerspitale, eine Nachahmung von Gottes Menschenerziehung. Viennae, 1806.

Werl Vincentius (Gottvicensis), natus die 10. Apr. 1810 in Grafendorf Austriae, s. habitu indutus die 26. Oct. 1828, vota sollemnia emisit die 17. Mart. 1833 et primum sacrum Deo obtulit die 15. Aug. 1833. Per duos annos curati officio domi fungebatur dein theologiam dogmaticam per undecim annos tradidit, inter quod annorum spatium multum laborabat in bibliotheca. Die 14. Iun. 1846 administrationem aulae Gottvicensis Viennae suscepit et 1847 et iterum 1852 abbatiam Szalavariensem in Hungaria administrandam petiit et 1858 curam animarum in Mauer gessit usque 1860, quo anno domum reversus est. Obdormivit in Domino die 5. Dec. 1861.

I. Manuscripten-Catalog der Stiftsbibliothek Göttweig. (i. e. Catalogus codicum manuscriptorum bibliothecae Gottvicensis.) III tom. Ms. in bibl. Gottv.

II. Die typographischen Incunabeln der Stiftsbibliothek Göttweig. (i. e. Incunabula typographica bibliothecae Gottv.) I tom. Ms. in bibl. Gottv.

III. Verzeichniss der Aldinen und Ausgaben verschiedener Werke von 1494—1592. (i. e. Catalogus operum editionis Aldinae et aliarum inde ab anno 1494—1592.) I tom. Ms. in bibl. Gottv.

IV. Catalog der Kupferstiche und Holzschnitte des Stiftes Göttweig. (i. e. Catalogus imaginum aere et ligno excusarum monasterii Gottv.) II tom. Ms.

Weymayr Thassilo (Admontensis), natione Styrus e Zeiring, 21. Mart. 1825 natus studiis Iudenburgi et Graecii summa cum laude absolutis, monasterium Admontense petens 4. Iun. 1848 vota emisit sollemnia et 6. Aug. 1848 stetit ad altare, cum a rev. dom. archiepiscopo Salisburgensi Friderico in sacerdotem esset ordinatus. Totam vitam iuventuti studiosae dedicans, primum in coenobio pueros can-

tores informabat, quibus praefectus erat, 1860 ad 1873 vero in gymn. c. r. Graecensi historiam naturalem docuit; hoc anno morbi causa domum rediens hydrope consumptus obiit 21. Iul. 1874. In omni scientiarum parte optime versatus, societati historicae, oeconomicae et naturam scrutantium Styriae sodalis adscriptus, bibliothecam circa 4000 voluminum reliquit.

I. Ueber leuchtende Thiere. (i. e. Animalia lucentia.) Grazer Gymn. Progr. 1861.

II. Die Gefässpflanzen der Umgebung von Graz. (i. e. Tractatus botanicus.) Grazer Gymn. Progr. 1867. Nachtrag 1868.

III. Der Tourist in Admont. (i. e. Viator Admontensis.) Wien, 1873. 8°.

IV. Pars topographica in P. Gregor Fuchs, Geschichte von Admont. 1859.

Wichner Iacobus (Admontensis), Styrus Graecensis 22. Iul. 1825 natus, absolutis in urbe patria studiis Admontes venit, 11. Iul. 1851 votis sollemnibus emissis stabilitus, primam Deo litavit hostiam 10. Aug. 1851. Undeviginti annos in cura animarum laborans (in parochia s. Michaelis, Laurentii, Kleinsölk, Grosssölk et Ardning) domum redux tabulario resuscitando, cellae vinariae et nuperrime bibliothecae praefectus est. Tabularium optime ordinatum collectumque indefessum laborem Iacobi eiusque scientiam praedicat. Societatis historicae sodalis et correspondens audit.

I. Die Bibliothek der Abtei Admont mit besonderer Berücksichtigung des Zustandes derselben in der zweiten Hälfte des 14. Jahrhunderts. (i. e. De bibliotheca Admontensi in primis saec. XIV.) Mittheilungen des histor. Vereines. Graz, 1873. XX. Bd.

II. Das Admonter Archiv in seinem gegenwärtigen Zustande. (i. e. Tabularium Admontense.) Beiträge zur Kunde steiermärk. Geschichtsquellen. Graz, 1874. XI. Bd.

III. Eine obersteirische Pfarre zur Zeit der französischen Invasion. (i. e. Parochia Styriensis in invasione Franco-Gallorum.) Mitth. d. hist. V. Graz, 1875. XXIII. Bd.

IV. Studie über die ältesten Urbare des Stiftes Admont. (i. e. De urbariis vetustissimis Adm.) Ibid. 1876. XXIV. Bd.

V. Zur Biographie des Rottenmanner Notars Ulrich Klenneker. (i. e. Tractatus biographicus.) Ibid. 1874. XXII. Bd.)

VI. Geschichte des Benedictiner-Stiftes Admont von den ältesten Zeiten bis zum Jahre 1177. (i. e. Historiae Admontensis P. I.) Als Festgabe zur Jubelfeier des Stiftes. Graz, 1874. 8°.

VII. Ueber einige Urbare aus dem 14. und 15. Jahrhundert im Admonter Archive. Beiträge zur Kunde steiermärk. Geschichtsquellen. Graz, 1876. XIII. Bd.

VIII. Geschichte des Benedictiner-Stiftes Admont von der Zeit des Abtes Isenrik bis zum Tode des Abtes Heinrich II. (1178—1297.) Graz, 1876. 8°.

IX. Ein wiedererstandenes Klosterarchiv in Steiermark. (i. e. Tabularium resuscitatum.) Archivalische Zeitschrift. III. Bd. Stuttgart, 1878.

X. Geschichte des Benedictiner-Stiftes Admont von der Zeit des Abtes Engelbert bis zum Tode des Abtes Andreas von Stettheim (1297—1466). Mit Unterstützung der h. kais. Akademie der Wissenschaften in Wien. Für das Urkundenbuch. Graz, 1878. 8°.

XI. Ueber die letzte Ruhestätte des Christoph Rauber, Administrators des Bisthumes Seckau und Commendators von Admont. (i. e. Christ. Rauber locus sepulturae.) Mittheilungen des histor. Vereines. Graz, 1879. XXVII. Bd.

XII. Verschiedene kleinere Aufsätze zerstreut in Journalen. (i. e. Tractatus varii.)

Wickart Ioannes Ev. (Murensis), natus est Fugii 1714 et monastica vota emisit 1734. Erat egregius theologiae professor, cuius infatigabilis diligentia ex re-

lictis scriptis elucet. Obiit nimis mature die 23. Aug. 1763. Reliquit:

I. Dogmatica, moralia, exegetica, concionatoria et historica in undecim voll. in fol., quorum quodlibet 500—800 pag. habet. In archiv. Argov.

II. Diarium 1751—63 Latine, in fol. 85 p. In archiv. Muro-Gries.

Widerhofer Honorius (Lambertinus), natus est in Cellis B. V. in Styria 19. Maii 1792. Studiis gymnasticis absolutis habitum nigrum sibi indui fecit 27. Oct. 1811 in monasterio s. Lamberti in Styria, ubi professus est 3. Aug. 1816. Celebratis in oppido paterno primitiis (1. Sept. 1816) factus est cooperator in Weisskirchen, dein in Cellis Marianis (1820—27), sacrista ibidem (1827—29). Qua talis imaginem thaumaturgae Virginis ex incendiis (1827) eripuit. 1830 professor facultatis philosophicae in univ. Graecensi primum supplens, 1833 vero publicus ordinarius et doctor philosophiae creatus est. Obiit Graecii 3. Dec. 1859.

Typis dedit:

Dankrede an die grossmüthigen Wohlthäter der österreichischen Monarchie für die dem in der Nacht vom 1. auf den 2. November 1827 durch Feuer verheerten Gnadenorte Mariazell gnädigst zugeflossenen Beiträge. (i. e. Gratiarum actio exhibita generosis benefactoribus monarchiae Austriacae pro beneficiis oppido Cellensi igne devastato collatis.) Vorgetragen in Gegenwart der andächtigen Wiener Prozession in der Gnadenkirche zu Mariazell am 2. Juli 1828. Wien, 1828. Aus der Mechitharisten-Congregations-Buchdruckerei. 8°. 23 p.

Wieland Ioannes Bapt. (Murensis), natus est in oppido Rheinfelden in Argovia 1732 et 1753 sollemnia vota emisit. Intra decem annos, quos in ordine vixit, omnia fere munera suscepit; fuit enim brevi hoc temporis spatio novitius, studiosus theologiae, sacerdos, professor rhetorices et iuris canonici, cancellariae director, secretarius abbatis, inspector pharmacopoleos, viceoeconomus. Videbatur ad summa natus, sed eheu! brevi consummatus explevit tempora multa. Varia scripta ipse in ultima infirmitate igni tradidit. Obiit die 22. Nov. 1763. Opus eius celeberrimum est:

I. Vindiciae vindiciarum Koppianarum ac proinde etiam actorum Murensium adversus Rustenum Heer, bibliothecarium San-Blasianum adornatae. Typis principalis monasterii Murensis per I. M. Blunschi 1760. 4°. 190 p. Haec editio rarissima a nuntio apostolico Oddi interdicta sed a cardinali Garampi 1762 laudata est. Hinc Baro de Zurlauben secundam editionem curavit, Baden ap. C. I. Baldinger 1765. 4°. 200 p., et adiunxit dissertationem ab ipso 1764 Parisiis in sessione regiae academiae Galliae lectam et postea Latine redditam de Adalberto imperatoris Rudolphi I. atavo et filio Werneri comitis ab Habspurg, bis XXV. p.

II. Erdäpfelstreit in Muri und Umgebung, urkundlich beleuchtet. (i. e. De litibus Murensibus in causa culturae solaminis tuberosi.) In archiv. Muro-Gries.

Wieser Maurus (Seitenstadiensis), natus die 28. Febr. 1841 in oppido Seitenstettensi absolutis gymnasii studiis sacra ordinis nostri veste die 19. Sept. 1860 indutus est. Votis sollemnibus die 20. Sept. 1864 susceptis sacraeque theologiae studiis ad finem perductis sacerdos inauguratus incruentum N. T. sacrificium Deo primum obtulit die 31. Iul. 1865. Unum per annum in parochia Drosendorf presbyteri auxiliaris munere functus, per proximum triennium in univ. Vindob. studiis philologis operam dedit. Quibus absolutis in c. r. gymnasio Seitenstadiensi linguam Grae-

cam et Latinam docendi munus sustinuit usque ad mortem, qua praematura absumptus est die 6. Nov. 1875.

Praeter complures conciones sacras manuscriptas haec typis exscripsit:

I. Nekrolog des P. Rudolf Starnberger, Prior von Seitenstetten. (i. e. Necrologium quod dicitur R. P. Rudolphi Starnberger, prioris monasterii Seitenstadiensis 1872.)

II. P. Leopold Puschl, Director des k. k. Gymnasiums zu Seitenstetten. (i. e. Narratio de vita et factis defuncti P. Leopoldi Puschl, c. r. gymnasii Seitenstadiensis rectoris.) Continetur in libro annali gymnasii Seitenstadiensis anno 1874 edito.

Wimmer Florianus (Cremifanensis), antea Wolfgangus, Austriacus Steinhausensis, die 22. Sept. 1816 natus et studia humanitatis et philosophiae in scholis Cremifanensibus emensus die 21. Sept. 1836 vestem s. Benedicti sumsit et inter studia theologica, quae Lincii absolvit, die 29. Sept. 1840 votis sollemniter emissis 24. Iul. 1841 regale sacerdotium accepit. Per annos 15 partim in Eberstallzell, partim in Pfarrkirchen cooperator 1856—71 parochiae Rohr praefuit et ab anno 1871 ampliorem parochiam Pfarrkirchen administrat, rr. episcopi Linciensis consiliarius et historicorum monumentorum in Austria superiore conservator.

Architecturae ecclesiasticae peritissimus hos libellos typis vulgavit:

I. Einladung an das katholische Volk der Diöcese von Linz zum Dombauverein. (i. e. Exhortatio ad dioecesanos Lincienses, ut societati pro aedificanda in honorem Immac. concept. V. Mariae nova ecclesia cathedrali nuper Lincii constitutae se adiungant.) Linz, Druck von Feichtingers Erben. 1856. 8°. 24 p. Anonyme.

II. Der Dombau zu Linz. (i. e. De exstruenda Lincii nova ecclesia cathedrali.) Linz, Druck von Feichtingers Erben. 1862. 8°. 36 pag. Anonyme.

III. Anleitung zur Erforschung und Beschreibung der christlichen Kunstdenkmäler. (i. e. Institutio ad investiganda et describenda artis religiosae monumenta.) Eigenthum des Linzer Diöcesan-Kunstvereines. Linz, Druck von Feichtingers Erben. 1863. 8°. 149 p.

IV. St. Wolfgang. Linz, Druck von Huemers Witwe und Danner. 1867. 8°. 16 p. Verleger: Christlicher Kunstverein.

V. St. Sebald. Omnia ut No. 4.

VI. Der christliche Kirchenbau im 15. Jahrhundert. (i. e. De structura ecclesiarum saeculo XV. usitata.) Vortrag gehalten bei Gelegenheit der zehnten Generalversammlung des Linzer Diöcesan-Kunstvereines am 21. Oct. 1869. Linz, Druck von Huemers Witwe und Danner. 1869. 8°. Selbstverlag.

VII. Das Fest zu Waldneukirchen, Einweihung eines neuen Hochaltares am 8. September 1868. (i. e. Descriptio benedictionis novi altaris in ecclesia Waldneukirchen.) Linz, Druck von Huemers Witwe und Danner. 1869. 8°. 32 p. Selbstverlag.

VIII. Andenken an den ersten Spatenstich zum Bau einer neuen Pfarrkirche in Hall. (i. e. In memoriam sollemnitatis in oppido Hall celebratae, cum locus aedificandae novae ecclesiae effossa terra designaretur.) Steyr, Druck der Haas'schen Erben. 1869. 8°. 12 p. Verleger: Pfarramt Hall.

IX. Der Kirchenbau in Hall. (i. e. De aedificatione novae ecclesiae in oppido Hall.) Linz, Druck von Huemers Witwe und Danner. 8°. 12 p. Selbstverlag.

X. Pilgerreise nach Kremsmünster zum Jubelfeste am 18., 19. und 20. Aug. 1877. (i. e. De sollemnitate iubilaei monasterii Cremifanensis 1877.) Steyr, Druck von Bruckschweiger. 1877. 8°. 51 p. Selbstverlag.

XI. Ehrenspiegel der Bürgerschaft Steyr. (i. e. Urbis Styrae viri illustres.) Steyr, Druck von Bruckschweiger. 1877. 8°. 54 p. Selbstverlag.

XII. Aus dem Calendarium. Für Freunde und Verehrer der heil. Bilder. (i. e. Ex calendario. Pro s. imaginum cultoribus.) Linz, 1878.

XIII. Bericht über einige kirchliche Kunstwerke im Mattigthale und dessen Umgebung. (i. e. Relatio de artificiis ecclesiasticis in valle, quam Mattiga interfluit.) In den Mittheilungen der k. k. Central-Commission zur Erforschung der Baudenkmale. 1872. CIX p.

XIV. Kunstdenkmale in Schleissheim bei Wels. (i. e. Opera antiquae artis in ecclesia Schleissheim.) Ebendaselbst. 1876. Neue Folge. II. XXI p.

XV. Die Waffen und Wappen Christi. (i. e. De armis et insigni Christi.) Christliche Kunstblätter. 9. Jahrg. No. 3 (10—12).

XVI. Der Stammbaum Christi. (i. e. De stemmate Christi.) Ebendaselbst. No. 4 (15—16). Eadem materia continuabitur.

XVII. Die Künstler des Mittelalters und ihre Werke. (i. e. De artificibus medii aevi eorumque operibus.) Im Berichte über die Generalversammlung des Diöcesan-Kunstvereines in Linz. 1866. 4°. p. 3—5.

Winkler Venceslaus (Raigradiensis), Moravus Aichhornensis 22. Sept. 1728 natus. Post peracta studia inferiora ad academiam Olomucensem transgressus, ibique per tres annos humaniorum causa versatus, logicae aliisque peripateticis exercitiis egregiam navavit operam et virtutum studio, morumque, qui a legibus desiderantur academicis, tenore moderatoribus suis plenam dedit satisfactionem. Adhibita diligens praeparatio mentisque discussio iuvenem sedecim annorum ad nostrum adduxit monasterium, in quo, ut susciperetur, a praep. Matthaeo precibus impetravit et post novitiatus anni curriculum 5. Dec. 1745 in manus eiusdem praep. sollemnia emisit vota, nomen baptismale retinens. Tum ad studia theologica domi se accinxit, quibus laudabiliter absolutis sacerdotio initiatur et anno 1752 in festo Purificationis primitias celebravit. Continuo neomysta Iosepho Ortovitz bibliothecario solatium datur quem, ut in ordinandis libris adiuvaret, excepit mandatum, simul vero praedicando verbum divinum sedulo operam impendit. Philologiae semper amantissimus remansit. Ad excitandum in Christi militia fervorem praep. Bonaventura Venceslaum 2. Aug. 1757 subpriorem domus fecit et absoluto ab officio bibliothecarii, inspectoris culinae ac provisoris provinciam demandavit. Bonae disciplinae studiosissimus explevit ad amussim superioris mandata neque, ut exorto per Borussos anno 1758 tumultu, terga mon. verteret exemplo prioris t. t. induci poterat, immo potius custos domus remanens per missas legales citatorias ad monasterium in fuga constitutos revocavit.. Praep. Bonaventura vita functo una cum P. Friderico priore et P. Othmaro praepositurae candidatus e gremio fratrum Raigrad. nominatur, unde patet, eum omnium sibi adquisivisse morum suorum candore aestimationem. Electus est Othmarus in praep. 17. Iul. 1764, qui Venceslaum, inde ab anno 1762 26. Febr. parochum Raigr., sincero adamabat amore et ecclesiae s. crucis in oppido Raigrad exstruendae anno 1765 commisit administrationem. P. Venceslaus multos affabilitate sua nactus est benefactores, sicque effecit, ut biennio post sec. dominica post pascha ecclesia amplificata sollemni ritu benedici potuerit. Decreto consistoriali ddto. 10. Apr. eiusdem anni ecclesia ad s. crucem in parochialem elevata fuit et Venceslaus novam domum parochialem huic obviam sitam inhabitare coepit usque ad annum 1770, quo domum

prior revocatur et ab administratura absolvitur. Anno 1777 die 29. Maii apoplexia tactus inopinate diem supremum clausit aet. anno 48, titulo notarii apostolici iurati insignitus.

Eius manu exarata apud nos adservantur manuscripta sequentia:

I. Conciones dominicales et festivales idiomate Bohemico habitae ab anno 1753—1774. Magnum volumen in 4°. Msn. 538. Sign. F/K. II. b. 38, sine pag.

II. Křestanské naučení neb římský katolický katechismus na způsob kázaní přednešený od kněze Kazimira Molla o. s. B. kláštera Mondsee v horních Rakousích, nyní v moravské řeči předložený od P. Václava W. (i. e. Instructio christiana vel catechismus Romanus in forma concionum; — praelectiones sac. Kazimiri Moll o. s. B. monasterii Mondsee in Austria superiori, modo lingua Moravica [Slavica] traditae a...) Pap. Ms. sub Msn. 540. Sign. F/K. II. β. 2, sine pag.

III. Fragmenta grammaticae Gallicae. Msn. 501. Sign. F/K. II. α. 6, in 4°. sine pag.

Winnerl Gilbertus (Mellicensis), in urbe Sanhippolytana 1743 die 25. Febr. natus, Mellicensibus per sollemnem votorum nuncupationem die 14. Nov. 1762 adscriptus atque 1767 sacerdos consecratus est. In monasterio professor rhetoricae, philosophiae et theologiae per plures annos exstitit. Tandem parochus per 13 annos in Rohrendorf et per totidem annos in oppido Mellicensi evangelii ministrum verbique divini praeconem sese exhibuit. Cum ex brevi morbo iamiam convaluisset nihilque mali suspicaretur, die 7. Iun. post coenam subito apoplexia tactus die 11. Iun. anno 1804 pie in Domino obiit.

I. Der von den Bedienten betrogene Hofmeister. (i. e. Magister a famulis deceptus.) Ein Lustspiel in drei Aufzügen. Producirt am 15. Aug. 1769. Fol. Ms. in bibliotheca Mellicensi.

II. Maxalende. Ein Beispiel der Jungfrauschaft. In drei Aufzügen. (i. e. Maxalende, exemplum virginitatis.) Vorgestellt den 21. Aug. von der studirenden Jugend in Melk. 17. Aug. 1790. Folio.

Winterhalder Raimundus (San-Blasianus). Natus est in Furtwangen die 3. Nov. 1720, sollemniter professus die 1. Maii 1740, sacerdos ordinatus die 26. Mart. 1746. Supra octo annos professor philosophiam et theologiam tradidit iunioribus confratribus, pro merito dein parochus in Grafenhausen per annos quatuor, subdecanus annis tribus, superior in Todtmoos integris undecim annis, cultum thaumaturgae virginis et rem familiarem multum promovit; praepositus Berovii uno tantum anno, dein grave officium decani conventus s. Blasii suscepit, cui cum annis tribus laudabilissime praefuisset, praeposituram Gurtwihlensem obtinuit eamque annis pluribus administravit, fidelis et accuratus, si quis alius Blasianorum, in conficiendis ratiociniis. Postquam ob valetudinem inexplicabilem successorem in officio nactus est, a curis saecularibus liber inter pietatis opera praepositus emeritus Gurtwihlae obiit die 10. Dec. anni 1794.

Sequitur eius manuscriptum:

Visitatio generalis expositorum monasterii et congregationis s. Blasii anno 1770 peracta. Continet (in folio) paginas 133, et adservatur in archivo San-Paulano No. 169.

Winterkorn Alexander Antonius (de s. Monte Pannoniae), in Zsámbék com. Pest. in Hungaria die 15. Febr. 1824 natus, s. habitu die 15. Sept. 1843 indutus, die 13. Iul. 1850 sollemnia vota emisit et eodem anno die 6. Aug., absolutis in s. monte s. theologiae studiis, sacerdotio initiatus est. Ex eo professor in s. monte,

ab anno 1851—61 Iaurini, 1861—62 denuo professor et orator a sacris in s. monte, 1862—64 professor-, 1864—67 provisor domus ibidem, dehinc officio administratoris parochiae in Péterd fungitur.

Scripsit:

Görög olvasókönyv a görög nyelvtan I. és II. évi folyamához (i. e. Lectiones Graecae.) Feldbausch és Süpfle után magyarítva és Szepesi Imre nyelvtanához alkalmazva. Bécs. 1853. Schweiger. 8°. 230 p. Tribus vicibus ed.

Wismer Pius (Murensis), Lucernensis de Richensee, natus est die 10. Oct. 1789, votis se Deo dicavit die 8. Dec. 1810, et inter sacerdotes cooptatus est die 31. Oct. 1813. Fuit parochus in Buenzen, dein magister novitiorum. Post suppressionem monasterii docuit in collegio Sarnensi calligraphiam, venit postea ad monasterium Gries, in quo iubilatus professione et sacerdotio defunctus est die 18. Ian. 1870.

Scripsit seu denuo edidit:

I. Psalmodiae praeludia sive orationes singulis Psalmis accommodatae. Einsidl. ap. Benziger. 1867. 16°. 152 p.

II. Der Tag in Stans 1481. Comödie in drei Aufzügen mit geschichtlicher Einleitung. 4°. 38 p. Ms. in archiv. Muro-Gries.

Witlačil Severinus (Lambertinus), natus est 17. Febr. 1828 in Krieglach Styriae. Absolutis Clagenfurti studiis theologicis monachum nigrum professus est in monasterio s. Lamberti in Styria 29. Iun. 1852 et primitias celebravit 1. Aug. 1852; mox cooperator parochiae domesticae constitutus est. 1855—68 convictui puerorum praefuit, exinde bibliothecae et choro. Praematura morte obiit 5. Ian. 1874.

Fuit in re musica ex omni parte peritissimus, collectionem rarorum operum musicalium amplissimam manu propria conscripsit et monasterio reliquit, e. g. ex manuscriptis et codicibus bibliothecae aulicae Viennensis. Insuper novum catalogum ad bibliothecam monasterii, 5 tom. in fol., et „repertorium archivii monasterii s. Lamberti“ recenter ordinati, 3 tom. in fol., summa industria et calamo pulcherrimo conscripsit.

Witzig Eduardus (Mellicensis), Austriacus Hitzingensis, natus anno 1772 22. Apr., patre orbatus infans cum matre Claustroneoburgum venit, ubi in schola normali educatus et in praepositura alumnus susceptus est. Unum et dimidium annum ibidem excultus in capellam caesareoregiam alumnus venit simulque primam classem Latinam frequentavit. Philosophicis disciplinis Viennae absolutis die 26. Oct. Mellicii s. Benedicti habitum induit. Tirocinii anno completo Viennae theologicis studiis incubuit, die 16. Maii 1796 signis nostris adscriptus et die 2. Oct. eiusdem anni arae admotus est. Mense Februario 1797 sacerdos auxiliarius in vicum Ruprechtshofen missus est, quo munere adusque 15. Apr. functus propter adpropinquantes hostes domum redire iussus est. Officium professoris theologiae moralis sibi destinatum recusans, per duos annos et plures hebdomades vices cooperatoris in Haugsdorf et tres annos in Ravelsbach egit. Hoc in loco primum suum carmen ecclesiasticum „O Gott! wir kommen voll Vertrauen“ scripsit, quo clarissimus Denis maxime oblectabatur. Exin variis paroeciis, nunc 1802 in Untersiebenbrunn, nunc 1811 in Groissenbrunn, nunc 1812 in Draiskirchen deserviit, magno ubique animarum zelo conspicuus. Ab anno 1822 —1825 gymnasii Mellicensis praefectus

et prior monasterii nominatus est, quibus officiis rite perfunctus iterum in dilectam suam parochiam Leobersdorf abiit, ubi die 2. Dec. 1833 decanus ruralis in Domino obdormivit.

Scripsit:

I. Freundschaftlicher Unterricht über die Kuhpocke, ertheilt meiner Pfarrgemeinde in Untersiebenbrunn im Jahre 1803. (i. e. De variolis artificialibus.) 8°. Wien, bei Ueberreuter.

II. Messlied. (i. e. Cantus ad missam.) Inc. O Gott, wir kommen voll Vertrauen. Wien, 1803. 8°. Bei Ueberreuter.

III. Die christliche Sittenlehre in kurze Verse gebracht für die Kinder von einem Landpfarrer. (i. e. Ethica versibus reddita.) Wien, 1816. 8°. Bei Georg Ueberreuter. II. Aufl., sehr vermehrt, 1818.

IV. Fastenlied. (i. e. Cantus quadragesimalis.) Inc.: Lasst mit Wehmuth und Vertrauen. Wien, bei Ueberreuter. 8°.

V. Predigt zur Feier des hundertjährigen Dankfestes wegen abgewendeter Pest, welches am dritten Sonntage nach Pfingsten in der Pfarrkirche zu Draiskirchen begangen wurde. (i. e. Sermo.) Wien, 1822. Bei Georg Ueberreuter. 8°.

VI. Kirchengesänge, welche von der Gymnasialjugend zu Melk an jedem Wochentage während der heiligen Messe gesungen werden. (i. e. Cantus ecclesiastici.) Wien, 1823. Bei Georg Ueberreuter. 8°.

VII. Beilage zu den Sonn- und Festtags-Evangelien. Ein Hausbüchlein in Denkreimen für christliche Familien. (i. e. Liber precum versibus redditus.) Wien, 1824. 8°. Bei Georg Ueberreuter.

VIII. Regel des heiligen Vaters Benedict, neu übersetzt. (i. e. Regulae s. Benedicti translatio.) 1824. Ms. F. In bibliotheca Mellicensi. 56 p.

IX. Eine Sammlung nützlicher Früchte. Frei aus dem Französischen eines Ungenannten übersetzt und mit Denksprüchen vermehrt. (i. e. Frugum collectio, tractatus varii.) Ms. F. 68 p. In bibliotheca Mellicensi.

X. Lesung und Gebet. (i. e. Meditationes.) Zur Ehre der Mutter Gottes zum heilsamen Brunnen genannt, nächst der Pfarre Leobersdorf. Am Tage der zweihundertjährigen Jubelfeier der ihr zu Ehren erbauten kleinen Kapelle. Wien, 1826. 8°. Bei Georg Ueberreuter.

XI. Bei Einweihung der Marienkapelle zu Merkenstein, den 2. October überreicht Sr. Excellenz Hrn. Hrn. Grafen Dietrichstein und Frau, (i. e. In consecrationem capellae scriptum memoriale.) Ms. F. In bibliotheca Mellicensi.

XII. Gymnasialreden an die studirende Jugend zu Melk bei Eröffnung des Schulcurses den 4. November 1822, 1823 und 1824, gehalten als Präfect. (i. e. Orationes academicae.) Ms. Fol. In bibliotheca Mellicensi.

XIII. Gedanken und Empfindungen bei Betrachtung verschiedener Werke Gottes. Ein Versuch. (i. e. Considerationes de operibus Dei.) Fol. Ms. 13 p. In bibliotheca Mellicensi.

XIV. Christkatholische Haustafel. (i. e. Memoriale domesticum.) Ms. Fol. Ibid.

XV. Nützliche Lebensregeln in einem ABC. (i. e. Regulae vitae.) Ms. Fol. Ibid.

XVI. Meine kurze Biographie. (i. e. Authobiographia.) Ms. Fol. 6 p.

XVII. Litanei-Gesang zur Ehre der seligsten Jungfrau. (i. e. Litaniae cantandae in honorem B. M. V.) Die Melodie ist von Adam Krieg. Mellic. Pfarrer zu Protes. Ms. Fol. Ibidem.

XVIII. Mehrere Gesänge nach verschiedenen Melodien, gedichtet für die Pfarre Protes. (i. e. Cantus varii.) Ms. Fol. Ibidem.

XIX. Kalender des Heils für die ganze Lebenszeit in 366 gereimten Gedenksprüchen aus der heil. Schrift. (i. e. Calendarium poeticum.) 1830. Fol. min. Ms. Ibid. 73 p.

XX. Die christkatholische Lehre in kurzen Denkreimen. (i. e. Doctrina catholica versibus reddita.) Ms. 4°. 36 folia. Ibid.

XXI. Flammen der Andacht, ein Gebetbuch für das Kirchenjahr. (i. e. Liber precum.) Wien, 1831. Mausbergers Druck und Verlag. 8°.

XXII. Rosenkranz-Gesänge, für die Kinder und auch Erwachsene an Wochentägen zu singen, nach bekannten Melodien. (i. e. Cantus de s. rosario.) 1833. Ms. 4°. 8 folia. In bibliotheca Mellicensi.

XXIII. Kurze Bemerkungen über alle Sonn- und Festtags-Episteln und Evangelien des ganzen Jahres, aus dem Französischen eines Ungenannten vom Jahre 1737 übersetzt. (i. e. Notata quaedam de epistulis et evangeliis totius anni.) Ms. 4°. 120 folia. Ibid.

XXIV. Heiliger Kreuzweg, oder Betrachtung des Leidens und Todes Jesu Christi in vierzehn Stationen. (i. e. De via s. crucis meditationes.) Ms. 8°. 17 folia. In bibliotheca Mellicensi.

Wolf Amandus (Gottvicensis), natus in Kammern Austriae die 4. Ian. 1786 sollemnem professionem emisit die 6. Ian. 1807 et primum sacrum obtulit die 15. Aug. 1808. Primum catecheta scholae claustralis, mox theologiae dogmaticae professor, clericorum praefectus et subprior est institutus, quae officia post duos annos negotiis oeconomi, culinae et cellae vinariae praefecti permutare debuit. Pedis fractione inhabilis ad gerendam oeconomiam redditus munere oeconomi se abdicavit et culinae cellaeque vinariae praefuit usque ad mortem die 17. Apr. 1834.

Eius est:

Diarium de anno 1805, publicatum sub titulo: Kurze Schilderung des Benehmens der französischen Truppen während ihres Einrückens und längeren Aufenthaltes in den Gegenden von Göttweig im Jahre 1805. Kinzl, Chronik der Städte Krems und Stein. 1869. 331 p.

Wolfarth Robertus (Mellicensis), Mellicii in Austria die 20. Nov. anni 1674 natus, 8. Sept. 1695 vota sollemnia emisit et die 6. Ian. 1701 sacerdotio initiatus est. Foris ab anno 1702 in variis paroeciis commoda et utilitates familiae sibi traditae procurans, praecipue in Weikendorf, cuius aedificium novum egregie curavit, et in praefectura Leesdorfensi ab anno 1722 primae notae oeconomus rem familiarem diviti penu locupletavit. Has sollicitudines dum desideranter petenti anno 1747 deponere licuit, domi cum Maria pedibus domini continua oscula tulit. Senex cum iunioribus et astris matutinis quotidie laudavit dominum, donec annorum suorum 78 labore fractus gangraena confectus die 13. Nov. 1752 animam egit. Innovavit die 29. Iun. 1746 s. professionem, et 6. Ian. 1751 sacerdotium suum. Scripsit:

I. Labor pius, id est, extractus ex rotulis dd. confoederatorum nostrorum Mellicensium missis, continens varia pietatis exercitia et actus heroicos, in quibus se exercebant Patres et antecessores nostri. Rr. ac venerab. P. Roberti Wolfarth prof. Mellic. p. t. senio professi et sacerdotis iubilati. Ms. Fol. 396 p. cum indice. Adservatur in bibliotheca Mellicensi. De hoc opere in registro prioratus die 27. Oct. 1750 sequentia legimus: Ad non mediocre solatium meum detulit mihi ad prioratum opus suum, cui titulus: „Labor pius“ r. P. Robertus venerabilis senior professus iubilaeus, vir septuaginta septem annorum, valde vegetus, et quotidie chorum frequentans. Collegit illud ex rotulis ultra ter millenis et septingentis, et quod mirum, confecit hoc opus a mense Februarii huius anni usque in mensem Octobris. Dabit illud ad gratiosam manum reverendissimi, ubi in festo Epiphaniae futuri anni primitias secundas, Deo propitio, sollemniter celebrabit. Penes hunc suum pium laborem insuper adtulit synonyma diversae mortis, P. priori, rotulas confratrum emissuro perutile opus.

II. Catalogus virorum eruditorum ex ordine s. P. Benedicti, ordine alphabetico conscripta a P. Roberto Mellicensi. Anno 1752. Ms. Fol. 69 p. et index. In bibliotheca Mellicensi.

Wolfsgruber Coelestinus Ioannes (Scotensis), Neukirchen prope Gmunden in Austria sup. die 14. Maii 1848 natus, cum gymnasii studia ad Scotos Vindobonae coluisset, ibidem die 21. Sept. 1869 indutus vota sollemnia emisit die 28. Sept. 1873. Emenso s. theologiae in univ. Vindob.

cursu, cum die s. Iacobi 1874 sacerdotio initiatus esset, primam Deo obtulit hostiam die 5. Aug. eiusdem anni. Die 5. Nov. 1875 doctoris s. theologiae in univ. Vindob. lauream obtinuit et a. 1879 doctorum s. theologiae collegii decanus electus est. Cum 1876 et 1877 catechetam egisset excurrentem in suburbium Gumpendorf, inde ab anno 1878 doctrinam s. religionis in c. r. gymnasio ad Scotos docet. Typis edidit:

I. „Altar und Krankenbett.“ Predigt im Handlungs-Krankeninstitute in Wien. (i. e. Concio.) 1876. Typis A. Keiss et Ph. Löb.

II. Das Vaterunser in zehn Betrachtungen. Mit 9 Stahlstichen nach Führich. (i. e. Meditationes de oratione Dominica.) 1 vol. 8°. Viennae, 1879, typis et sumpt. Henrici Kirsch.

III. Ad libellum illum aureum de imitatione Christi eiusque auctorem Ioannem Gersen pertinent: *a)* Ueber den Verfasser der Imitatio Christi. (i. e. De vero libelli de imitatione Christi auctore.) Insert. libellis dictis „Der Katholik“, m. Ianuar. 1877, Moguntii, sumpt. Fr. Kirchheim. *b)* Ein alter niederdeutscher Codex der Imitatio Christi. (i. e. De codice quodam antiquo libelli de imitatione.) Ut supra m. Dec. 1876. *c)* Ioannis Gersen de imitatione Christi libri quatuor. Ad editionem optimam Maurinorum una cum dissertatione r. d. Delfavii denuo editi. 1 vol. 8°. Vindobonae, 1879, sumpt. Henrici Kirsch. *d)* Vander Navolginge Cristi ses boeke. Aus dem Codex m. s. der Bibliothek des Benedictinerstiftes Schotten zugleich mit einem „vijften boeck van Qui sequitur“ nach der Handschrift der Maatschappij van nederl. letterkunde zu Leiden. (i. e. Editio antiquissimi codicis de imitatione Germanici una cum „Facsimile“.) 1 vol. 8°. Viennae, 1879, typis et sumpt. Caroli Gerold fil. *e)* Von der Nachfolge Christi vier Bücher. Deutsch zugleich mit einem Gertrudenbuch. (i. e. Versio Germanica libelli de imitatione una cum precibus Gertrud.) 1 vol. 12°. München, 1880, typis et sumpt. Dr. Max. Huttler. *f)* Prachtausgabe derselben Uebersetzung mit vielen Bildern. (i. e. Editio splendidissima eiusdem versionis, cum multis icon.) Ibid. 1880. 4°. *g)* Giovanni Gersen. Sein Leben und sein Werk: De imitatione Christi. Mit Facsimiles mehrerer wichtiger Codices manuscripti. (i. e. Vita et scripta Ioan. Gersen. Cum septem tabulis facsimil.) Augsburg, Liter. Inst. von Dr. M. Huttler. 1880. 8° mai.

IV. Ausgewählte Schriften des heil. Epiphanius, aus dem Urtexte übersetzt. (i. e. Scripta selecta s. Epiphanii in linguam Germ. versa.) Pertinet ad op.: Bibliothek der Kirchenväter. Kempten, sumpt. Ios. Kösel. 1880.

V. Inserit porro complures articulos operi, quod inscribitur Kirchen-Lexicon, edit. II. Freiburg, Herder.

VI. Oratio habita ad studios. iuven. c. r. gymnasii ad Scotos pro die anniversario 25. nuptiarum domus imperatricis Austriae insert. in: Gedenkblatt an die Kaiserfeier des k. k. Schotten-Gymnasiums in Wien am 24. Apr. 1879. Viennae, 1879, typis Ch. Reisser et M. Werthner, sumpt. c. r. gymn. ad Scotos.

VII. Dissertatio ad obtinendam doctoris s. theologiae in univ. Vindob. lauream: „Defensio religionis christianae per apologetas saeculi secundi.“ Ms. 4°. Adserv. in archivo facult. theol. in univ. Vindob.

Wolný Gregorius (Raigradiensis), Freibergae urbe Moraviae 20. Dec. 1792 natus et Thomas vocatus filius erat Iosephi panni textoris et Catharinae eius uxoris natae Kraus, quae marito defuncto in secundis nuptiis cum Gířiko quodam copulata fuerat. Parentes eius prolibus pluribus ditati puerulum a parvulis labori et duritiae studentem, cuius optimam indolem sat perspectam habebant, ad consilium amicorum, postquam legendi et scribendi fundamenta imbiberat, classes grammaticales patriae visitare curarunt, quas annis 1806 et 1807 absolvit. Sequentibus duobus in gymnasio ibidem humaniores frequentavit disciplinas pari cum excellenti progressu, sicuti testantur magistri eius e gremio patrum scholarum piarum. Tum evenit, ut

iuvenis 17 annorum stimulo eruendae antiquitatis ductus, casu fortuito volumen unum topographiae a Schwoy editae arriperet, quod ad extremum revolvens desiderio exarsit, ut aliquando mendas inventas corrigere sibi liceret. Quod, quam praeclaro modo postea praestiterit, fama adquisita ut Moraviae topographi declarat. Absolutis studiis humanioribus ut supra diximus Brunam se contulit philosophiae studendi causa ibique annis 1810—11 ductu celebrium t. t. professorum dd. Likawetz et Hallaschka ord. S. Ios. Calasanctii studiorum philosophicorum cursum eminenti cum progressu absolvit. Statum clericalem uti munus a Deo sibi assignatum aspirans, ad quod pia mater diu antea cor et animum filii praeparaverat, 9. Dec. 1811 ad domum clericalem Olomucii suscipi precibus enixis orabat, quibus annuente archiepiscopo Wolný in caesareo regio lyceo ibidem praelectiones theologicas ex archaeologia, exegesi, lingua Hebraica et historia ecclesiastica frequentabat per annum; tunc Brunam mense Octobri 1812 remeavit ibique per triennium in instituto theologico ceteras partes scientiae sacrae aequali industria ac summa cum laude audivit ita, ut iam primo commoratus sui anno ob eminentem progressum stipendium 100 fl. ex fundo religionis meruerit. Ad finem cursus theologiae catecheticae et methodicae operam dedit et absolutis studiis tam philosophicis quam theologicis eminenti cum profectu, exemplum viri, eadem in civitate, unde ipse erat nati Richter nostri, secutus mense Februario 1816 apud nos suscipi rogavit et obtenta desuper gubernii licentia ddo. 8. Febr. huius habitum sacrum 9. Mart. a dom. abbate Augustino Koch accepit. Absoluto novitiatu et transacto aliquo tempore ulteriorum studiorum causa Olomucii anno 1818 12. Ian. ad s. professionem admissus et Gregorius vocatus est facta prius, modo solito, donatione substantiae suae fratribus suis, in recompensationem impensarum, in eum propter studia collatarum. 29. Martii, quae fuerat Dominica in albis, ab episcopo Brunensi Stuffler in ecclesia filiali ad s. Michaelem ad presbyteratus ordinem promotus est Wolný et primitiis celebratis chori figuralis regens ob scientiam musicae, qua pollebat, denominatus. Ad petitionem consistorii Brunensis ddto. 12. Nov. 1818 in subsidium curae animarum mittitur Kanitzium et transactis ibidem aliquot hebdomadibus, quum gubernium Moraviae ddto 26. Ian. huius ab abbate nostro quaesiisset, an individua pro cathedris in instituto philosophico Brunensi idonea praesentare iam posset, sec. conventionem desuper factam ddto. 10. Sept. 1819 Gregorius noster, qui iam anno 1817 Olomutii examen ad hoc subierat una cum Benedicto Richter et Aloisio Škárka, ad hoc munus deputatur. Facultate ad docendum 25. Aug. 1820 obtenta historiam universalem et philologiam incipiente anno scholastico praelegebat et brevi post iuvenum, quos historiae amore imbuerat, coronam collectam aspexit, qui ad studium hocce promovendum organon „Taschenbuch für Geschichte Mährens und Schlesiens“ vocatum, ductore et rectore Wolný professore suo dilecto, edidere. Monographiae stirpium praeclararum variis cum dissertationibus ex historia sacra et profana, nec non disputationibus e gremio fabularum nationalium felici foedere in his plagellis coniunctae, magnum sibi lectorum

compararunt numerum atque prof. Wolný viris optimae famae, uti baroni Hormayr et patri philologiae slavicae Dobrovský notum et familiarem fecere. Quum in praelectionibus suis historicis angustum et molestum illi esset uti libris praescriptis atque acies ingenii sui hos non commodos perspiceret, praelectiones proprias in unum collectas seu librum de historia universali (Lehrbuch der allgemeinen Weltgeschichte), Viennae, 1830, typis edidit. Eodem anno maximam Moraviae partem peragravit, ubique locorum ad opera, quae parabat, silvam rerum sedula manu comparans atque continua fontium indagatione epistolarum aeque ac sermonis praesentis connexu cum viris praeclaris historiographis, Hormayer, Knoll, Boček ac Richter etc. modum optime perspectum habebat quo collectis uteretur, sicque annis 1835—1842 opus „Die Markgrafschaft Mähren topographisch, statistisch und historisch geschildert" ortum est. In hocce, in sex tomos secundum sex tunc existentes circulos distributo opere, dedicato Maecenati suo, supremo cancellariae caesareae praefecto, Antonio Friederico comiti Mittrovský, accuratam marchionatus Moraviae studiis comparatam scientiam historicam luce clarius Wolný ostendit; meritus proinde iure, ut variis societatibus eruditorum adnumeraretur. Sic iam anno 1822 Calendis Aprilis inter primarios caes. reg. societatis promovendae rei agrariae est adscitus, per celebrem Chmel magnopere commendatus; ad 29. Apr. 1840 fit membrum ad honores soc. musei patriae per Bohemiam, eodem 8. Maii membrum correspondens soc. historicae in marchionatu Brandoburgensi, 31. Oct. 1844 soc. regiae ad promovendam scientiam antiquitatis Hafniae etc. In electione abbatis anno 1832 secundum meruit locum Wolný inter candidatos quatuor, votis ipsi suffragantibus. Cum vero labefactata laboraret valetudine, iam pridem petiit, ut sibi daretur absolutio a philologia docenda, cui minus favebat, et quamvis proinde novum accidisset monasterio Raigradiensi onus sustentandi tertium Brunae professorem, votis tamen factum fuisset satis viri omnino meritissimi et opere insignis et pro patria occupatissimi, si individua idonea adfuissent pro dispositione. In hunc finem iam anno 1838 P. Iacobus Schneider se pro cathedra philologiae praeparavit, ex eaque etiam examen in universitate subivit eminenti cum progressu. Ast impeditus infirmitate, quae occupationes litterarias dissuadebat, P. Gregorius onus officii ultra sustinere cogebatur, donec Beda Dudík, tunc clericus, studia theologica absolverit; quod anno 1840 accidit, et illico Dudík loco P. Gregorii cathedram philologicam conscendit qua supplens provisorio modo pro futuro anno scholastico 1841. P. Gregorius absolutus hactenus a professura philologiae et reservata sibi sola historia universali docenda, plus perinde nactus est otii in concinnanda et elucubranda topographia Moraviae. Est autem opus hoc, de quo supra iam diximus, omnino insigne, vastum, primum, quod hucusque extat in Moravia in hoc genere completum, cum quoad partem historicam ultra 7000 instrumenta, quorum plurima incognita et excerpta e tabulis Moraviae, quorum 200 fol. nemo historicorum hucusque manu tam assidua et vigili revolvit, publici perinde iuris fecerit. Innumera quoque manuscripta collecta ei

servierunt. Uti edita 1830 historia universali, quae in plurimis institutis philosophicis et universitatibus pro manuali praelectionum adoptata est, sibi in orbe litterario nomen et honorem comparavit, ita dicta topographia statistico-historice elucubrata Moraviae, aeternum sibi posuit monumentum. Finito anno scholastico 1842 Wolný etiam a professura historiae universalis absolutus est; 22 annos exantlavit qua professor, honori monasterii et auditorum omnigenae utilitati intentus. Intenderat insuper topographiam ecclesiasticam Moraviae typis edere, accepto hunc in finem facultate e tabulis Moraviae et registratura gubernii notitias excerpendi; quae acta quum difficulter ad monasterium admitterentur, Brunae per tempus in nostra residentia degerat. Incipiente anno 1843 iterata vice totam peragravit Moraviam, in urbibus praecipuis diutius commorans ad eruendos ex archivis ibidem existentibus novos fontes pro novo vastae eruditionis opere, quod moliebatur: „topographia ecclesiastica". Est haec vero tabularium seu thesaurarium historiae Moravicae comprehendens in 8 tomis silvam rerum historicarum, et vere mirabilis numerus litterarum ibi contentarum. Sic ex. gr. Wolný scribit 19. Iul. 1849 abbati Kremsirio, se 5000 regesta archivi, quod ibi est, excerpsisse et in archivo capituli Olomucensis 1560 litteras pertractasse; unde etiam munificentia archiepiscopi cardinalis de Somerau-Beckh, quibus opus habebat, Raigradium ei mittebantur. Comparatis omnibus domum se contulit 1847, munere subprioris domus et officio magistri novitiorum insignitus. Factus iam 1. Iul. 1847 membrum ad honores societatis historiae Karinthiae, sequenti 26. Ian. 1848 denominatur a sua caesarea maiestate membrum correspondens classis philosophicae historicae caes. reg. academiae scientiarum Viennae (diploma ddto. 31. Dec. 1852), et 14. Iul. 1849 facultas philosophica universitatis Pragensis, exactis centum lustris natalium suorum, eundem artium liberalium et philosophiae doctorem renuntiavit. Quum post obitum archivarii Boczek status Moravici eodem anno relictam huius viri collectionem historicam comparare intendissent, Gregorium membrum commissionis aestimationis fecerunt, quod munus honorificum Wolný, aliter nimis occupatus, deprecatus est. Anno 1850 28. Febr. Wolný eligitur membrum sectionis historico-statisticae Brunae, sequenti sedulo perlustrat archivum terrae Moravicae ibidem et incipiente anno 1855, non obstantibus laboribus officii sui domestici, „topographiam ecclesiasticam" publici iuris fecit. Totum opus in duas dioeceses partitus, singulis annis perinde uno tomo edito, 1864 ad felicem et peroptatum finem perduxit, cui, a duobus fratribus iunioribus suffultus, 1866 indicem generalem adiunxit. Quam acceptum opus hoc omnibus, tum eruditis, tum magistratibus civilibus aeque ac ecclesiasticis fuerit, praemia honorifica declarant Gregorio undique collata. Anno 1854 26. Nov. consiliarius titularis episcopi Brunensis fit; duobus post 2. Mart. 1856 ordine equestri Francisci Iosephi I. sollemniter decoratur, qua occasione eius quondam discipulus Dr. Allé, nomine omnium, praeclara „Oda" Latina ei congratulabatur; 1859 obtinet mandatum membri correspondentis archivi Moravici; 1860 demum fit membrum commissionis ad examen instituendum de operibus edendis occasione

anni millesimi celebrati in memoriam conversionis Moraviae ad fidem catholicam. Et quum Wolný post peractam professionem iubilaeam 18. Ian. 1868, quam sollemnitatem P. Sarcander Navrátil praeclaro encomio celebravit, 5. Apr. sacerdos iubilaeus stetisset ad aram, novis auctus honoribus: consiliarii scilicet actualis consistoriique Brunensis assessoris (21. Mart. 1868), suae caes. reg. maiestatis consiliarii et urbis patriae Freibergenis civis ad honores. Illi nec opinanti, discipuli laetitiam praegrandem obiecere tradendo „album" plus 700 imagines photographicas continens. Abhinc dilectus confrater noster Wolný, studia historica ut dilectam Rachelem semper amplectendo, verbo exemploque iuniores ad pietatem incitando vitam veri religiosi victitans, supernam nonnisi anhelabat patriam, struens sibi viam ad transmigrandum continuis precibus et observationibus misericordiae divinae. Dominica palmarum 1871 infausto casu fregit crus et accedente lento marasmo senili placide animam Deo reddidit 3. Maii in festo inventionis s. crucis, quam speciali modo colebat et amplectabatur. Vitam Gregorii Wolný, rerum gestarum gloria insignem, quam ex parte „Slovník naučný" adumbravit, opere diffuso ut meretur, describendam Deo favente proxime conabimur. Quae ei ex sumptibus propriis supererant modo honorifico, pie atque perhumaniter elargitus est. Anno 1840 ex propriis 100 fl. ad augendum fundum gymnasii patriae Freibergae contulit, cui 1844 summam 200 fl. adiunxit, insuper ubique locorum pauperum studentium indigentias larga quidem sed plerumque occulta manu sublevat et 30. Sept. 1851 pecunia 400 fl. in piam patris et matris memoriam fundationem missarum Wolný penes ecclesiam Freibergensem instituit.

Syllabus operum Wolný publici iuris factorum:

A) In „actis publicis" et ephemeridibus publicata fuere: *a)* in „archivo" ab Hormayr edito variae disputationes historicae, uti de litteris fundationis mon. Raigr. etc.; *b)* inter publicata per academiam scientiarum Viennensem eius opera inveniuntur et quidem:

I. In „Sitzungsberichte" (relationes sessionum) classis philos. historicae: *a)* Bericht über Chr. d'Elvert's Geschichte und Beschreibung der Kreis- und Bergstadt Iglau in Mähren und dessen historische Litterargeschichte von Mähren und österr. Schlesien. (i. e. Recensiones ac relationes de operibus publicatis per Chr. d'Elvert: „Historia Iglaviensis" et „Historia litterariae Moraviae.) Tom. 6 de anno 1851. p. 26—44 apud nos sub Bn. 19558. *b)* Die Markgrafschaft Mähren, annuntiatio operis. Tom. 1, de anno 1848, libellus 3. 42 p. in nostra bibl. sub Bn. 19559. *c)* Verzeichniss von Urkunden zur Geschichte von Böhmen und Mähren etc. Tomus nonus de anno 1852. p. 222 etc. sub Bn. 19558 bibl.

II. In „Archiv für Kunde der österreichischen Geschichtsquellen" (archivum fontium histor. austr.): *a)* Bericht über den historischen Vorrath im Archive des Benedictiner-Stiftes Raigern. (i. e. De adminiculis historicis, quae in Raigradiensi archivo extant.) Plag. 5, de anno 1849. p. 147—165, in bibl. nostra sub Bn. 19807. *b)* Die Wiedertäufer in Mähren. (i. e. De anabaptistis in Moravia.) Ibid. annus I. de 1850. Tom. 2. p. 67—138, apud nos Bn. 13586.

B) Opera sui iuris:

III. Taschenbuch für die Geschichte Mährens und Schlesiens, in Verbindung mit mehreren Geschichtsfreunden herausgegeben von .... (i. e. Pugillares historiae Moraviae et Silesiae dedicatae.) Tomi 3. 1826, 1827 et 1829. Brunae, typis I. G. Trassler. 8°. p. 315, 269 et 277, apud nos sub Bn. 15484. I. II. e. 24—27.

IV. Geschichte des Benedictiner-Stiftes Raigern in Mähren. (i. e. Historia Raigradiensis mon.) Pragae, J. H. Pospíšil. 1829. 4°. 31 p. in nostra bibl. sub Bn. 15041 sub I. II. c. 48.

V. Lehrbuch der allgemeinen Weltgeschichte mit steter Rücksicht auf die Fortschritte in den Wissenschaften und Künsten, mit drei synchronistisch-ethnographischen Tabellen. (i. e. Historia universalis cum 3 tabulis chronistico-ethnographicis.) Viennae, Fr. Ullrich. 1830. 8°. 572 p. in nostra bibl. sub Bn. 15963. Sign. I. II. e. 42.

VI. Die königl. Hauptstadt Brünn und die Herrschaft Eisgrub sammt der Umgebung der letzteren, topographisch-statistisch und historisch geschildert. (i. e. Descriptio urbis Brunensis nec non dominii Eisgrubensis.) Brunae, Rud. Rohrer. 1836. 8°. 147 p. apud nos Bn. 16005 sub I. II. d. 61.

VII. Die Markgrafschaft Mähren, topographisch-statistisch und historisch geschildert. (i. e. Marchionatus Moraviae, sensu topographico-statistico-historico delineatus.) Opus sex magnis tomis comprehensum. Brunae, typis Rud. Rohrer. 1835—42. 8°. 486, 434 et 587, 582, 552, 912, 770 p. Cum annexu: syllabus dominiorum et locorum 58 p. et mappa. In nostra bibl. sub Bn. 16291 nov. part.

VIII. Kirchliche Topographie von Mähren, meist nach Urkunden und Handschriften. (i. e. Topographia ecclesiastica Moraviae, eruta ex litteris et manuscriptis.) 9 tomis comprehensa. Divisio prima: archidioecesis Olomucensis tomi quinque in 8°. 454, 484, 480, 398 et 366 p. Divisio secunda: Dioecesis Brunensis, tomi quatuor in 8°. 470, 436, 512 et 362 p. Index generalis 64 p. Brunae, Fr. Gastl propriis sumptibus 1855—1861 et 1866. Apud nos sub Bn. 23818 nov. part.

C) Opera manuscripta Gregorii Wolný:

IX. Ms. eius topographiae politicae (de quo supra sub No. 5) cum multis, ab usu hucusque exclusis notis. Adservatur in 32 fasciculis in archivo Raigradiensi sub O. e. 1—5, O. f. 1—6, O. g. 1—8, O. h. 1—13.

X. Diplomata decopiata ad hist. eccl. Moraviae. Fasc. 20 in 4°. parvo, sub Msn. 668. F/K. I. c. 7—26 bibl.

XI. Catalogus diplomatum ex collectione statuum Moraviae. Ms. in 4°. in 5 fasc. sine pag. sub Msn. 669. Sign. F/K. I. c. 27—31. bibl.

XII. Auszüge aus den Landtagsschlüssen vom Jahre 1500—1700. (i. e. Extractus ex conclusionibus concilii ordinum provincialium.) Msn. 670. F/K. I. c. 32 et 32 a, duo fasc. in fol. et 4°. bibl.

XIII. Miscellanea historica in 4 magnis fasc. diversi tenoris sub Msn. 671. F/K. I. d. 1—5. Fol. bibl.

XIV. Tabulae genealogicae et successionis ad historiam Moraviae pertinentes etc. Ms. pap. in fol. in diversis ternionibus sine pag. sub Msn. 672. Sign. F/K. I. d. 6. bibl.

XV. Privilegia urbium et locorum Moraviensium. Msn. 673. Fasc. unus sine pag. sub F/K. I. d. 7. bibl.

XVI. Notata ad historiam Moraviae alphabetice congesta. Fasc. duo in fol. sub Msn. 674. Sign. F/K. I. d. 8. 9. bibl.

XVII. Registrum diplomatum et litterarum ad historiam Moraviae spectantium. Ms. in fol. mob. sec. ord. alphabeti sub Msn. 675. Sign. F/K. I. d. 10. bibl.

XVIII. Tituli obsoleti patronatus ecclesiarum Moraviae, distributi sec. decanatus. Ms. in 4°. sub Msn. 676. Sign. F/K. I. d. 11.

XIX. Registrum diplomatum et litterarum ad historiam Bohemiae. Msn. 677 sub F/K. I. d. 12. in 4°.

XX. Regesta litterarum et diplomatum chronologice ordinata. Fasc. tres de anno 824—1656, sub Msn. 678. F/K. I. d. 13—15. bibl.

XXI. Catalogi auditorum eius inde ab anno 1821—41. Ms. in 4°. sub Msn. 679. Sign. F/K. I. d. 16.

Wolter Maurus Rudolphus (abbas s. Martini de Beuron et B. Mariae Virginis de Monteserrato-Emaus), Pragae, superior general. congregationis Beuronensis. Natus 4. Iun. 1825 Bonnae in Borussia Rhenana, studiorum curriculum patriis in scholis universitateque egregie

emensus riteque philosophiae doctor est promotus Coloniae 3. Sept. 1850. Sacerdos ab emin. cardinali et archiepiscopo colon. Ioanne de Geissel ordinatus, sequenti nativitatis B. Mariae V. festivitate primam missam celebravit. Eodem anno rector constitutus progymnasii Iuliacensis (Iülich), ab anno 1854—56 professor et director ad interim gymnasii Aquisgranensis (Domschule) summâ cum laude fuit. Relicto clericorum saecularium statu sacrum b. P. Benedicti habitum induit 2. Nov. 1856 in novitiatu congregationis Cassinensis tunc Perugiae erecto, die 15. Nov. 1857 sollemnia vota emisit in urbe in monasterio s. Pauli extra muros ibidemque aliquamdiu s. theologiam docuit. Dirigente ac benedicente summo pontifice Pio IX. fel. m. in Germaniam reversus d. Maurus monasterium s. Martini Beuronae in provincia Hohenzolleriana situm, adiuvante in primis piissima et serenissima principissa Catharina de Hohenzollern, restauravit, in eoque die 24. Maii 1863 vitam monasticam prior cum sociis instituit. Crescente autem monachorum numero Romae die 20. Sept. 1868 ab emin. cardin. comite de Reisach primus Beuronensis abbas sollemniter consecratus et in festo s. Rosarii (4. Oct.) eiusdem anni Beuronae est installatus. Exul cum conventu ab anno 1875 in asylo Tirolensi prope Volders degens, a facultate theolog. universitatis Tubingensis die 10. Aug. 1877 s. theologiae doctor honoris causa creatus est. Denique abbas factus monasterii regii B. Mariae Virginis de Monteserrato-Emaus Pragae, Beuronensi conventui die 1. Febr. 1880 traditi.

Opera, quae rev. abbas scripsit, sunt fere haec:

I. Dissertatio philosophica de spatio et tempore. Bonnae, 1848.

II. Stimmen aus Rom von den Benedictinern in St. Paul. (i. e. Tractatus varii a Ben. Romae ad s. Paulum degentibus editi.) Schaffhausen, Hurter. 1859.

III. Der Gnadenort Beuron. (i. e. Peregrinatio sacra Beuronensis.) Freiburg, 1863.

IV. Gertrudenbuch oder geistliche Uebungen der heil. Jungfrau Gertrud vom Orden des heil. Benedict. (i. e. Liber s. Gertrudis.) Schaffhausen, Hurter. 1864. 2. Aufl. 1871.

V. Die römischen Katakomben. (i. e. De catacumbis Romanis.) Broschüre des Frankfurter Broschürenvereins, Jahrg. 1867. In's Englische, Französische, Spanische und Portugiesische übersetzt.

VI. Ceremoniale der heil. Profess oder Gelübdeablegung nach der Regel des heil. Vaters Benedictus in der Abtei s. Martin zu Beuron. (i. e. Caeremoniale monasticon.) Sigmaringen, Liehner. 1868.

VII. Psallite sapienter! Psalliret weise! Erklärung der Psalmen im Geiste des betrachtenden Gebets und der Liturgie. Dem Clerus und Volk gewidmet von Dr. Maurus Wolter o. s. B., Abt von St. Martin zu Beuron. Freiburg, Herder. I. Bd. (Ps. 1—35), 1871 (vergriffen, eben 2. Aufl.); II. Bd. (Ps. 36—71), 1876; III. Bd. (Ps. 72—100), 1878.

VIII. Praecipua monastici ordinis elementa. Brugae, typogr. S. Augustini. 1880.

Womatschka Othmarus (Scotensis), Viennae in Austria die 21. Dec. 1841 natus, cum bonis litteris in gymnasio Benedictinorum ad Scotos vacasset, ibidem die 15. Sept. 1861 s. habitu indutus, vota emisit sollemnia die 1. Oct. 1865. Absolutis deinde s. theologiae in univ. Vindob. studiis celebratisque die 15. Aug. 1865 s. primitiis, professorem egit supplentem linguae Germanicae in c. r. gymnasio ad Scotos, donec anno 1878 curae animarum addictus cooperator designatus est pro Zellerndorf.

Typis edidit:

I. Heinrich von Morungen, aus dem Mittelhochdeutschen metrisch übertragen. (i. e. Henrici illius poetae Morungensis carminum in vernaculum versio.) 1 vol. 8°. Ienae, 1875, typ. Eduardi Fromman.

Wülberz Stanislaus (San-Blasianus). Natus est in Esslingen in Würtembergia die 5. Nov. 1695; s. habitu indutus in divo Blasio, sollemniter professus die 17. Dec. 1713, sacerdos ordinatus mense Maio 1720. Vix trium annorum sacerdos in abbatiam assumtus, sacellani, archivarii, renovatoris et ratiocinatoris munia per decem annos magna sedulitate gessit; praepositus postea Gurtwihlensis annis septemdecim non sine oeconomiae augmento. Administrator ecclesiarum in Bonndorf per tres menses tantum, iterum ad aulam abbatialem revocatur cum titulo feudorum praepositi; altera vice administrator in Bonndorf, ibidem post tredecim menses die 2. Iul. apoplexia ad introitum Missae tactus, praesente et ultimam illi benedictionem impertiente Meinrado abbate obiit sexagenarius. Vere Stanislaus iste pater et scriptor historiae domesticae appellari meretur, ut qui ab eo tempore, quo tamquam sacellanus accessum ad archivum habuit, ad mortem usque omne tempus ab officiis sibi vacuum ad illustrandam historiam monasterii s. Blasii continuo impendit, inque eam rem triginta prope volumina aut ipse manu propria et nitido calamo conscripsit, aut ab aliis conscripta compilavit. Iussu abbatis Blasii historiam almae et archiepiscopalis universitatis Salisburgensis a Blasianis P. Romano Sedelmayr coeptam, et P. Romano Endel elaboratam et perfectam prelo commisit. P. Marquardo Herrgott in edenda sua genealogia diplomatica domus Habsburgicae auxiliatricem manum praebuit, perlustratis Helvetiae aliorumque locorum archivis et bibliothecis, e quibus magnam copiam diplomatum et monumentorum collegit, eique Viennam transmisit. Aliis insuper modis rem litterariam in s. Blasio promovere studuit, nummophylacium praesertim, cuius amorem et aestimationem abbati Francisco II. instillavit. Melioris quoque notae libros, lexica antiqua praecipue aliosque bibliothecae Blasianae importavit, pecunia eidem abbati submINistrata, quam tot annis Gurtwilae praepositus, parsimonia sua et oeconomia prudenter administrata, collegerat, vir de republica Blasiana multis titulis bene meritus.

Sequuntur eius opera manu scripta:

I. Nova incrementa congregationis San-Blasianae, seu tria monasteria s. Wilhelmi in Oberried, in Sion et in Mengen, monasterio s. Blasii incorporata 1725. Manuscriptum hoc continetur in eiusdem auctoris historia seu incrementis monast. s. Blasii; et copia eiusdem adservatur in archivo Einsiedlensi.

II. Res domi forisque praeclare gestae sub abbatibus Francisco I., Oddone, Romano, Augustino, ab anno 1638 usque 1720. Manuscript. 1726. Continet (in folio) pag. 111, et adservatur in archivo San-Paulano No. 142.

III. Brevis indiculus rerum pie feliciterque gestarum sub Blasio III. abbate ab anno 1720 usque 1727. Manuscript. 1728. Continet (in folio) pag. 74, et adservatur in archivo San-Paulano No. 143.

IV. Analecta illustrium et nobilium virorum genealogica, in quibus apparent familiae mille sexcentae octoginta, arma gentilitia ex chartis pendula eadem forma et magnitudine calamo eius depicta mille octingenta viginti quatuor. 4 volumina in folio. 1736. Manuscriptum hoc adservatur in archivo San-Paulano No. 193.

V. Breves notitiae monasterii s. Blasii in nig. silva, a Beringero I. abbate usque ad 1736 deductae. Manuscript. 1736. Continet (in folio) pag. 399, et adservatur in archivo San-Paulano No. 185.

VI. Historia seu incrementa monasterii s. Blasii, quinque tomis contenta. Historiam conscribere exorsus, illam non ordine chronologico, nec iuxta seriem rerum aut abbatum contexuit, sed per partes disputationibus variis illustravit. Sic in I. eiusdem tomo dissertationes dedit: de incrementis monasterii ex optimo abbatum regimine, de sigillis abbatum, de episcopis et abbatibus postulatis, de monachis qua litteris qua pietate illustribus. — II. tomo incrementa conscripsit ex pia fundatorum et benefactorum liberalitate profluentia; incrementa vasallorum seu curiam feudalem nobilem et equestrem; incrementa oeconomiae, emtionis et permutationis titulo acquisita. — III. tomo describit incrementa congregationis ex diversis cellis, monasteriis, praeposituris et parochiis cum catalogis priorum et praepositorum. — IV. tomo describit incrementa disciplinae monasticae, ubi de modo in suscipiendis novitiis et eorum professione observato, de lectione quotidiana ad mensam, de lotione pedum, de processionibus publicis et privatis, de candelis, lampadibus et campanis, de missis quotidianis cantatis et fundatis, de praebendis et mensa fratrum, de fratribus exterioribus, scholis et scholaribus s. Blasii copiose disseruit. — V. tomo egit de insignibus pontificalibus abbatibus s. Blasii concessis, de titulis et praerogativis abbatum, de libera eorum et advocatorum electione, de advocatia austriaca, de sacellis, altaribus, ecclesiis, indulgentiis et aliis huius modi rebus. — VI. tomo exhibet indicem locupletissimum. Manuscript. 1737. Folio. Adserv. in arch. s. Pauli No. 188, 189, 190.

VII. Codex probationum ad historiam Blasianam seu copiarium chartarum, quas quinque tomis sua manu scripsit, et ad opus praecedens, historiam quippe s. Blasii adiecit in vim probationis. I. tomus I. continet I. parte bullas pontificias ab anno 1093 usque ad 1736 num. CXXI. II. parte privilegia aliqua caesarea Latina numero XXXIII. — II. tomus complectitur chartas episcoporum, cardinalium legatorum ab anno 1114 usque 1725 numero CCXXIX. — III. tomus habet chartas officialium episcopalium, vicariorum generalium, abbatum, nec non antiquas emtionum chartas Latinas ab anno 1100 usque 1670, numero CCXXIX. — IV. tomus adumbrat chartas fundationum, donationum atque anniversariorum, ab anno 982 usque 1613, numero CCLVI. — V. tomus denique dicatus est chartis visitationum, reformationum, statutorum abbatialium, et conventus quoad disciplinam ab anno 1223 usque 1742. Opus hoc continet circiter mille chartas descriptas seu copias. Manuscript. 1742. Folio. IV tomi adservantur in archivo San-Paulano No. 191.

VIII. Analecta ad historiam San-Blasianam. In his 7 analectorum tomis, in folio ut aiunt, plurima comportavit, quae a Blasiaris et exteris in historiam coenobii s. Blasii iam scripta fuerunt, aut ad eam illustrandam quocumque modo servire possunt, adiectis tomis duobus in quarto et aliis duobus in 8°. Analectorum tomus III. et VII. adservantur in archivo monasterii Einsiedlensis in Helvetia; ceterorum tomorum fragmenta in archivo San-Paulano No. 187 adservantur.

IX. Epitome omnium rerum, quae ad notitiam domesticam monasterii s. Blasii facere possunt usque ad annum 1749, ordine chronologico digesta, nec non chartis, diplomatibus et codicibus manuscripta firmata. Manuscript. 1753, in folio. Duo volumina, qua adservantur in archivo San-Paulano No. 186; I. vol. continet p. CXIX et pertingit a pag. 1—479; II. vol. a pag. 480 —1138.

Dolendum sane est, quod ex istis voluminibus plura iam incendio ultimo perierint, aut antea distracta fuerint, tam de historia quam de analectis. Historiam tamen integram et plenam de s. Blasii coenobio successoribus reliquisse censendus est, quando ultimis vitae annis epitomen rerum Blasianarum superius sub 9. allegatam composuit, opus praeclaram et usui

accommodatum, quodque maiori iure annales Blasianos vocitare potuisset, cum revera annales sint, de anno in annum decurrentes exponant, quid a tempore Wernheri I. anno 1045 electi usque ad obitum Francisci II. anno 1747 in rebus etiam minoris momenti contigerit. Atque sic vir diligens nulli labori parcebat, ut historiam Blasianam omni ex parte redderet perfectam, eum quidem in finem et a se conceptam spem, ut alii ex suis confratribus istis suis documentis adiuti historiam monasterii s. Blasii ad leges criticae et elegantiam stili compositam tandem publicae luci redderent. Paulus Kettenacker San-Blasianus, recensens vitam Stanislai Wülberz ita eum affatur: Liceat mihi, mutato Romano in Blasianum nomine, historiographi et annalistae Blasiano in grati animi memoriam ea attribuere verba, quibus Seneca (de consolatione) Marciam laudavit, quod libros patris sui, quos de bellis civilibus conscripserat, in publica monumenta seu bibliothecas restituerit: „Optime meruisti Stanislae de Blasianis studiis; magna illorum pars arserat. Optime de posteris, ad quos veniet incorrupta eorum fides. Optime de patribus et abbatibus tuis, quorum viget vigebitque memoria, quamdiu fuerit in pretio Blasiana cognosci, quamdiu quisquam erit, qui reverti velit ad acta maiorum: quamdiu quisquam, qui velit scire, quid sit vir Blasianus.“

De manuscriptis Stanislai Wülberz consulatur „Quellensammlung der Badischen Landesgeschichte“, herausgegeben von Mone. I. Bd. 1848. p. 64—73.

Würf Placidus (Altenburgensis), Viennae in Austria die 13. Ian. 1772 natus, s. habitu die 26. Oct. 1794 indutus, sollemnia vota die 28. Mart. 1796 emisit et sacerdotio inauguratus die 1. Oct. 1797 primum sacrosanctum missae sacrificium celebravit. Variis officiis, utpote: cooperatoris in urbe Horn, ab anno 1807—20 parochi in Aigen, ab anno 1820—22 camerarii in monasterio, denique ab anno 1822—33 parochi in urbe Horn laudabiliter functus, die 8. Maii 1833 e vita discessit. Scripsit:

Ehrenkränze zu des Abtes Berthold Jubelfeste am 20. Apr. 1818. Eine Cantate. (i. e. Cantata abbati Bertholdo iubilanti dedicata.) Wien, Druck von Ghelen'schen Erben. 1818. Folio.

Wurm Ernestus (Cremifanensis), antea Franciscus, in oppido Kematen trans Trunam sito die 13. Ian. 1820 natus, absolutis Cremifani studiis die 11. Sept. 1841 s. habitu indutus theologicum quadriennium Lincii percurrit et die 27. Dec. 1845 sollemniter professus regali sacerdotio ornatus est die 18. Iul. 1846. 1846—60 in Ried, Thalheim et Weisskirchen cooperator, 1860—67 in Allhaming, 1867—76 in Sipbachzell, ab anno 1876 in Viechtwang parochus.

Hos libellos typis mandavit:

I. Geistlicher Taschenhumorist etc. von Ernest Wendelin, Priester der Linzer-Diöcese. Regensburg, 1859. Manz. 24°. VIII et 272 p.

II. Album (Prosa und Poesie), zum Besten der durch Brand Verunglückten der Stadt Braunau. (i. e. Album, cuius fructus Brunoviensibus civibus incendium passis dati sunt.) Wels, Haas. 1874.

III. Katholischer Heimatskalender für Stadt- und Dorfleute. (Calendarium.) Jahrgang 1868—1879. Wels, Haas. 8°. Singularum editionum plus quam 100.000 exemplaria typis exscripta sunt.

IV. Kurzweil-Kalender. Wels, Haas. 8°. Jahrgang 1866—79. Singulis annis 90.000 exemplaria vendita sunt.

V. Illustrirter Welser-Kalender für das Jahr 1879. (i. e. Calendarium illustratum pro anno 1879.) Wels, Birlbauer. 8°. 64 p.

VI. Baur'nleut. Gedichte in oberösterreichischer Mundart (carmina dialecto rusticorum composita) von Franz Innbach (hoc nomine carmina edita sunt). Wien, Verlag von Rosner. 1879. VII et 112 p. Druck von C. Fischer et Comp.

VII. Andenken an die 1100jährige Jubelfeier im Jahre 1877. Kurze Geschichte des Stiftes Kremsmünster. (i. e. Brevis historia monasterii Cremifanensis conscripta ad annum iubilaeum 1877.) Wels, Druck und Verlag von Haas. 8°. 16 pag.

Praeterea in libro „Lang's Hausbuch für christliche Unterhaltung", Augsburg, Schmid, Lex. 8°, hae E. Wurm narrationes continentur: *a)* Hans, der Knecht. Ein Lebensbild aus dem Dorfe. (i. e. Enarratio cuiusdam famuli rure degentis.) Tom. II. 138 p. *b)* Des Bettlers Prophezeiung. Siebenbürgische Sage. (i. e. Vaticinium mendici.) Tom. V. 446 p. *c)* Zwei Baumeister. Gedicht. (i. e. Carmen de duobus architectis.) Tom. III. 132 p. *d)* Der zahlende Tag. Dorfgeschichte. (i. e. Dies retributionis.) Tom. VI. 46 pag.

Zatočil Ioannes (Emautinus Montserratensis), Bohemus Pragensis, natus 1735, professus 1753, presbyter ordinatus 1758, concionator Germanicus in Monte Mariano Emautino Bezdiez, mortuus 1798, in iubilaeo Montis Mariani Emautini Bezdiez anno 1766 typis edidit concionem Germanicam, quam habuit, expensis comitis Vincentii de Waldstein:

Predigt am Jubelfeste auf dem Berge Bösieg im Jahre 1766 bei feierlichem Andenken der vor einem Jahrhunderte überbrachten gnadenreichen Bildniss Maria von Montserrat. Altstadt Prag, 1766. In bibliotheca Emautina XIV. 100. M.

Zauchenberg Maurus (Lambertinus), natus est in parochia Aflenz in Styria monasterio s. Lamberti incorporata 12. Aug. 1740, in quo habitum nigrum induit 5. Mart. 1758 et vota sollemnia emisit 11. Mart. sequentis anni. Absolutis in ipso monasterio studiis et celebratis 7. Oct. 1764 primitiis in cellis B. V. factus est praeses congregationum in monasterio 1783, dein parochus in Kirschegg 1788. Resuscitato monasterio reliqua vitae apud suos confratres in Veitsch transegit, ubi obiit 16. Apr. 1812. Edidit:

Trauerrede auf den Weyland hochwürdigen, hochedelgebornen, hochgelehrten Herrn Herrn Matthäus des uralten und berühmten Stiftes und Klosters Admont würdigsten Abt, Ihro röm. kais. kön. apost. Majestät Rath etc. etc., dessen feierliches Leichenbegängniss in gedachter Stiftskirche den 19. May 1779 gehalten worden. (i. e. Oratio funebris in Matthaeum abbatem Admontensem.) Klagenfurt, gedruckt bei Ignatz Aloys Kleinmayer. Fol. 25 p.

Zbonek Martinus (Emautinus-Montserratensis), Bohemus Vlachobřezensis (Wallisch-Birken), natus 1807, professus 1833, presbyter ordinatus 1834, gymnasii Augustae Vindelicorum ad s. Stephanum, quum ibi Benedictini Austriaci docere coeperunt, professor gymnasii superioris, postea professor classium humaniorum gymnasii Benedictini Emautini Klatoviae emeritus, mortuus est 1856.

I. In annalibus gymnasii Augustae Vindelicorum typo editis scripsit dissertationem de prospere legendis auctoribus Romanis et Graecis lingua Germanica seu litteras invitatorias ad distribuenda praemia in regio catholico gymnasio ad s. Stephanum in fine anni scholastici 1840—1841 Augustae Vindelicorum. Biblioth. Emautina minor XII. 1. 10: „Von der Lectüre. Einladungsschrift zur Preisevertheilung am königl. katholischen Gymnasium zu St. Stephan am Schlusse des Studienjahres 1840—41." Augsburg.

II. Klatoviae anno 1853 in annalibus gymnasii typo editis scripsit lingua Germanica dissertationem „quam vim habeant studia antiquorum

auctorum ad studiosam iuventutem pietate et virtute excollendam". — Ueber den Einfluss des altklassischen Studiums auf religiös-sittliche Bildung der studirenden Jugend. Programm des Gymnasiums zu Klattau 1853. Klattau, 1853. Biblioth. Emaut. minor XII. 1. 3.

Zechner Norbertus (Lambertinus), natus est in Trofaiach Styriae 6. Oct. 1851. Sacrum ordinis Benedictini habitum induit 7. Sept. 1872 in monasterio ad s. Lambertum in Styria, ubi vota simplicia professus est eodem die sequentis anni, sollemnia vero 29. Sept. 1876, postquam, absolutis studiis theologicis partim in univ. Graecensi partim in monasterio Admontensi, iam antea (17. Apr. 1876) primum Deo sacrificium laudis obtulit in ecclesia ipsius monasterii. Exinde fungitur munere bibliothecarii in monasterio. Ab anno 1877 insuper occupatur qua magister in gymnasio privato monasterii Lambertini, et 1878 praefectura convictus ipsi collata est.

Typis dedit:

Zur Geschichte der Franzoseneinfälle in Steiermark mit besonderer Rücksicht auf Mariazell. (i. e. De invasionibus Franco-Gallorum in Styriam cum speciali respectu ad regionem Cellensem.) S. Steirischer Volkskalender, 9. Jahrg. Graz, 1879. 4°. p. 53—64. Ipse quoque, quae monasterium Lambertinum tangunt, praesenti operi de scriptoribus o. s. B. imperii Austriaci inseruit.

Ziegler Adalbertus (Cremifanensis), antea Ioannes, Austriacus Cremifanensis, die 20. Apr. 1845 natus, studia gymnasialia Cremifani, theologica in instituto domestico ad s. Floriani absolvit, s. habitu indutus 4. Sept. 1863, sollemniter professus die 5. Sept. 1867, ordinatus 26. Iul. 1868. 1868—71 adiunctus archivarii et 1870 per tempus provisor in monte s. Magdalenae; 1871—73 in univ. Vindob. studiis geographicis et historicis nec non litterarum Germanicarum vacavit, ab anno 1874 c. r. gymnasii professor et ab anno 1875 simul in convictu praefectus.

Extat eius dissertatio:

Die politische Seite der Regierung des Kaisers Claudius I. mit Kritik der Quellen und Hilfsmittel. (i. e. Regiminis Claudii I. imperatoris pars politica et civilis cum critica fontium.) Pars prior. Gymnasialprogramm 1879. Linz, Druck der k. k. Hofbuchdruckerei von J. Feichtingers Erben. 8°. 52 p. Verlag der Direction. Pars altera, ibid. 1880. Idem scripsit plures recensiones librorum historicorum, quas vide in ephemeride: „Litterarisches Centralblatt".

Ziegler Gregorius Thomas (Wiblingensis), in oppido Sueviae Kirchheim die 7. Mart. 1770 natus, die 26. Apr. 1791 in celeberrimo monasterio Wiblingen anterioris Austriae regulam s. Benedicti sollemniter professus et die 25. Maii 1793 sacerdotali dignitate auctus est. Per septem annos poesin et linguam Graecam iuvenes docuit, primum in ipso monasterio, deinde Constantiae, denique Friburgi in Brisgovia. Suppresso monasterio et repudiata professura in terra patria cum pluribus fratribus Tynecum in Polonia situm demigravit, ubi in antiquo ordinis nostri monasterio sedem fixit, sed paullo post adventum docendi munus in univ. Cracoviensi auspicatus est. Cum vero Cracovia urbs Austriacae ditionis esse desiisset, in lyceo Linciensi historiae ecclesiasticae professuram obtinuit. Postea, ut theologiam dogmaticam doceret, ad universitatem Vindobonensem translatus, anno vero 1822 episcopus Tarnoviensis designatus et die 29. Iun. eiusdem anni Vindobonae sollemniter unctus et consecratus est. Anno 1827 episcopus Linciensis nominatus die 9. Sept.

eiusdem anni maxima cum sollemnitate in sedem episcopalem Lincii introductus est. Per quinque lustra episcopus in exercendo pastorali munere zelosissimus et monasteriorum fautor praecipuus ordini s. Benedicti usque ad mortem addictissimus mansit, ordinis nostri decus vere praedicandus. Pie in Domino obiit die 15. Apr. 1852.

Huius reverendissimi viri scripta sunt haec:

I. Opera eius, quae pro erudiendis in scholis iuvenibus conscripsit: „Institutiones artis poeticae“ et „Die Geschichte des Hauses Habsburg“ (i. e. Historia dynastiae Habsburgicae), quamquam typis vulgata nunquam sunt, tamen in gymnasiis, Wiblingensi, Constantiensi et Friburgensi ad praelectiones crebro usurpabantur.

Typis excusa prodierunt:

II. Rede über die Einführung der erblichen Kaiserwürde Oesterreichs. (i. e. Oratio habita eodem anno, cum Austria imperium hereditarium proclamatum esset.) Günzburg, 1804. J. Beyer.

III. Positiones et compendium theologiae moralis. Constantiae, 1805.

IV. Litterae pastorales editae ab Andrea Rava Gawronski, episcopo Cracoviensi ad universum clerum praemisso decreto caes. regio de 29. Apr. 1802. Cracoviae, 1808.

V. Oratio funebris in exequiis illustriss. et excellentissimi dd. Philippi, comitis de Swarts-Spork, supremi appellat. tribunalis praesidis. Cracoviae, 1809, apud G. Trassler.

VI. Die gute Sache der deutschen Hierarchie bei Deutschland's Wiedergeburt. (i. e. Iustissima causa hierarchiae Germanicae in regeneratione Germaniae.) Augsburg, 1815.

VII. Die Feier der heil. Firmung in der katholischen Kirche. (i. e. De ritibus, qui in ecclesia catholica in administrando s. sacramento confirmationis observantur.) Wien, A. Doll. 1817. 8°. 235 p.

VIII. Oratio academica de rationalismo theologico etc. evangelicae et reformatae ecclesiae pariter adversante. Viennae, 1818. 8°.

IX. Institutiones theologiae dogmaticae Engelbert. Klypfel. II. partes quartis curis revisae. Viennae, apud J. G. Binz. 1819—21.

X. Acta et scripta Engelberti Klypfel, theologi Friburgensis. 1820.

XI. Predigt über den Werth des Alters im Christenthume, gehalten bei der Jubelfeier des Probstes zu Klosterneuburg, Gaudentius Dunkler. (i. e. Oratio sacra de dignitate senectutis in christiana religione.) Wien, G. Ueberreuter. 1821. 8°. 20 p.

XII. Das katholische Glaubensprincip aus der Geschichte der christlichen Offenbarung nachgewiesen. (i. e. Principia fidei catholicae demonstrata ex historia revelationis christianae.) Wien, Ant. Schmid. 1823. 8°. 293 p.

XIII. Litterae pastorales Gregorii Thomae, episc. Tynecensis ad clerum Tynecensem et ad suos olim auditores. Vindobonae, 1824. 8°. 153 p.

XIV. S. Petrus primus christianorum sacerdos lapsus et velociter surgens pia meditatione, quales esse debeant ministri, verbis docuit et actibus. Tarnoviae, 1825. 8°. 43 p.

XV. Litterae pastorales occasione iubilaei universalis editae 1826. Tarnoviae, typis Ios. Karnstädt. 122 p.

XVI. Hirtenbrief 1827. (i. e. Litterae pastorales.) Wien, 1827. 96 p.

XVII. Hirtenbrief in Betreff des Leopoldinen-Vereins im Jahre 1829. (i. e. Litterae pastorales de promovenda causa societatis s. Leopoldi.) Linz, 1829. 2°. 6 p.

XVIII. Rede gehalten zu Olmütz 12. Iuni 1831, als am Tage der 7. Säcular-Einweihung der dortigen Metropolitankirche. (i. e. Oratio habita in sollemnitate VII. iubilaei consecrationis ecclesiae metropolitanae Olomucensis.) Brünn, Joh. Gall. 1831. 8°. 26 p.

XIX. Hirtenbrief. vom 12. Febr. 1837. (i. e. Litterae pastorales.) Linz. 2°. 9 p.

XX. Hirtenbrief bei der Feier des Jubiläums 1833. Ein vollkommener Unterricht über den Ablass. (i. e. Litterae pastorales ad sollemnitatem iubilaei 1833. Continent doctrinam de indulgentia.) Linz, Joh. Huemer. 1833. 8°. 92 p.

XXI. Predigt bei den feierlichen Exequien für weil. Se. Majestät Franz I. (i. e. Oratio funebris habita in sollemnitate exequiarum pro imperatore Francisco I.) Linz, Joh. Huemer. 1835. 8°. 31 p.

XXII. Züge und Schilderungen aus dem Leben des sel. Sebastian Franz Job, Beichtvaters der Kaiserin Carolina Augusta. (i. e. Vita S. F. Job, quondam confessarii imperatricis Car. Augustae quibusdam lineamentis adumbrata.) Linz, Joh. Huemer. 1835. 8°. 184 p.

XXIII. Sechzehn Thesen, welche der Erzbischof Clemens August seinem Clerus zu unterzeichnen vorgelegt hat, mit den Einwendungen gegen dieselben und der katholischen Dogmatik verglichen. (i. e. 16 theses, quas Clemens Augustus archiepiscopus clero suo subscribendas proposuit, cum exceptionibus contra easdem factis et cum dogmatica catholica collatae.) Linz, Joh. Huemer. 1838. 8°. 102 p.

XXIV. Hirtenbrief vom 30. November 1839. (i. e. Litterae pastorales.) Linz, 1839. 8°. 15 p.

XXV. Oratio habita ad capitulum Cremifanense die 22. Sept. 1840. Lincii, 1840. 8°.

XXVI. Hirtenbrief veranlasst durch das vom P. Pius IX. ausgeschriebene allgemeine Jubiläum. (i. e. Litterae pastorales occasione universalis iubilaei a s. Papa Pio IX. 1846 promulgati editae.) Linz, J. Huemer. 1847. 8°. 48 p.

XXVII. Betrachtungen über religiöse Gesellschaften in Verbindung mit den weltlichen Staaten oder über Religion, Kirche und Staat in freundlicher Verbindung. (i. e. De concordia ecclesiam inter et civitatem.) Linz, J. Huemer's Witwe. 1849.

XXVIII. Der Glaube an Gottes Wort bahnt den einzig sicheren Weg zum Himmel. (i. e. Demonstratur viam ad coelum per solam fidem aperiri.) Linz, J. Huemer's Witwe. 1850. 12°. 50 pag.

XXIX. Katechismus der den ersten Menschen bis auf Christi Geburt gegebenen Offenbarungen Gottes. (i. e. Catechismus revelationum Dei hominibus usque ad Christi nativitatem patefactarum.) 2 Theile. Linz, 1850. 8°.

XXX. Verba salutis scripta ad venerabilem suum clerum. Lincii, typis Ioann. Huemer. 1843. 35 pag.

Praeterea in „Frint's Theologische Zeitschrift", I. Jahrg. p. 191—247, II. Jahrg. p. 376—382, IV. Jahrg. p. 271—308, plures eiusdem tractatus theologici, praesertim de s. sacramento Poenitentiae, inveniuntur.

Zingerle Pius (Mariaemontanus), natus Meraniae 17. Mart. 1801, peracto in urbe patria gymnasii ac Oeniponte philosophiae nec non biennali theologiae curriculo egregia ubique tum progressus tum morum laude die 27. Iul. 1820 legitime susceptus et 15. Oct. e. a. ordinem est ingressus. Die 20. Oct. 1822 vota sollemnia emisit, 4. Apr. 1824 Brixinae sacerdos sacratus 19. e. m. primam Deo incruentam hostiam obtulit. Exinde deducto sexennio, quo in animarum curam in Platt et ad s. Martini in Passyria summa diligentia incubuit, in gymnasio Meranensi usque ad annum 1862 adolescentibus instituendis totum se tradidit simulque ab anno 1852 summa cum laude gymnasio et professorum collegio praefuit. In linguis et litteris populorum Semiticorum, praesertim Syrorum, investigandis assiduam collocavit industriam. Quare ineunte anno 1862 a beatissimo Patre Pio IX. Romam est vocatus ibique in archigymnasio (Sapienza) per septem spatia semestria linguam Arabicam publica auctoritate tradidit. Sed cum caelo Romano adsuescere non posset, ad monasterium suum reversus ac subprioris dignitate ornatus usque ad 1878 clericos nostros theologicas docuit disciplinas. Votis sollemnibus 28. Oct. 1872 renovatis iubilaeum sacerdotale 6. Apr. 1874 sollemniter celebravit. Hic vir quanta sibi merita de publica iuvenum institutione et de humani-

tatis ac litterarum studiis conciliaverit, comprobatur titulis insignibus, quibus tempore procedente est ornatus. Titulorum autem verba haec sunt: „Doctor theologiae et philosophiae, lector approb. theologiae, gymnasii director emeritus, eques c. r. ordinis Franc. Ioseph., membrum ordin. societatis Germanico - Oriental. Lipsiae, membrum corresp. c. r. academiae scientiarum Viennae, consiliarius scholast. honor., consiliarius episcop. Brixinensis, examinator pro approbat. confessariorum dioec. Tridentinae, consultor S. C. de propaganda fide pro negotiis ritus Orientalis, bibliothecae vaticanae scriptor.“

Neque minus huius viri praestantiam testantur opera multa et praeclara ab eo composita:

I. Aechte Akten heil. Martyrer des Morgenlandes. Aus dem Syrischen übersetzt. (i. e. Acta genuina ss. martyrum Oriental. ex Syriaco conversa.) 2 vol. 8°. Oeniponte, typis Wagner. 1836.

II. Ausgewählte Schriften des heil. Ephräm. Aus dem Griechischen und Syrischen übersetzt. (i. e. Opera selecta s. Ephraim Syri ex Graeco et Syriaco conversa.) 6 vol. 8°. Oeniponte, typis Wagner. 1837. Nova edit. Augustae Vindel. 1847.

III. Ephräms Reden wider die Ketzer. Aus dem Syrischen. Im 38. Bd. sämmtl. Werke der heil. Väter. (i. e. Orationes s. Ephraim contra haereticos. Ex Syriaco conversa. In vol. 38. operum omnium ss. Patrum.) Campoduni.

IV. Harfenklänge vom Libanon. Aus dem Syrischen übersetzt. (i. e. Soni polichordi ex Libano. Ex Syriaco conversa.) 8°. Oeniponti, typis Fel. Rauch. 1840. 158 p.

V. Zusprüche Jesu an jede gläubige Seele. Aus den latein. Schriften des Karthäusers P. Joh. Lansperg. (i. e. Exhortationes Iesu. Ex opere Latino P. Ioann. Lansperg Carthus.) 8° min. 1 vol. Oeniponte, typis Fel. Rauch. 1836. 226 p.

VI. Handbüchlein zu einem frommen Leben und seligen Tode. Aus den latein. Schriften des Karthäusers P. Joh. Lansperg. (i. e. Libellus manualis ad beate vivendum et moriendum. Ex op. Latino P. Ioann. Lansperg Carthus. conversa.) 8° min. Oeniponte, typis Fel. Rauch. 1840. 274 p.

VII. Gedichte. (i. e. Poëmata.) 8° min. Oeniponte, typis Fel. Rauch. 1843. 452 p.

VIII. Festkränze aus Libanons Gärten. Aus dem Syrischen übersetzt. (i. e. Serta festiva ex hortis Libani. Ex Syriaco conversa.) gr. 8°. 2 vol. Villingae, typis Foederer. 1846. 400 p.

IX. Marien-Rosen aus Damaskus. (i. e. Rosae Damascenses Mariae dicatae.) Aus dem Syrischen übersetzt. 12°. Innsbruck, bei Wagner. 1853. 124 p. Neue Ausgabe. Augsburg, 1855.

X. Leben und Wirken des heil. Simeon Stylites. Aus dem Syrischen. (i. e. Vita et labores s. Simeonis Stylitae.) 8° min. Oeniponte, typis Fel. Rauch. 1855. 318 p.

XI. Gedichte. (i. e. Poëmata.) 12°. Moguntiae, apud Fr. Kirchheim. 1860. 100 p.

XII. Communionbuch. (i. e. Liber ad s. synaxin devote peragendam compositus.) Friburgi, 1860.

XIII. Reden des heil. Ephräm über Selbstverleugnung und einsame Lebensweise. Aus dem Syrischen. (i. e. Sermones s. Ephraim [ex Syriaco convers.] „de sui abnegat. et vita solitaria“.) 8°. 1 fasc. Oeniponte, typis Wagner. 1871. 92 pag.

XIV. Chrestomathia Syriaca cum indice vocabulorum. 8°. Romae, typis S. C. de propaganda fide. 1871.

XV. Ausgewählte Schriften des heil. Ephräm des Syrers. Aus dem Syrischen und Griechischen übersetzt. (i. e. S. Ephraim Syri opera selecta. Ex Syriaco et Graeco conversa.) 8° min. 3 vol. Campoduni, apud Ios. Koesel. 1876.

XVI. Zwei Briefe des Clemens von Rom an die Jungfrauen. Aus dem Syrischen. (i. e. Clementis Rom. epistolae duae ad virgines.) Viennae, 1828.

Praeterea tractatus varios scripsit, carmina plurima, quibus dies festi celebrabantur, composuit, et plura opera minoris voluminis e sermone Gallico, Hispanico, Portugalico et praesertim Italico convertit et typis exscribenda curavit.

Zirwik Michael (a s. Petro Salisburgi), Austriacus ex Handenberg natus

15. Ian. 1840, absolutis Salisburgi gymnasii disciplinis, novitius 24. Sept. 1866, emissis votis simplicibus Romam missus, ut in collegio s. Anselmi studiis theologicis vacaret, post biennium expetitus in montem Cassinum transmigravit, ibi in seminario linguam Graecam docturus. Neapoli 26. Iul. 1870 presbyter ordinatus sequenti anno redux, studiis theologicis Salisburgi et philologicis in univ. Oenipontana absolutis, professor in collegio archiep. s. Caroli Borromaei constitutus est. Scripsit:

I. Alcune considerazioni intorno al vocalismo greco con stretta attenenza alla teoria dell' aumento e raddoppiamento. Impressum in Rivista filologica letteraria publicata da F. Corazzi, Ad. Gemma, B. Zandonella vol. 1. p. 321—331. Verona 1871.

II. Studien über die in den Epen des Homer vorkommenden Nominalstämme auf i und v. Programm des f. e. Borromäums. (Tractatus philologicus.) Salzburg, Zaunrith. 1875. 8°. 68 p.

III. Grundzüge einer wissenschaftlichen Grammatik der griechischen Sprache. Programm des f. e. Borromäums. (i. e. Grammaticae Graecae fundamenta.) Salzburg, Zaunrith. 1878. 8°. 118 p.

Zitterhofer Ambrosius (Scotensis), Viennae in Austria die 21. Maii 1824 natus, cum gymnasii studia apud Benedictino-Scotenses absolvisset ibidemque s. habitu die 21. Sept. 1842 esset indutus, vota emisit sollemnia die 28. Sept. 1845 necnon emenso in univ. Vindob. s. theologiae cursu primam Deo optimo obtulit hostiam incruentam die 1. Aug. 1847. Statim deinde curae animarum admotus, cum auxiliarium egisset in suburbio Vienn. dicto Campo Scotorum ac deinde cooperatorem in Eggendorf, Stammersdorf et Gumpendorf, ao. 1861 in monasterium redux susceptos novitiorum magistri et clericorum rectoris necnon bibliothecarii et ceremoniarii rev. d. abbatis partes egregie tuitus est usque ad annum 1869, quo parochi munere in Watzelsdorf iam per unum annum functus, parochus in Kl. Engersdorf est designatus, quam provinciam usque adhuc sustinet.

Typis edidit:

I. Zur Secundizfeier Sr. Hochwürden des Herrn P. Severin Fabo, Pfarrers zu Eggendorf im Thale, am 18. Apr. 1852. (i. e. Carmen festiv. pro secundit.)

II. Conciones: Predigt am Feste des heil. Leopold in der Collegiat- und Stadtpfarrkirche des reg. lat. Chorherrenstiftes des heil. Augustin zu Klosterneuburg am 15. Nov. 1864. Korneuburg, typis Fr. Kühkopf. — Predigt am Patronatsfeste des Kranken- und Pensions-Institutes für Handlungscommis in Wien. Viennae, 1868, typis congr. Mechith.

III. Gedenkbuch der Pfarre Kl. Engersdorf. (i. e. Commentarium de fatis rebusque parochiae Engersdorf Minor. diligentissime exaratum.) Ms. in 4°. Adserv. in archiv. parochiae Engersdorf Minor.

Zobel Placidus (Mariaemontanus), natus in Schwaz 30. Dec. 1750, studiis gymnasiasticis Salisburgi, philosophicis Oeniponte absolutis 15. Oct. 1768 ordinem ingressus est. Vota sollemnia 1. Nov. 1769 emisit, sacerdos initiatus est 26. Dec. 1773. Finitis mox studiis erudiendae studiosae iuventuti et in monasterio et Merani adhibitus ipse poëta et orator celeber adeo excelluit, atque de se omnes bene sperare fecit, ut 12. Aug. 1782 infula abbatiali sit decoratus. Sed sarcina haec fuit tot aerumnis infarta, ut post omnigenas temporis iniurias, post suam ipsius suorumque ex monasterio eiectionem, post suae supellectilis Sebati (Schwaz) conflagrationem etc. demum a quadriennio sui impos anno aetatis 65. 29. Ian. 1815 Merani s. ex-

trema unctione inunctus assistentibus confratribus ad meliorem patriam abierit. Epitaphium eius haec habet verba: „Vir nitidi ingenii, litteris humanis apprime excultus, sub quo monasterium 1807 a regim. Bavar. eiectis monachis expilatum fuit. Ipse aerumnis confectus obiit.“

Reliquit manuscriptum magna cum industria collectum, cui titulus:

Die Aebte des Benedictiner-Stiftes Marienberg in Tirol. (i. e. Series abbatum monasterii Mariaemontani o. s. B.) In chronologischer Ordnung, nebst einigen merkwürdigeren Begebenheiten. 1799. Ms. 24 p. in folio. In bibliotheca monast. adserv.

Zöhrer Pius Carolus (Scotensis), Langenlois in Austria die 16. Aug. 1850 natus, cum gymnasii studia apud patres piarum scholarum Cremisae absolvisset, die 21. Sept. 1869 ad Scotos Viennae s. habitu indutus, sollemniterque professus est die 28. Sept. 1873. Emenso s. theologiae in univ. Vindob. cursu celebratisque die 2. Aug. 1874 s. primitiis, lauream theologicam obtenturus anno 1877 conscripsit dissertationem:

De ortu, statu et meritis congregationis Cluniacensis. Ms. Fol. Adserv. in arch. facult. theol. Vindob.

Zsoldos Franciscus Xaverius (de s. Monte Pannoniae), Papae com. Veszprém. in Hungaria die 9. Dec. 1743 natus, vota sollemnia die 21. Dec. 1763 emisit et die 20. Maii 1770 presbyter ordinatus est. 1802—1804 provisor domus in s. monte, 1804—10 administrator parochiae in Varsány, 1810—12 spiritualis in s. monte, 1812—1813 superior Papae, ex eo iterum spiritualis in s. monte usque ad annum 1819, quo anno die 12. Dec. vita decessit.

Scripsit:

I. A törödelmes szívü bünösökért siránkozó és az ő híven tisztelő fiait és leányait vigasztaló szűz Máriának magasztalása, mellyet a kis-dömölki sz. templomban 1780-ik esztendőben élő nyelvvel hirdetett t. Zsoldos Xaver. (Laus B. M. V.) Sopronban. 1781. Sziesz Jósef J. által. 2°. 19 p.

II. Preces quotidianae ad B. Virginem Mariam Thaumaturgam Dömölkiensem. Iaurini. Streibig. 1781. 4°. 8 p.

III. Compendium theologiae christianae dogmatico-moralis pro examine ad audiendas confessiones. 1778. Ms. Adserv. in bibl. centrali in s. monte. 4°. 102 p.

IV. Collectio iucundorum, utilium cet. Xav. Zsoldos. 1 tomus minores tum Xaverii Zsoldos, tum aliorum dissertationes, orationes, carmina cet. continens. Adserv. ibidem.

Zuber Martinus (Murensis), natus Solodori in Helvetia 1727 et professus 1749, fuit parochus Buenzensis 1756—60. Obiit die 10. Aug. 1780.

Ex scriptis eius superest:

Obeliscus anonymo Murensi sacer, ex actis suis gestis Tschudianis ineditis e codice Angelomontano manuscripto combinatis et aliis quorundum monumentis vel ineditis ex manuscripto Heremi B. V. codice vel editis eorum qui de rebus helveticis scripsere et demum ex eodem Angelomontano codice manuscripto eorum occasione fideliter transsumptis, iussu et dispositione illustr. et rev. S. R. I. principis abbatis Bonaventurae II. in perpetuum illius fidei et auctoritatis monumentum erectus. 1777. Fol. in 8 partes divisus, ultra 600 p. in archiv. Argov.

Zusner Romanus (Ossiacensis). Natus 19. Apr. anno 1719 ignoto Carinthiae loco, die 11. Iul. 1739 in monasterio Carinthiae Ossiacensi vota sollemnia nuncupavit, anno 1748 in univ. Salisburgensi professoris philosophiae theoreticae, quam vocant, munus suscepit, anno scholastico 1750 exeunte in monasterium reversus, die

29. Maii 1753 abbas est electus, cui dignitati, ultimus abbas Ossiacensis, praefuit usque ad annum 1783, quo anno monasterium illud Carinthiae pervetustum iussu imperatoris Iosephi II. extinctum est. Romanus miserandae monasterii sui sorti quinque annis superstes die 19. Iul. 1788 pie obdormivit in Domino. Scripsit:

I. Epitome philosophiae rationalis. Salisburgi, 1749. 4°.

II. Praeiudicium ad regulas logico-criticas depositum. Ibid. 1749. 4°.

III. Principium iudicii veri, seu ratio sufficiens. Ibid. 1749. 4°.

IV. Qualitas sensibilis mechanice explicata. Ibid. 1750. 4°.

V. Commercium corpus inter et animam philosophice expensum. Ibid. 1750. 4°.

Zwettler Theodorus (Scotensis), Weitra in Austriae inferioris oppido natus 5. Iun. 1759 et propter sonoram vocis suae dulcedinem in convictum, quo iuvenes ecclesiae ad Scotos cantores educabantur, est receptus, ita ut in litteras etiam humaniores ibidem incumbere posset. Hac quinquenni consuetudine tantum rerum et instituti ad Scotos concepit amorem, ut absolutis laudabiliter in univ. Vindob. philosophiae studiis in monasterium B. M. V. ad Scotos suscipi supplex fieret. Unde 28. Oct. 1778 dato habitu religioso voti damnatus 8. Iun. 1783 sollemni iureiurando tempus in omne se Deo mancipavit, cuius et 5. Oct. 1783 sacerdos cooptatus, post decem dies hostia pacifica Deo primum litavit. Mox latior agendi campus strenuo iuveni aperiebatur. Missus est enim cooperator in recens creatam parochiam ad s. Laurentium in campo Scotorum 1786 ibique per sedecim continuos annos omnia muneris sui officia una omnium laude obivit. Ast non diutius subesse sed praeesse merebatur. Unde 1802 parochus ad s. Aegidium in suburbio, Gumpendorf dicto, factus, quinquennio post a recens 1807 electo abbate Andrea merito prior conventui et parochus ecclesiae monasterii praefectus est, cui utrique muneri ea cura et caritate per viginti propemodum annos praefuit, quam nulla profecto in animis posterorum delebit oblivio. Vita functus est 30. Aug. 1826. Persuasum habens vir religiosissimus, musicam sacram efficacissimum pietatis communis esse incitamentum, non solum quidquid hac in re praeclarum esset atque excellens comparavit, sed et ipse rei musicae pergnarus, cognitor iudexque acutissimus multos modos musicos reliquit manu scriptos, quorum duo „Tantum ergo“ typis demandata sunt:

Zwei Tantum ergo für Sopran und Alt mit Begleitung der Orgel. 1 vol. Fol. Viennae, apud Ant. Diabelli et Comp. Eigenthum der Verleger. Eingetragen in das Archiv der vereinigten Musikalienverleger.

Zwyssig Geroldus (Murensis), natus est in Bauen in Urania Helvetiae die 15. Maii 1807, sollemnibus votis se obligavit die 1. Maii 1825 et sacerdotium obtinuit die 4. Mart. 1832. Fuit musices instructor, organoedus et organorum constructor, professor scientiarum naturalium. Suppresso monasterio in coenobio Fischingensi docuit, dein 1847 in pago Ermatingen curam animarum exercuit, 1850 venit ad monasterium Gries tamquam capellae magister, anno vero insequenti capellaniam in Glaning prope Gries obtinuit, ubi studiis et instructioni iuniorum confratrum in musica et pulsu organi deditus vitam clausit die 16. Nov. 1874. Eius scientia et praxis in re

musica bene nota est, multa maiora et minora opera composuit, quorum varia specimina inveniuntur in libris et ephemeridibus musicis.

Haec missa facientes sequentia recensemus:

I. Reductionstabellen zunächst für Oesterreich, enthaltend die Reduction alter Währungen in die neue österr. Währung, das Verhältniss der neuen Münzen zu einander und Wurftabelle für Ein- und Zweithalerstücke. (i. e. De ratione aeraria.) Innsbruck, ap. Wagner. 1858. 8°. 52 pag. Nachtrag zu den Tabellen auf Grundlage des k. k. Patentes, 27. April 1858. Ibid. 1858. 8°. 30 pag.

II. Kurze und leichtfassliche Anleitung zur Berechnung des neuen Geldes. (i. e. Lex nummaria nova Austriaca.) Dem Landvolke in Tirol und Vorarlberg mit Rücksicht auf den Grenzverkehr. Ibid. 1858. 12°. 34 p.

III. IV Antiphonae Marianae ad 4 voces aequales virorum in hon. beat. et immac. V. M. Brixen, theol. Verlags-Anstalt. 8° min.

IV. Falsi-bordoni, 8 toni cum 32 melod. In usu monast. Gries.

V. Zur Melodie der Lytania omnium Sanct. (i. e. De litaniis oo. Sanctorum.) Dissertatio msc. in bibl. Muro-Gries. Cod. 1. 75.

VI. Cantarium Murense sive collectio earum cantionum, quas chorus monast. s. Martini ad Muros in off. div. per 4 voc. cantare consuevit. Ms. 1874. 8° min. 250 p. Ibid.

I. O. G. D.

ADNOTATIONES PRAEVIAE.

Quia apud omnes fere homines eruditos valet auctoritas, opus maius tum demum magnae utilitatis atque boni usus esse operam studiis literarum navantibus, si exquisitis et totam libri materiem complectentibus exornatum est indicibus, nostrum esse putavimus tres indices, ut recte iustoque in literis postulari potest, adiungere, quo facto huic rei nostra quidem sententia quam optime est responsum. Quamobrem antecedant ceteris pauca, quae interpretantur, quid in indicibus conficiendis spectaverimus, quales existimaverimus, quo modo illis sit utendum. Sequitur enim praeter cetera 1) primum *index personarum* deinde 2) *locorum* sive *geographicus* tum 3) *materiarum* vel potius *singularum scientiarum*. De primo quidem indice pauca tantum nobis sunt dicenda. Etenim iam ex notione sua continet, de quibus actum est auctoribus, disposita literarum ordine nomina atque sub prelo quae sunt interlapsae singulorum locorum quae corrigi iam nequiverunt transpositiones emendatas; qua de causa singulas huius operis paginas nominavimus. Nominum autem hic illic libro commemoratorum non est facta ulla mentio; nam illis, praeterea minoris tamen momenti, receptis et volumen indicis (personarum) supervacue amplificaretur et difficultates eo utentibus plus iuste augerentur. — Singuli singulis nominibus propriis adpicti asterisci (*) *dicere volunt* illos viros abbates, bini (**) episcopos, terni (***) vero archiepiscopos esse, aut fuisse. Compendia, quo in monasterio quis sit aut fuerit, exponentia per se ipsa intelleguntur. Sacer Mons Pannoniae omnibus locis „de s. M. Pan.“, s. Petri Salisburgi „Salisb.“ simpliciter nominantur. Verum enimvero hoc indice tam bene uti possis, ut auctores libro descriptos statim invenias. —

2) Indici locorum sive geographico ad unum omnia insunt nomina, quorum in singulis virorum vitis facta est mentio, etiam ordine literarum disposita. Qui index et re et usu est talis, qualis omnino index geographicus componi solet. Quare non difficile erit, quin libro utens compendia eius mente ipse percipias. Cum autem uni eidem habitaculo variae attribuuntur notiones, fieri non posse existimavimus, quin silentio praetereundae essent.

3) Non parva vero nobis erat difficultas in indice materiarum componendo. Qua in re nobis profecto operam daturi eramus, ut scripta librosque ita, ut eis inscriptum est, ordine literarum afferremus, qualem tractandi modum partibus biographicis constantibus res ipsa sane postulavisset, nisi autem opera vel typis vel manu scripta linguis dissimillimis essent expedita. Quod cum, titulis in sermonem latinum conversis, notio verumtamen multis in locis similis modo, sed non eadem esset, fieri non poterat, quin tituli singulorum operum aliter ac lingua cuiusque autoris vernacula literis consignarentur. Itaque hic index necessario tot partes continuerit, quot linguae in tractato opere exstant. Praeterea nobis erat spectandum, ne in conscribendo generali indice latino eaedem, quas paulo ante commemoravimus, difficultates se offerrent. Hoc modo autem huius

operis materiem tractare non fuit sapientis. Idcirco inscriptionibus operum neglectis autores ex ipsorum nominibus in eas retulimus systematis bibliographici categorias, in quas suis operibus cadunt. Systemate autem bibliographico usi sumus eo, quod p. t. D. Leo Kuncze, bibliothecarius de s. M. Pan. s. t. illi copiosae monasterii ipsius bibliothecae egregie composuit et adhibuit. — Sed illo adhibito res ipsa necessario adduxit eo, ut index noster amplificatus et dispertitus sit. Nempe errorum atque vitiorum, quae in tali materiae disponendae ratione nimirum, quis dubitet, exstant, memores ab iis, qui legent, veniam comprobationemque cum bonae voluntatis tum curae adhibitae submissi petimus. Nam ut in praefacione concipienda ita in toto opere scribendo erat nobis in animo:

U. I. O. G. D.!

I. INDEX PERSONARUM.

A.

Abday Astricus (de s. M. Pan.) 1.
Achleuthner Leonardus (Cremif.) 1.
Adolph Meinradus (Scotens.) 1.
Alber Udalricus (Mellic.) 2.
Allmayer Udalricus (Seitenstad.) 3.
Anchely Ildephonsus (de s. M. Pan.) 3.
Andexer Iacobus (Fiecht.) 3.
Andorfer Caietanus (Mellic.) 4.
*Arigler Altmannus (Gottvic.) 4.
Aschauer Placidus (Gottv.) 4.
Auboek Udalricus (Cremif.) 5.
Avagian Adeodatus (Mechith.) 5.
Avgerian Nicolaus (Mechith.) 5.
Aydinian Arsenius (Mechith.) 5.
***Azaria Aristaces (Mechith.) 6.

B.

Baader Marcus (s. Paul.) 8.
***Babikian Adeodatus (Mechith.) 8.
Bády Isidorus (de s. M. Pan.) 10.
Bajtsi Iacobus (de s. M. Pan.) 10.
Balás Theophilus (de s. M. Pan.) 10.
***Balgian Alexander (Mechith.) 12.
Ballay Valerius (de s. M. Pan.) 12.
*Banics Dominicus (de s. M. Pan.) 13.
Barbarics Valentinus (de s. M. Pan.) 13.
Barbély Astricus (de s. M. Pan.) 14.
Baumann Michaelis (Scotens.) 14.
Baumgarten Amandus (Cremif.) 15.
Baumgartner Romanus (Michaelbur.) 16.
Bautraxler Gerardus (Seitenstad.) 16.
Beckh Vitalis de (Admont.) 17.
Beély Fidelis (de s. M. Pan.) 17.
Bekeő Benedictus (de s. M. Pan.) 17.
Benyák Otto (de s. M. Pan.) 18.
Berger Luitfridus (Murens.) 18.
Berger Othmarus (Admont.) 18.
Berhandsky Placidus (Salisb.) 19.
Berndl Maurus (Michaelbur.) 19.
Bertalanffy Theodosius (de s. M. Pan.) 19.
Besange Hieronymus (Cremif.) 19.
Bezdieka Anselmus (Emaut.) 20.
Bierbauer Leopoldus (de s. M. Pan.) 21.
Binder Urbanus (Cremif.) 21.
Binter Ioachim (Murens.) 22.
Bischofreiter Martinus (Salisb.) 22.
Bischowsky Maurus (Seitenstad.) 22.
Bita Desiderius (de s. M. Pan.) 22.
*Bloch Ambrosius (Murens.) 23.
Bloch Meinradus (Murens.) 23.
Blumberger Fridericus (Gottvic.) 24.
Boeckhn Placidus (Salisb.) 25.
Boppert Conradus (s. Paul.) 26.
Borbély Cornelius (de s. M. Pan.) 27.
Borovszky Leonardus (de s. M. Pan.) 28.
Borschke Andreas (Scotens.) 28.
Borsinger Ioannes Ev. (Murens.) 29.
***Bosagi Iacobus (Mechith.) 29.
Bosnyák Benedictus (de s. M. Pan.) 31.
Bossart Othmarus (Murens.) 31.
Breither Rudolphus (Lambert.) 31.
*Brestyenszky Adalbertus (de s. M. Pan.) 31.
Breunig Ferdinandus (Scotens.) 32.
Breyer Hugo (s. Paul.) 32.
Bülbüdschian Petrus (Mechith.) 33.

*Burger Honorius (Altenburg.) 33.
Buss Anselmus (s. Blas.) 35.
Buswald Dominicus (Admont.) 35.

C.

Caftandschian Elisäus (Mechith.) 35.
Caracaschian Mathias (Mechith.) 36.
Casparian Minas (Mechith.) 36.
Casparides Paulus (Raigrad.) 36.
Casse Beniaminus de la (de s. M. Pan.) 38.
Caterdschian Iosephus (Mechith.) 38.
Caterdschian Samuel (Mechith.) 39.
Cechner Hieronymus (Emaut.) 40.
Cervus Adam (de s. M. Pan.) 42.
Champs des Romanus (Salisb.) 42.
*Chmel Iacobus (Břevn.) 43.
Christen Ambrosius (Murens.) 43.
Chvoian Theodorus (Emaut.) 43.
Cigoi Aloisius (s. Paul.) 44.
*Conrad Othmarus (Raigrad.) 44.
Copisi Iacobus (Cremif.) 50.
Császár Hermannus (de s. M. Pan.) 50.
Čtvrtečka Bruno (Břevn.) 50.
Čtvrtečka Pius (Břevn.) 51.
Cunz Hugo (Scotens.) 51.
Czinár Maurus (de s. M. Pan.) 51.
Czuczor Gregorius (de s. M. Pan.) 53.

D.

Dagn Gotthardus (Fiecht.) 54.
Dagn Placidus (Fiecht.) 54.
Dannerbauer Wolfgangus (Cremif.) 55.
Dechant Norbertus (Scotens.) 55.
Deppisch Godefridus (Mellic.) 56.
Dér Engelbertus (de s. M. Pan.) 56.
Derderian Lucas (Mechith.) 56.
Derflinger Thaddaeus (Cremif.) 57.
*Devrischian Emmanuel (Mechith.) 57.
Devrischian Seraphinus (Mechith.) 58.
Dezső Bernardus (de s. M. Pan.) 58.
Digl Augustinus (Garstens.) 59.
Digl Romanus (Seitenstad.) 59.
Disch Maurus (Michaelbur.) 59.
Doberschitz Laurentius (Cremif.) 59.
Donighian Gregoris (Mechith.) 61.
Dorfmann Hartnidus (Admont.) 61.
Dorizio Ferdinandus (Admont.) 62.
Doslern Edmundus (de s. M. Pan.) 62.
Drescher Ignatius (Raigrad.) 62.
Dudik Beda (Raigrad.) 63.
Dückelmann Hartmannus (Gottvic.) 63.
Dueckern Theophilus (Cremif.) 72.
Dungel Adalbertns (Gottvic.) 73.
*Dunkl Opportunus (Lunaelac.) 74.
Dzaghikian Mesrop. (Mechith.) 74.

E.

Ecker Urbanus (Admont.) 74.
Eckstein Severinus eques de (Gottvic.) 75.
***Eder Albertus (Salisb.) 75.
Eder David (Cremif.) 75.
Eder Odilo (Scotens.) 75.
*Edling Anselmus ab (s. Paul.) 76.
Edlinger Altmannus (Gottvic.) 77.
Edlinger Ioachim (Seitenstad.) 77.
Egerer Gislarius (Salisb.) 77.
Egerer Petrus (Salisb.) 77.
Eichele Bertholdus (Lambac.) 78.
Eichhorn Ambrosius (s. Paul.) 78.
Elsenbaum Godofredus (Lambert.) 80.
Eminian Serapion (Mechith.) 80.
Endel Romanus (s. Blas.) 89.
Enderle Henricus (Scotens.) 81.
Enk von der Burg Michael (Mellic.) 82.
Erődi Daniel (de s. M. Pan.) 82.
Esterl Franciscus (Salisb.) 83.
Esztegar Vartanus (Mechith.) 83.
Ettenauer Romanus (Cremif.) 84.

F.

Fábián Ambrosius (de s. M. Pan.) 84.
Fabiani Severinus (Cremif.) 85.
Faller Luitfridus (Murens.) 85.
Fászl Stephanus (de s. M. Pan.) 85.
Feger Placidus (Lambac.) 85.
Fehér Hippolytus (de s. M. Pan.) 86.
Fehringer Otto (Seitenstad.) 87.
Feilmayr Dominicus (Cremif.) 87.
Feilmoser Benedictus (Fiecht.) 87.
Fektor Casparus (de s. M. Pan.) 88.
Feldberger Constantinus (Scotens.) 88.
Felderer Hieronymus (Muro-Gries.) 88.
Fellner Colomannus (Lambac.) 89.
Fellner Stephanus (Scotens.) 89.
Felloecker Sigismundus (Cremif.) 90.
Fenix Wolfgangus (de s. M. Pan.) 91.
Ferenczy Iacobus (de s. M. Pan.) 92.
Fiall Antonius (Scotens.) 93.
Filz Michaelis (Michaelbur.) 93.
Fink Iustinus (de s. M. Pan.) 94.
Fischer Beda (Murens.) 94.
Fischer Clemens (Muro-Gries.) 94.
Fixlmillner Placidus (Cremif.) 95.
Fleischmann Virgilius (Gottvic.) 98.
Flor Carolomannus (s. Paul.) 98.
Förster Carolomannus (Gottvic.) 100.
Foffa Bonaventura (Muro-Gries.) 100.
Fojtényi Cassianus (de s. M. Pan.) 100.
Forsthuber Edmundus (Cremif.) 101.
Frauenberger Ernestus (Cremif.) 101.

Freh Alphonsus (de s. M. Pan.) 101.
Frei Ursus (Murens.) 102.
Frida Hieronymus (Břevn.) 102.
Frieb Bernardus (Scotens.) 102.
Friess Godofredus (Seitenstad.) 102.
Fritz Franciscus (s. Paul.) 104.
Frölich Colomannus (Mellic.) 105.
Fuchs Beatus (Murens.) 105.
Fuchs Benno (Cremif.) 105.
Fuchs Gregorius (Admont.) 106.
Fuchsz Bonifacius (de s. M. Pan.) 106.
Füredi Albinus (de s. M. Pan.) 108.
Füssy Thomas (de s. M. Pan.) 108.
Fuxhoffer Damianus (de s. M. Pan.) 107.

G.

Gabely Emericus (Scotens.) 109.
*Gácser Leo (de s. M. Pan.) 110.
Gärtner Corbinianus (Salisb.) 111.
Gaes Edmundus (s. Blas.) 110.
Galle Alexander (Mellic.) 112.
Gallenstein Meinradus eques de (s. Paul.) 113.
Gangginer Bonifacius (Murens.) 113.
Gasser Vincentius (Muro-Gries.) 113.
Gassner Theodorus (Admont.) 114.
Gatscher Leonardus (Seitenstad.) 114.
Gatscher Norbertus (Seitenstad.) 114.
*Gerbert ab Hornau Martinus (s. Blas.) 115.
Gerstmayr Erenbertus (Cremif.) 137.
Giamgian Philippus (Mechith.) 138.
Götz Edmundus (Scotens.) 139.
Gordan Emeranus (Michaelbur.) 138.
Gosztonyi Fabianus (de s. M. Pan.) 138.
Gotschmatsch Willibaldus (Scotens.) 138.
Govrik Gregorius (Mechith.) 140.
Grabinger Aegidius (Scotens.) 140.
Graefenstein Ottocarus de (Admont.) 141.
Graf Rainerus (s. Paul.) 141.
Graff Aemilius (Lambert.) 142.
Graser Rudolphus (Cremif.) 143.
Gretsch Adrianus (Scotens.) 144.
Grienfels Edmundus de (Mellic.) 146.
Gries Ioannes Ev. (Salisb.) 147.
*Grindberger Leonardus (Gottvic.) 146.
Grüber Bonaventura (Raigrad.) 147.
Grueniger Augustinus (Gries.) 148.
Grüninger Franciscus (s. Paul.) 148.
*Grundmann Fredericus (Břevn.) 149.
Grustdorf L. B. de Amandus (Cremif.) 149.
Gschwandner Sigismundus (Scotens.) 150.
Gschwandtner Andreas (Glun.) 151.
Güssmann Paulus (Seitenstad.) 154.
Gulyás Alexius (de s. M. Pan.) 151.
Gumpoltsberger Romualdus (Mellic.) 151.
Gumpp Ignatius (s. Blas.) 152.
Guppenberger Erenbertus (Cremif.) 152.
Guppenberger Lambertus (Cremif.) 153.
Gusenbauer Rudolphus (Gottvic.) 153.
Gutrath Ioannes Ev. (Salisb.) 154.
Gutrath Oddo (Salisb.) 154.
Gutrath Rupertus (Salisb.) 155.
*Guzmics Isidorus (de s. M. Pan.) 156.
Gyulai Rudolphus (de s. M. Pan.) 157.

H.

Haberhauer Maurus (Raigrad.) 158.
Haberl Norbertus (Mellic.) 160.
Habrich Alexius (Raigrad.) 161.
Hacker Leopoldus (Gottvic.) 165.
Hager Edmundus (Salisb.) 166.
*Hagn Theodoricus (Cremif.) 166.
Haider Victor (de s. M. Pan.) 167.
Halabala Methodius (Raigrad.) 167.
Halbik Cyprianus (de s. M. Pan.) 168.
Hambarian Eugenius (Mechith.) 168.
Hammer Caietanus de (Admont.) 168.
Hanf Blasius (Lambert.) 169.
Harlacher Paulus (Raigrad.) 170.
Hartenschneider Udalricus (Cremif.) 171.
Hartlauer Wisintho (Cremif.) 171.
Haslberger Gregorius (Cremif.) 172.
Haudek Augustinus (de s. M. Pan.) 172.
Hauenschild Godefredus (Cremif.) 172.
Hauer Coelestinus (Scotens.) 173.
Hauer Constantinus (Lambert.) 173.
Hauer Gregorius (Seitenstad.) 174.
Hausherr Basilius (Murens.) 174.
Hauswirth Ernestus (Scotens.) 174.
Hauthaler Willibaldus (Salisb.) 175.
Heer Rustenus (s. Blas.) 175.
Heilmann Fridericus (Mellic.) 176.
Heisler Placidus (Raigrad.) 177.
Heisterer Beda (Salisb.) 179.
*Helferstorfer Othmarus (Scotens.) 179.
Heller Ambrosius (Mellic.) 182.
Heller Vitalis (Scotens.) 183.
Hergott Marquardus (s. Blas.) 184.
Herz Lambertus (Scotens.) 187.
*Hieber Carolomannus (Admont.) 187.
Hiltscher Gregorius (Scotens.) 188.
Hintler Anselmus (Salisb.) 188.
Hlobil Petrus (Raigrad.) 286.
Hochfellner Odilo (Mellic.) 188.
Hochrainer Edmundus (Salisb.) 188.
Hoefer Mathias (Cremif.) 189.
Hoeger Bertholdus (Cremif.) 193.
*Höllerer Lambertus (Fiecht.) 193.
*Hönigl Dominicus (Seitenstad.) 197.
Höpflinger Sebastianus (Admont.) 197.
Höppel Mauritius (Gottvic.) 197.

Hofbauer Hieronymus (Scotens.) 189.
Hofer Ioannes Ev. (Salisb.) 190.
Hoffer Bertholdus (Mellic.) 190.
Hoffmann Caietanus (Admont.) 191.
Hofmann Carolus (Altenb.) 192.
Hofmann Paulus (Scotens.) 191.
Hofstaedter Gotthardus (Cremif.) 192.
Hohenegger Anselmus (Lambac.) 193.
Holler Engelbertus (de s. M. Pan.) 193.
Hollósi Aegydius (de s. M. Pan.) 194.
*Hollósy Iustinianus (de s. M. Pan.) 195.
Holter Marcus (Cremif.) 195.
Holzermayr Leonardus (Cremif.) 196.
*Holzmayr Wolfgangus (Gluniac.) 196.
Horner Gregorius (Gluniac.) 198.
*Horváth Paulus (de s. M. Pan.) 198.
Horváth Petrus (de s. M. Pan.) 198.
Horváth Timotheus (de s. M. Pan.) 199.
Horváth Valentinus I. (de s. M. Pan.) 199.
Horváth Valentinus St. (de s. M. Pan.) 199.
Hostlovsky Coelestinus (s. Ioan. sub rupe) 200.
Hrdlička Emmanuel (Emaut.) 200.
Hron Chilianus (Cladrub.) 200.
Hubeny Leander (Břevn.) 200.
Hübner Beda (Salisb.) 201.
Huemer Georgius (Cremif.) 201.
Hunanian Leo (Mechith.) 202.
Hunanian Paulus (Mechith.) 203.
Hutter Gabriel (Salisb.) 204.

I.

Ilger Vincentius (s. Blas.) 204.
Intay Basilius (de s. M. Pan.) 204.
Itz de Mildenstein Eduardus (Břev.) 205.

J.

Jacutdschian Paschalis (Mechith.) 206.
Jacutdschian Vertanus (Mechith.) 206.
Jaeger Albertus (Mariaemont.) 207.
Jagicza Ludovicus (de s. M. Pan.) 207.
Jahn Leonardus (Scotens.) 207.
Jalsovics Alfredus (de s. M. Pan.) 208.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) 208.
Jarotta Georgius (de s. M. Pan.) 210.
Jauch Geroldus (Murens.) 210.
Jedlik Anianus (de s. M. Pan.) 210.
Jeney Ernestus (de s. M. Pan.) 211.
Joly Raimundus (Cremif.) 212.
Joób Tobias (de s. M. Pan.) 212.
Jud Willibaldus (Lambert.) 213.
Jung Amandus (Salisb.) 213.
Jungwirth Caietanus (Cremif.) 213.
Jungwirth Theodorus (Mellic.) 214.

K.

Kaeferböck Virgilius (Admont.) 214.
*Kaliwoda Guntherus (Raigrad.) 214.
Kaltenbrunner Alexander (Admont.) 217.
Kaltenegger Leonides (Admont.) 218.
Kamiss Hugo (de s. M. Pan.) 218.
Kammerer Sebastianus (Scotens.) 220.
Kaněra Cyrillus (Břevn.) 218.
Kapossy Lucianus (de s. M. Pan.) 218.
Karlin Guilielmus (Gottvic.) 219.
Karner Lambertus (Gottvic.) 219.
Kaser Gregorius (Salisb.) 219.
Kaserer Anselmus (Cremif.) 219.
Kauperz Raimundus (Admont.) 220.
Keiblinger Ignatius (Mellic.) 220.
Keller Bonifacius (Raigrad.) 223.
Keller Constantinus (Admont.) 224.
Keller Iosephus (Murens.) 224.
Keller Victor (s. Blas.) 225.
Keppler Coelestinus (Admont.) 226.
Kern Adolphus (Scotens.) 226.
Kerschbaum Maximilianus (Cremif.) 227.
Kerschbaumer Florianus (Lambac.) 228.
Kerschischnigg Aloisius (Cremif.) 228.
Kettenacker Paulus (s. Blas.) 228.
Keusch Rupertus (Muro-Gries.) 229.
Khinell Thaddaeus (Raigrad.) 229.
Kickh Clemens (Scotens.) 230.
Kiem Martinus (Muro-Gries.) 231.
Kienreich Franciscus (s. Paul.) 232.
Kietreiber Felix (de s. M. Pan.) 231.
Kilian Carolus (Emaut.) 231.
Kimmerling Robertus (Mellic.) 233.
Kindlinger Ambrosius (Cremif.) 233.
Kinnast Florianus (Admont.) 234.
Kinter Maurus (Raigrad.) 234.
Kirchlechner Alphonsus (Muro-Gries.) 236.
Kisfaludi Tobias (de s. M. Pan.) 237.
Kittinger Benedictus (Cremif.) 237.
Klaftinger Beda (Mellic.) 237.
Klama Odilo (Gottvic.) 238.
Klappitz Antonius (Raigrad.) 238.
*Klein Magnus (Gottvic.) 239.
Klinger Norbertus (Lambac.) 241.
Klouček Benedictus (Břevn.) 241.
Knauer Vincentius (Scotens.) 241.
Knoepfer Leander (Scotens.) 242.
Knopp Procopius (Raigrad.) 242.
Koch Ernestus (Garstens.) 243.
*Koch Gregorius (Murens.) 243.
Kodermann Coelestinus (Lambert.) 244.
*Koenigsberger Fridericus (Michaelbur.) 244.
Koermendy Camillus (de s. M. Pan.) 244.
Koffler Othmarus (Scotens.) 245.
Kogler Erhardus (Admont.) 245.

Kokal Placidus (Admont.) 246.
Kolář Aemilianus (Břevn.) 246.
Kolb Emmeranus (Seitenst.) 246.
Kollendorfer Wolfgangus (Lambac.) 247.
Koller Marianus (Cremif.) 247.
Kopeczky Hilarius (de s. M. Pan.) 250.
Koplhuber Leopoldus (Cremif.) 250.
*Kopp Fridolinus (Murens.) 250.
Kopp Leopoldus (Cremif.) 251.
Kosťal Clemens (Břevn.) 251.
Kovács Marcus (de s. M. Pan.) 251.
Kovács Rupertus (de s. M. Pan.) 252.
*Kovács Thomas (de s. M. Pan.) 253.
Kovátsits Marcellus (de s. M. Pan.) 253.
Kráčmer Cyrillus (Raigrad.) 287.
Kraus Honorius (Scotens.) 253.
Kreil Benno (Admont.) 255.
Krenn Isidorus (Mellic.) 255.
Krenner Rupertus (Gottvic.) 256.
Kretz Leodegarius (Murens.) 256.
Kreutter Franciscus (s. Blas.) 257.
Kristiány Pius (de s. M. Pan.) 258.
Kříž Venceslaus (Raigrad.) 261.
*Kröll Godefridus (Salisb.) 258.
Kronecker Guntherus (Cremif.) 258.
Kropff Martinus (Mellic.) 259.
Krotkowský Procopius (Břevn.) 260.
*Kruesz Ioannes Chrysostomus (de s. M. Pan.) 260.
Kubovics Remigius (de s. M. Pan.) 263.
Kuehn Raimundus (de s. M. Pan.) 263.
Kuhn Augustinus (Murens.) 263.
Kuhn Ioannes Ev. (Murens.) 264.
Kumbli Hieronymus (Murens.) 264.
Kummerer Rupertus (s. Paul.) 264.
Kuncze Leo (de s. M. Pan.) 265.
Kuon Romanus (s. Blas.) 265.
Kurz Isidorus (Cremif.) 266.
Kyrle Bruno (Cremif.) 266.

L.

Labach Bertholdus (de s. M. Pan.) 266.
Lajh Corbinianus (Admont.) 267.
Lamprecht Ildephonsus (Muro-Gries.) 267.
Landerl Philibertus (Cremif.) 267.
Landsmann David (Cremif.) 267.
Lang Romualdus (Cremif.) 268.
Langegger Andreas (Cremif.) 268.
Langenmantel Iosephus de (Scotens.) 269.
Langes Benedictus (Mariaemont.) 269.
Langhayder Constantinus (Cremif.) 270.
Langhayder Meinradus (Cremif.) 270.
Langhayder Silvester (Cremif.) 271.
Larger Mauritius (Murens.) 271.
Laslof Basilius (Mechith.) 272.
László Balthasar (de s. M. Pan.) 272.
Lebinger Norbertus (s. Paul.) 272.
Lehnert Geraldus (Admont.) 272.
Leuthner Wolfgangus (Cremif.) 273.
Lichtensteiner Benedictus (Scotens.) 273.
Lichtensteiner Meinradus (Scotens.) 273.
Lidl Ildelphonsus (Salisb.) 275.
Lierheimer Bernardus (Muro-Gries.) 276.
Lindemayr Maurus (Lambac.) 277.
Linder Fintanus (s. Blas.) 278.
Lintzmeyer Rupertus (Emaut.) 278.
Lodron Ioan. Nep. comes de (Cremif.) 279.
Loritz Urbanus (Scotens.) 279.
Lóskay Placidus (de s. M. Pan.) 280.
Lueond Bernardus (Murens.) 280.
Lyrzer a Zechenthall Placidus (Admont.) 281.

M.

Maár Bonifacius (de s. M. Pan.) 281.
Maeder Conradus (Murens.) 282.
Maerkinger Ildephonsus (Seitenstad.) 282.
Magyary Sulpicius (de s. M. Pan.) 282.
Mann Aemilianus (de s. M. Pan.) 282.
Mann Honorius (de s. M. Pan.) 283.
Manzl Laurentius (Lunaelac.) 283.
Maratz Stephanus (Mechith.) 283.
Mareta Hugo (Scotens.) 283.
Márkfi Samuel (de s. M. Pan.) 284.
Mascheck Henricus (Scotens.) 285.
Mathon Placidus (Raigrad.) 285.
Matkovics Adolphus (de s. M. Pan.) 287.
Matoušek Timotheus (Břevn.) 287.
Matuskovics Polycarpus (de s. M. Pan.) 288.
Matzke Basilius (Admont.) 288.
Mayer Gregorius (Mellic.) 288.
Mayer Leodegarius (Murens.) 290.
Mayer Lucas (s. Blas.) 290.
Mayer Theodorus (Mellic.) 292.
*Mayr Carolus (Mariaemont.) 293.
Mayr Sebastianus (Cremif.) 294.
Mayrhauser Amandus (Cremif.) 294.
Mayrhofer Guntherus (Cremif.) 295.
Mayrlechner Sebastianus (Cremif.) 295.
Medics Mathias (de s. M. Pan.) 295.
Meier Edmundus (Scotens.) 296.
Meller Placidus (Scotens.) 296.
Meng Gregorius (Murens.) 297.
Mentberger Guilielmus (Emaut.) 297.
Menzl Fridericus (Břevn.) 297.
Mérei Augustus (de s. M. Pan.) 298.
Mery Attilius (de s. M. Pan.) 298.
Messerer Aloisius (Altenb.) 298.
*Meyer Geroldus (Murens.) 299.
Mick Lambertus (Scotens.) 299.
Miklík Pius (Raigrad.) 287.
Millwisch Augustinus (Admont.) 300.

Mitter Wolfgangus (Seitenstad.) 300.
Moedlhammer Gregorius (Michaelbur.) 301.
Moedlhammer Martinus (Cremif.) 301.
Moesch Beda (Murens.) 304.
Mösl Vitalis (Salisb.) 304.
Mollik Tobias (de s. M. Pan.) 301.
Molnár Ferdinandus (de s. M. Pan.) 302.
Molnár Titus (de s. M. Pan.) 302.
Morávek Wolfgangus (Břevn.) 303.
*Moriggl Augustinus (Mariaemont.) 303.
Moser Ambrosius (Lambert.) 204.
*Moser Antonius (Michaelbur.) 304.
Mrakovitsch Thaddaeus (Lambert.) 305.
Muchar de Bied et Rangfeld Albertus (Admont.) 306.
Mück Ioannes Bapt. (Raigrad.) 308.
Mülleitner Ferdinandus (Gottvic.) 309.
Müller Antonius (Mellic.) 310.
Müller Bonaventura (Břevn.) 310.
Müller Ferdinandus (Raigrad.) 310.
Mueller Sebastianus (Murens.) 311.
Muradian Thaddaeus (Mechith.) 312.

N.

*Nagenzaun Albertus (Salisb.) 312.
Nagenzaun Michaelis (Salisb.) 313.
Nagl Willibaldus (Scotens.) 313.
Nagy Norbertus (de s. M. Pan.) 314.
Navrátil Ioannes Sarcander (Raigrad.) 314.
Neidlinger Hermannus (Mellic.) 315.
Németh Guilielmus (de s. M. Pan.) 315.
Nesper Ernestus (Břevn.) 315.
Nestlehner Alphonsus (Seitenstad.) 316.
Neugart Trudpertus (s. Blas.) 316.
Neumayr Adalbertus (Scotens.) 318.
Neundorfer Ioannes (Scotens.) 319.
Nitzelberger Alfredus (Scotens.) 319.
*Novák Ioannes Chrysostomus (de s. M. Pan.) 320.
Nowotny Eduardus (Gottv.) 320.
Nuridschian Basilius (Mechith.) 320.
Nuttil Paulus (Scotens.) 320.
Nyulassy Antonius (de s. M. Pan.) 321.

O.

Oberhauser Benedictus (Lambac.) 322.
Oberleitner Andreas (Scotens.) 323.
Obwexer Paulus (Muro-Gries.) 325.
Ocsovszky Casimirus (de s. M. Pan.) 325.
Őcsényi Anselmus (de s. M. Pan.) 325.
Öllmag Godehardus (Lambac.) 326.
Oettl Udalricus de (Cremif.) 326.
Okánik Cyrillus (Raigrad.) 326.
Orsonics Ioannes Bapt. (de s. M. Pan.) 327.
Ortwein Magnus (Mariaemont.) 327.
Osghian Georgius (Mechith.) 328.
Ottmanský Hugo (Raigrad.) 328.

P.

Pachmayr Marianus (Cremif.) 329.
Pálfi Franciscus Ser. (de s. M. Pan.) 329.
Pampichler Maximilianus (Seitenstad.) 329.
Pampichler Norbertus (Seitenstad.) 330.
Paradeiser Marianus (Mellic.) 330.
Pasterwiz Georgius (Cremif.) 331.
Patzalt Hermannus (Cremif.) 332.
Pauer Iacobus (Lambert.) 332.
Pausz Amandus (de s. M. Pan.) 333.
Peinlich Richardus (Admont.) 333.
Pelczmann Hieronymus (de s. M. Pan.) 338.
Penner Romanus (de s. M. Pan.) 338.
Perschl Amandus (Scotens.) 338.
Peternader Leo (Cremif.) 338.
*Petheö Damianus (de s. M. Pan.) 339.
Petrack Udalricus (Mellic.) 339.
Pež Hieronymus (Mellic.) 340.
Pfeifer Aegidius (Scotens.) 340.
Pfeiffer Pius (Seitenstad.) 341.
Pichler Henricus (Cremif.) 341.
Piessinger Maximilianus (Cremif.) 342.
Piringer Beda (Cremif.) 342.
*Piter Bonaventura (Břevn.) 343.
Plank Beda (Cremif.) 349.
Plodek Christinus (Břevn.) 349.
*Pockstaller Pirminus (Fiecht.) 350.
*Pointner Benno (Scotens.) 350.
Pokorny Fridericus (de s. M. Pan.) 353.
Polgár Innocentius (de s. M. Pan.) 353.
Pospíšil Oddo (Břevn.) 354.
Pottenhofer Vitalis (Salisb.) 354.
Pottokár Petrus (de s. M. Pan.) 354.
Prach Udalricus (Lambert.) 354.
Prangner Engelbertus (Admont.) 354.
Pratzner Marianus (Gottvic.) 355.
Pregg Mathias (Cremif.) 355.
Prenner Robertus (Scotens.) 355.
Prennsteiner Ambrosius (Salisb.) 356.
Preyer Dominicus (Scotens.) 356.
Priestersperger Ioachimus (Mellic.) 356.
Priglhuber Dionysius (Michaelbur.) 356.
Pritz Urbanus (Gottvic.) 357.
Proschko Paulus (Cremif.) 357.
Puehringer Oddo (Cremif.) 357.
Pürstinger Iosephus (Admont.) 357.
Purgleitner Anselmus (Admont.) 358.
Puschl Carolus (Seitenstad.) 358.
Pusterhofer Philippus (Admont.) 359.

R.

Raab Isidorus (Seitenstad.) 359.
Rácz Andreas (de s. M. Pan.) 360.
Radler Iulianus (Lambac.) 360.

Ramóczy Valerianus (de s. M. Pan.) 360.
Rath Paulus (Seitenstad.) 361.
Rauch Augustinus (Cremif.) 362.
*Rauttenstrauch Stephanus (Břevn.) 362.
*Regli Adalbertus (Murens.) 362.
Regner Cornelius (Emaut.) 363.
Reichhart Godefridus (Gottvic.) 364.
Reichsigl Florianus (Salisb.) 364.
Reinelt Paulus (Břevn.) 365.
Reischl Ignatius (Cremif.) 366.
Reissner Bertholdus (Scotens.) 366.
Renner Adalbertus (Murens.) 366.
Resch Colomannus (Mellic.) 366.
*Reslhuber Augustinus (Cremif.) 367.
*Reyberger Antonius (Mellic.) 368.
Reznyák Albertus (de s. M. Pan.) 369.
*Ribbele Mauritius (s. Blas.) 369.
Richter Benedictus (Raigrad.) 370.
Ricker Anselmus (Scotens.) 374.
Riedel Robertus (Břevn.) 376.
Rieder Edmundus (Admont.) 376.
Riedler Altmannus (Gottvic.) 377.
*Rimely Michael (de s. M. Pan.) 377.
Rittmann Benno (Scotens.) 377.
Rizel Bertholdus (Mellic.) 378.
Rizinger Florianus (Cremif.) 378.
Robida Carolus (s. Paul.) 378.
Rössler Romualdus (Gottvic.) 379.
Rohn Franciscus (Scotens.) 379.
Roiss Udalricus (Scotens.) 380.
*Rómer Florianus (de s. M. Pan.) 380.
Romoser de Romoseck Erhardus (Admont.) 382.
**Rónay Hyacinthus (de s. M. Pan.) 383.
Rost Leopoldus (Scotens.) 384.
Roštlapil Othmarus (Břevn.) 384.
*Rotter Ioannes Nep. (Břevn.) 385.
Rózenits Lucas (de s. M. Pan.) 385.
Rubin Benno (Raigrad.) 386.
Rücker Antonius (Raigrad.) 386.
Ruedorffer Eberhardus (Salisb.) 389.
Rummel Arnulphus (de s. M. Pan.) 389.
Rummelsberger Maximilianus (Scotens.) 390.
Ruprecht Beda (Scotens.) 390.
Rusko Damianus (Mellic.) 390.
Ruth Ieremias (de s. M. Pan.) 391.
Ružička Hieronymus (Břevn.) 391.
Ruzsicska Ioannes Nep. (de s. M. Pan.) 391.

S.

Salathielian Matthaeus (Mechith.) 392.
Saly Augustus (de s. M. Pan.) 392.
Samuelian Malach. (Mechith.) 392.
*Sárkány Nicolaus (de s. M. Pan.) 393.
Sartore Placidus (Admont.) 393.
Sartori Sigfridus (Admont.) 394.
Sashegyi Ioannes Damasc. (de s. M. Pan.) 394.
Sazavský Gregorius (Raigrad.) 394.
Sbenian Cherubinus (Mechith.) 397.
Schaefer Fridericus (Admont.) 398.
Schaller Richardus (Raigrad.) 398.
Schanda Venceslaus (Emaut.) 399.
Schaukoegel Iosephus (Seitenstad.) 400.
Scheichenberger Leopoldus (s. Paul.) 400.
Scheitz Benno (s. Paul.) 401.
Schelzinger Innocentius (Lambert.) 402.
Schenggl Gregorius (Gottvic.) 402.
Schenkirž Augustinus (Emaut.) 402.
Schenzl Quido (Admont.) 402.
Scherer Aegidius (Admont.) 404.
Scherer Augustinus (Fiecht.) 404.
Scherlich Leopoldus (Scotens.) 405.
Scheuer Leander (Altenburg.) 405.
Schiebinger Aemilianus (de s. M. Pan.) 406.
Schiele Udalricus (Gottvic.) 406.
Schiessl Thaddaeus (Michaelbur.) 407.
Schinnagl Maurus (Scotens.) 407.
Schirmann Coelestinus (Cremif.) 408.
Schirmer Leonardus (Gottvic.) 409.
Schleichert Bonifacius (Břevn.) 409.
Schlöglhofer Edmundus (Seitenstad.) 409.
*Schlossar Victor (Raigrad.) 410.
Schluderpacher Ernestus (Scotens.) 412.
Schmetterer Modestus (Salisb.) 412.
Schmid Anselmus (Admont.) 413.
Schmid Hugo (Cremif.) 413.
Schmid Leodegarius (Murens.) 413.
Schmid Paulus (Scotens.) 414.
Schmidfeld Hugo (s. Blas.) 415.
Schmidt Fridericus (Raigrad.) 416.
Schmidt Severinus (de s. M. Pan.) 417.
Schmidt Wilfridus (Admont.) 418.
Schmieder Pius (Lambac.) 418.
Schnitzer Iosephus (Muro-Gries.) 420.
Schober Aemilianus (Mellic.) 420.
Schoenberger Basilius (Cremif.) 420.
Schramm Romualdus (Břevn.) 420.
Schrazenthaler Bonifacius (Admont.) 420.
Schreiber Chilianus (Lambert.) 421.
Schroll Beda (s. Paul.) 421.
Schrotter Godofredus (Admont.) 422.
Schubert Hermannus (Scotens.) 422.
Schuech Ignatius (Cremif.) 424.
Schükürian Nerses (Mechith.) 425.
Schütz Ludovicus (Scotens.) 425.
*Schultes Sigismundus (Scotens.) 425.
Schumacher Henricus (Salisb.) 427.
Schuster Beda (Mellic.) 427.
Schwarz Henricus (Michaelbur.) 429.
Schwarzenbrunner Bonifacius (Cremif.) 433.
Schwarzl Vincentius (Admont.) 434.
Schwedler Raymundus (Scotens.) 434.

Schwitzer Basilius (Mariaemont.) 435.
Seböck Arcadius (de s. M. Pan.) 435.
Sedláček Benno (Břevn.) 436.
*Seeauer Beda (Salisb.) 436.
Seifert Kilianus (Lambac.) 437.
Seitl Petrus (Raigrad.) 438.
Seitz Michaelis (Admont.) 439.
Sengschmitt Bertholdus (Scotens.) 440.
Sexstetter Aegidius (Cladrub.) 444.
Siber Eduardus liber Baro de (Mellic.) 444.
Siberer Andreas (Admont.) 445.
Sieberer Maurus (Cremif.) 445.
Sibilian Clemens (Mechith.) 445.
Sigl Udiscalcus (Seitenstad.) 446.
Sigrist Ioannes Ev. (Muro-Gries.) 446.
Silber Gallus (Gottvic.) 446.
*Simon Sigismundus (de s. M. Pan.) 447.
Simonics Gabriel (de s. M. Pan.) 447.
Singer Coelestinus (Lambac.) 447.
Skutyil Clemens (de s. M. Pan.) 447.
Slemenik Valentinus (Admont.) 448.
Slouk Adalbertus (Raigrad.) 448.
Smolík Rupertus (Břevn.) 451.
Socher Georgius (Lunaelac.) 451.
Soellner Wisintho (Cremif.) 452.
Sommerauer Ignatius (Admont.) 452.
*Somogyi Daniel (de s. M. Pan.) 452.
Sorg Ildephonsus (Admont.) 452.
Spach Paulus (s. Paul.) 453.
Sparry Franciscus (Cremif.) 453.
Spáth Demetrius (de s. M. Pan.) 454.
Spáth Fulgentius (de s. M. Pan.) 454.
Speckmoser Udalricus (Admont.) 454.
Spielmann Luitfridus (Muro-Gries.) 455.
Springenfels Iacobus de (Admont.) 455.
Stabell Theodorus (Salisb.) 455.
Stadelhofer Benedictus (Admont.) 455.
*Stadler Maximilianus (Mellic.) 456.
Stampfer Coelestinus (Mariaemont.) 457.
Stanke Leander (de s. M. Pan.) 458.
Starch Bernardus (Admont.) 458.
Starch Rupertus (Admont.) 459.
Staufer Vincentius (Mellic.) 459.
Steinhauser Ioannes Bapt. (Salisb.) 459.
Steininger Placidus (Admont.) 460.
*Steinringer Ferdinandus (s. Paul.) 460.
Stenitzer Antonius de (Admont.) 462.
Stenitzer Henricus de (Admont.) 462.
Stern Carolus (Scotens.) 462.
Stern Paulus (de s. M. Pan.) 463.
*Sternegger Bertholdus (Lambert.) 464.
Sterz Marianus (Lambert.) 465.
Steyrer Anselmus (Mellic.) 465.
Stingeder Raphael (Cremif.) 466.
Stingel Coelestinus (Emaut.) 466.
Stöcklin Oddo (s. Blas.) 466.
Stoehr Dominicus (Emaut.) 466.
Strahl Rupertus (Břevn.) 467.
Strasser Gabriel I. (Cremif.) 467.
Strasser Gabriel II. (Cremif.) 467.
Strasser Pius (Seitenstad.) 468.
Strobl Gabriel (Admont.) 468.
Stroissnigg Ludovicus (Cremif.) 469.
Stubhahn Aloisius (Salisb.) 470.
Stupfel Aloisius (Mellic.) 470.
Summerauer Ildephonsus (Emaut.) 471.
*Suppan Ioachim (Lambert.) 472.
Suppiger Benedictus (Murens.) 472.
Susterschitz Ernestus (Mellic.) 472.
Szabó Sylvester (de s. M. Pan.) 473.
Szárnyay Zoerardus (de s. M. Pan.) 473.
Szeder Fabianus (de s. M. Pan.) 473.
Szentimrei Martinus (de s. M. Pan.) 475.
Szentmiklósi Aloysius (de s. M. Pan.) 475.
Szkalka Candidus (de s. M. Pan.) 475.
Sztachovics Remigius (de s. M. Pan.) 476.

T.

Takács Bernardinus (de s. M. Pan.) 477.
Tallian Iosephus (de s. M. Pan.) 477.
Tamscheck Leopoldus (Gottvic.) 477.
*Taucher Augustinus (de s. M. Pan.) 478.
Taxner Veremundus (de s. M. Pan.) 478.
Tejrovský Paulus (Břevn.) 478.
Teller Wolfgangus (Cladrub.) 478.
Tentschert Martinus (Scotens.) 478.
*Thalhammer Nicolaus (Michaelbur.) 479.
Thanhoffer Cyrillus (de s. M. Pan.) 479.
Thomsin Maurus (Murens.) 479.
Tiray Benno (Raigrad.) 480.
Tomanik Franciscus Sales. (de s. M. Pan.) 481.
Tonhauser Leonardus (Mellic.) 482.
Tore Robertus della (Scotens.) 482.
Tornian Isaacus (Mechith.) 483.
Tornian Thaddaeus (Mechith.) 483.
Toupalik Maurus (Emaut.) 484.
Treuinfels Leo (Mariaemont.) 484.
*Troger Meinradus (s. Blas.) 484.
Tschamanian Hamazasb (Mechith.) 485.
Tschiakydschian Ephrem (Mechith.) 485.
Tschialykian Vertanus (Mechith.) 486.
Tschofen Basilius (Muro-Gries.) 486.
Tury Osvaldus (de s. M. Pan.) 486.

U.

Uisghiudarlian Petrus (Mechith.) 487.
Ussermann Aemilianus (s. Blas.) 487.
Uzunian David (Mechith.) 488.
Uzunian Raphael (Mechith.) 488.

V.

Vadász Lambertus (de s. M. Pan.) 488.
Vagács Caesar (de s. M. Pan.) 488.
Vajda Bonifacius (Raigrad.) 287.
*Vajda Samuel (de s. M. Pan.) 489.
Vassalian Philippus (Mechith.) 490.
Vaszary Aegidius (de s. M. Pan.) 490.
Vaszary Claudius (de s. M. Pan.) 490.
Vaszary Dominicus (de s. M. Pan.) 491.
Veit Benedictus (Seitenstad.) 491.
*Vekerle Godefridus (de s. M. Pan.) 492.
Venedig Hermannus (s. Paul.) 492.
Vértesi Leander (de s. M. Pan.) 493.
Veselka Andreas (Břevn.) 493.
*Vetzmadian Michael (Mechith.) 493.
Vidmar Constantinus (Scotens.) 494.
Viechter Bernardus (Salisb.) 494.
Viehbaeck Antonius (Cremif.) 495.
Viehhauser Adalbertus (s. Paul.) 496.
Villányi Stanislaus (de s. M. Pan.) 496.
Vincze Paulinus (de s. M. Pan.) 496.
Vincze Victorinus (de s. M. Pan.) 497.
*Vogl Bertholdus (Cremif.) 497.
Vogl Ferdinandus (Muro-Gries.) 498.
Vogl Leopoldus (Lambac.) 498.
Vonderthon Gregorius (Salisb.) 498.
Vurdics Ignatius (de s. M. Pan.) 498.

W.

Wagl Fridericus (Scotens.) 499.
Wagner Basilius (Mellic.) 500.
Wagner Bernardus (Scotens.) 500.
Wagner Cyrillus (Raigrad.) 500.
Wagner Laurentius (de s. M. Pan.) 501.
Wagner Pius (Scotens.) 502.
Wagner Theodorus (Scotens.) 503.
Waizenbeck Henricus (Salisb.) 503.
Waldmayer Martinus (de s. M. Pan.) 503.
Waller Benno (Cremif.) 503.
Walser Iacobus (Michaelbur.) 504.
Wargha Samuel (de s. M. Pan.) 504.
Wassmer Placidus (Muro-Gries.) 505.
Weber Beda (Mariaemont.) 505.
Weinreiter Victorinus (Admont.) 506.
Weiss Ioannes Bapt. (s. Blas.) 506.
Weissenhofer Robertus (Seitenstad.) 507.
Welleba Columbanus (Scotens.) 507.
Wenin Lambertus (Altenb.) 508.
*Wenzel Andreas (Scotens.) 508.
Werl Vincentius (Gottvic.) 509.
Weymayr Thassilo (Admont.) 509.
Wichner Iacobus (Admont.) 510.
Wickart Ioannes Ev. (Murens.) 510.
Widerhofer Honorius (Lambert.) 511.
Wieland Ioannes Bapt. (Murens.) 511.
Wieser Maurus (Seitenstad.) 511.
Wimmer Florianus (Cremif.) 512.
Winckler Venceslaus (Raigrad.) 513.
Winnerl Gilbertus (Mellic.) 514.
Winterhalder Raimundus (s. Blas.) 514.
Winterkorn Alexander (de s. M. Pan.) 514.
Wismer Pius (Murens.) 515.
Witlačil Severinus (Lambert.) 515.
Witzig Eduardus (Mellic.) 515.
Wolf Amandus (Gottvic.) 517.
Wolfarth Robertus (Mellic.) 517.
Wolfsgruber Coelestinus (Scotens.) 517.
Wolný Gregorius (Raigrad.) 518.
*Wolter Maurus (Emaut.) 523.
Womatschka Othmarus (Scotens.) 524.
Wülberz Stanislaus (s. Blas.) 525.
Würf Placidus (Altenburg.) 527.
Wurm Ernestus (Cremif.) 527.

Z.

Zatočil Ioannes (Emaut.) 528.
Zauchenberg Maurus (Lambert.) 528.
Zbonek Martinus (Emaut.) 528.
Zbrožek Marianus (Raigrad.) 286.
Zechner Norbertus (Lambert.) 529.
Ziegler Adalbertus (Cremif.) 529.
**Ziegler Gregorius (Wibling.) 529.
Zingerle Pius (Mariaemont.) 531.
Zirwik Michael (Salisb.) 532.
Zitterhofer Ambrosius (Scotens.) 533.
Zobel Placidus (Mariaemont.) 533.
Zöhrer Pius (Scotens.) 534.
Zsoldos Franciscus Xav. (de s. M. Pan.) 534.
Zuber Martinus (Murens.) 534.
*Zusner Romanus (Ossiac.) 534.
Zwettler Theodorus (Scotens.) 535.
Zwyssig Geroldus (Murens.)

II. INDEX LOCORUM SEU GEOGRAPHICUS.

A.

Aarau, ed. loc., 226 (4). 297.
Aargoviens. pag. 176. 204. 225 (2). 415.
Abbatisaugia, par., 19. 201. 354. 459. 494.
Abstrach (Suev.), loc., 414.
Abtenau, par., 75 (2). 77. 78. 154. 166. 179. 188. 189. 213. 275. 356. 364.
Achen, lacus, 350.
— (vallis), par., 350. 404 (2).
Achleiten (Austr.), loc., 95. 326.
Achrida, Balgian, archiep. i. p. i., de .. 12.
Adlwang, eccles., 251. 470.
— praep., 378.
— par., 72. 214. 251. 329 (2). 470.
Admont, Abt Engelb., 308. 510.
— abb. Kreil, 336.
— Abt Matth., 174. 528.
— archidecan. Schäfer, 398.
— arch., 220. 281. 308 (3). 376 (4). 398. 440. 456. 459. 462. 510 (2).
— bibl., 376. 456. 510.
— Catal. d. herbar., 469.
— congreg. s. rosar., 462.
— ferrifodinae, 452.
— Flora, 469.
— Gymn., 35. 106. 358. 445. 453. 455. 462. 468.
— Käferfauna, 469.
— loc., 255. 452.
— mon., 17. 18. 35. 61. 62. 74 (2). 106. 107 (6). 114. 141. 168. 169. 187. 191. 197. 214. 217. 218. 220. 224. 226. 234 (5). 244. 245. 246. 255 (2). 267. 272. 281. 288. 300. 306. 333. 354 (2). 357. 358. 359. 376. 378. 382. 393. 394. 398. 402. 404. 413. 418. 420. 422. 434. 439. 445. 448. 452 (2). 454. 455 (2). 458. 459. 460. 462 (2). 468 (2). 469. 506. 509. 510.
— mon. (descriptio et necrolog.), 234. 308. 413.
— mon. hist., 440. 510 (4).
— mon. hospit., 462.
— mon. urbar. vetust., 510.
— par., 18. 220. 288. 455. 462.
— Prior Kaltenegger, 398.
— Salinae, 308.
— schola norm., 218. 224. 398. 506.
— theol. stud., 31. 74. 226. 332. 358. 418. 468. 529.
— viator, 510.
Admontbühel, mon., 288. 462.
Admonterhof (aula graec.), 333.
Aetna, Flora, 469.
Aetna und d. hebrod. Scleranth., 469.
— Vegetat., 469 (2).
Afflentz, Probst., 382.
Afing, eccles., 505.
— par., 237.
Aflenz, par., 31. 528.
— (Styr.), loc., 528.
Aggstein, Ruinen, 221.
Agreda, mon. monial., 277.
Agria, ed. loc., 302 (4).
— lyc., 301.
— (Ung.), loc., 362..
Aichhorn (Mor.), loc., 45. 513.
Aichkirchen, par., 89 (2). 241. 247. 277.
Aigen (Austr.), loc., 379.
— par., 33. 527.
Alba Regia (Hung.), loc., 17. 204. 210. 258. 321. 353. 383.
Albbrugg, loc., 122.
Albendorf (Bohem.), loc., 50. 51.
Alcantara, s. Pet., loc. nat., 105.
Alemanica liturg., 136 (2).
Alemanicum iter, 136.
Algund (Tir.), loc., 231.
Alhartsberg, par., 330.
Allemannia, terra, 316. 317 (2). 318.
Allhaming, par., 527.
Alpengau, loc., 80.
Alpnach, arch., 232.
— Urkunden, 232.
Alsatia, loc., 119.
Alsergrund, par., 319.
Alsó-Pahok (com. Zal.), loc., 491.
Altaha, mon., 331.
Altausee, notata geolog., 413.
Altdorf (Helv.), loc., 413.
Altenburg, abb. Honorius, 508.
— abb. Paldt, 378.
— mon., 33. 34 (6). 35. 192. 298. 299. 369. 378. 405. 508. 527.
— mon. bibl., 406.
Altendorf, par., 256.
Altendorfium, loc., 148.
Altenfeld, par., 269.
Altenhof, loc.. 59.
Altenmarkt, chron. par., 462.
— par., 462.
— (Salisb.), loc., 356.
Altlerchenfeld, par., 456.
Altona, loc., 57.

Altötting, par., 288. 462.
Altpernstein, arx, 343.
Altwis (Helv.), loc., 243.
America septentr., 372.
Amida (Mesopotam.), loc., 445.
Ampfelwang (Austr.), loc., 138.
Amthof (praed. in Seewalch.), 301.
Ancyra (Asia-Min.), loc., 29. 392. 493.
Angern (Austr.), loc., 323.
Anglia, descriptio artific. scenic., 383.
Anisium, par., 197.
Annaberg, par., 19. 179. 188. 201. 470.
Ansfelden (Austr.), loc., 316.
Apatin (Hung.), loc., 172.
Aquisgranum (Aachen), gymn., 524.
Aradinens. convent., 53.
Ararat, iter ad, 138.
Araugia (Aarau), par., 225 (2).
Arcadiae academ., 361.
Ardagger, eccles. histor., 103.
Ardning, par., 300. 510.
Argentoratens. episc., 126.
Argentoratum, loc., 119. 317.
— lyc., 184.
Argovia, bibl., 251.
Argoviens. arch., 290. 299. 366. 511. 534.
— gubern., 363 (2). 498.
Armenia, fata Varti Mamigon., 483.
— histor., 486.
— iter in, 138.
— missio, 445.
— rex Ardavast. II., 483.
Armenien, Bekehrung, 393.
— rex Abgar, 393.
Armenopolis (Transsilv.), loc., 83. 140. 272.
Arnavia (Boh.), loc., 343.
Artuinum (Armen.), loc., 36.
Asbach (Austr.), loc., 87.
— par., 16. 174. 246. 301. 358. 359. 468.
Asia, missio, 445.
Assisi, vitae s. Franc., 435.
Aszófő, par., 107. 338. 385.
Aszonyfa (Hung.), loc.. 392.
Athenae, loc., 66.
Attl, mon., 83.
Auerschitz (Mor.), par., 164.
Augezd (Mor.), loc., 448.
Augia, par., 468.
— Dives, mon., 117. 134. 265. 415. 468.
Augsburg, congreg. Marian., 147.
— ed. loc., 43. 111. 112 (3). 143 (3). 144 (2). 147. 171. 188. 260. 276. 277 (10). 305 (3). 342. 364 (2). 365. 394 (2). 437 (2). 470 (2). 518. 528 (2). 530. 532.
— Pfarrk. z. hl. Max., Pred., 188.
Augusta Vindelic., bibl., 348 (2). 349.
Augusta Vindelic., ed. loc., 43. 59. 77. 99. 105. 115. 135 (4). 143. 144. 145. 147. 190. 194. 230. 258. 323. 374. 378. 386 (2). 436. 437 (4). 483 (10). 532.
— Vindelic. gymn., 59. 98. 99. 111. 112. 147. 172. 187. 190. 356. 361. 387. 427. 455. 528 (2).
— Vindelic., instit., 374.
— Vindelic., loc., 124. 372. 427.
— Vindelic., mon., 171. 361. 372 (3).
Augustan. episc., 373.
— mon. Bened., 482.
Aula Mariana, loc. (in Styr.), 169 (4).
Auloregium (Boh.), loc., 500.
Auscha (Boh.), loc., 409.
Ausee (Styr.), loc., 84. 377.
Auspicium (Mor.), loc., 398.
— par., 387.
Austerlic. (Mor.), loc., 438 (2).
Austria, archiduc. Anna, 351.
— archid. Ioann., 139.
— histor., 348.
— hist. primaeva, 308.
— imper. Fr. Ios., 140.
— provincialia, 240.
— sancta et beata, 378.
— taphografia princip., 176.
— topograf., 240.

B.

Baaden, ed. loc., 471.
Babenbergens., marchionat., 183.
Bachmanning, vicariat., 360.
Baden (Arg.), loc., 29. 104. 179. 283. 378. 441 (2).
— ed. loc., 297. 340. 511.
— Pfarrk., 180.
— archipraef., 415.
Bado-Badens. marchio, 129.
Bärnwald (Boh.), par., 386.
— loc., 386.
Baia (com. Bács), loc., 82. 108. 298.
Bakony-Szombathelyens., thesaur. nummor., 381.
Bakonybél, abbat. 8. centen., 476.
— bibl., 252.
— eccles. cathedr., 436.
— mon., 10. 17. 28. 50. 110. 156 (2). 195. 199. 252 (2). 301. 320. 321 (3). 338. 381. 393 (2). 435. 473. 475. 476. 477. 478. 496.
— par., 14. 50. 338. 490.
Balaton-Csehi (com. Somogy), loc., 31.
Balaton-Füred, loc., 281.
— par., 208.
Bamberg, episcopat., 487. 488.
— gymn., 63.
Bársonyos (com. Veszpr.), loc., 251.
— par., 10.
Basel, dioec., 297.

Basiliens. concil., 347.
— eccles., 133.
— episcopat., 126.
Bauen (Helv.), loc., 535.
Bavaric. ministerium, 373.
— princeps de Thurn-Taxis, 482.
— regnum, 372.
— rex Maximil. Ios. I., 372.
Bécs, edit. loc., 23. 284. 515.
Békés, comit., soc. arch. et hist., 381.
Benedictoburan. mon., 19. 487. 503.
Beneschavia, gymn., 241.
Berau, mon., 152 (3). 228. 278.
Bergham (Austr.), loc., 270 (2), 271.
Bergheim (Austr.), loc., 380.
— par., 455.
Berlin, loc., 368. 467.
Bernardi s. (Austr.), loc., 378.
Bernau, par., 78. 278.
Berolinum, ed. loc., 57. 90 (3). 222. 249. 468.
Beroviensis mons, mon., 122. 123 (2).
Berovium, mon., 116 (2). 415. 466. 514.
Bertolsgadium, loc., 149.
Bettmaringen, loc., 123. 415. 485.
— par., 266, 415, 485.
Beuron, Gnadenort, 524.
— mon., 523. 524 (3).
Bezděkovieps. par., 201. 478.
Bezděz (Boh.), loc., 40 (2). 41 (2).
— mon., 471. 558.
— mon. bibl., 471.
Biberbacensis, par., 3.
Biberegg (Suiten), loc., 280.
Bierhuetten (Pass.), loc., 331.
Bihar. comit., soc. arch. et hist., 381.
Bischofslack (Carn.), loc., 455.
Bistric (Illyr.), loc., 247.
Bittesch-Magno (Mor.), loc., 480.
Blasii s., arch., 316.
— (Bad.), loc., 415. 485.
— bibl., 525.
— bibliothecar. Heer, 511.
— eccles. consecr., 507.
— ed. loc., 27 (2). 79 (2). 120. 123. 135 (11). 136 (22). 137 (10). 176 (3). 185. 186. 257. 317 (6). 488 (3). 507 (2).
— Geschichte und Necrolog, 229 (4).
— gymn., 290. 316. 487. 506.
— histor., 526 (4).
— mon., 8. 26 (2). 35 (2). 78 (3). 80 (4). 104 (4). 110. 111 (2). 115 (3). 116. 117. 119 (4). 123. 124. 129 (2). 152 (3). 175. 176 (4). 184. 185 (3). 186 (2). 187 (3). 204 (2). 225 (2). 228. 257. 265. 278. 290. 316. 369. 414. 415 (3). 466. 484. 487 (2). 506. 514. 525.
— mon. diarium, 266. 370. 466.
Blasii s., mon. incend. (1768), 466.
— mon., visitat. gener. (1770), 514.
— oratio funebr., 507.
— theol. stud., 78. 80. 127. 152. 204. 225. 228. 257. 290. 316. 415. 506.
Blučinens. eccles., 449.
Blumegg, loc., 123.
Blusneggen, loc., 116.
Boëmia, acta hussit., 348.
— arces et bona, 348.
— chronic., 348 (2).
— diplomatar., 347.
— gens, 348.
— histor. monasterior., 346 (4).
— histor. ecclesiast., 346.
— mont. gigant., 348.
— nobiles, 347.
— privileg., 347.
— statuta, 347.
— viri docti, 347.
Bohemia, hist., 523.
Bohemo-Lippens., loc., 466.
Bojvil, par., 102.
Boleslavia (Boh.), loc., 37. 40.
Boll, par., 291.
Bollstadt (Suev.), loc., 406.
Bondorf, administr., 176. 466. 525 (2).
— ed. loc., 81.
— hospit., 121.
— loc., 116 (2). 120. 121 (2). 129. 134. 485.
— par., 291.
— praepositura, 228.
Bonif. s., mon., Monachii, 404.
Bonn, ed. loc., 342. 524.
Bonna (Boruss.), loc., 523.
— univ., 523.
Borussia, rex, 385.
Bosvil, loc., 282. 312.
— par., 85. 102.
Bosvila (Helv.), loc., 18. 229. 256. 282. 312.
Bozen, Deutsch-Ord.-Spit. 69.
— ed. loc., 237. 505. 506.
— und Umgebung, 506.
Bozzai (com. Castrif.), loc., 84.
Böhmischkrut, par., 456.
Bösenstein, Ausflug auf, 469.
Bösig, Berg, Iubil., 528.
Brand, par., 192.
Brauna, bibl. abb., 467.
— ed. loc., 218 (2). 297.
— gymn., 37. 51 (2). 149. 200 (2). 201. 205. 241. 251 (2). 260. 287 (3). 288. 297 (2). 303 (2). 310. 315. 316. 344. 354. 376. 384. 385 (2). 391. 436. 493.
— gymn. annal., 436.
— gymn. literae, 493.
— loc., 148. 149. 260. 385. 416. 420. 527.

Brauna, magistrat., 348.
— mon., 98. 149 (3). 200. 310. 343 (2). 362. 365. 391. 467. 478. 501.
— mon., chronic., 391.
— mon. hist., 391.
— mon. incend. (1757), 501.
— par., 78. 205. 287.
Braunhirschen, loc., 426.
Braunsberg (b. Lana), calix vetust., 505.
Breitenfeld, soc. „Krippe", 424.
Breitenlee, eccles., 440.
— loc., 442.
— par., 93, 141. 245. 352. 380.
Brenden, par., 122.
Breslau, bibl., 70.
— ep. Turzo, 419.
Brisgoia, (?) gymn., 487.
Brisgovia, ed. loc., 175. 494.
— loc. 35. 110. 133. 149. 257. 370.
— prov., 185. 370.
Britannia, septemtrion., iter in, 383.
Brixen, ed. loc., 17.
Brixina, gymn., 88.
— theol. stud., 207. 303. 327. 350. 404. 484. 486. 500. 505.
— (Tir.), loc., 61. 99. 207 (theol.). 435. 457. 484. 531.
Brixinens. episcopat., 532.
Brodecium (Mor.), loc., 192.
Bruchsella (ep. Spirens.), loc., 470.
Bruck (Bav.), loc., 264.
Brucksattel, Ausflug auf, 469.
Bruga, ed. loc., 524.
Bruna, bibl. ad s. Iac., 165.
— consist. 373. 387. 519. 522.
— descript., 523.
— diplomatar. eccles. s. P. et P., 243. 346.
— eccles. s. Iac., 346 (2).
— eccles. s. Mich., 410.
— eccles. s. Pet. 164. 346.
— ed. loc., 47 (3). 49. 50. 65. 68 (3). 70. 71 (5). 72 (7). 162. 218. 236 (2). 239 (6). 262. 264. 265. 286 (5). 310. 314 (7). 315 (5). 329. 345. 346. 374 (2). 386. 395. 396 (3). 397 (3), 522. 523 (3). 530.
— episcopat., 62. 235. 262. 309. 314. 326. 371. 373. 395. 396. 410. 411. 449. 480. 519. 521.
— gymn., 44. 63. 64. 161. 223. 234. 264 (2). 285. 314. 328. 371. 398. 438. 480. 519.
— instit. philos., 370. 371 (3). 372. 387. 519.
— Kapuzinerkirche (Rede), 373.
— liberatio, 329.
— loc., 44. 46. 62. 63. 67. 161. 167. 170. 214. 234. 243. 286. 344. 346. 371. 388. 395. 434. 448.
— mon. s. Augustini, 147. 329. 411.
— nosocom., 309.
— resident. Raigrad., 410. 521.
— s. August. prof. Neděle, 412 (2).
Bruna, soc. hortulan., 501.
— theol. stud., 64. 167. 215. 235. 262. 285. 309. 314. 326. 370. 387. 389. 395. 410. 480. 519.
Brundutum, loc., 184.
Brunens., capitan. district., 395.
— civitat. privileg., 347.
— dioeces., 164 (2). 523.
— provinciae privileg. bar. et nobil., 347.
— registrat., 165.
— sect. hist. stat., 235. 236. 521.
— soc. stenogr., 235.
Brunnkirchen, par., 310.
Brülingen, loc., 152.
Brünn, Spielb., 164.
Brünnelium (Boh.), loc., 360.
Břevnov., abb., 37. 149. 346.
— archiv., 345. 365.
— bibl., 200. 206. 288. 471.
— chronic., 391.
— discipl. monast. (a. 993), 349.
— gymn., 238. 376.
— martyrol., 349.
— mon. hist., 391.
— mon. schola, 493.
— par., 493.
— theol. stud., 344. 398. 438. 439. 467.
Břevnov-Braunau, mon., 43. 45. 50. 51. 102. 149 (2). 200 (3). 205 (3). 215. 218. 241. 246. 251. 260. 262. 287. 297. 303. 310 (2). 315. 343 (2). 346. 349. 354. 362. 365. 376. 384. 385. 391. 409. 420. 436 (2). 451. 467. 478. 493. 501.
— mon. necrol., 420.
Buchau, loc., 129.
Buchheim (Austr.), loc., 74.
Buchkirchen, par., 50. 55. 73. 87. 143. 214. 228. 268. 331. 355. 357. 362. 445. 466.
— Pfarrk., 228 (2).
Bucurest, missio Mech., 29. 206.
Buda, consiliar. scholast., Paul. Schmidt, 418.
— ed. loc., 32. 53. 54. 100. 114. 211 (3). 284. 302. 303. 320. 381. 392. 489 (2).
— gymn., 109. 114. 333. 381. 402.
— instit. meteor. et magnet., 402.
— loc., 390. 503.
— schola real., 402.
Budapest, edit. loc., 23. 28. 83. 86. 87. 106. 108. 109 (2). 172. 208. 211. 265. 381. 382 (2). 491 (2).
— hirlap, 491.
— loc., 53. 108. 231. 503.
— mus. national., 381.
— soc. hist. et reg. physic., 383.
— univ., 53 (2). 91. 106 (2). 253. 280. 284. 325. 393. 463. 499.
— univ. arch., 353.
Budovicens. dioec., 360. 399.
— episc. Lindauer, 399 (2).

Budvicens. gymn., 200 (2). 357.
Buengen, par., 21. 23.
Buenzen (Arg.), loc., 257. 263.
— par., 102 (2). 257. 366. 515. 534.
Buggenried, loc., 120.
Bulsanum, ed. loc., 18. 458.
— eiusdemque confin., 506.
— gymn., 505.
— loc., 207. 325.
Bura ad s. Michaëlem, loc., 19. 487.
Burgeis (Tir.), loc., 457.
Burghausen, gymn., 366.
Burgusian. par., 269.
Burgusium (Tir.), loc., 303.
Busau, loc., 165.
Buzovicium (Mor.), loc., 161.
Bürglen, praep., 152 (2). 176. 257. 278.
— Probst., 80.
Byber, Probst., 382.

C.

Caesarea in Capadocia, archiep. i. p. i. Azarias, 6.
— in Palestina, archiep. i. p. i. Bosagi, 29.
Caesareens. archiep. Crivellius, 428.
Camienitia (Podol.), par., 488.
Campidona, abb., 127. 128.
Campililium, abb. commend. Stadler, 456.
— (Austr.), loc., 356. 456.
Campodun., ed. loc., 532 (2).
Camp. Scotor. nosocom., 296.
Campus Scotorum, par., 14. 76. 88. 138. 141. 187. 274. 279. 296. 300. 341. 374 (2). 377. 380 (2). 384. 425. 533.
Capua, Hannibal, 364.
Carenta, loc., 79.
Carinthia, duces e fam. Spanheim, 422.
— ephemerides, 100 (5). 232. 401 (3). 422 (6).
— histor., 422. 461.
— scholar. senat., 492.
— societ. agrar., 378. 421. 461 (2).
— societ. historic., 221. 272. 292. 379. 401. 421. 461. 521.
— stemma, 149.
— sub ducib. Habsburg., 422.
Carniolia, societ. agrar., 378.
Carolinae aquae, loc., 182.
Caroloruhens. arch., 35 (2), 291. 415.
Casinense, archicoenob., 173.
Casini, seminar., 533.
Cassovia, consiliar. scholast. Paul. Schmid, 418.
Castrif. com. societ. arch. et hist., 381.
Cellae Marianae, loc., 22. 44. 177. 213. 306. 332. 402. 472. 511.
— mon., 456. 465.
Cellae Marianae, par. 31. 80. 87. 143. 173. 213. 270. 332. 511.
— saec. VI. inchoatae peregrinat., 464.
Celleiense, gymn., 62. 114. 448.
Centumcellae, loc., 66.
Cham (Helv.), loc., 174.
Chiemensis, dioec., 188.
Chodyrtschur (Armen. mai.), loc., 485.
Chorherrn (Austr.), loc., 1.
Chrudim (Boh.), loc., 416.
Cladrub., mon., 163. 200 (2). 278. 444. 478.
Clagenfurt, colleg., 378. 461.
— gymn., 378. 461.
— eccles., 461.
— ed. loc., 79. 318 (3). 422. 496.
— gymn., 378 (2), 401. 421. 453. 460. 461. 492. 496.
— loc., 142. 333. 460.
— lyc., 33. 79. 98 (2). 99. 104 (3), 113 (3), 142 (2). 148 (2). 232 (2). 233. 264. 272 (2). 378. 400. 401. 421. 453. 460. 496.
— par., 44. 461.
— regimen polit., 379.
— theol. stud., 44. 142. 264. 272. 460 (2). 492. 496. 515.
Claraevallens. abb. Bern., 382.
Clattau, mon., 163.
Claustroneoburg., loc., 237. 515.
Cleggovia, loc., 120. 134.
Clingnovia, praepositura, 266.
Clingovia (Helv.), loc., 175.
— mon., 484.
Cluniacens. Congregat., 534.
Colonia, loc., 126. 524.
Coloniens. archiep. de Geissel, 524.
— canonic. de Hohenzollern, 129.
Comaromium, ed. loc., 11. 18. 27. 28. 31. 88. 100. 210. 393. 477. 487. 489 (2). 496.
— gymn., 10. 12. 13. 17. 18. 28. 50. 53. 91. 157. 168. 193. 198. 199 (3). 207. 208. 218. 237. 258. 265. 280. 282. 287. 288. 298. 302. 303. 315 (2). 321. 338 (2). 353. 392 (2). 393 (2). 394. 448. 473 (2). 475. 477. 488. 489. 490 (2). 493. 497.
— gymn. progr., 488.
— loc., 10. 14. 27. 88. 100. 199. 497.
— terrae motus, 392.
— theol. stud., 486.
Conradi s., par. 101. 266. 339.
Constantia arch., 290, 291.
— dioec., 317.
— ed. loc., 507. 530.
— episcopat., 117. 126. 128. 129. 185. 291 (2). 316. 317.
— gymn., 290. 506. 507. 529. 530.
— loc., 26. 81. 133. 529.
Constantinopolis, ed. loc., 39. 203.
— hosp. Mech., 12. 29. 36. 58. 61. 74. 140. 168. 202 (2). 203. 206. 312. 320. 392 (2). 393. 398 (2). 425. 445. 483. 485. 486. 487. 488. 494. 507. 530.

Constantinopolis, loc., 5. 6. 12. 30. 33 (2). 35. 36 (3). 38 (2). 39 (2). 56. 57. 58. 61. 66. 74 (2). 80. 138. 202 (2). 203 (2). 206 (2). 312. 320. 328. 392. 397. 425. 445. 446. 485. 486. 487. 488 (2).
— typ. nation., 39.
Corona transylvan., loc., 253.
Cotyaeum (Asia min.), loc., 283.
Cöln, loc., 105.
Cracovia, ed. loc., 530 (2).
— episcopat., 66.
— episc. Gawronski, 530.
— gymn., 81.
— loc., 81. 529.
— univ., 529.
Crembsii, ed. loc., 256 (2). 340. 356.
Cremifan. abb. 16 (2). 342. 456.
— abb. Erenbert., 456.
— abb. Reslhuber, 468.
— academ., 349. 447.
— academ. nobil., 268. 270. 271. 273. 279. 326. 504.
— arch., 342.
— astron. observat., 57. 95 (3). 98. 434. 467.
— bibl., 413. 495. 496.
— capitul., 531.
— coll. petrefact., 153.
— diarium, 342.
— eccles. descript., 466.
— gymn., 1. 5. 15. 16. 19. 20. 21. 22. 50. 55. 57. 59. 60. 72 (2). 75. 84. 89. 90. 95 (2). 101. 102. 105. 137. 143. 149. 152. 153. 171. 172 (3). 173. 189. 192. 195. 196. 202. 212. 213. 219. 227. 233. 237. 247. 250. 251. 258. 266. 267. 268 (2). 270 (2). 294 (2). 300. 301. 322. 326. 329. 332. 338. 341. 342 (2). 349. 355. 357 (2). 359. 362. 367. 408. 413. 418. 420. 433. 445. 447. 452. 466. 467 (2). 497. 503. 512. 527. 529.
— histor. acad., 60. 150.
— hist. observat. astron., 434 (2).
— loc., 1. 16. 55. 59. 60. 247. 268. 362. 418. 420. 424. 456. 498. 529.
— lyc., 349, 366. 445. 467.
— millenarium, 61. 349. 467.
— mon., 1. 5. 15 (2). 19. 21. 50. 55. 57. 59. 72. 75. 84. 85. 87. 90. 95. 101 (2). 105. 137. 143. 149. 152. 153 (2). 166. 171 (2). 172 (2). 189 (2). 192. 193 (2). 195 (2). 196. 202. 212. 213. 219. 227. 228. 233. 237. 247. 250. 251. 258. 266 (2). 267 (2). 268 (2). 270 (2). 271. 273. 279. 294 (2). 295 (2). 300. 326. 329 (3). 331. 332. 338. 341. 342 (2). 349. 355. 357 (2). 362. 366. 367. 378. 408. 413. 420. 433. 445. 452. 453. 456. 466. 467 (2). 469. 495. 503. 512. 527. 529.
— mon. histor., 434. 528.
— mon. iubil. (1877), 512.
— nosocom., 466.
— par., 5. 202. 251.
Cremifan. schola normal. 192. 497.
— theol. stud., 214. 220. 270. 294 (2). 329. 339. 342. 495.
— triduum, 60.
Cremisa, gymn., 190. 534.
Cremisia, ed. loc., 380.
Cremsirium, gymn., 63. 167.
— loc., 37. 45.
Cremsium (Austr.), loc., 459.
— ed. loc., 73. 75. 105. 147. 380.
— gymn., 2. 77. 153. 160. 165. 183. 259. 364. 460.
Cremsmünster, Todtenbrief, 143.
Crumlov (Boh.), gymn., 408.
Crumlovia, loc., 110.
Csanak, par., 10. 199. 473.
Csepzeg (com. Sopron.), loc., 199. 499.
Cserencsótz (com. Zal.), loc., 284.
Csorna (com. Sopron.), loc., 486.
Culmensis mons, par., 17. 288. 358. 359. 458 (2).
Curiens. episcopat., 78.
Cygnopolis (Austr.), loc., 342.
Cyrenens. episc. Galetti, 447.
Czaslavia (Boh.), loc., 416.
Czeiczium, baln., loc., 178.
Černikov (Boh.), loc., 399.

D.

Dachstein, Besteigung, 469.
Dagmersellen (Helv.), loc., 94.
Dáka (com. Veszpr.), loc., 168.
Damaskus, Marien-Rosen aus, 532.
Daubravnic. par., 164.
Deáki, par., 18. 151. 210.
Deštná (Boh.), loc., 287.
Dettensee, loc., 272.
Dettingen, mon., 299.
Devecser (com. Veszpr.), loc., 281.
Diarbekir (Mesopot.), loc., 445.
Diessen, loc., 85. 366.
Dietmannsdorf, par., 33.
Dillendorf, par., 485.
Disertin. monast., 250.
Disselthal, abb. Chrysost., 346.
Dobruška (Boh.), loc., 402.
Domašovium capellania, 46.
— cauponae, 46.
— consules, 395.
— eccles., 217.
— ludimag., 328.
— molae venti, 395.
— par., 37. 45. 47. 163. 167. 223 (2). 327. 344. 395. 396 (2). 480.
— silvar. cult., 397.
— Wirthschaftsamt, 49.
Donaurieden (Austr.), loc., 81.
Dorfbeurn, par., 59.

Dornbach, par., 19. 25. 42. 78. 155. 189. 190. 275. 313 (2). 364. 389. 436.
Dömölk, abb. Jahn, 481.
— eccles., 492 (2).
— loc., 333.
— mon., 10. 14. 38. 110 (2). 195. 205. 218. 250. 252. 263. 287. 321. 338 (2). 339. 385. 454 (2). 473 (2). 476. 477. 488. 492. 496.
— par., 333.
Drahotuš (Mor.), eccles., 410 (2).
Draiskirchen, par., 4. 310. 515. 516.
Drassling, loc., 213.
Dresden, ed. loc., 68.
— loc., 249.
Drosendorf, par., 511.
Dsulfa (in Pers.), loc., 8.
Ducumburgum, canonia, 139.
Durlacens. marchio, 134.

E.

Eben, loc., 350.
Ebendorf (Austr.), loc., 147.
Eberndorf (Carinth.), loc., 142. 421. 453. 496.
— mon. (can. reg.), 318. 422 (2).
Ebersdorf, dom. de, 104.
— K., par., 434.
Eberstallzell (Austr.), par., 55. 143. 214 (2). 220. 258. 271. 332. 378. 424. 512.
— Volkskal., 55.
Eczmiadzin, archiep. i. p. i. Babikian, 9.
Edelschrott (Styr.), par., 213. 306.
Edessa, loc., 393.
Egenburg, loc., 238.
Egendorf, loc., 85. 295.
— par., 14. 51. 141. 208 (2). 241. 251. 279. 296. 299. 300. 338. 380. 390. 412. 434. 494. 503. 533 (2).
Eger, Deutsch-Ordens-Comm., 69.
— ed. loc., 109 (2).
— gymn., 77.
Ehinga (Würtemb.), loc., 115.
Eichstadium, loc., 276.
Einsideln, arch. mon., 525. 526.
— bibl., 251.
— ed. loc., 204. 227. 232 (2). 257. 280. 515.
— mon., 117, 166. 393. 404.
— stud. theol., 393. 404.
Einsidla (Helv.), loc., 105. 349.
Eisenberg (Boh.), loc., 500.
Eisgrub, domin., 523.
Ellingen (Bav.), par., 276.
Emaus (Boh.), abb., 41. 200. 471.
— abb. de Schrattenbach, 471.
— bibl., 21. 40 (9). 42. 44. 231. 279. 297. 399 (3). 471. 472. 484 (2). 528 (2). 529.
— eccles., 363 (2).
Emaus, gymn., 200. 297. 484.
— histor., 41. 399. 471. 472.
— mon., 20. 40. 41 (4). 43. 231 (2). 278. 279 (2). 297 (3). 326. 363. 399. 402. 466 (2). 471. 484. 523. 524. 528 (2).
— scriptor., 41. 399.
Emmersdorf (Austr.), loc., 320.
Endröd (Hung.), par., 250.
Eneatingen (duc. Badensis), loc., 225.
Engelberg (Helv.), coenob., 23. 415.
Engersdorf, par., 273. 533.
— par. arch., 533.
— Kl., par. commentar., 533.
England, Reformat., 471.
Enns, loc., 171. 189.
Ennsthal, Mädch. vom, Drama, 507.
Ensthal, loc., 307.
Enzersdorf, par., 88. 141. 296. 390. 462. 478.
Enzersfeld, par., 220. 242. 502.
Eperies, dioec., 391.
Eppishausen (Mur.), loc., 312 (2).
Ermatingen, par., 535.
Ernstbrunium, loc., 174.
Érsekujvár (com. Nitr.), loc., 53. 288. 473.
Erzerum, episc., 29.
— missio Mechith., 485.
Eschbach, par., 122.
Esslingen (Würtemb.), loc., 525.
Esztergom (Hung.), ed. loc., 11 (2). 219. 282. 321 (2). 435. 474. 475 (2). 476 (4). 489. 491. 496 (2). 497.
Ettal, Präl. Bened., 498 (2).
Evančicium (Mor.), loc., 44 (2).

F.

Fadd (com. Tolna), loc., 207.
Fahndorf, par., 112 (2). 472.
Falkenburg (Siles.), loc., 288.
Farkashida (com. Poson.), loc., 263.
Faviana, loc., 24.
Feistritz, par., 31.
Feldspergae baln., 223 (2).
Fiecht (Tirol.), bibl., 194 (2).
— mon., 3. 54 (2). 87 (2). 88. 114. 193. 194 (2). 325. 350. 404 (2).
— stud. theol., 3.
Fischingen, mon., 117. 312. 535.
Fischlham, par., 143. 150. 214. 251. 258. 339. 378. 413.
Florentinum, concil., 12.
Florenz, loc., 397. 409.
Floriani, s., loc., 301.
— stud. theol., 55. 85. 137. 152. 153. 171. 172. 233. 266. 267. 294. 295. 357. 362. 413. 424. 466. 529.
Francofurt. ad Moenum, ed. loc., 322 (3). 323 (2). 342. 404. 506.
— loc., 67. 103. 139. 334. 342 (2). 505.

Francofurt. ad Moenum, par., 505.
Frankenmarkt (Austr.), loc., 243.
Franking, loc., 431 (2).
Franko-Zeile, loc., 63.
Frauenberg, par., 445.
Frauenburg (Steierm.), Tour., 469.
Frauendorfii, hortor. cult., 418.
Freiberg (Mor.), eccles., 522.
— gymn., 518. 522.
— loc., 518. 522.
Freiburg, ed. loc., 518. 524 (2).
Friburgum (Brisgovia), ed. loc., 27. 135 (5). 176. 185. 186 (2). 226 (2). 317. 458. 532.
— loc., 110. 124. 133. 184. 257. 405. 529.
— gymn., 35. 115. 127. 130. 184. 290. 529. 530.
Friburgum (Helv.), loc., 35. 123. 127. 133 (2). 225. 498.
— stud. theol., 498.
— univ., 316. 333.
Frickium (Argov.), loc., 304.
Friesach, loc., 79.
Frisinga, gymn., 179.
Fröschau, Schullehr. Welleba, 508.
Fugium, loc., 510.
Fulda, loc., 132.
— mon., 322.
— univ., 25. 89.
Furth (Austr.), loc., 77.
— par., 406.
— Pfarrk., 406.
Furtwangen, loc., 514.
Füezen, eccles., 485.
— loc., 120. 485.
Füles, loc., 385.
Füred, par., 210. 252.
Füss, par., 3. 14. 17. 18. 88. 151. 205. 212. 252. 406. 435. 473. 479.

G.

Gad, loc. descript., 499.
Gadara, loc. descript., 499.
Gades, loc. descript., 499.
Gainfahrn, Gem., (Anrede), 473.
— par., 105. 220. 223. 470 (2). 472.
Gaishorn, par., 245. 272. 288. 300. 462.
Galilaea, descript., 499.
Gallens. s. (Helv.), gymn., 290.
Gallicum iter, 136.
Gallneukirchen (Austr.), loc., 466.
Gallus, s., ed. loc., 54. 136. 414.
— loc., 18. 31. 62.
— mon., 105. 117. 184. 312.
— par., 17. 62. 141. 281. 357. 359. 398. 468.
Gamminger Hof, loc., 341.
Gams, par., 220. 359.
Gansdorf (Austr.), loc., 318.
Garizim, descript., 499.
Garomeřic (Mor.), loc., 416.
Gars, par., 33.
Garst, Abt Bertold, loc., 21.
Garsten, abb. Paul Meyer, 212.
— mon., 59 (2). 104. 143. 242 (2). 349. 456.
— (Styr.) loc., 367. 433.
Gaschurn (Vorarlb.), loc., 486.
Gastein, Bad, 307.
Gastuna, loc., 304.
Gatterburg, loc., 116.
Gaulonitis, descript., 499.
Gaunersdorf (Austr.), loc., 183. 414.
— par., 2. 14. 75. 102. 188. 242 (2). 273. 274. 377. 380. 390. 405. 414. 425. 478.
— Pfarrk., 414.
Gausbach, par., 357. 406.
Gaza, descript., 499.
Gemnicium (Austr.), loc., 105.
Gengenbach, (Bad.), loc., 35.
— mon., 484.
Georgenberg (Tir.), s., mon., 350.
Georgii, s., abb. Berghofer, 353.
Georgium, ad s., loc., 75.
Georgius s. (Lavant.), par., 33. 99. 102. 267. 380. 404. 448. 496.
— (Styr.), loc., 448.
Geras, mon., 191. 293.
Germani s. (Lutet.), mon., 290.
German. episcopat., 240.
— sacrae prodrom., 488.
Germanshem, ed. loc., 444.
Gerotten (Austr.), loc., 227.
Gerusiens. canon., 288. 293.
Gerusium, loc., 2.
Gesäuse, Fahrt durch, 469 (2).
Getsdorf, par., 177. 310. 420.
Getzersdorf, par., 364.
Gewicz (Mor.), loc., 416.
Giessen, ed. loc., 190.
— univ., 190.
Ginsium (com. Castr.), loc., 18. 21. 85. 101. 102. 106 (2). 263. 283. 360. 406. 503.
— ed. loc., 106. 503.
— gymn., 14. 17. 85. 94. 102 (2). 157. 158. 167. 193 (2). 199. 253. 258 (2). 325. 338. 339. 360. 361. 377. 418. 454 (2). 463. 475 (2). 476. 479. 503.
— gymn. progr., 464. 479.
Gipf (Argov.), loc., 297.
Giswil, loc., 232.
Glaning, capellan., 534.
Glatt, par. hist., 414.
Glatten, par., 366.
Gluniacense, mon., 151. 196 (2). 198 (2). 456.
Gmunden, decan., Schirmann, 408.
— loc., 57.

Gmünd (Suev.), loc., 246.
Gojaca, loc., 44.
Gollersdorf (Austr.), loc., 368.
Gonobitz (Styr.), loc., 354.
Goric., archiep., 187.
— gymn., 472.
— soc. agrar., 461.
Gosauthal, descript., 413.
Gossavia (Helv.), loc., 31.
Gotthardt, s., Stift in Ungarn, 222.
Gottvic., abb. Arigler, 426.
— abbat. saec., 16. 17. 477.
— Abt Magnus Klein, 401.
— arch., 256 (2). 355. 402.
— bibl., 59. 63. 198 (2). 240 (18). 241 (3). 256 (3). 310. 364 (2). 377. 409. 446. 509 (3).
— de rebus gest. a. 1809, 238.
— diarium, 402.
— gymn., 309.
— loc., 165. 364.
— mon., 4. 24. 25. 63 (2). 73. 74. 75. 77. 98. 100 (2). 146. 153. 154. 165. 197 (2). 208. 209. 219 (2). 238. 239. 256. 309. 320. 341. 355. 357. 364. 377. 379. 402. 406. 409. 426. 446. 477. 509. 517.
— mon. imagin., 509.
— par., 75. 98. 238. 310. 357. 364. 477 (2).
— stud. theol., 2. 4. 24. 73. 146. 292. 341. 477. 509. 517.
Gödöllö, soc. arch. et hist., 381.
Goess, abbatissae de Poppen vitae curricul., 459.
— par., 76.
— parthen., 458.
— (Styr.), loc., 420. 462 (2).
Gösing, par., 377.
Gösseck (Tourist), 413.
Göttinga, ed. loc., 315.
— loc., 111.
Göttingen, univ., 190.
Gradicense (Mor.), mon., 46. 164.
Graecens. iter, 61.
Graecium (Styr.), aula, hosp. Pius VI., 464.
— coenob., 307. 355. 464.
— communit., 499.
— ed. loc., 16. 17. 19. 35. 80. 106. 107. 174. 201. 234. 355. 394. 421 (2). 422. 434. 453. 462. 469 (3). 499 (2). 500. 506 (2). 507. 510 (4). 529.
— gymn., 35 (2). 61. 114. 191 (2). 214. 217. 226. 246 (2). 255. 269. 295. 306. 308. 333. 334. 335. 336 (2). 337 (2). 376. 413. 422. 454. 506. 509. 510.
— loc., 31. 62 (3). 66. 74. 113. 168. 173. 187 (2). 220. 224. 232. 272. 333. 354. 402. 403. 418. 434. 445. 453. 472 (2). 510. 511.
— privil., 308.
— societ. saltuar., 418.
— societ. stenogr., 334.
— stud. theol., 306. 499.
Graec., univ., 80 (2). 168. 255. 295. 306 (2). 308. 336 (2). 385. 454. 460. 464. 499. 511. 529.
Graefenberg (Siles.), baln., 216. 217.
Grafendorf (Austr.), loc., 509.
Grafenhausen, (Bad.), loc., 104. 119 (2).
— par., 514.
Grafenhus, par., 35. 225. 278. 466.
Grafenstein (Carinth.), loc., 469.
Grafenwörth, loc., 82.
Gran, ed. loc., 481.
Graslitz (Boh.), loc., 255.
Graun (Tirol.), loc., 193.
Graz, Bürgercorps, 336.
— ed. loc., 18. 35. 76. 80. 106. 141. 168. 218 (2). 224. 234. 244 (4). 264. 273. 300. 307 (5). 333. 334 (3). 335 (12). 336 (13). 337 (10). 363. 376 (3). 377 (2). 398. 413 (4). 421 (2).
— Flora um, 510.
— gymn. histor., 335 (4). 336 (3).
— gymn. progr., 510 (2).
— histor. Verein, 510 (3).
— Kirchen (Predigt.), 334. 335.
— Landesarch., 337.
— oeconom., 336. 455. 459.
— semin., 239. 333. 355.
— Tagblatt d. Naturforsch., 469.
— topograph., 337.
— typograph., 337.
— Versamml. d. Naturforscher und Aerzte, 403.
— Volksbl. (1870, 1871, 1873, 1878), 469.
Gresten (Austr.), loc., 245.
Gries, loc., 88 (2). 264.
— mon., 18. 43. 88. 94 (2). 95. 100. 105. 113. 114. 148. 231 (2). 237. 276. 290. 362. 363 (2). 498. 515. 535.
— mon., Regesten, 498.
— par., 43. 100. 237. 267. 486 (2).
Griesbach (Bav.), loc., 166.
Griesstein b. Trieben, descript., 413.
Griesweberalm b. Admont, Ausflug, 469.
Griffen, mon., ord. Praem., 76.
Grissoviens. mon. (Siles.) umbrae horizontal., 366.
Groebming, par., 224. 272. 273. 300 (2). 382. 394. 398. 413.
Groissenbrunn, par., 3. 515.
Grossau, Filiale, 223.
— Gem. (Anrede), 473.
Gross-Ebersdorf, par. Twerdinský, 463.
Grossmeiseldorf, par., 221.
Grossriedenthal, pag. 177.
Grosssölk, par., 510.
Grosstaiax (Mor.), loc., 190.
Gruenburg, par., 101.
Grundhof, par., 446.
Grunzwit, pag. 183.
Grünau (Cremif.), par., 73. 87. 341. 419.

Grünau (Gottv.), par., 4. 98. 379.
— (Mellic.), par., 147. 202.
Grygovium (Mor.), loc., 314.
Gschwandt, loc., 341.
Gstatt, praef., 439.
Gumpendorf, inst. coec., 139.
— nosocom., 279.
— par., 2. 93 (2). 144. 145. 173. 180. 208. 220. 230. 241. 242 (2). 273. 279. 319 (2). 341. 356. 405. 423. 425. 494. 503. 518. 533. 535.
— Pfarrk., 181 (2). 242 (2).
Gurhof, par., 446.
Gurk, dioec., 322.
— episc., 401 (2).
— stud. theol., 496.
Gurtweil, Armenfond, 291.
— par., 225. 290. 291. 316.
— praeposit., 152 (2). 415. 514 (2). 525 (2).
Guttenburg, loc., 123.
Gündelwangen (Bad.), loc., 290.
— par., 291.
Günzburg, ed. loc., 530.
Güzelhissar, domus Mechith. (Asia m.), 29. 56. 206. 490. 494.
Győr, ed. loc., 1. 11. 18. 21. 32. 42. 52. 59. 83. 87. 92. 100. 106. 156. 198. 199. 261 (2). 265 (4). 281. 284. 321. 353. 381. 382. 383 (2). 406. 436. 459. 473. 475. 476. 477 (2). 481. 487 (2). 489. 491 (2). 492. 496.
György, Szent- (com. Strig.), loc., 10.
Gyula-Keszi (Hung.), loc., 473.

H.

Hafnia, loc., 520.
Haidershofen, par., 137.
Hainfeld (Styr.), loc., 398.
Hajós (com. Pest.), loc., 18.
Hala, gymn., 111. 213.
— (Suevica), analecta ad histor., 419.
Hall, eccles., 512.
— loc. (Salinae), 247. 308.
— par., 18. 74. 197. 224. 228. 266. 267. 306. 420. 458. 459. 460. 462.
Halle, loc., 182. 192.
Hallein, loc., 75. 503. 504.
Haller Mauern, topograph. Stud., 469.
Hallstadt (Aust.), loc., 436.
Hamburg, civit., 169.
— loc., 249.
Handenberg (Austr.), loc., 532.
Harras Klein-, Capelle, 254 (2).
Hartberg (Styr.), loc., 269. 376.
Hauenstein, loc., 117.
Haugsdorf (Austr.), loc., 197.
Haugsdorf, par., 356. 470. 500 (2). 515.
Haus (Styr.), loc., 402.
Heiligenkreuz, Stift, 222.
Heindorf, par., 208.
Heinfeld, par., 377.
Helena, s. (Napol.), 209.
Herbipolis, episcopat., 318.
— loc., 111.
— univ., 190.
Hermetisvilla, monial., 472.
— par., 505.
Hidulphus, s., mon., 118.
Hierosolyma, archiep. s. Cyrill., 312.
— loc., 66.
Hilariens. mon. cisterc., 413.
Hippolyt., s., (Austr.), eccl. cathedr., 452.
— ed. loc., 25.
— loc., 24. 182. 293.
— stud. theol., 214. 256. 316. 452.
Hipponens. episc. i. p. i. Braida, 229.
Hirschegg (Styr.), loc., 213.
Hitzing (Austr.), loc., 515.
Hitzkirch (Helv.), loc., 243.
Hluboký (Mor.), loc., 45. 46.
Hochgolling, Partie auf den, 469 (2).
Hochschwung, Ausflug auf, 469.
Hochwald (Mor.), domin., 236.
Hochwart, mons, 114.
Hodoniens. (Mor.), par., 438.
Hoebersbrunn, par., 81. 141. 274. 414.
Hoheneck, arx, 183.
Hohenruppersdorf, loc., 14.
Holasicium, loc., 47.
Hollersbach (Salisb.), loc., 219.
Holzöster (Austr.), loc., 431.
Homburg (Helv.), par., 85. 113. 244. 272. 290. 414 (2).
Hopfgarten, loc., 87. 283.
Horba (Würtemb.), loc., 115.
Horn (Austr.), loc., 34. 192. 378. 499.
— ed. loc., 35.
— gymn., 2. 100. 499.
— par., 33. 34. 192. 298. 527 (2).
Horna (Austr.), loc., 33 (2).
Hořic (Boh.), loc., 309.
Höbersbrunn, par., 499. 502.
Höchenschwand, par., 122. 506.
Höfleina (Mor.), par., 262.
Hradec Král- (Boh.), chronicon, 348.
— ed. loc., 345.
Hulín (Mor.), loc., 167.
Hungar., compend. hist., 385. 491.
— geographia, 497 (3).
— histor., 491 (2).
— histor. pragmat., 497.
— hymn. ad s. patron., 503.
Hüttschlag (Salisb.), loc., 496.

I.

Ibach, par., 122.
Ibbsthal, Waise vom, 507.
Ibissa, hist. urbis, 103.
Ibsitz (Austr.), loc., 197. 507.
— par., 3. 59. 409.
Iglavia (Mor.), calamitat., 236.
— gymn., 102.
— hist., 522.
— iura, 164.
— loc., 32. 102. 188. 416. 421.
— Pfarrk., 366.
Illyrien, Flora und Fauna, 469.
Immendorf, par., 105. 238. 378. 472 (2). 482.
Ingenbohl, ed. loc., 232.
Ingolstadium, loc., 63.
— univ., 322.
Inheing (Adm.), par., 308.
Innsbruck (Tir.), ed. loc., 88 (3). 207 (2). 260. 350 (5). 404 (2). 405 (2). 437 (2). 469. 472 (3). 484. 505 (7). 506 (4). 532. 536.
— univ., 241. 242. 472.
Innthal, loc., 350.
Insula, opp. in Fland., 172.
Irizium (Mor.), par., 327.
Ischlens. salinae, 357.
Isipont (Austr.), loc., 340.
Istrien, Reiseeindr. aus, 469.
Italicum iter, 136. 313. 504.

J.

Jaák (com. Castr.), loc., 107.
Jánosfa (com. Sopron.), loc., 156.
Jánosi de, abb., 380.
Jászberény (Hung.), loc., 198.
Jaun, par., 498.
Jaunthal, loc., 79.
Jaurin. (Hung.), comit. antiquitat., 476. 477.
— comit. histor., 496.
— comit. tabula archaeol., 476.
— eccles. cathedr., 298.
— ed. loc., 1. 11. 18. 21. 32. 42. 52. 59. 83. 87. 92. 100. 106. 156. 198. 199. 263. 281. 302 (2). 353. 476. 492. 499. 534.
— episc., 13. 52. 198.
— gymn., 1. 3. 10. 13. 14. 17. 18. 19. 28. 32. 50. 51 (2). 52 (2). 53. 84. 91 (2). 92 (3). 94. 100 (2). 138. 156. 168. 195. 210. 212. 219. 231. 237. 250. 252. 253 (2). 272. 281. 282. 283. 287. 298 (2). 302. 321. 325. 327. 338. 353 (3). 360. 381. 385. 389. 393. 394 (2). 447. 448. 454. 458. 473 (4). 476. 477. 486. 490 (2). 491. 492. 496 (2). 499. 515.
— gymn. progr., 473. 491 (2). 496.
Jaurin. loc., 1. 13. 14 (4). 21. 31. 38 (2). 53. 56. 62. 91. 193. 492.
— lyc., 381. 383. 447. 458. 486. 492.
— monast., 213. 377. 406. 490.
— stud. theol., 32. 50. 51. 91. 110 (2). 198. 205. 210. 253. 261. 263. 281 (2). 301. 327. 377. 385. 473. 478. 486. 492.
Java, condemnati in, 486.
Jena, ed. loc., 525.
Jenbach, loc., 350.
Jenoe (Hung.), loc., 109.
— par., 227. 377. 412.
Jerusalem, Pilgerreise, 380.
— Sephora, 483.
Jetzelsdorf, par., 310. 364.
Jodoc. s. (Carn.), loc., 208.
Johann, s., loc., 54. 188.
Joannis s., mon., 200 (2). 301. 380. 501.
Jonsbach, par., 220. 288.
Jonsbacheralpen, Wanderungen auf, 469.
Josephstad., carcer, 381.
Judenburg (Styr.), gymn., 106. 107. 114. 187. 217. 246. 333. 376. 398. 509.
— loc., 107. 332. 336.
— par., 246.
Juliacens. progymn., 524.
Juvavia, loc., 459.
Jülich, progymn., 524.

K.

Kajár, par., 13. 199. 394.
Kaile (Boh.), loc., 28.
Kallwang, par., 300. 394. 404. 462.
— (Styr.), loc., 455.
Kalocsá (Hung.), ed. loc., 59.
Kammerburg (Boh.), loc., 200.
Kammern (Austr.), loc., 517.
— par., 62. 218. 394. 413. 453. 455. 462.
Kanitz, par., 519.
Kapoly, par., 252. 490.
Kaposvarini (com. Somog.), loc., 272.
Karlsbad (Boh.), loc., 444. 480.
Karolinae thermae, loc., 480.
Katharinenthal (Helv.), mon., 299.
Katterlohen (Austr.), loc., 366.
Kärnten, Geschichtsver., 422.
— Krieg in, 149.
— Wappen, 149.
Kematen, loc., 527.
— par., 189. 329. 357.
Keszthely (com. Zalad.), loc., 22. 488. 490 (2).
Kiel, ed. loc., 468.
Kiiovia, loc., 67 (2).
Kilb, par., 208. 238. 379. 402.
Kilikien, armen.-ruben. Dynast., 446.

Kirchberg, loc., 202. 219.
— par., 266. 273. 295 (2). 329. 357. 455.
Kirchdorf (Austr.), loc., 4. 378 (2). 420.
Kirchham, par., 101. 172. 189. 202. 227. 269. 341.
Kirchheim (Suev.), loc., 529.
Kirchzarten, par., 291.
Kirschegg, par., 528.
Kis-Cellens. eccles., 492.
Kis-Comaromium (com. Zalad.), loc., 13. 14.
Kis-Csanak (Hung.), loc., 193.
Kis-Mártonii (com. Sopron.), loc., 212.
Kismegger, loc., 353.
Kitzbüchlerhorn, mons, 114.
Kitzbühel, loc., 114. 338. 389.
Kladrau (Boh.), mon., 200. 444.
Klagenfurt (Carinth.), loc., 219.
— Cathedralkirche, 401.
— Dom, Predigt., 462.
— edit., 8 (2). 33. 44. 76 (2). 79 (4). 99 (4). 113. 142 (5). 149. 208 (2). 272 (3). 318. 379 (11). 400. 401 (2). 402. 422 (3). 448 (2). 453 (4). 461 (2). 462. 493. 496. 528.
— gymn., 99 (4), 113. 142. 272 (2). 379 (5). 401. 402.
— Reformat., 272.
Klamm mallei, 452.
Klatovia (Boh.), annal. 399. 528.
— ed. loc., 399 (3). 484. 529.
— gymn., 21. 43. 205. 231 (2). 297. 363. 399 (5). 466. 484. 528 (2).
— gymn. progr., 529.
— loc., 200. 399 (2). 466. 484.
— musar. laud., 484.
— ordo praedicat., 399.
— schola normal., 399.
— soc. Iesu, 466.
Klein-Engersdorf, par., 14. 93 (2). 173. 338. 405. 533.
— par. commentar., 533.
Kleingmain (Salisb.), loc., 147.
Klein-Harras, Capelle, 254 (2).
Klein-Mariazell, Stift (Topogr.), 223.
Klein-Sanct-Paul, par., 33.
Kleinsölk, par., 510.
Kleinzell, eccles., 492.
Kletgau, loc. (Domin.), 291 (2). 292.
Klingenberg, loc., 29. 113. 280.
Klingnavia (Aarg.), loc., 204.
Klocksdorf (Mor.), loc., 410.
Kloech (Styr.), loc., 106.
Klosterneuburg, Probst Dunkler, 530.
— Stiftsk., Pred., 180. 375. 384. 423. 463. 530. 533.
Kojetinium (Mor.), loc., 63.
Kollnitz (ad s. Paul.), loc., 461.
Komárom (Hung.), ed. loc., 28. 88. 194. 208. 258. 261. 321. 475.
Korneuburg, ed. loc., 375. 533.
Kornice (Mor.), loc., 424.
Kostelec (Boh.) loc., 384.
Kottes, par., 310. 320 (2). 357.
— Pfarrk., 357.
Kottingbrunn, par., 471..
Kouřím (Boh.), loc., 102.
Königsegg (Boh.), loc., 339.
Königsfeld (Helv.), mon., 133. 136.
Königswart (arx in Boh.), 361.
Körmend (Hung.), loc., 142.
Köszegen, ed. loc., 418.
Krain, Reiseeindrücke aus, 469.
Král.-Hradec (Boh.), chronic., 348.
— ed. loc., 345.
Krašlovice (Boh.), loc., 43.
Kraubath, par., 246. 272. 393. 404. 453.
Krems (Austr.), Chronik, 517.
— ed. loc., 25. 75. 147. 177. 310. 320. 331 (2). 356. 378. 507 (2).
Kremsier, gymn., 308. 410.
Kremsirium (Mor.), loc., 63.
Kremsmünster (Austr.), Chronik, 61.
— Constant. (Astron.), 367.
— Infanterieregim. Stein, 366.
— Jubil. 1877, 512.
— loc., 1. 60. 87 (2). 91. 153. 366.
— millenar., 349.
— Notae phänolog., 153.
— Sternwarte, 247. 248 (3). 249 (2). 368 (5). 468 (3).
— Stift, 15. 55 (2). 77. 91. 101. 115. 166 (2). 171 (2). 172. 228 (2). 343.
— Temperatur, 367, 468.
— Vegetationsverhältnisse, 193.
— Volkskal. (1878), 55.
Kreutzingen (Austr.), loc., 193.
Kreuz hl., Cisterc., 145.
Kreuzenstein, arx, 222.
Krieglach (Styr.), loc., 515.
Krotzingen, praeposit., 176. 185. 317.
Krumlovium, mon. Paulan., 44.
Krühub, loc., 5.
Kutahia (Asia min.), loc., 283.

L.

Laakirchen (Austr.), loc., 114.
Laas (Tir.), loc., 508.
Laatsch, vallis Venustae (Tirol), loc., 327.
Labacum (Carn.), loc., 141. 228. 267.
— gymn., 142. 247. 492.
— stud. theol., 244.
Lachen (Helv.), loc., 113.
Längsee, mon., 154, 413.
Laibach (Carn.), loc., 244.
— ed loc., 76. 379.
Laimgrube, loc., 191.
Lajta-Pordány (com. Sopron.), loc., 479.

Lambach (Austr.), ed. loc., 193. 481.
— mon., 78 (2). 85 (2). 89 (3). 166. 193. 228. 241. 247 (3). 277. 322. 326. 360. 418. 422. 437. 447. 498.
— Prior Mann, 481.
Lambacum (Austr.), alt. Stifterkelch, 419.
— bibl., 13. 247. 278.
— eccles. architectura, 419.
— kunstgeschichtl. Kleinigkeit., 419 (4).
— loc., 89. 241. 282. 326. 378.
— manuscript., 419.
— mon. arch., 419.
— mon. chronic., 418.
— mon. histor., 419.
— par., 247.
Lamberti s. (Styr.), abb. Berthold, 402.
— bibl. et arch., 143. 304. 465.
— gymn., 80. 332. 528. 529.
— loc., 80. 169. 272.
— mon., 31. 34. 80. 142. 143 (7). 169. 173. 213 (2). 244. 304. 305. 332. 354. 382. 394. 402. 421. 464. 465. 472. 511. 515. 528. 529.
— mon. hist., 333. 465 (2).
— papiliones, 244.
— par., 515.
— scarabaei, 244.
Lambrecht s., mon. abb. Kilian, 421.
Lambrechtshausen, par., 59.
Land hlg., Reise, 479.
Landeck (Tir.), loc., 455.
Landishutens. (Bav.), academ., 366.
Landl, par., 62. 114. 357. 382. 434. 453 (2).
Landshut (Bav.), ed. loc., 404.
Langenlois (Austr.), loc., 534.
Langres, Generalvik., 471.
Lassec, par., 112. 470. 482.
Lassing, par., 281.
Lassnitz, par., 213.
Lauczicens. (Mor.), par., 164. 387.
Laufen (Salisb.), loc., 198. 470.
Laureacens. archiep. (chronic.), 346.
Laurentii s., par., 218. 445. 459. 508. 510. 535.
Lausinens. episcop. hist., 318.
Lauterbaci, ed. loc., 322.
Lavantegg, par., 357.
Lavantina (Styr.), dioec., 141. 401.
— episcop., 318. 401. 461.
— vall., loc., 461.
Lavantthal, Flora, 142.
Lázi, par., 14. 18. 287. 353. 476.
Leestorf (Austr.), loc., 3. 160. 259. 517.
Leiden, loc., 518.
Leipzig, loc., 368.
Leisnig, chron. urb., 206.
Lembach (Austr.), loc., 495.
Lentia (Austr.), loc., 491.
Lentia, ed. loc., 301.
Leoben (Styr.), dioec., 76.
— gymn., 106. 220. 462.
— Kirchenpred. (1785), 462.
— loc., 106. 337. 359. 439. 462. 506.
Leobersdorf (Austr.), par., 3. 82. 160. 315. 444. 516.
Leobschütz, gymn., 478.
Leonardi s. (Austr.), loc., 259.
Leonhard s., par., 75.
Leopoldi s., par. (Wien), 269.
Libanon, Harfenklang vom, 532 (2).
Libocens. episc. vicariat. (Boh.), 493.
Lichtenberg (Boh.), loc., 241. 437.
Lichtmessberg, Ausfl. auf, 469.
Lienz (Tir.), loc., 306. 469. 505 (2).
Liesingthal, loc., 367.
Liezen, loc., 18.
Lille, stud. theol., 172.
Limberg, loc., 192.
Lincium (Austr.), bibl., 400.
— canon. honor., Stadler, 456.
— concion. academ., 500.
— consistor., 452. 456. 500.
— dioec., 360. 419. 512. 527.
— eccles. cathedr., 512.
— ed. loc., 1. 5. 13. 15. 16. 20. 21. 55 (2). 77. 78 (2). 85. 86. 90 (7). 91 (7). 101 (4). 106 (3). 115. 138. 141 (2). 153 (5). 166. 167. 172 (3). 189 (2). 193 (2). 195. 196. 218. 228 (2). 238 (2). 241. 248 (2). 266. 267. 268 (3). 273. 277 (2). 278 (2). 289. 295 (2). 301. 332. 342 (2). 343 (2). 349. 357. 358 (2). 366. 367 (3). 368 (6). 382. 418. 419. 424. 445. 460. 466. 467. 468. 470 (5). 498. 500. 507. 512 (7). 513. 529. 530 (3). 531 (10).
— episc., 372. 373. 424. 512. 529.
— episc. schema histor. parochiar., 419.
— episc. Ziegler, 529.
— gymn., 4. 16. 101. 166. 171. 172. 233. 247. 264. 268. 271. 277. 332. 354. 357. 358. 495.
— Kunstver., 512 (2). 513.
— loc., 19. 143. 171. 214. 220. 294. 307.
— lyc., 356. 366. 367. 372. 408. 420. 424. 433. 467. 500. 529.
— musaeum, 418.
— stud. theol., 1. 4. 5. 15. 21. 78. 90. 101. 105. 152. 192. 195. 227. 228. 247 (2). 251. 258. 266. 268. 342. 356. 360. 445. 469. 495 (2). 512. 527.
— toposcop., 368.
— Ursuliner., 238.
Lindenau (Siles.), loc., 100.
Linzer theol. Quartalschr., 424 (6).
Lipa (Boh.), loc., 315. 365.
Lipnicium (Mor.), piar. coll., 308. 386. 410.
Lippens. Bohemo, loc., 466.
Lipsia, ed. loc., 15. 35. 76. 205 (5). 206 (2). 220. 227. 289. 322. 323 (2). 340. 432.

Lipsia, soc. astron., 468.
— soc. orient., 460.
— soc. paedagog., 150.
Liptó-Szent-Miklós (com. Lipt.), loc., 463.
Lissa, insula, 66.
Litomeric. (Boh.), loc., 467.
Litomišlium (Boh.), gymn., 261. 262. 287.
Log (Carinth.), loc., 494.
Loidesthal, par., 59.
Londinens. soc. ethnol., anthropol. et reg. asiat., 383.
London, ed. loc., 383. 384 (3). 471.
— loc., 249. 383.
Loosdorf, loc., gymn. protest., 221.
Lorch-Passauer Bisth., hist., 25.
Losenstein (Austr.), loc., 237.
— par., 360.
Lourdes, Hirtenmädchen von, Drama, 507.
Lovasbereny (com. Albareg.), loc., 218.
Lovász-Patona (Hung.), loc., 477.
Löffingen, Bad, loc., 8.
Lucense (Mor.), mon., 46.
Lucerna, gymn., 43. 94.
— loc., 131. 184. 299. 311.
Ludweis, loc., 299.
Lugdunum, loc., 66.
Luggavium (Mor.), loc., 73 (2).
Lukavic (Boh.), loc., 363.
Lunaelacens. chron., 26.
— mon., 74 (3). 81. 283. 451 (2). 459.
Lunkhofen, par., 224.
Lusdorf (Austr.), loc., 44.
Lutetia (Paris.), loc., 66. 111. 290.
— mon., 184.
Luttenberg, loc., 434.
Luzern (Helv.), ed. loc., 232. 257. 281. 297. 362. 414.
Lysiec (Galic.), loc., 5.

M.

Machova, par., 436.
Magdalenae s. fanum (Styr.), loc., 35.
— s. mons, par., 5. 250. 470. 529.
Magdeburg. archiep. Wichmann, 400.
— (Tylli), loc., 182.
Magnesia ad Maeandrum (Asia min.), miss. Mech., 206.
Magno-Bittesch (Mor.), loc., 480.
Magno-Niemčic. (Mor.), par., 345.
Magno-Seelovic. (Mor.), par., 448.
Magno-Varadini (Hung.), consiliar. scholast. Schmidt, 418.
Magnovaradin. dioec., 380. 381.
Magyar-Becse (Hung.), loc., 394.
Mainhardtsdorf, loc., 168. 281. 439.
Maissau, hist. et regesta diplomat. domin. de, 34. 104.
Malavass (Carniol.), loc., 378.
Manheim, loc., 118. 349.
Mantissa, ed. loc., 81.
Marburg (Styr.), ed. loc., 35. 267 (3).
— Gubernialrath v. Marquet, 455.
— gymn., 35 (2). 267. 402. 454.
— (Lavant.), loc., 141. 461.
Marein (Mürzthal), par., 354.
Mareith, par., 69.
Margaritae s. fanum (Styr.), loc., 267.
Mariacell (cf. Mariazell), loc. ignis (1827), 511.
— mon., 394. 421. 464.
— 600jähr. Wallf., 402. 464.
Mariaemontan. mon. bibl., 294. 534.
Mariae V., eccl. in monte albo, 385.
Maria-Hof, par., 169 (2). 244.
— (Styr.), loc., 169 (6). 304.
Marianae aquae, loc., 182.
Mariano-Cellens. eccles. et opp. hist., 465.
— thesaur. gratiar. (1748), 464.
Mariapfarr (Salisb.), loc., 22.
Maria-Plain (Salisb.), Kirche, 179.
— mon., 25. 42. 154. 188. 201. 258. 304. 389. 436. 494. 498.
— par., 364.
Maria Sta. (Austr.), loc., 152. 153.
— in valle Martia, par., 143.
Mariazell (Styr.), abb. Anton., 382.
— loc., 213. 234. 300. 333. 405. 511.
— Wallfahrtspredigt, 390 (2). 511.
Marienberg (Tir.), mon., 114. 269. 293. 303. 327. 435 (2). 457. 484. 505. 531. 533.
— mon. chronic., 435.
— mon. ser. abbatum, 534.
Markersdorf (Austr.), par., 98.
Marling, par., 148. 257. 486. 505.
Marmaros-Sziget (Hung.), ed. loc., 211.
Martini s. (com. Iaur.), loc., 62. 151. 194. 315.
— par., 10. 50. 91. 212. 287. 294. 303. 394. 453. 496.
— par. in Passyr., 531.
Martinsberg, Empfang Franz Josef I., 454.
— s. Doms Weihe 1876, 481.
— Erste hl. Commun. Ih. k. Hoh. Mar. Dor. Amal. 1880, 482.
Martinsdorf, par., 14. 93. 245. 273. 274. 390.
Márton Szent- (Hung.), par. diar., 14.
Marx s., in Wien, Concion., 180. 280.
Massilia, loc., 66.
Mattighofen (Boi.), loc., 197.
Mattigthal, loc., 513.
Matzendorf, par., 470. 471.
Matzleinsdorf (Austr.), par., 221. 238.
Mauer, par., 320. 379. 509.
— par. notamina, 379.
Mautern (Austr.), Agapit. Capelle, 219.
— loc. (Verpfänd.), 293.
— par., 73. 219 (2). 224. 281. 398. 462.
Mautnic. (Mor.), par., 164.

Meaux, Bischof Bossuet, 197.
Mechitharistarum (Vienn.), dom., 56. 202. 203. 272. 283. 312. 320. 328. 392 (2). 397. 425. 445. 483 (2). 485 (2). 486. 487. 488 (2). 490. 493.
Mediolanum, loc., 195. 199.
Medling, Topogr., 222.
Medloviens. (Mor.), par., 164.
Mehrerau (Vorarlb.), mon. O. Cist., 486.
Melissopolit. (Suev.), loc., 455.
Melk (Austr.), arch., 221 (2). 260. 293. 420.
— cant. ecclesiast., 516.
— Chronik, 221.
— mon., applausus music., 428 (4). 429.
— oration. academ., 516.
— Pfarrkirche, 238. 331.
Mellicens. (Austr.), abb., 161 (2). 330. 339. 369.
— abb. Urban. II., 473.
— bibl., 161. 233. 259 (2). 260 (9). 289 (5). 293 (5). 369 (2). 427. 428 (2). 429. 459. 471. 473. 514. 516 (6). 517 (3).
— ephemer., 146. 428 (2). 429 (3). 465.
— gymn., 2. 4. 82. 87. 105. 114. 152. 160 (2). 182 (2). 188 (2). 190. 197. 214. 219. 220. 221. 234. 256 (2). 259. 282. 292 (3). 314. 315. 320. 332. 339. 358. 367. 369. 444. 459 (4). 468. 482. 514. 515.
— mon., 2. 4. 56. 82 (2). 105. 112. 146. 147. 151. 160. 176. 177. 182. 183. 184. 188. 190. 214. 220. 221. 233 (2). 237. 255. 259. 288. 292. 310. 314. 330. 339. 340. 356. 358. 366. 368. 378. 390. 420. 427. 428. 429. 444. 456. 459. 465. 470. 472. 482. 500. 514. 515. 517.
— mon. catalog., 465.
— mon. Kuchelamt, 465.
— mon. sacra foed., 465.
— par., 3. 147. 238. 444. 500 (2). 514.
— patron. s. Colomann., 56.
— pestis, 465.
— stud. theol., 3. 112. 147. 151. 188. 214 (2). 256. 315. 444. 456. 459. 514.
Mellicium, loc., 146. 188. 310. 456. 517.
Mellinga (Argov.), loc., 505.
Mellingen, decan. capitul. Meng, 297 (2).
Mengen (Würtemb.), mon., 8. 120. 525.
Menzenschwand, par., 116.
Meran (Tirol), decan. Santner, 458.
— ed. loc., 458 (3).
— eiusdemque confinia, 505.
— gymn., 100. 207 (2). 231. 269. 270. 293. 294 (2). 303 (2). 304. 327 (2). 435 (2). 457 (2). 484 (2). 505. 531 (2). 533.
— gymn. arch., 270.
— loc., 236. 257. 267. 270. 293. 458. 505. 531. 533.
— opp. chronic., 458 (2).
— opp. hist., 458.
Merenschwand (Helv.), loc., 94.
Merkenstein, eccles., 516.
Merkenstein, Filiale, 223.
Měrotín (Mor.), par., 285.
Metličan. (Boh.), par., 451. 493.
Metten (Bav.), loc., 412.
— mon., 442.
Mexicanae terrae occupat., 446.
Mexico, de expugnat. per Cortez, 483.
Miaburg, ed. loc., 475.
Michaëlis s., abb. iuxta Budam, Adamkovits, 448.
— par., 141. 218. 300. 394. 404. 458. 510.
Michaelbaiern, Abt Anton, 275.
Michaelbur. (Salisb. Austr.), loc., 432.
— mon., 16. 19. 59. 93. 94 (2). 138. 155. 204. 244. 275. 301. 304. 356. 407. 429. 479 (2).
— mon. eccles., 431.
— par., 16.
Michelbach, par., 208. 357. 379.
Michelbeuern, Stift, Geschichte, 222.
Micheldorf (Austr.), loc., 250.
Milevitanus, episc. i. p. i. de Baaden, 129.
Mittersill (Salisb.), loc., 188. 281.
Modra, colleg. 58.
Modric. (Mor.), decanat., 235.
— par., 164. 235. 387.
— parochus Stuffler, 50.
Moenic. (Mor.), par., 164.
Moguntia, loc., 111.
Moguntii, ed. loc., 518. 532.
Moguntin. archiep. Erthal, 128.
— univ., 190.
Moguntium, loc., 128. 361.
Mohilovia (Pol.), par., 488.
Moldavia (Rumen.), mission., 392.
Molln, par., 59. 243.
Monachium (Bav.), acad., 325.
— loc., 25. 42. 89. 116. 124. 404.
— ed. loc., 69. 293. 403. 468.
— gymn., 78. 179. 276.
— mon., 237.
— univ., 44. 67. 99. 461. 496.
Monasterium, ed. loc., 90.
— loc. in Rhaetia, 100.
Mondsee, Abt Bernhard, 197.
— Gelehrte, 459.
— Kloster, 26. 74. 81. 356. 437 (2). 514.
Mons-Cassin. mon., 184, 372. 533.
Mons-Culmens. par., 197.
Mons s. (Pann. — Hung.), antiquar. monast. profess., 477.
— archiabb., 56. 285. 338. 377. 489.
— archiabb. iura, 502.
— bibl., 253. 265 (2). 285 (2). 302. 303. 339. 361. 377. 452. 458. 474 (2). 478. 490. 492. 534.
— br. hist., 267. 377. 491 (2).
— eccl. cathedr., 436.
— episc. Caesarodunens. s. Martin., 477.

Mons s. (Pann.), gymn., 18. 19. 252. 406. 418. 447. 477. 478. 481. 486. 489. 502. 514.
— lyc. theol., 1. 10. 13. 14. 17. 18. 19. 21. 22. 28. 32. 51. 53. 82. 84. 85. 86. 88. 91. 100. 102. 106. 108. 110. 138. 151. 253 (2). 418. 435. 447 (2). 448. 454 (2). 459. 463. 473 (2). 475. 476. 477. 478. 479. 481. 486. 488. 489. 490. 491. 492. 493 496 (2). 497. 499. 502. 503. 504. 514.
— mon., 1. 3. 10. 12. 13. 14. 17. 18. 19. 21. 22. 27. 28. 31. 38. 42 (2). 50. 51. 52 (8). 53 (3). 56. 58. 62. 82. 84. 85. 86. 88. 91. 92. 94. 100. 101. 106. 107. 108 (2). 110. 138. 151. 156. 157. 167. 168. 172. 193. 194. 195. 198 (2). 199 (3). 204. 207. 208. 210 (2). 211. 212. 218 (2). 231. 237. 244. 250. 251. 252. 253 (2). 258. 260. 263 (2). 265 (2). 266. 272. 280. 281. 282 (2). 283. 284. 287. 288. 295. 298 (2). 301. 302 (2). 314. 315. 320. 321. 325 (2). 327. 329. 333. 338 (2). 339. 353 (2). 354. 360 (2). 369. 377. 380. 383. 385. 389. 391 (2). 392. 393. 394. 406. 417. 435. 447 (3). 452. 454 (2). 458. 463. 473 (3). 475 (3). 476. 477 (2). 478 (2). 479. 481. 486. 488 (2). 489. 490 (2). 491. 492. 493. 496 (2). 497. 498. 501. 503. 504 (2). 514. 534.
— mon. privileg. quoad for. Poenit., 490.
— mon. regio archaeol., 476.
— mon. registr. a. 1332 tabular., 477.
— par., 14. 18. 19. 21. 28. 50. 82. 84. 91. 92. 100. 151.
Monsee, loc., 356.
Montserratens. abbat. Prag. in Emaus, 466. 471.
— hist. Viennens., 41.
— mon., 40 (2). 41. 200. 231. 279 (2). 363. 399. 466 (2). 471. 523. 524.
— cult. B. V. in Germ. 41.
Moosdorf, loc., 431.
Moravia, anabapt., 522.
— diplomatar., 347. 523.
— histor., 523 (2).
— histor. ecclesiar., 346. 523.
— histor. omn. monast., 345. 346.
— (irruption. Franco-Gall.), 47.
— mappa, 350.
— marchionat., 523.
— nobiles, 347.
— patronat. eccles., 523.
— privil., 347. 523.
— topograph., 521. 523.
— viri docti, 347.
Moravo-Neostadium, loc., 285.
Móriczhida, praeposit. s. Iac., 381.
Morungen, loc., 525.
Moscovia, loc., 67 (2).
— soc. natur. scrutant., 402.
Moskau, die Waise aus, 483.
Mödling, Landwirthschaftl. Verein, 269.
— praefecturae, 390.
Mölk, Stift, histor., 209. 221. 222. 331. 369. 378. 428.
Möllersdorf, Filiale, 223.
Möskirch (Bad.), loc., 479.
M.-Szölgyén (com. Strig.), loc., 298.
Mueglitz (Mor.), loc., 266.
Munderkingen (Suev.), loc., 226.
Muravium (Styr.), loc., 304.
Muri (Helv.), acta, 232. 415.
— arch., 297.
— cantarium, 536.
— chronic., 297.
— decan. Hausherr, 472.
— degressus, de . . ., 363.
— ed. loc., 225. 251 (2). 257. 281. 297 (2). 363. 505. 511.
— elogia praelator. (1027—1720), 251.
— Erdäpfelstrt., 511.
— gymn., 263. 264. 297.
— histor., 414. 415.
— mon. (vide „Muro-Gries"), 18. 22. 23. 29. 31. 43. 85. 88. 94 (2). 100. 102. 105 (3). 113 (2). 148. 174 (2). 176. 185. 210. 224. 229. 231 (3). 236. 243. 250. 251 (2). 256 (2). 263. 264 (2). 267. 271. 276. 280. 282. 290 (2). 297. 298. 304. 311. 312. 325. 362. 366 (2). 413. 420. 446. 455. 472. 479. 486. 498. 505. 510. 511. 515. 534. 535.
— obelisc. sac., 534.
— par., 23. 43. 85. 102. 113. 280. 297 (4). 362. 363. 472. 479. 505.
— par. arch., 479.
— stud. theol., 250.
Muro-Gries (Tir.), arch., 29. 31. 105. 113. 244. 264 (2). 272. 290 (4). 298. 312. 363. 414 (3). 479. 511 (2). 515.
— bibl., 42. 105 (2). 113. 114. 174. 225. 244. 251. 264. 298. 363 (2). 414 (4). 472. 479. 536.
Mühlbach, par., 238.
Mühldorf, loc., eccl., 313.
Mülln (Salisb.), par. et prioratus, 16. 94. 138. 301. 479.
München (Bav.), ed. loc., 276 (2). 518.
— loc., 42. 403. 404.
Münster, Stift, 414.
Münzkirchen, loc., par., 233.
Mürzsteg (Styr.), loc., 31.

N.

Náchod (Boh.), loc., 416.
Nagy-Födémes, (Hung.) loc., 435.
Nagymaros (com. Hont.), loc., 38.
Nagy-Szombatban, ed. loc., 474.
Nagy-Tapolcsány (com. Nitr.), loc., 218.
Nalb, par., 310. 406.
Nanceium, ed. loc., 118.
Nappersdorf, par., 208.
Natschbach (Austr.), loc., 313.
Natterriegel b. Admont, descript., 413.

Nausol (Hung.), loc., 207.
Neapolis, archiep. Russo, 421.
— loc., 173. 453 533.
Neggenschwil, par., 176. 228. 316.
Német-Próna (com. Nitr.), loc., 31.
Neoburg, provinc., 427.
Neodomens. gymn., 287.
Neodomus (Boh.), loc., 303.
Neoforens. mon., 346.
Neoforum (Carn.), loc., 492.
Neorischens. mon., (Praem. Mor.) 371.
Neosol. dioec., 381 (2).
— (Hung.), loc., 417.
Neostadium, mon. et gymn., 313.
— par., 87.
Neovilla (Austr.), loc., 341.
Neubau, loc., Frauen-Wohlthätigk.-Verein, 375. 424.
— Gem., loc., 145.
Neuchatel (Helv.), par., 498.
Neudegg (Austr.), par., pag. 177.
Neufeld (Hung.), loc., 465.
Neuhaus, gymn., 287.
Neuhofen (Austr.), loc., 90.
— par., 75. 87 (2). 101. 266.
Neukirchen (Austr.), loc., 277. 517.
— par., 277. 322. 418.
Neu-Lerchenfeld, loc., 407.
Neumarkt, par., 276. 332. 419.
— (Styr.), loc.. 421.
Neustadl (Illyr.), loc., 85. 177.
Neustift, loc., 145.
— mon., 114.
— par., 59. 360.
— suburb. Brunae, loc., 62.
Nicolai, s., par., 357. 398.
Nicolčic (Mor.), par., 387 (2).
Nicolspurg, gymn., 308. 386. 478.
Niedernburg (Bav.), mon. monial., 60.
— Rhetorica, 60.
— Rosarium, 61.
Niemčic-Magno (Mor.), par., 345.
Nigrofanum (Mor.), loc., 45. 46. 229. 373.
— par., 37. 163. 178 (2). 344. 373. 395. 396 (3). 417.
— par. acta (1772—1789), 417.
— par. informatio, 417.
Nikolsburg, bibl., 70.
— loc., 379.
N.-Ládony (Hung.), loc., 369.
Nonnberg (Salisb.), mon. et schola 78. 83. 84. 138. 166 (2). 198. 204. 213. 219. 258. 413. 455. 503.
— par., 313.
Noricum, Christenthum, 401.
— regni hist., 400.
Norimberg, acad., 325.
— bibliop. scabios. epist., 485.
— ed. loc., 271. 289. 325.
Norimberg., museum germ., loc., 221.
Nosislavia (Mor.), par., 216.
Nötgerswil, par., 290. 292.
Nunberg, Aebtiss. de Zeilheim, 155.
Nusbach (Austr.), loc., 357.
Nussdorf (Salisb.), loc., 175.
Nürnberg, Profess. Kordenbusch, 98.
Nyalka, par., 10. 210. 252 (2). 321. 406. 496.
Nyerges-Ujfalu, loc., 354.

O.

Obdach, par., 31. 354.
Ober-Ammergau, loc., 350.
Oberbergern (Hügelg.), loc., 73.
Oberbuchsiten (Arg.), loc., 23.
Ober-Fröschau (Mor.), loc., 307.
Oberloiben, loc., 73.
Obermais, loc., eccles., 257.
Oberndorf (Salisb.), loc., 16. 431 (3).
Oberretzbach, par., 406.
Oberriedt, loc., 292.
— mon., 8. 78. 120. 484. 525.
— par., 290.
— Probst. hist., 80.
Obervölbling, loc., 73.
Oberweiden, loc., 233.
Oberzell, loc., 258.
Obwalden (Helv.), oeconomia, 232.
— Staatsarchiv, 232 (2).
Oedenburg (Hung.), Fauna, 447.
— loc., 406.
— monumenta antiq., 406.
Oehlingen (Austr.), loc., 105.
Oenipontum (Tirol.), descript. hist. topog. statist., 505.
— ed. loc., 3. 54 (2). 88. 242. 435. 437 (3). 458. 482. 532 (8).
— gymn., 111. 114. 207. 293. 457. 486. 505. 531. 533.
— loc., 75. 134. 404. 412.
— stud. theol., 172. 505. 531.
— univ., 77. 87. 175. 207. 303. 327. 350. 404. 418. 435. 457. 460. 468. 472 (2). 484. 505. 531. 533.
Oensingen (Helv.), loc., 23.
Oesterreich, Mundart, 189.
Ofen (Hung.), akad. Observat., 403 (2).
— Bodentemperat., 403 (2).
— ed. loc., 337.
— gymn., 337. 402 (2).
— Kirche (Pred.), 334.
— meteorolog. observation., 403.
Offenhausen, par., 419.
Olad (com. Castr.), loc., 138.
Oldenburg, ed. loc., 468.
Olomuc. (Mor.), archidioec., 523.
— archiep., 44. 45. 410. 521.
— arch., 68. 521.

Olomuc. consistor., 416.
— eccl., 164.
— eccl. metropol., 530.
— ed. loc., 311.
— episc., 164. 344. 471.
— episc. de Schrattenbach, 471.
— gymn., 139. 161. 266. 285. 314. 386. 394. 410. 513. 519.
— loc., 36. 37. 45. 70. 229. 310. 314. 386. 394. 530.
— par. ad s. Maurit., 164.
— stud. theol., 64. 266. 311. 371. 386. 387. 410. 438.
— univ., 64. 177. 243. 311 (2). 371. 387. 410.
Olten (Helv.), loc., 102.
Opatov. eccles. filial., 449 (3).
— (Mor.), loc., 45. 167. 449.
Oppatovicens. abb. Neplachon., 347.
Oppavium (Siles.), loc., 465.
Orlov (Siles.), par., 246.
Ossecens. (Boh.), mon. (Cist.), 346.
Ossiacens. (Carinth.), mon., 534.
Osterburg, arx, 183.
Ostermiething, loc., 431 (2).
Ostrov (Boh.), mon., 163.
Ostrovačic. (Mor.), cauponae, 46.
— eccles., 328. 417.
— (vide etiam Nigrofanum), par., 37. 46. 167. 177. 217. 223. 243 (2). 328 (2). 344. 416. 417. 449.
— (mola), loc., 45.
Othmarovium (Mor.), loc., 46.
Othmarsdorf, loc., 47.
Otura (com. Nitr.), loc., 488.
Ottakring, praed., 351.
Ottensheim, par., 413.
Ottoburanum (Bav.), semin., 83. 427.

P.

Paderborn. episcopat. hist., 318.
Palfau, par., 141. 197. 398.
Palling (Bav.), loc., 179.
Palt (Austr.), loc., 309.
Paltenthal, loc., Lutherianism., 307.
Pannonia castell. roman., 381.
— hist., 400.
— vide: Mons s. Pann.
Pápa (Hung.), bibl., 265.
— (com. Veszpr.), loc., 18. 91. 244. 280. 314. 389. 452. 534.
— ed. loc., 108.
— gymn., 10. 88. 94. 108 (2). 109. 138. 199. 205. 208. 250. 252. 253. 265. 272. 287. 298. 302. 314. 315. 321. 325 (2). 327. 338. 353 (2). 360. 369 (2). 454. 488. 489. 490 (3). 493. 496. 497. 503.
— gymn. progr., 493.
Pápa, semin., 338. 497. 534.
Paphlagonia, distr., 446.
Pardubitz, ep. Arnošt, de, Prag., 72.
Paris, Congrès internat. des scienc. géogr., 404.
— ed. loc., 26. 186. 430. 434.
— loc., 111. 143. 184 (2). 249. 469.
— univ., 190. 257.
Párkány (com. Strig.), loc., 10. 475.
Passau (Bav.), dioec. Liturg., 419.
— ep., 421.
— gymn., 258.
— loc., 15. 57. 60. 93. 103. 172. 340.
— -Lorch, Bisth. 25.
Passiria, vallis, 207.
Passyria, de valle, 506.
— loc., 457. 531.
Pásztó, mon., 354.
Patavia, archiep. chronic., 346.
— ep. Altmann, 419.
— stud. theol., 74.
Patavium, acad., 140.
Paul., s., (Carinth.), arch., 152 (3). 176. 187 (5). 229 (5). 266. 272. 278. 318 (10). 370. 415. 416. 466. 514. 525 (3). 526 (5).
— gymn., 33. 79. 99 (2). 113. 142. (2). 148 (2). 264. 272. 317. 421. 453. 461. 492.
— in Kärnt., Gruft d. Habsburg., 401.
— loc., 27. 59. 78. 401. 459. 461.
— in Tiroli, loc., 98.
— minor, fanum, 33.
— mon., 8. 26. 32. 44. 76. 78. 98. 104. 113. 133. 137. 141. 148. 232. 264. 272. 316. 317. 378. 400. 401. 421 (2). 453. 459. 460. 461. 492. 496.
— mon. extra mur., 524 (2).
— mon. feudor. conspect., 422.
— mon. histor., 422.
— mon. histor. et codex tradit., 318 (2).
— mon. litterar. monum., 422.
— mon. necrolog., 422.
— mon. poma, 461.
— mon. schola popul., 461.
— par., 8. 33. 98. 99. 113. 232. 461. 492.
— stud. theol., 453. 459.
Pausram (Mor.), par., 164.
Pavloviens. par., Středovský, 164.
Pázmándens. par., 321.
Pazov (Boh.), loc., 478.
Peloponnesiac. bell., 491.
Pens (Tir.), loc., 435.
Pér (com. Jaur.), loc., 92.
Perg, par., 413.
Persia, dom. Mechith., 445.
— Münzfundort, 446.
Pertisau, baln., 350.
Perugia, congr. Cassinens., 524.
Pelhřimov (Boh.), loc., 354.
Pest (Hung.), ed. loc., 1. 17. 23. 28. 52 (2). 53 (2). 54 (8). 67. 71. 83. 84. 86 (3). 87. 92 (2). 93. 106. 108 (5).

109 (6). 156. 157. 205. 209. 211 (9). 227 (4). 252 (2). 261 (4). 263. 283. 284 (3). 285. 295. 321 (2). 334 (2). 360. 381 (6). 382. 383 (4). 392 (2). 393. 474. 476. 489. 490. 491 (2). 496. 497.
— loc., 67. 68. 157. 180.
— univ., 22. 31. 52. 56. 67. 106. 110. 156 (2). 221. 244. 281. 284 (3). 301. 369. 377. 385. 458 (2).
Pesti Napló, 491.
Petérd, par., 515.
Petri, s., (mon. Salisb.), vide: Salisburg.
Petrihusanum, mon., 120.
Petropol. bibl., 67.
Pettau, gymn., 264.
Pettenbach, par., 101. 220. 294. 357. 470.
Pettovium (Styr.). loc.. 191. 267.
Peuerbach (Austr.), loc., 355.
Pfaffendorf, par., 101. 166. 238. 446. 477.
Pfaffenweiler, par., 225.
Pfaffing (Bav.), loc., 83.
Pfarrkirchen (Austriae, prope Hall.), loc., 413. 497.
— par., 73. 87. 101. 171. 214. 237. 355. 357. 512.
Philipsdorfium, eccles., 218.
Piber, decanatus, 213.
— par., 213.
Pichl, par., 419.
Piesendorf (Salisb.), loc., 204.
Pilichdorf, domini de, 104.
Pilis, mon., 354.
Pilsen (Boh.), loc., 297.
— gymn., 77.
Pilzna, civit., 348.
Pistorf (Austr.), loc., 89.
Placentia, ed. loc., 447.
— mon. s. Xysti, 447.
Plaffeyen, par., 498.
Plain M. (Salisb.), par., 179, — vide: Maria-Plain.
Plan (Boh.), loc., 242.
Plank, par., 177.
Platt, loc., 457.
Platt, par., 2. 188. 207. 208. 241. 273. 390. 434.
Pleinstätten (Styr.), loc., 422.
Plottendorf (Boh.), loc., 362.
Počapla (ad Albim — Boh.), par., 349.
Pölla (ad s. Lamb.), loc., 421.
Pölten, s., (Austr.), edit. l., 1. 209 (7). 238. 340. 359. 500 (2).
— loc., 4. 293.
— s., Diöcese, 25. 73. 103. 357. 359.
Poessnitz, par., 267.
Pöstlingberg, mons, 57 (2).
Pötzleinsdorf, villa, 499.
Polen, Revolut., 406.
Policium ad Metavam (Boh.), par., 218.
— mon., 43. 149. 310. 343. 344. 365. 391. 467.
Poličká (Boh.), loc., 36. 261.
Polonia, missio Mechith., 488.
Polonia, mont. gigant., 348.
Pomeriae distr. mappa, 350.
Pompeji, letzten Tage von, 483.
Poppitz, par., 164.
Posonium (Hung.), academia, 38. 92. 100. 210. 282. 378. 381. 385. 393.
— convent. XI. medicor., 382.
— eccl. coll., 383 (2).
— ed. loc., 13. 17. 28. 52. 92 (2). 156. 199. 211. 283 (2). 360. 361. 382. 385 (2). 473.
— gymn., 28. 51. 52. 62. 84. 110. 193. 205. 210. 212. 244. 261 (2). 281. 353. 360. 374. 377. 406. 473 (2). 477. 478.
— loc., 38. 110. 167. 195. 263. 265. 282. 302 (2). 325. 338. 374. 381. 435. 447. 454 (2). 481.
— seminar., 85.
Postelberg (Boh.), mon., 163.
Pottendorf, loc., domini de, 104.
Pozson, ed. loc., 84. 85. 360. 361. 452 (2). 489.
Pradlo (Boh.), loc., 436.
Praga (Boh.), archidioec. synod., 385.
— archiep., 310. 361. 385. 387.
— archiep. Ioann., 348.
— archiep. Zoubek, 41 (2).
— canon. Franc. chronic., 347.
— canon. Paul Žídek, 347.
— canon. Vincentii chronic., 347.
— Clementin. Colleg., 165.
— ed. loc., 40. 43 (2). 44. 51. 68. 69. 70. 71. 102. 200. 218. 233. 236. 242. 246. 251. 279. 287 (2). 288 (2). 297. 298. 310 (3). 339. 350 (2). 362 (4). 365 (3). 391. 399. 409 (3). 420. 444 (5). 451 (2). 478. 493. 523.
— instit. surdo-mutor., 466.
— iter, 61.
— gymn., 200. 297. 362. 451.
— loc., 20. 36. 40 (2). 51. 69. 166. 205. 229. 262. 279. 348. 370. 416 (2). 438. 451. 466. 471 (2). 528.
— metropol. Arnošt, 70.
— metropol. Brus, 70.
— mon. s. Georg., 163.
— mon. Slavorum, 163.
— patres hiberni, 471.
— schol. real., 363.
— stud. theol., 198. 297. 370. 385 (2). 438.
— umbrae horizontal., 366.
— univ., 40. 43. 67. 102. 205 (3). 241. 246. 251. 287. 297 (3). 303. 315. 354. 360. 362 (2). 370. 376. 385 (2). 398. 409. 451. 521.
Praterstrasse (Viennae), Pfarrk., Pred., 463.
Pratum (Ticinens.), loc., 362.
Preblau, loc. (fons), 444.
Predlitz, mission., 402.
Pressburg (Hung.), ed. loc., 174. 213. 361 (2). 492.
Preussen, Krieg, 406.

Priborium (Mor.), loc., 370.
Prostanna (Mor.), loc., 229.
Protes, par., 472.
Prugg a. d. L.. Schlosskap., 424.
Přerov (Mor.), loc., 308. 309.
Přestic (Boh.), loc., 278.
— par., 444.
Přibislavic (Mor.), loc., 47.
Příbram (Boh.), loc., 20.
Pulkau, par., 2. 88 (2). 187 (2). 241. 269. 273. 340. 356. 374. 380. 384. 390. 405. 423. 425 (2). 478 (2).
— Pfarrk., 700jähr. Feier, 423. 425.
Pulkavia (Austr.), loc., 288.
Purg, par., 98. 208.
Purgstall (Austr.), loc., 427.
Puszta-Gyarmath (com. Comar.), loc., 17.
Puszta-Kovácsi, loc., 475.
Pyhra, par., 446.

Q.

Qualisch (Boh.), loc., 297.
Quarnerische Inseln, 469.
Quinqueeccles. dioec. (Hung.), 478.
— ed. loc., 62. 478.
— (com. Barany), loc., 12.

R.

Raab (Hung.), loc., 172.
Rabenstein, par., 98.
Radechov (Boh.), loc., 218.
Radendorf, praefect., 378.
Radkersburg, loc., 434 (2).
Radolphszell (Baden), loc., 278.
Radstädter Tauern, Tour., 469.
Rafinga (Austr.), loc., 350.
Raigern, vide: Raigrad.
Raigrad. (Mor.), archiv., 38. 170. 236. 243. 309. 346. 374 (2). 397. 411. 413 (2). 417. 522. 523.
— arch. music., 480. 481.
— bibl., 47. 159 (3). 162. 163 (5). 170. 179. 309. 311 (2). 314 (4). 327. 329 (2). 345. 374 (2). 386 (3). 387. 388 (3). 389. 396 (3). 397. 411. 439. 522 (2). 523.
— coemeter., 396. 439.
— diplomatar., 236.
— eccles. s. cruc., 513.
— historia bibl. et arch., 236.
— loc., 36. 37. 148. 158. 229. 395. 396. 439.
— mon., 36. 37 (2). 44. 45. 49. 62. 63. 64. 147. 158. 161 (3). 167 (2). 170 (2). 177 (2). 214. 223. 229. 234. 235. 238. 242. 261. 285. 308. 309. 310. 314. 326. 328. 343. 344. 345. 370. 373. 386 (2). 391. 394. 395. 398. 410. 416. 438 (3). 448. 480. 500. 501 (2). 513. 520. 521. 522.
Raigrad. mon. annales (1832—1854), 412.
— mon. glob., 451.
— mon. hist., 523.
— mon. vetus discipl., 349.
— nosocom. (1805), 439.
— opp., 45. 46 (2). 239. 439. 513.
— par.. 37. 62. 163. 167 (2). 177. 178 (2). 215. 223. 224. 328. 344. 387. 395 (2). 396. 410. 416. 449. 480. 513.
— priorat. memorabil., 397.
— villa, 344.
Raihradice (Mor.), loc., 47.
Rainbach (Austr.), loc., 342.
Rakonice (Boh.), loc., 471.
Rákos (Hung.), loc., 406.
Rapotenstein, par., 357.
Rastatt (Bad.), loc., 400.
Raszkovia, par., 488.
Ratisbona, ed. loc., 33. 55. 86. 242. 277 (2). 328. 430. 432 (2). 483 (7).
— loc., 142.
— soc. botan., 452.
Rattenberg (Tir.), loc., 3. 213. 494.
Rausen (Siles.), loc., 478.
Rausenbruck (Mor.), loc., 174.
Rausnitium Neo- (Mor.), par., 262.
Ravazd, par., 205. 207. 338. 353.
Ravelsbach, par., 3. 220. 378. 456. 515.
Razerhof, loc., 62.
Rebešovic., notata circa stat. s. Ioan. Nep., 178.
Regensburg, ed. loc., 33. 55. 86. 276 (4). 328. 343. 469. 481. 506. 527.
Reginohradecium (Boh.), loc., 43. 416.
— dioec., 262. 451.
— ed. loc., 345.
— episc. 37. 287. 303. 385. 391.
— stud. theol., 343.
Reicheneck (Styr.), loc., 448.
Reichenhall (Bav.), loc., 354.
Reindorf, loc., 426.
Reiting, Tour., 413.
Rétalap (com. Iaur.), loc., 10.
Retz (Austr.), loc., 285. 425.
— par., 425. 434.
Rheinfelden (Argov.), loc., 250. 511.
Rhenaugia, mon., 117. 120. 134. 416.
Rhenofeld (Bad.), loc., 484.
Richensee (Lucern. — Helv.), loc., 515.
Ried (Bav.), loc., 78. 151. 356.
Ried (Austr.), par., 15. 21. 101. 143. 171. 195. 228. 357. 367. 470. 497. 527.
Riedenthal (Austr.), loc., 4. 330.
Riedenthal, par., 177.
Ritschka (Boh.), loc., 401.
Roboretum, loc., 116. 207.
Röhrenbach, par., 192. 406. 508.

Roehrenbrunn (Austr.). loc., 150.
Rötz, decanat., 500.
Roggendorf, par., 208. 219.
Rohics, baln., 167.
Rohr, par., 55. 149. 420. 512.
Rohrbach (Austr.), loc., 114 (2).
Rohrendorf, par., 238. 514.
Rohrschach (Helv.), loc., 404.
Roma, acad., 67. 140. 184. 276. 313. 361.
— academ. quirit., 332. 398.
— archigymn. (Sapienza), 531.
— catacombae, 524.
— colleg. s. Anselmi, 77. 533.
— domus Mech., 29.
— ed. loc., 532.
— loc., 7. 12 (3). 25. 30. 38. 65. 66. 75. 116. 124. 172. 173. 372. 453. 470. 524.
— Sephora, 483.
— umbrae horizontal., 365.
Romanum iter, 61. 354.
Rorschach, mon., 312.
Rosic. decan., 373. 395.
— (Mor.), loc., 45.
Rossatz, par., 24. 377. 406. 409.
Rossitz (Austr.), loc., 464.
Rothense, coenob. (ord. s. Norb. — Suev.), 455.
Rotomagum, ed. loc., 127.
Rottenburg, episc. Car. Ios., 432.
— episc. Ioann., 23.
Rottenmann, loc., 18. 275. 307. 418.
— sect. oeconom., 418.
— Tauernkette, Ausflug, 469.
Rottwila (Bad.), loc., 80.
Rotwila (Würtemb.), loc., 265.
Rudmanns (Austr. inf.), loc., 189.
Rupersdorf (Boh.), loc., 376.
— par., 384.
Ruprechtshofen, par., 515.
Russland, Krieg, 406.
Rustendorf, loc., 426.
Rybešovic (Mor.), 45. 46.
— resid. 46.
Rzy (Boh.), loc., 349.

S.

Saalfelden (Salisb.), loc., 429.
Saar (Mor.), loc., 182.
Sabaria (com. Iaur.), loc., 52. 327. 339. 353. 360 (2). 489.
— dioec., 195.
— ed. loc., 106. 302.
— episc., 42. 253. 301.
Sachsen-Teschen, Herzog Albert de, 145 (2).
Salipol., ed. loc., 322 (2).
Salisburg. archiep., 26. 75. 77. 94. 175. 270. 279. 307. 401. 413. 432 (2). 509.
— archiep. univ. histor., 525.
— archiep. Wolf, 175.
— Chronik, 112.
— de statu gymn., 112.
— de statu univ., 112.
— diarium, 342.
— ed. loc., 19. 20. 22. 25 (2). 26 (2). 43. 59. 74. 78 (2). 84. 94 (2). 95. 111 (3). 112 (4). 138. 143. 154 (2). 155 (4). 166. 175 (2). 179 (2). 188. 189. 190. 195. 197 (2). 198 (2). 201. 204. 219 (2). 258. 270 (5). 275 (3). 276. 277. 283. 295 (3). 301. 304 (2). 305 (4). 313. 322. 323 (2). 356. 364 (2). 365. 389. 407. 413. 430 (12). 431 (16). 432 (3). 436 (2). 437 (6). 451. 455. 459. 460 (2). 470. 488. 492. 498. 503. 504. 533 (2). 535.
— episc. s. Rupert., 437.
— Erzb. Eberhard II., 175. 401.
— Erzb. Hieron., 112.
— Erzst., 19. 147. 197.
— gymn., 72. 75. 83. 87. 93. 138. 147. 152. 196. 201. 213. 219. 244. 258. 270. 281. 295. 304. 313. 354. 356. 357. 427. 453. 455. 494. 498. 533 (2).
— gymn. histor., 356.
— loc., 17. 19. 72. 76. 77 (2). 81. 84. 94. 111. 147. 154 (2). 155. 166. 190. 193. 194. 212. 214. 219. 228. 244. 256. 279. 301 (2). 304. 312. 313. 364. 447. 498. 503.
— mon. s. Petri, 19. 22. 25. 26. 42. 75. 77 (2). 83. 111. 117. 147. 154 (2). 155. 166. 175. 179. 188 (2). 190. 201. 204. 213. 219. 258. 271. 275. 304. 312. 313. 354. 356. 364. 407. 412. 427. 436. 455. 459. 470. 494. 503. 532.
— mon. arch., 313. 503 (2).
— mon. arch. repert., 437.
— mon. chronolog. rer. (582—1750), 495.
— mon. gesta abbat. (ab a. 582), 494.
— mon. necrol., 437.
— mon. novissim. chronic., 437.
— mon. viri illustr., 495.
— Necrolog, 175.
— s. Mich.-Brudsch., 436.
— soc. paedagog., 432.
— soc. typograph., 431.
— stud. theol., 166. 270. 295. 329. 339. 408. 453. 497. 533.
— Turnver., 431.
— umbrae horizont., 365.
— univ., 19. 20. 22. 25. 50. 57. 59. 72. 74. 77 (2). 80. 84. 95. 111 (2). 127. 143. 149. 151. 154 (2). 155. 189. 190. 198 (2). 212. 220. 258. 268 (2). 270. 273. 275. 277. 282. 295 (2). 304 (2). 313. 322 (3). 326. 330. 341. 389. 400. 415. 427. 436. 451. 453. 470 (2). 484. 487. 492. 497 (2). 534.
Salzkammergut, descript., 413.

Sanhippolyt. (Austr.), ed. loc., 3. 34.
— episc., 3. 112.
— episc. Frint, 341.
— loc., 88. 514.
— stud. theol., 2. 197. 241. 282. 409.
Sanpetrens. monial., descript. translat., 495.
— viridarium, 495.
Sardinien, Mar. Clotil. v. Bourb., 414.
Sarmenstorf, ed. loc., 257. 297 (2).
Sarna (Helv.), loc., 446.
Sarnen. (Helv.), colleg., 18. 43. 88. 94. 105. 113. 148 (2). 229. 231 (3). 257. 264 (2). 281. 325. 363. 407. 446 (2). 458. 459. 498. 505. 515.
— ed. loc., 148. 229. 231 (3). 232 (2). 455.
— gymn., 113. 231 (2). 281. 455.
— historia, 231.
— monast. monial., 232.
— par. hist., 231 (6). 232 (2).
— Pensionat d. sel. Nicol. v. Flue, 231.
— sodalitas Mariana, 232.
Sauerbrunn, hosp., 106.
Sausal, par., 168.
Säusenstein, par., 301.
Sazaviense (Boh.), mon., 163.
Schaerding (Austr.), loc., 266.
Schafberg, descript., 413.
Schaffhusa, ed. loc., 363. 430 (2). 455 (2). 524 (2).
Schallaburg (Austr.), loc., 222.
Scharnstein, arx, loc., 273.
Schattau (Mor.), loc., 3. 340.
Schaunburg, arx, loc., 213.
Scheibbs, opp. hist., 103.
Scheiben, par., 213.
Scheifling, par., 173. 306.
Schellenberg (prope Berchtesgad. — Bav.), loc., 498.
Schemnic. (Hung.), loc., 85.
Schildorn (Austr.), loc., 479.
Schlapanic (Mor.), par., 262. 410.
Schleissheim b. Wels, Kunstdenkm., 513.
Schlierbach (Austr.), loc., 452.
— mon., 382.
Schlossberg b. Graz, 336.
Schluchsee, par., 225. 291. 506.
Schludern (Tir.), loc., 355.
Schnobolinium (Mor.), par., 311.
Schongau (Helv.), loc., 256.
Schotten (Viennae, Austr.), Gymnas., 55. 321.
— Stift, 55. 175 (2). 180 (2). 181 (3). 314. 442.
— Stift, conc. primit., 503.
Schottenfeld (Viennae), par., 173. 241. 254 (5). 390. 425.
— Pfarrk., 140. 254 (2). 280. 375. 384. 405. 423 (5). 426. 463.
Schöckel, mons (Kepler), 337.
Schöllschitz (Mor.), par., 164.
Schönau, par., 265. 360.
Schönbrunn, loc., 428.
Schönbüchl, mon., 310.
Schönbühel, arx, 183.
Schönwald (Boh.), loc., 386. 387.
Schwallenbach, das Glöcklein von, 507.
Schwandorf (Bav.), loc., 140.
Schwanenstadt, loc., 301.
Schwarzbach (Boh.), loc., 357.
Schwarzenbach, par., 320.
Schwarzwald, congreg. s. Blas., 507.
Schwaz, Kirche, 350.
— loc., 207. 533 (2).
Schwyz, ed. loc., 229.
Scotens. abb. (Vienn., Austr.), 14. 140. 254. 321. 412.
— arch., 296. 319. 441.
— bibl., 182 (4). 192 (6). 208 (3). 220. 255. 319. 324. 338 (3). 353. 443 (2). 444. 500. 518.
— gymn., 2. 28. 32. 55. 89 (2). 102. 110 (2). 138. 139 (2). 150. 175. 179 (3). 182. 187. 190 (2). 226. 230 (3). 254. 274. 279. 283 (2). 284. 285. 319 (2). 320 (3). 321. 323. 340. 356. 366. 377. 380. 384. 407. 408. 422. 423. 426 (2). 440. 494. 499. 507. 508. 517. 518 (2). 524 (2). 533.
— gymn. progr., 308.
— Kenotaphiographia, 56.
— mon., 1. 14. 28. 32. 51. 55. 75. 81 (2). 88. 89. 93. 102 (2). 109. 110. 138. 139 (2). 140. 144 (2). 150. 173. 174 (2). 179. 183 (2). 187. 188. 189. 190. 207. 220. 226. 230. 241. 242. 245. 253. 269. 273 (2). 274. 279. 283. 285. 296 (2). 299. 313. 318. 319 (2). 320. 321. 323. 338. 340. 350. 355. 356. 366. 373. 374. 377. 379. 380. 384 (2). 389. 390 (2). 405. 407. 412. 414. 422. 425 (2). 426. 434. 440. 462. 478. 482. 494. 499. 500. 502. 503. 507. 508. 517. 524. 533. 534. 535.
— mon. Grundsteinlegung, 442.
— mon. hist., 441.
— mon. statuta, 427.
— par., 2. 51. 139. 144. 254. 405. 425. 462. 502. 508. 535.
Scotia, reg. Mar. Stuart, hist., 483.
Scotos ad, vide: Scotens.
Scutariens. episc. i. p. i. Rónay, 383.
Seccov. (Styr.), Administr. Rauber, 510.
— consist. episc., 499.
— dioeces., 107. 468.
— Dompr. Urban, 174.
— episc., 31. 106. 107. 141. 187. 332. 333. 398.
— Zinken, itinerar., 413.
Seckingen, mon., 299.
Sedlec, loc., 67.
Sedlitz, mon., 163.
Seelovic-Magno, decanat., 235.
— (Mor.), loc., 45.
— par., 45. 448.
Seewalchen, par., 16. 301.
Seewiesen, par., 402.

Seitenstad. (Austr.), abbat., 330. 356.
— abbatiae fundator., 400.
— abb. Ströhmer, 103.
— arch., 174 (2). 301. 330 (2). 341. 400.
— bibl., 59. 243. 246. 301 (2). 400. 492.
— Flora, 446.
— gymn., 3. 16. 22. 23. 87 (2). 103. 114 (5). 197 (4). 247. 282 (2). 300. 316 (2). 358. 359. 409. 446 (3). 460. 468 (2). 491. 507. 511. 512.
— loc., 77. 409. 511.
— mon., 3. 16. 22. 59. 77. 81. 87 (2). 102 (2). 103. 114 (3). 115. 154 (2). 174 (2). 197. 246 (2). 282. 293. 300. 316. 329. 330 (2). 340. 341. 358. 359. 361. 400. 409. 446. 468. 491. 507. 511.
— mon. diplom., 359.
— mon. hist., 330. 359. 400.
— par., 246.
— vetera mens., pond. et num., 504.
Selestadt (Alsat.), loc., 393.
Sempach (Bad.), loc., 134.
Senale, par., 237.
Senon. (Lotharingiae), mon., 80.
Serrati, mons in Hisp., 41.
Setzdorf (Siles.), loc., 462.
Sevatum (Tir.), loc., 111.
Sicilien, Flora, 469.
— mon., 108. 209. 468.
— Reise nach, 468. 469 (2).
Sierning (Austr.), loc., 267.
— par., 360.
— Pfarrk., 228.
Sigmaringen, ed. loc., 524.
Siklós (com. Barany), loc., 478.
Silesia, diplomatar., 347.
— historia, 348.
— mappa, 350.
— monaster., 346.
— mont. gigant., 348.
— privil., 347.
— viri docti, 347.
Silvester, s., (Helv.), par., 498.
Sion (Bad. duc.), mon., 120. 204. 228. 415. 525.
Sipbachzell, par., 5. 21. 87. 202. 237. 247. 301. 329. 339. 342. 357. 466. 527.
Sirovic (Mor.), capellan., 163. 394.
Sissek, Schlacht (1593), 336.
Sitzendorf, par., 33.
Skalicium, ed. loc., 168.
Slavětín (Mor.), loc., 285.
Smyrna, colleg. Mech., 6. 29. 56. 74. 206. 392. 398. 445. 483. 485. 494.
— loc., 5. 56. 61. 66. 168 (2). 392. 483 (2). 490.
Soběslav (Boh.), loc., 251.
Socolnic (Mor.), nosocom., 262.
Sodlažic (Boh.), cella, 163.
Soell (Tir.), loc., 54.
Sölk (Styr.), loc., 382.
Solodor (Helv.), loc., 264. 534.
Solodorum, gymn., 498.
Sonnenberg, mon., 114.
Sonntagsberg, loc., 4. 104. 330. 340. 341.
Sopron. (Hung.), ed. loc., 199 (2). 338. 353. 534.
— gymn., 12. 13. 17. 18. 21. 28. 42. 50. 62. 82 (2). 83. 84. 85. 94. 106. 138. 167 (2). 195. 198. 199. 205. 208. 219 (2). 237. 250. 252. 282. 288 (2). 321. 329 (2). 338. 353 (2). 354. 360 (3). 361. 369. 389. 391 (2). 393. 406 (2). 418. 447 (2). 454 (2). 463. 473 (2). 475. 476 (2). 477. 478 (2). 479. 489. 492. 496.
— gymn. br. histor., 475.
— gymn. progr., 454. 475. 478.
— loc., 19. 27. 38. 50 (2). 83. 84. 85. 94. 138. 156. 199. 212. 252. 260. 266. 295. 325. 369. 447. 488. 500.
Spanien, Sommerreise nach, 469.
Sparafeld, loc. b. Admont., 469.
Spielberg (Styr.), loc., 305.
Spira, episc., 35 (2). 126.
Spital, mon. (am Pürrhen), 455 (2).
Spittelberg, sermo festival. in . . ., loc., 503.
Srlinium (Boh.), loc., 246.
Stadelkirchen (Austr.), loc., 151.
Stammersdorf, par., 93. 173 (2). 187. 190. 296. 300. 440. 502. 533.
— (Austr.), loc., 390.
Stans, ed. loc., 88.
— (Helv.), loc., 21. 515.
— mon., 114. 404.
— par., 404.
— Tag in, Comöd., 515.
Stegmühl (Styr.), loc., 454.
Steiermark, Archiv d. hist. V., 234 (2).
— Catal. d. Herbar., 469.
— Franzoseneinfälle, 529.
— Giftgewächse, 469.
— Käfer, 469.
Stein, Chronik, 517.
— ed. loc., 25.
— loc., 89. 517.
Steinamanger, ed. loc., 464.
Steinbach (Austr.), loc., 467.
— colleg., 456.
Steinerkirchen, par., 75. 101. 266. 279. 283. 294. 301.
Steinhaus (Austr.), loc., 512.
— par., 15. 85. 189. 192. 228. 250.
Steinitz (Mor.), loc., 223.
Stephan, St., gymn. (Aug. Vindel.), 59. 483.
Sternberg (Mor.), loc., 139. 329.
Sterzing (Tirol.), loc., 452.
Stiefern, par., 34.
Stiria, archidux Ioannes, 306.
— historia, 307. 355.

Stiria, histor. ferrar., 308.
Stockeravium (Austr.), loc., 238. 329. 330.
Stockholmia, ed. loc., 65.
— loc., 64. 67 (2).
Strahov, mon. (Pragae, Boh.), 346.
Strassburg, loc., 349.
— stud. theol., 322.
Strasswalchen, par., 451.
— (Salisb.), loc., 451.
Strážnitz (Mor.), gymn., 167. 379.
Strechau, arx, loc., 281. 308.
Střelic. par., 164.
Strigon. (Hung.), archidioec., 383.
— archiep. Alex. Rudnay, 213.
— eccles. metrop., 52.
— ed. loc., 11. 83. 86. 151. 261.
— gymn., 1. 10. 56. 82. 86. 88. 91. 92 (2). 100. 150 (3). 151. 157. 167. 193. 195. 199. 207. 212. 218. 219. 250. 263. 282. 287. 288. 296 (3). 298. 321. 338 (2). 393. 418. 435 (2). 454. 463. 473 (2). 475. 477. 490. 491. 496. 497. 499. 504.
— gymn. progr., 464. 477. 497 (2). 504.
— (Hung.), loc., 28. 50. 100. 282. 298. 354. 377. 474. 475. 477.
Strögen, par., 33. 298. 406.
Stuttgardia, ed. loc., 506.
— loc., 129.
Styra (Austr.), ed. loc., 4. 20. 73 (8). 75 (2). 77. 87 (2). 95 (4). 98. 143 (2). 150 (11). 196. 197 (4). 212 (8). 220. 228 (3). 246. 251. 260. 268. 271 (4). 278. 279. 295. 301. 306 (2). 326 (9). 329. 330. 331 (12). 332 (4). 339 (2). 349 (3). 355 (6). 357. 360. 378. 383. 385. 394. 400. 402. 408 (3). 409 (4). 421. 455 (2). 464 (2). 465. 467. 504. 512 (3).
— (Austr.), loc., 21. 196. 359. 378.
— gymn., 201.
— par., 59.
— viri illustr., 512.
Styria, hist. pestis, 337.
— soc. agrar., 461.
— soc. histor., 62. 214. 219. 220. 234. 267. 306 (2). 307 (2). 334. 336 (3). 337 (4). 398. 413. 421. 510.
— soc. industr., geogn.-mont. et botan., 452.
— soc. naturam scrutant., 402. 418. 510.
— soc. oeconom., 404. 418. 434. 452. 453. 510.
Subsilvan. gubern., 231.
Suczavia, capellania, 203.
Suevia, provinc. scholarcha Schumacher, 427.
Suevicum, iter, 61.
Suez, can., (Africa), 66.
Sulz (Alsat.), loc., 271. 290.
Südsteiermark, Reiseeindrücke aus, 469.
Syria, loc., 323.
Syrovic. (Mor.), consul., 395.
— eccles., 178. 217.
— par., 46 (2). 167. 262. 394 (2). 397.
Szabadka (com. Bács), loc., 253. 287.
Szakolcza (com. Nitr.), loc., 51. 326. 338. 353. 447.
Szalavár, abb., 101. 409. 509.
Szalka (com. Hont.), loc., 211.
Számosujvár, loc., 83. 140. 272.
Szápár (com. Veszpr.), loc., 250.
Szárnya (com. Arvens.), loc., 473.
Szathmáriens. episc., 333.
Széczény (com. Sopr.), loc., 252.
Szémö (com. Comar.), loc., 210.
Szent-Békalja (com. Zal.), loc., 198.
Szent-György (com. Pos.), loc., 10. 476.
Szent-Iványi, par., 385. 475.
Szent-Márton, par., 14.
Szerdahely-D. (com. Sopron.), loc., 302.
Szigliget (com. Zal.), loc., 237.
Szobotist (com. Nitr.), loc., 391.
Szölgyén-M. (com. Strig.), loc., 298.
Szombathely, ed. loc., 19.

T.

Tábor (Boh.), loc., 484.
Taiskirchen (Austr.), loc., 176.
Tannenburg, Rosa von, Drama, 507.
Tárkány (Hung.), par., 56. 212.
Tarnov. (Galiziae), consist. ep., 478.
— dioec., 180.
— ed. loc., 530 (2).
— ep. Ziegler, 529.
Tata (com. Comar.), loc., 14. 493.
Tauern, par., 62.
Tautendorf, par., 33.
T.-Berénd (com. Veszpr.), loc., 496.
Tegernsee, ed. loc., 154. 240. 354. 459.
Tegurium, ed. loc., 240.
Tejnic (Boh.), loc., 493.
Telky (Hung.), abb., 13. 93. 109. 179. 190. 254. 412.
Telnic (Mor.), loc., 328.
Temesvár (Hung.), loc., 201.
Tényő, par., 50. 252. 287.
Tepl (Boh.), loc., 77 (2).
Teplitz, mon., monial. (Boh.), 163.
Tergeste, academ. naut., 492.
— Congreg. Mechith., 8. 39. 486. 487. 492.
— gymn., 494.
— gymn. (Mech.) 5. 6. 9. 203. 376 (2). 425.
— loc., 8. 9 (2). 30. 36. 238. 320. 394. 484. 487. 493.
— mon. Mech., 29. 36. 272. 283. 320. 487 (3). 493.
— typogr. Mech., 10. 36 (2). 9. 272.
Tersat. (Tirol.), Sanctuarium, 493 (2).
Thalerkogel b. Trofaiach, descript., 413.
Thalham, par., 251.
Thalheim, decan., 408. 452 (2).
— eccl. chronologica, 408.

Thalheim, par., 5. 50. 171. 172. 214. 258. 273. 295. 332. 362. 408. 420. 445. 452. 527.
Thallern (Austr.), loc., 153.
Thiengen (Bad), loc., 204.
Thomae, s., (Brunae), mon., 371.
Thüringen, Elisab. von, Drama, 507.
— hl. Elis., 112.
Tiernstein, monast., 222 (2).
— Ritter (equit.), 222.
Tigranocerta (Mesopotam.), loc., 445.
Tihany (Hung.), abbat., 10. 14. 31. 32. 91. 92. 94. 107. 172. 194. 195. 198. 199. 218. 250. 252. 253. 258. 265. 281. 284. 301. 320. 329. 338. 381. 406. 435. 447 (2). 488. 489. 490. 493. 496.
— par., 338. 490.
Tinecium (Galiziae), mon., 226.
Tirol., carmina, 506.
— cirsia (botan.), 484.
— Ferdinand. imper. (1838), 505.
— mappa, 350.
— oration. sacr., 506.
— Land, für Reisende, 505 (2).
— Reformat., 505.
— soc. botan., 452.
Tisens (Tirol.), loc., 269.
Todtmoos, superior., 415. 514.
Todtmosium, loc., 152. 265. 415.
— par., 290.
Todtnau, par., 415.
Togeren, loc., 120.
Tokod (com. Strigon.), loc., 50.
Tolnens. par., 478.
Tömörd, loc., 353.
Tongeren, par., 122.
Toós-Nyárasd (com. Pos.), loc., 504.
Traboch, par., 220. 506.
Traiskirchen, par., 223.
Trapezunt, missio Mech., 29. 485.
Trebicens. iura mannor., 164.
Trebiczium (Mor.), loc., 416 (3).
Třebechovic (Boh.), loc., 343.
Třebešicium, par., 43.
Tribov, gymn., 424.
— (Mor.), loc., 500.
Trident. (Tirol.), dioeces., 237. 532.
— episc., 363.
— lyc., 294 (2). 325.
— stud. theol., 505.
Trieben, mallei, 452.
— par., 197.
Triest, ed. loc., 340.
Trophaia (Styr.), loc., 402. 529.
Tschaitsch (Mor.), Kapelle, 164.
Tschugha (Pers.), loc., 8.
Tübingen, ed. loc., 506.
— univ., 524.
Tulbigens. praef. Schaukoegel, 400.
Tulln, loc., 73. 222.
— par., 73.
Turegium (Helv.), loc., 498.
Turnau (Boh.), par., 465.
Turžanens. (Mor.), par., 164.
Turzovka (Hung.), loc., 391.
Twarožna (Mor.), loc., 112.
Tynec, episc. Ziegler, 530.
— (Pol.), loc., 529.
Tyniec, mon., 81 (2).
Týništ (Boh.), loc., 391.
Tyrnavia (Hung.), ed. loc., 58. 105. 448.
— gymn., 3. 10. 38. 51. 62. 85. 88. 110. 199. 281. 288. 302. 338. 391. 448 (3). 473 (2). 476.
— (com. Pos.), loc., 195. 302. 325. 478.
— stud. theol., 85.
Tyrolensia monumenta, 240.

U.

Udalrici, s., (Bad), loc., 487.
— conc. secundit., 503.
— par., 2. 51. 81 (2). 141. 208 (2). 220. 227. 242. 245. 254 (2). 273 (2). 319 (2). 366. 374. 380. 414. 478 (2). 502 (2). 508.
Ulm, ed. loc., 278 (2).
Ulma, loc., 81.
Unter-Danowitz (Mor.), loc. 480.
Unterlichtbuch (Boh.), loc., 260.
Unternalb, par., 364.
Untersiebenbrunn, par., 177. 515. 516.
Unterwalden, praefecturae historia, 232.
Unzmarkt (Styr.), loc., 468.
Urfahr (Austr.), loc., 214.
— -Linz, ed. loc., 228.
Uri (Helv.), loc., 210.
Ursberg, mon. ord. Praemonstr. (in Suevia), 82.
— par., 70.
Ursern (Helv.), loc., 43. 362. 366.
Urspic. (Mor.), par., 224.
Üreg (com. Toln.), loc., 58.

V.

Vacium (Hung.), eccles., 429.
— lyc. episc., 109.
Valdhus, bibl., 346.
Varna, ad, pugna, 491.
Varsány (Hung.), par., 534.
Varunum, vide: Judenburg.
Vásárhely (com. Veszpr.), loc., 3.
Veit, s., (Carinth.), loc., 79.
Veitsch, loc., 528.
— par., 31. 304. 421.
Velegradiense, mon., 46.

Velencze (Hung.), loc., 353.
Venetiae, ed. loc., 20. 198. 207. 345. 441.
— iter, 478.
— loc., 36. 66. 508.
— mon. Mech., 9.
— Republ., 142 (2).
Vercellens. abb. Gersen, 53.
Verona, ed. loc., 533.
— Markgraf Berthold, I., 149.
Vesuntio, ed. loc., 430.
Veszprém (Hung.), dioec., 393. 447.
— ed. loc., 10. 31. 92. 107. 252. 476.
— (Hung.), 14. 107. 208.
Vetero-Aqua (Mor.), colleg. piar., 370.
Vetero-Bruna (Mor.), abb. Eder, 396.
— par., 167.
Vetero-Pragae, ed. loc., 471. 528.
— gymn., 363.
Viechtwang, par., 75. 101. 143. 295. 355. 424. 527.
Vienna, vide: Vindobona.
Vilemoviens. (Boh.), mon., 163.
Villacum (Carinth.), loc., 453.
Villingen (Bad), loc., 148. 228. 316.
— ed. loc., 532.
— mon., 87 (2).
Villmergen, par., 297.
Vincentii, s., mon. in Pennsylv. (America), 399.
Vindeliciae (prov.), hist., 400.
Vindobona (Austr.), ad Scot. eccl., 464.
— archiep., 119. 128. 139. 190. 280. 330. 374. 375. 398. 429. 479.
— archiep. Migazzius, 429.
— archiv. facult., 375.
— aula Gottvic., 509.
— bibl., 136. 347 (2). 348. 513.
— bibl. Mech., 312.
— Bonav. Piter, 344.
— colleg. Pázmánian., 85.
— c. r. acad. litter., 468. 521. 522. 532.
— de erect. canonic. ad s. Steph., 420.
— descriptio urb., 494.
— dom. pauper., 414.
— domus Seitenstad., 3. 16. 22. 400.
— ed. loc., 1. 2. 4. 12. 13. 20. 24. 29. 30 (4). 33. 43. 51 (2). 55 (2). 56 (2). 66. 68. 69. 71 (6). 72 (5). 73. 75. 76. 82. 89. 103. 110. 112. 113. 114. 140 (5). 141. 142. 145 (16). 146 (7). 147. 151. 152. 173. 175. 180 (4). 181 (14). 182. 183 (2). 185. 186 (2). 187. 189. 196. 208. 209. 220. 230 (2). 241. 242 (7). 245 (3). 248. 254 (4). 268. 269 (7). 273. 275 (3). 280 (3). 289 (2). 296. 298. 300 (7). 314. 319. 321. 324 (4). 340. 341 (2). 355. 356 (3). 362 (2). 366. 369. 375 (6). 378. 380. 384 (3). 390 (8). 391. 405 (4). 407 (2). 408 (8). 412. 418. 423 (12). 424 (2). 425 (3). 426. 427 (4). 428. 429. 433. 435 (2). 442 (4). 446. 462 (3). 463 (17). 479. 482. 494 (3). 503 (2). 508. 509 (2). 518 (4). 520. 523. 530 (3). 532. 533. 535.
Vindobona, ephemerid., 463.
— ephemer. astron., 57.
— gymn., 87. 147. 167. 179. 212. 219. 220. 237. 268. 309. 329. 330. 424. 440. 442. 499. 502. 515.
— gymn. Mech., 5. 33. 392. 488.
— gymn. Theres., 355. 376 (2).
— instit. s. August., 284. 391.
— iter Pii VI., 447.
— litter. stud. Maximil. I., 175.
— loc., 6. 12. 24. 27. 29. 32. 33. 35. 36. 38. 39. 44. 45. 47. 51. 55 (2). 56 (3). 57. 64. 65. 75. 76. 81. 82 (2). 87. 89 (2). 93. 102. 110. 112. 116. 123 (2). 124 (3). 125 (4). 127. 128. 139. 140. 142. 144. 146. 147 (3). 152. 154. 160. 168. 171. 173. 177. 182. 183. 184. 185 (3). 187 (2). 193. 205. 220. 226 (2). 230. 233. 238. 241. 245. 246. 267. 273. 279. 292. 296. 299. 306. 309. 310. 315. 319 (2). 320. 331. 338. 342. 343. 355. 356 (2). 362. 366. 373 (2). 377. 384. 396. 400. 405 (2). 422. 425 (2). 440. 444. 446. 456 (2). 458. 472 (2). 474. 482 (2). 500. 502. 508. 524. 527. 529. 533.
— metrop. ad s. Steph., 324. 420.
— mon. Mech., 5. 6. 9. 12. 29. 33. 36. 38. 39. 56. 57. 61. 74. 80. 83. 138. 140. 168. 182. 192. 202 (3). 206 (4). 283. 320. 328. 392 (2). 393. 397. 425. 445. 483 (3). 485 (2). 486. 487 (2). 488 (2). 490 (2). 493 (2). 494.
— Pius VI., Papa, 464.
— poëtae, 443.
— res publ., 140.
— Schubertbund, 423.
— seminar. gen., 4. 22. 101. 250. 434.
— seminar. philolog., 190.
— senat. scholar., 401. 492.
— soc. academ. scientiar., 505.
— soc. agrar., 461.
— soc. anthropolog., 150, 319.
— soc. chem. physical., 150. 319.
— soc. geolog., 150. 195. 393.
— soc. Iesu, 456.
— soc. meteorolog., 150. 319.
— soc. oeconom., 405.
— soc. opific., 375.
— soc. stenograph., 493.
— soc. zool.-botan., 469.
— suburb. (Laimgr.), 191.
— stud. theol., 239. 270. 284. 294. 357. 362. 377. 515.
— stud. theol. Mech., 5. 12. 392.
— typogr. Mechith., 2. 5. 6. 7. 8. 10. 12. 15. 23. 30. 31. 33. 34 (2). 36 (7). 39 (14). 57 (5). 58 (7). 61 (2). 74 (2). 80 (3). 83 (2). 93. 138 (3). 140 (4). 146 (4). 168. 175. 180 (2). 181 (3). 202 (4). 203 (11). 204 (6). 206 (2). 227 (4). 230. 254 (6). 255 (2).

269. 280 (5). 283. 298. 312 (3). 320. 328. 343. 374. 375 (9). 392 (2). 393 (3). 398 (3). 405 (7). 423 (7). 424 (2). 425 (2). 426 (2). 446 (2). 458. 463 (2). 483 (2). 484. 485 (5). 486 (4). 487 (2). 488 (3). 490. 493 (2). 494 (3).
Vindobona, umbrae horizontal., 365.
— univ., 1. 2. 4. 10. 21. 32. 33 (2). 36. 55 (2). 60. 63. 64. 67. 75. 77. 81. 87. 88. 89 (2). 90. 93. 102 (2). 103. 104. 105. 110 (2). 114. 115. 137. 139. 144. 147. 150 (4). 151. 153. 172. 173. 174 (3). 179 (2). 187. 188 (2). 189. 190. 191 (2). 192. 197. 210. 214 (2). 220. 225. 226 (3). 230 (3). 233. 238. 240. 241 (2). 256. 264. 266. 267. 269. 272. 274. 279 (3). 282. 283 (2). 285. 289 (2). 294. 295. 296. 298. 309. 319. 320. 322. 324 (2). 340. 342. 356. 357. 362 (2). 364. 366. 367 (3). 369 (2). 373. 374 (3). 377 (2). 380. 384. 391. 407. 409 (2). 413. 420. 422. 423. 424. 425 (3). 426. 427. 440. 446. 458. 460. 462. 478. 482. 486. 495. 499 (3). 500. 503. 506. 507 (3). 509. 511. 517. 518 (2). 524. 529 (2). 533. 534. 535.
— univ. arch., 427. 518. 534.
Vinstgaus, (vall. venust.), hist., 457.
Visk (com. Hont.), loc., 86.
Vitonis, s., congr., 118.
Vitus, s., par., 98. 166. 275. 364.
Vlachobřezens. (Boh.), loc., 528.
Voeklamarkt (Austr.), loc., 5.
Völgyfalva (com. Sopron.), loc., 260.
Volders (Tirol.), loc., 524.
Vorchdorf, par., 101. 227. 266. 271. 357.
Vordernberg, loc., 404.
— officinae ferrar., 308.
Vöslau (Austr.), Filiale, 223.
— Gem. (Anrede, 1793), 473.
Votschium (Boh.), loc., 231.
Vratislav. (Silesiae), dioec., 438.
— histor., 68.
— univ., 242.
Vyškov (Mor.), eccles. decan., 344.

W.

Wachau, sog. Hofmeist. in der . . ., loc., 465.
Wahlstadium (Siles.), mon., 149. 391.
Waidhofen ad Ibiss. (Austr.), loc., 102. 103 (2). 361. 390.
— ed. loc., 103 (2). 234.
Waitzendorf, par., 14. 76. 81. 141. 245. 390 (2). 434. 500.
Waitzenkirchen (Austr.), loc., 4. 189.
Wald (Styr.), par., 17.
Walderbach, mon., 293.
Waldneukirchen, eccles., 512.
Waldzell (Austr.), loc. 467.
Wallern (Austr.), loc., 16.
Wallisch-Birken (Boh.), loc., 528.
Walsee (Austr.), loc., 332.
Waltenschvil (Argov.), loc., 264.
Warscheneck, mons, 173.
Wartberg, par., 171.
Wasserburg (Austr.), loc., 234.
Wasserhofium (Carinth.), loc., 239. 401.
Watzelsdorf, par., 141. 220. 242. 377. 380. 533.
Wegscheid (Styr.), par., 421.
Weidenholz (Austr.), loc. 322.
Weikendorf, par., 472. 482. 517.
Weinhaus (Austr.), loc., 89.
Weissenbach b. s. Gall., loc., 308.
Weissenkirchen (Austr.), loc., 357.
Weisskirchen (Styr.), loc., 465.
— par., 31. 85. 90. 101 (2). 150. 171. 195. 251. 268. 271. 273. 329. 354. 357. 362. 445. 511. 527.
Weistrach (Austr.), loc., 282.
— par., 114 (2).
Weitra (Austr.), loc., 427. 477. 535.
Weizenkirch, par., 322.
Welehrad (Mor.), mon., 46.
Wels (Austr.), ed. loc., 86. 153. 167. 196 (2). 202. 228 (3). 251. 266. 294. 452. 527 (3). 528 (2).
— loc., 50. 75. 195. 196. 251 (2). 268. 295. 341. 408.
Welschellen (Tir.), loc., 113.
Weng (Styr.), Kapelle, 41.
— par., 141. 197. 218. 220. 376. 393. 398. 422. 445. 452. 459.
Wenklarn (Austr.), loc., 468.
Wernersdorf, par., 200. 260.
Wessobrunens. (Bav.), abb. Thassilo, 193.
— mon., 194.
Weszprém (Hung.), ed. loc., 31. 107. 490.
Wey (Helv.), loc., 85.
Weyer (Austr.), loc., 18. 349.
Weyra, par., 243.
Wezlaria, loc., 111.
Wiblingen (Sueviae), gymn., 530.
— mon., 81. 226. 372. 406. 529.
Wien (Austr., vide Vindobona), Alterthumsverein, 382.
— Bürgerspit., 405.
— Catalog d. Weltausstell., 403.
— Centralanst. für Meteorol. und Magnet., 368.
— ed. loc., 24. 34 (2). 43. 56. 78. 82 (14). 91 (4). 103 (3). 112. 113 (2). 114. 142. 147. 152. 161. 166. 171 (2). 173 (4). 182. 188. 189 (2). 190. 192. 196. 208 (3). 209 (16). 210 (3). 211 (2). 213. 214. 218. 219. 221 (4). 222. 233. 238 (3). 248. 256. 259. 268. 271. 285 (2). 289 (8). 292 (2). 293 (4). 313. 315. 318. 330. 332 (2). 334 (3). 335. 339. 340 (2). 343 (2). 349. 350. 357. 358 (2). 359 (2). 360. 367 (3). 368 (3). 369 (3). 403. 413 (4). 419. 421. 422. 428. 432. 438. 445. 453 (7). 454 (2). 457 (5). 459 (4). 460. 461. 462. 465. 469 (2). 471 (4). 473. 476. 477. 481 (2). 482. 493 (7). 507. 510. 516 (9). 527. 528. 530 (4).

Wien, edit. Mech., vide: Vindob. typogr. Mech.
— Handlungs-Krankeninstit., 192. 384. 390. 423. 518. 533.
— hl. Severin, 356.
— Hofburgk., Pred., 181 (3).
— Jahrb. d. k. k. Sternwarte, 403.
— kais. Akad. d. Wissensch., 318. 358. 367. 368 (3). 422 (2).
— k. k. Sternwarte, 468.
— k. k. zoolog.-botan. Verein, 169 (2). 170.
— I. Kirchen-Musikverein, 426.
— litterar. stud. unter Maximil. I., 175.
— Mechith.-Kirche, Pred., 494.
— Pfarrk. am Peter, 181.
— Pfarrk. s. Aug., Pred., 181.
— Pfarrk. s. Joh., 181.
— Pfarrk. s. Leop., 375. 423.
— Verein f. Landeskunde, 269.
— Weissgärb. Vorst.-Kirche, Pred., 181. 463.
Wienersdorf, Filiale, 223.
Wies (Styr.), loc., 355.
Wieting, par., 19. 42. 154. 175. 201. 313. 364. 389. 494.
— praeposit. in Carinth., 495.
Wildalpen, par., 17. 74. 245. 281. 288. 354. 376. 445.
— (Styr.), loc., 413.
Wilhering (Austr.), mon., 101.
Willisau (Helv.), loc., 94. 472.
Wilten (Tirol.), mon., 114.
Wimariensia diplomata, 318.
Wimsbach (Austr.), loc., 101.
Windfeld, loc., 57.
Windhag, par., 341. 492.
Windischgarsten (Austr.), loc., 172. 300.
Wirceburg, ed. loc., 177. 267.
— episcop., 318. 487. 488.
— episc. beat. Adalberon., 418. 419 (2).
— facult. theol., 418.
Wirting (Austr.), loc., 357.
Wišenav (Boh.), loc., 200.
Wislighofen, praeposit. (duc. Bad.), 81.
Wislikon, par., 225.
Wittekofen (Würtemb.), loc., 78.
Wittichen (Bad), loc., 506.
Wohlen, par., 224. 280. 297.
Wolfert (Brab.), loc., 369.
Wolframitz (Mor.), par., 63.
Wolframkirchen (Mor.), par., 164.
Wolfsbach (Austr.), loc., 358.
— par., 59. 174. 246.
Wolfsberg, loc., 76 (2).
— par., 76.
Wösendorf, loc., 465.
Wratislav. (Siles.), dioec. mappa, 350.
Wüllersdorf, par., 112. 238. 315. 444. 472.
Würmlach, Inschrift, hetrur., 100.

Y.

Ybissa (Austr.), loc., 460.

Z.

Zabrdovic. (Brunae, Mor.), abb., 345.
— mon., 46.
Začanium (Mor.), loc., 448.
Zagrabia, archiep. Haulik, 392.
— soc. hist., 67.
Zala-Apáthi (com. Zal.), loc., 253.
Zalabér (com. Zal.), loc., 320.
Zala-Egerszeg (com. Zal.), loc., 199.
Zamárdi (Hung.), par., 31. 91. 490.
Zara, mon., 223. 394.
— (Mor.), loc., 394.
Zboró (com. Nitr.), loc., 42.
Zbraslavia (Mor.), par., 224.
Zderas, mon. diplomatar., 346.
Zeiring, oeconomia Admont., 394. 459.
— (Styr.), loc., 509.
Zeirnig (Silbergr.), loc., 106.
Zellerndorf (Austr.), par., 88. 141. 269. 273. 296. 320. 366. 384. 390. 414 (2). 462. 500. 524.
Zemlinga (Austr.), loc., 446.
Zeutschach (Styr.), par., 31. 169. 213.
Ziersdorf, par., 238.
Zimony (Militärgr.), loc., 108.
Zircs (Hung.), mon., 354.
Zirknitzensis lacus, descript., 242.
Znoima (Mor.), gymn., 44. 73. 150. 285. 507.
— historia, 236.
— loc., 296. 298.
Zöbing, par., 34.
Zocklhof (ad s. Paul., Carinth.), loc., 461.
Zsámbék (com. Pest.), loc., 514.
Zurzachium (Helv.), loc., 224. 225.
Zvitavia (Mor.), loc., 158.
— privil., 164.
Zwerndorf, par., 112 (2). 221.
Zwettel (Austr.), Cisterc., 145.
Zwettl, Stiftsk., 238.
Zwifulda, mon., 117.
Žabčice (Mor.), loc., 448.
Žarošic (Mor.), eccles. hist., 346.
Židlochovic. (Mor.), iura, mont., 164.

III. INDEX MATERIARUM.

I. Encyclopaedia.

Centuriae: A. Historia litteraria. a) univ. b) part. — B. Notitia librorum (recensiones). — C. Catalogi. — D. Ephemerides litterariae. — E. Encyclopaedia. — F. Academica. — G. Scripta periodica. — H. Opera unius auctoris collecta. — I. Varia. a) Calendaria. b) Schemata. c) Theses. d) Diversa.

A. Historia litteraria.

a) univ. b) part.

Binder Urbanus (Cremif.) *b.* 22.
Buswald Dominicus (Admont.) *a.* 35.
Caracaschian Mathias (Mechith.) *a.* 36.
Mayer Gregorius (Mellic.) *b.* 289.
Peinlich Richardus (Admont.) [de typogr. Graec. saec. 16] *b.* 337.

B. Notitia librorum (recensiones). C. Catalogi.

Beély Fidelis (de s. M. Pan.) *B.* 17.
Conrad Othmarus (Raigrad.) *B, C.* 48.
Czinár Maurus (de s. M. Pan.) *C.* 52—53.
Dudík Beda (Raigrad.) *B.* 70. 72.
Edlinger Ioachim (Seitenstad.) *B.* 77.
Habrich Alexius (Raigrad.) *B, C.* 163.
Helferstorfer Othmarus (Scotens.) *B, C.* 182.
Keiblinger Ignatius (Mellic.) *B.* 222.
Kinter Maurus (Raigrad.) *B, C.* 236.
Kretz Leodegarius (Murens.) *B.* 257.
Kropff Martinus (Mellic.) *B, C.* 259. 260.
Kruesz Ioannes Chrysostomus (de s. M. Pan.) *B.* 261.
Kuncze Leo (de s. M. Pan.) *B, C.* 265.
Lierheimer Bernardus (Muro-Gries.) *B.* 277.
Mitter Wolfgangus (Seitenstad.) *B, C.* 301.
Mülleitner Ferdinandus (Gottvic.) *B.* 310.
Peinlich Richardus (Admont.) [recensiones] *B.* 337.
Rath Paulus (Seitenstad.) [catalog. musaei princ. Metternich, item bibl.] *B.* 361.
Reichhart Godefridus (Gottvic.) *B.* 364.
Reznyák Albertus (de s. M. Pan.) [de libris iuventuti destin.] *B.* 369.
Richter Benedictus (Raigrad.) *B, C.* 374.
Riedler Altmannus (Gottvic.) *C.* 377.
Rücker Antonius (Raigrad.) *C.* 389.
Schirmer Leonardus (Gottvic.) *B, C.* 409.
Schlossar Victor (Raigr.) [catalogus archivi] *C.* 411.
Schmid Hugo (Cremif.) [cat. cod. manuscr.] *C.* 413.
Stadelhofer Benedictus (Admont.) [cat. mscr.] *C.* 456.
Szeder Fabianus (de s. M. Pan.) *C.* 473.
Sztachovics Remigius (de s. M. Pan.) [recens. libror.] *B.* 477.
Waizenbeck Henricus (Salisb.) *B, C.* 503.
Werl Vincentius (Gottvic.) *B, C.* 509.
Wichner Iacobus (Admont.) [bibl. et tabul. Admont.] *B.* 510.
Witlačil Severinus (Lambert.) *C.* 515.

D. Ephemerides litterariae. E. Encyclopaedia.

Beély Fidelis (de s. M. Pan.) *D.* 17.
Berndl Maurus (Michaelbur.) *D.* 19.
Bita Desiderius (de s. M. Pan.) *D.* 23.
Dudík Beda (Raigrad.) *D.* 70.
Füredi Albinus (de s. M. Pan.) *D.* 108.
Guzmics Isidorus (de s. M. Pan.) *D.* 157.
Hauswirth Ernestus (Scotens.) [addit. ad Kirchenlex. Herder] *E.* 175.
Kinter Maurus (Raigr.) *D.* 236.
Kisfaludi Tobias (de s. M. Pan.) *D.* 237.
Piter Bonaventura (Břevn.) [vocabular. vetus] *E.* 349.
Schwarz Henricus (Michaelbur.) *D.* 430.

F. Academica. G. Scripta periodica.

Arigler Altmannus (Gottvic.) *F.* 4.
Balás Theophilus (de s. M. Pan.) *F.* 11.
Bezdieka Anselmus (Emaut.) *F.* 21.
Boeckhn Placidus (Salisb.) *F.* 26.
Cechner Hieronymus (Emaut.) *F.* 41.
Fehér Hippolytus (de s. M. Pan.) *F.* 87.
Fixlmillner Placidus (Cremif.) *F.* 96.
Hager Edmundus (Salisb.) *G.* 166.
Halabala Methodius (Raigr.) *G.* 167.
Hofer Ioannes (Salisb.) *F.* 190.
Jedlik Anianus (de s. M. Pan.) *F.* 211.
Rómer Florianus (de s. M. Pan.) *G.* 382.

H. Opera unius auctoris collecta.

Hofmann Paulus (Scotens.) 192.
Piter Bonaventura (Břevn.) 348.
Rücker Antonius (Raigr.) 389.

I. Varia.

a) Calendaria. b) Schemata. c) Theses. d) Diversa.

Achleuthner Leonardus (Cremif.) *c.* 1.
Andexer Iacobus (Fiecht.) *c.* 3.
Baumgarten Amandus (Cremif.) *c.* 15.
Boeckhn Placidus (Salisb.) *c.* 25.
Casparides Paulus (Raigrad.) *d.* 38.
Dannerbauer Wolfgangus (Cremif.) *b.* 55.
Esterl Franciscus (Salisb.) *a.* 84.

Habrich Alexius (Raigrad.) *b.* 165.
Itz de Mildenstein (Břevn.) *a.* 206.
Mathon Placidus (Raigr.) *a.* 286.
Matoušek Timotheus (Břevn.) *a.* 287. 288.
Nyulassy Antonius (de s. M. Pan.) *a.* 321.
Reichhart Godefridus (Gottvic.) [bulla Clem. XII. in causa bibl. Gottvic.] *a.* 364.
Rotter Ioannes Nep. (Břevn.) [annales, clero cath. accommod.] *a.* 385.
Wurm Ernestus (Cremif.) *a.* 527.

II. Philologia.

Centuriae: A. Linguae general. — B. Polyglotta (Lex.). — C. Lingua Boëmica (Slavica et affines). — D. Lingua Graeca. — E. Lingua Latina. — F. Linguae Latinae. — G. Lingua Germanica. — H. Linguae Asiaticae, Hungarica. — I. Linguae reliquae. — K. Auctores Graeci. — L. Auctores Latini. — M. Auctores Orientales et Hebraici.

Abday Astricus (de s. M. Pan.) *I.* 1.
Adolph Meinradus (Scotens.) *F, G.* 2.
Achleuthner Leonardus (Cremif.) *F.* 1.
Aydinian Arsenius (Mechith.) *H.* 5.
Balgian Alexander (Mechith.) *H.* 12.
Bellovics Marcus (de s. M. Pan.) *E.* 18.
Bosagi Iacobus (Mechith.) *F, H.* 30.
Bülbüdschian Petrus (Mechith.) *H.* 33.
Buswald Dominicus (Admont.) *A, G.* 35.
Caftandschian Elisaeus (Mechith.) *F, H.* 36.
Caracaschian Mathias (Mechith.) *H.* 36.
Casparian Minas (Mechith.) *H.* 36.
Caterdschian Iosephus (Mechith.) *D, E.* 39.
Caterdschian Samuel (Mechith.) *F, H.* 39.
Chvoian Theodorus (Emaut.) *C.* 43.
Czuczor Gregorius (de s. M. Pan.) [Lexicon] *I.* 54.
Devrischian Emmanuel (Mechith.) *H.* 58.
Devrischian Seraphinus (Mechith.) *H.* 58.
Doberschitz Laur. (Cremif.) *F, G.* 60.
Donighian Gregoris (Mechith.) *F.* 61.
Eminian Serapion (Mechith.) *F, H, M.* 80.
Ferenczy Iacobus (de s. M. Pan.) *H.* 92.
Flor Carolomannus (s. Paul.) *D.* 99.
Fojtényi Cassianus (de s. M. Pan.) *D, E.* 100.
Forsthuber Edmundus (Cremif.) *E.* 101.
Frieb Bernardus (Scotens.) *D, K.* 102.
Gabely Emericus (de s. M. Pan.) *K.* 110.
Giamgian Philippus (Mechith.) *B, F, H.* 138.
Gosztonyi Fabianus (de s. M. Pan.) *H.* 138.
Götz Edmundus (Scotens.) *B, E.* 140.
Grienfels Edmundus de (Mellic.) *E.* 146.
Gulyás Alexander (de s. M. Pan.) *H.* 151.
Guppenberger Lambertus (Cremif.) *G.* 153.
Helferstorfer Othmarus (Scotens.) *G.* 182.
Hoefer Mathias (Cremif.) *B, G, L.* 189.
Hoffmann Caietanus (Admont.) *D.* 191.
Hofmann Paulus (Scotens.) *H, M.* 192.
Holter Marcus (Cremif.) *F.* 195.
Hubeny Leander (Břevn.) *G.* 201.
Hunanian Leo (Mechith.) *F, M.* 202.
Hunanian Paulus (Mechith.) *A.* 204.
Jacutdschian Vertanus (Mechith.) *H, M.* 207.
Jalsovics Alfredus (de s. M. Pan.) *H.* 208.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) *D, G.* 209.
Jungwirth Theodorus (Mellic.) *D.* 214.
Kaeferböck Virgilius (Admont.) *G.* 214.
Kaliwoda Guntherus (Raigrad.) *C.* 217.
Kisfaludi Tobias (de s. M. Pan.) *E.* 237.
Klein Magnus (Gottvic.) *B.* 241.
Klouček Benedictus (Břevn.) [tractatus] *D, E.* 241.
Koplhuber Leopoldus (Cremif.) *G.* 250.
Krenn Isidorus (Mellic.) [tractatus] *D, E.* 256.
Krotkovský Procopius (Břevn.) *D.* 260.
Kříž Venceslaus (Raigrad.) *C.* 262.
Kummerer Rupertus (s. Paul.) *D.* 264. 265.
Kuncze Leo (de s. M. Pan.) *C.* 265.
Labach Bertholdus (de s. M. Pan.) *D, E, H.* 266.
Lajh Corbinianus (Admont.) *C, D.* 267.
Linder Fintanus (s. Blas.) *M.* 278.
Mareta Hugo (Scotens.) *G.* 284.
Maschek Henricus (Scotens.) *D, E.* 285.
Matuskovics Polycarpus (de s. M. Pan.) *D.* 288.
Mayer Gregorius (Mellic.) [Syriac. Graec.] *D, M.* 289.
Mayer Lucas (s. Blas.) *G.* 292.
Mayer Theodorus (Mellic.) *E, G.* 293.
Mayrhofer Guntherus (Cremif.) *D, E.* 295.
Meier Edmundus (Scotens.) *E.* 296.
Morávek Wolfgangus (Břevn.) *E.* 303.
Muchar de Bied et Rangfeld Albertus (Admont.) [de Ottocaro ab Horneck] *D, E, G.* 307.
Mück Ioannes Bapt. (Raigrad.) *E, F.* 309.
Nagl Willibaldus (Scotens.) *G.* 313.
Neidlinger Hermannus (Mellic.) *D.* 315.
Nesper Ernestus (Břevn.) *D.* 316.
Oberleitner Andreas (Scotens.) *M.* 324.
Okánik Cyrillus (Raigrad.) [lexicon Hung.] *H.* 327.
Peinlich Richardus (Admont.) [animadv. syntacticae] *G.* 337.
Peternader Leo (Cremif.) [introductio in linguam Graecam, Lexic. ad interpr. scriptores Graec.] *D.* 339.
Piringer Beda (Cremif.) [glossa de vocab. Homericis] *D.* 342.
Pottokár Petrus (de s. M. Pan.) [quae apud Soph. de vita interiori ac familiari inveniantur] *D.* 354.
Proschko Paulus (Cremif.) [de Platonis dialogo „Menon“] *D.* 357.
Ramóczy Valerius (de s. M. Pan.) [grammatica et lexicon; methodol. et syntaxis] *H.* 360. 361.
Reichsigl Florianus (de s. M. Pan.) *E, G.* 364.
Rieder Edmundus (Admont.) [tractatus; derivatio nom. loc. Styriae ab origine Germ.] *G.* 376.
Rohn Franciscus (Scotens.) *D.* 380.
Rónay Hyacinthus (de s. M. Pan.) *D.* 384.
Roštlápil Othmarus (Břevn.) [tractatus] *F.* 385.

Rücker Antonius (Raigrad.) [exercit. adversariae ad usum lectionis] *A, D.* 388.
Sbenian Cherubinus (Mechith.) [grammat. ling. Germ.-Neo-arm.] *H.* 398.
Schiebinger Aemilianus (de s. M. Pan.) [exerc. styli] *E.* 406.
Schinnagl Maurus (Scotens.) *E.* 407. 408.
Schlossar Victor (Raigrad.) *D, M.* 411.
Schwarz Henricus (Michaelbur.) *G.* 430.
Seböck Arcadius (de s. M. Pan.) *D, H.* 435.
Sengschmitt Bertholdus (Scotens.) *G.* 442.
Sieberer Maurus (Cremif.) [tractatus] *D.* 445.
Spach Paulus (s. Paul.) *D.* 453.
Spielmann Luitfridus (Mur.) [programma] *D.* 455.
Szabó Sylvester (de s. M. Pan.) [lexicon] *H.* 473.
Szeder Fabianus (de s. M. Pan.) [lex. et gramm.] *H.* 474.
Tornian Thaddaeus (Mechith.) *M.* 483.
Tschiakydschian Ephrem (Mechith.) *M.* 485.
Tschialykian Vertanus (Mechith.) *M.* 486.
Ussermann Aemilianus (s. Blas.) *M.* 488.
Vagács Caesar (de s. M. Pan.) *E, H.* 489.
Vaszary Dominicus (de s. M. Pan.) *D, H.* 491.
Venedig Hermannus (s. Paul.) *A, E.* 493.
Vincze Paulinus (de s. M. Pan.) *F, H.* 496. 497.
Wargha Samuel (de s. M. Pan.) *E, H.* 504.
Winkler Venceslaus (Raigrad.) *F.* 514.
Winterkorn Alexander (de s. M. Pan.) *D, H.* 515.
Zbonek Martinus (Emaut.) [tractatus] *D, E.* 528.
Zingerle Pius (Mariaem.) *M.* 532.
Zirwik Michael (Salisb.) [tractatus] *D.* 533.

III. Historia.

Centuriae: A. Geographia (mathematica et physica). a) Universalis. b) Miscellanea. c) Topographia. — B. Statistica. a) Ecclesiastica. b) Civilis, politica. — C. Itineraria. — D. a) Chronologia et Chronica (Diaria). b) Historia monasterialis. — E. a) Heraldica. b) Genealogia. c) Sphragistica. d) Ordines militares. — F. Antiquitas et Archeologia. — G. Numismatica antiqua et nova. — H. Historia universalis. — I. Ephemerides politicae. — J. a) Historia antiqua. b) Mythologia. — K. Historia singulorum locorum. — L. Historia Europaea recens. — M. Historia Germaniae. — N. Historia Austriae. — O. Historia Hungariae. — P. Historia Slavica. — Q. Historia Galliae. — R. Historia Britanniae. — S. Historia Russiae. — T. Historia reliquarum gentium Europ. — U. Historia gentium extra Europam. — V. Res iudaicae. — W. a) Biographiae. b) Rotulae. c) Necrologia. — X. Ethnographia. — Y. Historia miscellanea. — Z. Diplomatica.

A. Geographia (mathematica et physica).

a) Universalis. b) Miscellanea. c) Topographia.

Avagian Adeodatus (Mechith.) *a.* 5.
Aydinian Arsenius (Mechith.) *b.* 6.
Balgian Alexander (Mechith.) *a.* 12.
Bertalanffy Theodosius (de s. M. Pan.) *a, b.* 19.
Bosnyák Benedictus (de s. M. Pan.) [mappa] *b.* 31.
Dzaghikian Mesrop. (Mechith.) *a.* 74.
Fuchs Gregorius (Admont.) *b.* 107.
Füssy Thomas (de s. M. Pan.) *a.* 108.
Govrik Gregorius (Mechith.) *a.* 140.
Halbik Cyprianus (de s. M. Pan.) *b.* 168.
Heller Ambrosius (Mellic.) *b, c.* 183.
Herrgott Marquardus (s. Blas.) *b, c.* 187.
Horváth Valentinus Ios. (de s. M. Pan.) *c.* 199.
Horváth Valentinus Steph. (de s. M. Pan.) *b.* 199.
Hunanian Paulus (Mechith.) *a.* 203.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) *b.* 209.
Karner Lambertus (Gottvic.) *c.* 219.
Keiblinger Ignatius (Mellic.) *c.* 221.
Klein Magnus (Gottvic.) *b, c.* 240.
Kuehn Raimundus (de s. M. Pan.) *b, c.* 263.
Mayer Theodorus (Mellic.) *c.* 293.
Neugart Trudpertus (s. Paul.) [lexicon] *c.* 318.
Peinlich Richardus (Admont.) *c.* 336.
Plodek Christinus (Břevn.) *b.* 350.
Pockstaller Pirminus (ex Fiecht.) *c.* 350.
Rácz Andreas (de s. M. Pan.) *c.* 360.
Ramóczy Valerianus (de s. M. Pan.) *b.* 360. 361.
Reichsigl Florianus (Salisb.) *a.* 365.
Scherer Augustinus (ex Fiecht.) *a* et *b*: Geogr. et historia Tirolis, 404.
Vaszary Claudius (de s. M. Pan.) [tabul. geogr. hist.] 491.
Vincze Paulinus (de s. M. Pan.) *b* [geogr. Hung.] et *a.* 497.
Wolný Gregorius (Raigrad.) [top. eccl. Mor. et top. civ.] *c.* 523.

B. Statistica.

a) Ecclesiastica. b) Civilis politica.

Achleuthner Leonardus (Cremif.) *a.* 1.
Baumgarten Amandus (Cremif.) *b.* 15.
Burger Honorius (Altenb.) *b.* 34.
Cechner Hieronymus (Emaut.) *a.* 40.
Digl Augustinus (Garst.) *a.* 59.
Dudík Beda (Raigrad.) *b.* 71.
Elsenbaum Godofredus (Lambert.) *a.* 80.
Habrich Alexander (Raigrad.) *a.* 163.
Heller Vitalis (Scotens.) *a.* 183.
Hunanian Leo (Mechith.) *b.* 202.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) *b.* 209.
Kinnast Florianus (Admont.) *a.* 234.
Kuncze Leo (de s. M. Pan.) *a.* 265.
Mayrlechner Sebastianus (Cremif.) *a.* 295.
Meng Gregorius (Murens.) *a.* 297.
Piter Bonaventura (Břevn.) *b.* 347.
Thalhammer Nicolaus (Michaelbur.) *a.* 479.

C. Itineraria.

Borsinger Ioannes (Mur.) 29.
Casse Beniaminus de la (de s. M. Pan.) 38.
Donighian Gregorius (Mechith.) 61.
Dobrschitz Laurentius (Cremif.) 61.
Dudík Beda (Raigrad.) 71. 72.

Gerbert Martinus (s. Blas.) 136.
Giamgian Philippus (Mech.) 138.
Hollósi Aegydius (de s. M. Pan.) 194.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) 208.
Kerschischnigg Aloisius (Cremif.) 228.
Klinger Norbertus (Lambac.) 241.
Koller Marianus (Cremif.) 249.
Kern Adolphus (Scotens.) 227.
Kropff Martinus (Mellic.) 260.
Loritz Urbanus (Scotens.) 280.
Mödlhammer Gregorius (Michaelbur.) 301.
Muchar de Bied et Rangfeld Albertus (Admont.) 308.
Nagenzaun Albertus (Salisb.) 313.
Plank Beda (Cremif.) 349.
Plodek Christinus (Břevn.) 350.
Prach Udalricus (Lambert.) 354.
Roiss Udalricus (Scotens.) 380.
Schmid Anselmus (Admont.) 413.
Taucher Augustus (de s. M. Pan.) 478.
Tentschert Martinus (Scotens.) 478.
Vassalian Philippus (Mechith.) 490.
Waller Benno (Cremif.) 504.
Weber Beda (Mariaem.) [libell. in usum iter fac. in Tiroli] 505.
Wimmer Florianus (Cremif.) 512.

D. a) Chronologia et Chronica (Diaria). b) Historia monasterialis.

Achleuthner Leonardus (Cremif.) *b.* 1.
Adolph Meinradus (Scotens.) *a.* 2.
Barbély Astricus (de s. M. Pan.) *a.* 14.
Berhandsky Placidus (Salisb.) *a.* 19.
Bischowsky Maurus (Seitenstad.) *b.* 22.
Blumberger Fridericus (Gottvic.) *a.* 24.
Burger Honorius (Altenb.) *b.* 34.
Cechner Hieronymus (Emaut.) *a, b.* 41.
Conrad Othmarus (Raigrad.) *b.* 49.
Czinár Maurus (de s. M. Pan.) *b.* 52. 53.
Dannerbauer Wolfgangus (Cremif.) *a, b.* 55.
Doberschitz Laurentius (Cremif.) *a.* 61.
Dorizio Ferdinandus (Admont.) *a.* 62.
Drescher Ignatius (Raigrad.) *a.* 63.
Dudík Beda (Raigrad.) *a, b.* 69.
Ecker Urbanus (Admont.) *a.* 74.
Eichhorn Ambrosius (s. Paul.) *a, b.* 79.
Enderle Henricus (Scotens.) *a.* 82.
Esterl Franciscus (Salisb.) *a.* 84.
Fehér Hippolitus (de s. M. Pan.) *a.* 86.
Feldberger Constantinus (Scotens.) *a.* 88.
Filz Michaelis (Michaelbur.) *b.* 94.
Frei Ursus (Murens.) *a.* 102.
Friess Godofredus (Seitenstad.) *a.* 103.
Gärtner Corbinianus (Salisb.) *a.* 112.
Gaes Edmundus (s. Blas.) 111.
Gangginer Bonifacius (Murens.) *a.* 113.
Gasser Vincentius (Muro-Gries.) *b.* 114.
Gerbert Martinus (s. Blas.) *b.* 136.
Graefenstein Ottocarus de (Admont.) *a.* 141.
Graf Aemilianus (Lambert.) *a, b.* 143.
Graf Rainerus (s. Paul.) *a.* 142.
Gries Ioannes (Salisb.) *b.* 147.
Grüber Bonaventura (Raigrad.) *b.* 148.
Grundmann Fredericus (Břevn.) *b.* 149.
Gumpp Ignatius (s. Blas.) *b.* 152.
Güssmann Paulus (Seitenstad.) *b.* 154.
Gutrath Rupertus (Salisb.) *b.* 155.
Guzmics Isidorus (de s. M. Pan.) *a.* 156.
Gyulai Rudolphus (de s. M. Pan.) *a.* 158.
Habrich Alexius (Raigrad.) *b.* 163.
Hagn Theodorus (Cremif.) *b.* 166.
Halbik Cyprianus (de s. M. Pan.) *b.* 168.
Hartenschneider Udalricus (Cremif.) *b.* 171.
Hartlauer Wisintho (Cremif.) *b.* 172.
Hauswirth Ernestus (Scotens.) *b.* 175.
Heer Rustenus (s. Blas.) *b.* 176.
Heilmann Fridericus (Mellic.) *b.* 177.
Heisler Placidus (Raigrad.) *a.* 178.
Heller Ambrosius (Mellic.) *b.* 183.
Herrgott Marquardus (s. Blas.) *a, b.* 187.
Hoffer Bertholdus (Mellic.) *b.* 190.
Horváth Valentinus Steph. (de s. M. Pan.) *b.* 200.
Hostlovsky Coelestinus (ad s. Ioann. sub rupe) *b.* 200.
Itz de Mildenstein Eduardus (Břevn.) *a.* 206.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) *b.* 209.
Jung Amandus (Salisb.) *b.* 213.
Keiblinger Ignatius (Mellic.) *a, b.* 221.
Kern Adolphus (Scotens.) *b.* 227.
Kettenacker Paulus (s. Blas.) *b.* 228.
Kilian Carolus (Emaut.) *b.* 231.
Kinnast Florianus (Admont.) *b.* 234.
Kinter Maurus (Raigrad.) *b.* 236.
Klama Odilo (Gottvic.) *b.* 238.
Klein Magnus (Gottvic.) [tabulae synchron.] *a.* 240.
Koch Ernestus (Garstens.) *b.* 243.
Kolb Emmeranus (Seitenstad.) *a.* 246.
Kollendorfer Wolfgangus (Lambac.) *b.* 247.
Kopp Fridolinus (Murens.) *b.* 251.
Kraus Honorius (Scotens.) *a.* 254.
Kropff Martinus (Mellic.) *a.* 260.
Kuhn Augustinus (Murens.) *a, b.* 264.
Kuhn Ioannes Ev. (Murens.) *a.* 264.
Kuon Romanus (s. Blas.) *a, b.* 266.
Labach Bertholdus (de s. M. Pan.) *b.* 266.
Lintzmeyer Rupertus (Emaut.) *b.* 279.
Márkfi Samuel (de s. M. Pan.) *b.* 284.
Mayer Leodegarius (Murens.) *b.* 290.
Mayer Theodorus (Mellic.) *b.* 293.
Meng Gregorius (Murens.) *a.* 297.
Mentberger Guilielmus (Emaut.) *b.* 297.
Messerer Aloisius (Altenb.) *b.* 299.
Muchar de Bied et Rangfeld Albertus (Admont.) *b.* 307. 308.

Mueller Sebastianus (Murens.) *a.* 312.
Neugart Trudpertus (s. Paul.) *a, b.* 318.
Nowotny Eduardus (Gottvic.) *a.* 320.
Pachmayr Marianus (Cremif.) *b.* 329.
Pampichler Maximilianus (Seitenstad.) *b.* 330.
Pampichler Norbertus (Seitenstad.) *b.* 320.
Penner Romanus (de s. M. Pan.) *b.* 338.
Pez Hieronymus (Mellic.) *a.* 340.
Pichler Henricus (Cremif.) *a.* 342.
Piter Bonaventura (Břevn.) *b.* 346—348.
Plank Beda (Cremif.) *b.* 349.
Pockstaller Pirminus (ex Fiecht.) *b.* 350.
Regli Adalbertus (Muro-Gries.) *a, b.* 363.
Regner Cornelius (Emaut.) *b.* 363.
Reyberger Antonius (Mellic.) *b.* 369.
Ribbele Mauritius (s. Blas.) *a, b.* 370.
Rieder Edmundus (Admont.) *b.* 376.
Ružička, Hieronymus (Břevn.) *a, b.* 391.
Sazavský Gregorius (Raigrad.) *a, b.* 397.
Schanda Venceslaus (Emaut.) *b.* 399.
Schenggl Gregorius (Gottvic.) [diarium ab anno 1718 — 1750] *b.* 402.
Schirmann Coelestinus (Cremif.) *a.* 408.
Schlossar Victor (Raigrad.) [diarium, annales mon.] *a, b.* 412.
Schmid Leodegarius (Murens.) *b.* 414.
Schmidfeld Hugo (s. Blas.) *b.* 415.
Schmieder Pius (Lambac.) *b.* 419.
Schroll Beda (s. Paul.) *b.* 422.
Schwarzenbrunner Bonifacius (Cremif.) *a.* 434.
Schwitzer Basilius (Mariaemont.) *b.* 435.
Seeauer Beda (Salisb.) *a, b.* 437.
Seitz Michaelis (Admont.) *b.* 440.
Stampfer Coelestinus (Mariaemont.) *a.* 458.
Sterz Marianus (Lambert.) *b.* 464.
Steyrer Anselmus (Mellic.) *b.* 465.
Stöcklin Oddo (s. Blas.) [diarium] *a.* 466.
Strasser Gabriel I. (Cremif.) [Cremif. ex annalibus] *b.* 467.
Szentimrei Martinus (de s. M. Pan.) *b.* 475.
Thomsin Maurus (Murens.) *a.* 479.
Ussermann Aemilianus (s. Blas.) [prodromus Germaniae etc.] *a.* 488.
Vaszary Claudius (de s. M. Pan.) *b.* 491.
Viechter Bernardus (Salisb.) *b.* 495.
Wichner Iacobus (Admont.) *b.* 510.
Wickart Ioannes Ev. (Mur.) [diarium] *a.* 511.
Winterhalder Raimundus (s. Blas.) *b.* 514.
Wolf Amandus (Gottvic.) *b.* 517.
Wolný Gregorius (Raigrad.) *b.* 523.
Wülberz Stanislaus (s. Blas.) *b.* 525. 526.
Wurm Ernestus (Cremif.) *b.* 528.
Zitterhofer Ambrosius (Scotens.) *a.* 523.
Zuber Martinus (Murens.) *b.* 534.
Zöhrer Pius (Scotens.) [congreg. Cluniac.] *b.* 534.

E. a) Heraldica. b) Genealogia. c) Sphragistica. d) Ordines militares.

Dudík Beda (Raigrad.) *a, c.* 69.
Ecker Urbanus (Admont.) *a.* 71.
Flor Carolomannus (s. Paul.) *b.* 100.
Friess Godofredus (Seitenstad.) *b.* 103.
Gärtner Corbinianus (Salisb.) *d.* 111.
Gerbert Martinus (s. Blas.) *b.* 136.
Grüninger Franciscus (s. Paul.) *a, c.* 149.
Habrich Alexius (Raigrad.) *b.* 165.
Hauthaler Willibaldus (Salisb.) *b.* 175.
Herrgott Marquardus (s. Blas.) *b, c.* 186.
Keiblinger Ignatius (Mellic.) *b.* 222.
Klein Magnus (Gottvic.) *b.* 240.
Mayer Lucas (s. Blas.) *b.* 291. 292.
Mayer Theodorus (Mellic.) *b.* 293.
Neugart Trudpertus (s. Paul.) *b.* 318.
Pampichler Norbertus (Seitenstad.) *b.* 330.
Piter Bonaventura (Břevn.) *b.* 347. 348.
Pockstaller Pirminus (ex Fiecht.) *b.* 350.
Regli Adalbertus (Muro-Gries.) *b.* 363.
Schaukoegel Iosephus (Seitenstad.) *b.* 400.
Schmidfeld Hugo (s. Blas.) *b.* 416.
Somogyi Daniel (de s. M. Pan.) *b.* 452.
Wimmer Florianus (Cremif.) *b.* 513.
Wolný Gregorius (Raigrad.) *b.* 523.
Wülberz Stanislaus (s. Blas.) *b.* 525.

F. Antiquitas et Archaeologia.

Blumberger Fridericus (Gottvic.) 24.
Dungel Adalbertus (Gottvic.) 73.
Filz Michaelis (Michaelbur.) 94.
Flor Carolomannus (s. Paul.) 99.
Krenn Isidorus (Mellic.) 256.
Mann Aemilianus (de s. M. Pan.) 283.
Mayer Lucas (s. Blas.) 291.
Millwisch Augustinus (Admont.) 300.
Rómer Florianus (de s. M. Pan.) 381. 382.
Schiebinger Aemilianus (de s. M. Pan.) 406.
Sztachovics Remigius (de s. M. Pan.) 476.

G. Numismatica antiqua et nova.

Blumberger Fridericus (Gottvic.) 24.
Czinár Maurus (de s. M. Pan.) 53.
Dechant Norbertus (Scotens.) 55.
Dudík Beda (Raigrad.) 71.
Graf Rainerus (s. Paul.) 142.
Habrich Alexius (Raigrad.) 165.
Herrgott Marquardus (s. Blas.) 186.
Kuncze Leo (de s. M. Pan.) 265.
Rómer Florianus (de s. M. Pan.) 381.
Sibilian Clemens (Mechith.) 446.
Tamscheck Leopoldus (Gottvic.) 447.

H. Historia universalis.

Avgerian Nicolaus (Mechith.) 5.
Barbély Astricus (de s. M. Pan.) 14.
Casse Beniaminus de la (de s. M. Pan.) 38.
Caterdschian Iosephus (Mechith.) 39.
Füssy Thomas (de s. M. Pan.) 108.
Govrik Gregorius (Mechith.) 140.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) 209.
Maár Bonifacius (de s. M. Pan.) 281.
Moriggl Augustinus (Mariaemont.) [tabulae historicae] 304.
Moser Antonius (Michaelbur.) 304.
Okánik Cyrillus (Raigrad.) 327.
Rozenits Lucas (de s. M. Pan.) 385.
Sárkány Nicolaus (de s. M. Pan.) [historia medii aevi] 393.
Schumacher Henricus (Salisb.) 427.
Stern Paulus (de s. M. Pan.) 464.
Vaszary Claudius (de s. M. Pan.) 491.
Vincze Paulinus (de s. M. Pan.) 497.
Vonderthon Gregorius (Salisb.) 498.
Wolný Gregorius (Raigrad.) 523.

I. Ephemerides politicae.

Füssy Thomas (de s. M. Pan.) 108.

J. a) Historia antiqua. b) Mythologia.

Abday Astricus (de s. M. Pan.) *a.* 1.
Flor Carolomannus (s. Paul.) *a.* 99.
Muchar de Bied et Rangfeld Albertus (Admont.) *a.* 307. 308.
Ramoczy Valerianus (de s. M. Pan.) [historia Graeciae usque ad Alexandrum M.] *a.* 361.
Schaukoegel Iosephus (Seitenstad.) [historia regni Norici etc.] *a.* 400.
Ziegler Adalbertus (Cremif.) [regim. Claudii I. imp. pars politica etc.) *a.* 529.

K. Historia singulorum locorum.

Cechner Hieronymus (Emaut.) 41.
Copisi Iacobus (Cremif.) 50.
Czinár Maurus (de s. M. Pan.) 52.
Dudík Beda (Raigrad.) 71.
Dungel Adalbertus (Gottvic.) 73.
Ecker Urbanus (Admont.) 74.
Eichhorn Ambrosius (s. Paul.) 79.
Frei Ursus (Murens.) 102.
Friess Godofredus (Seitenstad.) 103.
Habrich Alexius (Raigrad.) 164.
Heisler Placidus (Raigrad.) 178.
Hofmann Carolus (Altenb.) 192.
Kaněra Cyrillus (Břevn.) 218.
Keiblinger Ignatius (Mellic.) 221.
Kiem Martinus (Muro-Gries.) 231.
Kinter Maurus (Raigrad.) 236.
Klein Magnus (Gottvic.) 240.
Kolář Aemilianus (Břevn.) 246.
Kopp Leopoldus (Cremif.) 251.
Kraus Honorius (Scotens.) 254.
Kretz Leodegarius (Murens.) 257.
Lyrzer a Zechenthal Placidus (Admont.) 281.
Magyary Sulpicius (de s. M. Pan.) 282.
Mayer Lucas (s. Blas.) 291. 292.
Meng Gregorius (Murens.) 297.
Muchar de Bied et Rangfeld Albertus (Admont.) 308.
Peinlich Richardus (Admont.) 336. 337.
Pfeiffer Pius (Seitenstad.) 341.
Piringer Beda (Cremif.) 343.
Piter Bonaventura (Břevn.) 347. 348.
Raab Isidorus (Seitenstad.) 359.
Rössler Romualdus (Gottvic.) 379.
Rómer Florianus (de s. M. Pan.) 381.
Schiele Udalricus (Gottvic.) 406.
Schirmann Coelestinus (Cremif.) 408.
Schmid Leodegarius (Murens.) 414.
Schmidt Fridericus (Raigrad.) 417.
Schmieder Pius (Lambac.) 419.
Stampfer Coelestinus (Mariaemont.) 458.
Stenitzer Henricus de (Admont.) 462.
Sterz Marianus (Lambert.) 465.
Stingeder Raphael (Cremif.) [descriptio eccl. claust. Cremif. etc.] 466.
Vetzmadian Michaelis (Mechith.) 494.
Villanyi Stanislaus (de s. M. Pan.) 496.
Weber Beda (Mariaemont.) 505.
Wichner Iacobus (Admont.) 510.
Wimmer Florianus (Cremif.) 512.
Wolný Gregorius (Raigrad.) 523.

L. Historia Europaea recens.

Scheuer Leander (Altenburg.) 406.

M. Historia Germaniae.

Blumberger Fridericus (Gottvic.) 24.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) 209.
Klein Magnus (Gottvic.) 240.

N. Historia Austriae.

Blumberger Fridericus (Gottvic.) 24.
Dudík Beda (Raigrad.) 71.
Dungel Adalbertus (Gottvic.) 73.
Eichhorn Ambrosius (s. Paul.) 79.
Friess Godofredus (Seitenstad.) 103.
Gatscher Leonardus (Seitenstad.) 114.
Gerbert Martinus (s. Blas.) 136.
Graf Rainerus (s. Paul.) 142.
Grüninger Franciscus (s. Paul.) 149.
Heller Ambrosius (Mellic.) 183.
Herrgott Marquardus (s. Blas.) 186.
Hübner Beda (Salisb.) 201.
Jaeger Albertus (Mariaemont.) 207.

Jalsovics Alfredus (de s. M. Pan.) 208.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) 209.
Klein Magnus (Gottvic.) 240.
Kreutler Franciscus (s. Blas.) 257.
Langenmantel Iosephus de (Scotens.) 269.
Mayer Theodorus (Mellic.) 293.
Muchar de Bied et Rangfeld Albertus (Admont.) 307. 308.
Neugart Trudpertus (s. Paul.) 318.
Petz Hieronymus (Mellic.) 340.
Pfeiffer Pius (Seitenstad.) 341.
Piter Bonaventura (Břevn.) 348.
Prangner Engelbertus (Admont.) 355.
Preyer Dominicus (Scotens.) 356.
Scheichenberger Leopoldus (s. Paul.) [introductio relig. chr. in Carinthiam; monumentum Gentile Habsb. ad s. Paulum] 400. 401.
Scherer Augustinus (ex Fiecht.) [histor. Tirolis] 404.
Schroll Beda (s. Paul.) 422.
Steinringer Ferdinandus (s. Paul.) [ducatus Carinthiae] 461.
Weber Beda (Mariaemont.) [de Tirolis etc.] 505.
Welleba Columbanus (Scotens.) 508.
Wolný Gregorius (Raigrad.) [marchion. Moraviae] 523.
Zechner Norbertus (Lambert.) [de invas. Franco-Gallor. in Styriam] 529.
Ziegler Gregorius (Wibling.) 530.

O. Historia Hungariae.

Czinár Maurus (de s. M. Pan.) 52.
Czuczor Gregorius (de s. M. Pan.) 54.
Halbik Cyprianus (de s. M. Pan.) 168.
Horváth Valentinus Steph. (de s. M. Pan.) 199.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) 209.
Piter Bonaventura (Břevn.) 348.
Rómer Florianus (de s. M. Pan.) 381. 382.
Rozenits Lucas (de s. M. Pan.) 385.
Vaszary Claudius (de s. M. Pan.) 491.
Vincze Paulinus (de s. M. Pan.) 497.

P. Historia Slavica.

Blumberger Fridericus (Gottvic.) 24.
Casparides Paulus (Raigrad.) 37.
Cechner Hieronymus (Emaut.) 41.
Dudík Beda (Raigrad.) 71.
Flor Carolomannus (s. Paul.) [antiquit. Slav.] 100.
Habrich Alexius (Raigrad.) 164.
Harlacher Paulus (Raigrad.) 170.
Muchar de Bied et Rangfeld Albertus (Admont.) 308.

Q. Historia Galliae.

Scheuer Leander (Altenburg.) 405.

R. Historia Britanniae vacant.

S. Historia Russiae.

Dzaghikian Mesrop. (Mechith.) 74.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) 209.

T. Historia reliquarum gentium Europ.

Dudík Beda (Raigrad.) 71.
Füredi Albinus (de s. M. Pan.) [inquis. Hispan. histor.] 108.
Hunanian Paulus (Mechith.) [historia civilis Italiae] 204.
Pospíšil Oddo (Břevn.) [de Turcarum imperio] 354.
Rimely Michaelis (de s. M. Pan.) [historia Scytharum, Hunnorum etc.] 377.

U. Historia gentium extra Europam.

Hunanian Leo (Mechith.) [ad histor. Armeniae] 203.
Sibilian Clemens (Mechith.) [hist. expug. terrae Mexic.] 446.
Szentimrei Martinus (de s. M. Pan.) [America] 475.
Tschiakydschian Ephrem (Mechith.) [hist. Armenorum] 486.

V. Res iudaicae vacant.

W. a) Biographiae. b) Rotulae. c) Necrologia.

Achleuthner Leonardus (Cremif.) *c.* 1.
Avagian Adeodatus (Mechith.) *a.* 5.
Baumgarten Amandus (Cremif.) *a, b.* 16.
Besange Hieronymus (Cremif.) *a, b.* 20.
Burger Honorius (Altenburg.) *a, c.* 34.
Cechner Hieronymus (Emaut.) *a.* 41.
Dobrschitz Laurentius (Cremif.) *a.* 61.
Dudík Beda (Raigrad.) *a, c.* 69—72.
Elsenbaum Godofredus (Lambert.) *c.* 80.
Fehringer Otto (Seitenstad.) *b.* 87.
Felloeker Sigismundus (Cremif.) *a.* 91.
Flor Carolomannus (s. Paul.) *a.* 99.
Forsthuber Edmundus (Cremif.) *b.* 101.
Friess Godofredus (Seitenstad.) *a.* 103.
Fritz Franciscus (s. Blas.) *a.* 104.
Fuchs Gregorius (Admont.) *a.* 107.
Gärtner Corbinianus (Salisb.) *a.* 112.
Gassner Theodorus (Admont.) *a.* 114.
Gasser Vincentius (Muro-Gries.) *a.* 114.
Gerbert Martinus (s. Blas.) *a.* 136.
Götz Edmundus (Scotens.) *b.* 140.
Graff Aemilianus (Lambert.) *a.* 143.
Graser Rudolphus (Cremif.) *b.* 143.
Habrich Alexius (Raigrad.) *a, b.* 163.
Halbik Cyprianus (de s. M. Pan.) *a.* 168.
Hauthaler Willibaldus (Salisb.) *a, c.* 175.
Heller Ambrosius (Mellic.) *a.* 183.
Itz de Mildenstein Eduardus (Břevn.) *a.* 205.
Jacutdschian Paschalis (Mechith.) *a.* 206.
Jagicza Ludovicus (de s. M. Pan.) *a.* 207.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) *a.* 209.
Jung Amandus (Salisb.) *a.* 213.

Kamiss Hugo (de s. M. Pan.) *a.* 218.
Kettenacker Paulus (s. Blas.) *a, c.* 229.
Kinnast Florianus (Admont.) *a, c.* 234.
Kinter Maurus (Raigrad.) *a, c.* 236.
Koch Ernestus (Garst.) [catalog.] *a.* 243.
Kollendorfer Wolfgangus (Lambac.) *a.* 247.
Kopeczky Hilarius (de s. M. Pan.) *a.* 250.
Kopp Fridolinus (Murens.) *c.* 251.
Krenner Rupertus (Gottvic.) *a, b, c.* 256.
Kretz Leodegarius (Murens.) *a.* 257.
Kruesz Ioannes Chr. (de s. M. Pan.) *a.* 261.
Loritz Urbanus (Scotens.) *a.* 280.
Márkfi Samuel (de s. M. Pan.) *a.* 284.
Mayer Lucas (s. Blas.) *a.* 291.
Mayrhofer Guntherus (Cremif.) 295.
Méry Attilius (de s. M. Pan.) *a.* 298.
Muchar de Bied et Rangfeld Albertus (Admont.) *a.* 308.
Mueller Sebastianus (Murens.) *a.* 312.
Nuttil Paulus (Scotens.) *a.* 321.
Osghian Georgius (Mechith.) *a.* 328.
Peinlich Richardus (Admont.) *a.* 336. 337.
Piter Bonaventura (Břevn.) *a.* 347. 348.
Reslhuber Augustinus (Cremif.) *a.* 368.
Rieder Edmundus (Cremif.) *a.* 376.
Schaefer Fridericus (Admont.) *a.* 398.
Schanda Venceslaus (Emaut.) *a.* 399.
Scheichenberger Leopoldus (s. Paul.) *a.* 401.
Scheuer Leander (Altenb.) *a.* 405.
Schmid Anselmus (Admont.) *a, c.* 413.
Schmid Leodegarius (Murens.) *a.* 414.
Schmidt Fridericus (Raigrad.) *c.* 417.
Schmidt Wilfridus (Admont.) *c.* 418.
Schmieder Pius (Lambac.) *a, c.* 419.
Schramm Romualdus (Břevn.) *c.* 420.
Schroll Beda (s. Paul.) *b, c.* 422.
Schwarz Henricus (Michaelbur.) *a.* 430.
Seböck Arcadius (de s. M. Pan.) *a.* 435.
Seeauer Beda (Salisb.) *b.* 437.
Seifert Kilianus (Lambac.) *a.* 438.
Siber Eduardus liber Baro (Mellic.) *a.* 444.
Sibilian Clemens (Mechith.) *a.* 446.
Speckmoser Udalricus (Admont.) *c.* 455.
Stampfer Coelestinus (Mariaemont.) *a.* 458.
Starch Bernardus (Admont.) *a.* 459.
Staufer Vincentius (Mellic.) *a.* 459.
Steinringer Ferdinandus (s. Paul.) *c.* 461.
Stern Paulus (de s. M. Pan.) *b.* 464.
Steyrer Anselmus (Mellic.) *a, c.* 465.
Torre Robertus della (Scotens.) *a.* 483.
Vaszary Claud. (de s. M. Pan.) *a.* 491.
Viechter Bernardus (Salisb.) *a.* 495.
Vincze Paulinus (de s. M. Pan.) *a.* 497.
Weber Beda (Mariaemont.) *a.* 506.
Wichner Iacobus (Admont.) *a.* 510.
Wieser Maurus (Seitenstad.) *c.* 512.
Witzig Eduardus (Mellic.) *a.* 516.
Wolfarth Robertus (Mellic.) *a, b.* 517.
Ziegler Gregorius (Wibling.) *a.* 531.
Zobel Placidus (Mariaemont.) *a.* 534.

X. Ethnographia.

Baumgarten Amandus (Cremif.) 15.
Dudík Beda (Raigrad.) 72.
Flor Carolomannus (s. Paul.) 99.
Friess Godofredus (Seitenstad.) 103.
Graf Rainerus (s. Paul.) 143.
Hübner Beda (Salisb.) 201.
Itz de Mildenstein Eduardus (Břevn.) 206.
Kisfaludy Tobias (de s. M. Pan.) 237.
Mayer Lucas (s. Blas.) 291.
Piter Bonaventura (Břevn.) 348.

Y. Historia miscellanea.

Beckh Vitalis de (Admont.) [corona stellar. curat. mirabilium] 17.
Blumberger Fridericus (Gottvic.) [Tagebuch hist.] 25.
Borsinger Ioannes (Murens.) 29.
Cechner Hieronymus (Emaut.) 41.
Dechant Norbertus (Scotens.) [Kenotaphiographia] 56.
Dorfmann Hartnidus (Admont.) [conscript. reliquiar. et epitaph.] 62.
Dudík Beda (Raigrad.) 68—72.
Eichhorn Ambrosius (s. Paul.) 79.
Endel Romualdus (s. Blas.) [historia univ. Salisb.] 80.
Ferenczy Iacobus (de s. M. Pan.) [hist. gymn. Strigon.] 92.
Filz Michaelis (Michaelbur.) [calend. histor.] 94.
Förster Carolomannus (Gottvic.) [collect. histor.] 101.
Friess Godofredus (Seitenstad.) 103.
Fuchs Beatus (Murens.) 105.
Fuchs Gregorius (Admont.) 106.
Gärtner Corbinianus (Salisb.) [univers. Salisburg.] 112.
Gerbert Martinus (s. Blas.) [Taphographia] 136.
Graff Aemilianus (Lambert.) 143.
Gumpoltsberger Romualdus (Mellic.) [de imper. Gratiano] 152.
Habrich Alexius (Raigrad.) 164.
Halbik Cyprianus (de s. M. Pan.) 168.
Heer Rustenus (s. Blas.) [Taphographia] 176.
Heller Ambrosius (Mellic.) [disquisitiones histor.] 182. 183.
Herrgott Marquardus (s. Blas.) [diarium] 187.
Hollósy Aegidius (de s. M. Pan.) 194.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) 209.
Keiblinger Ignatius (Mellic.) 222.
Kiem Martinus (Muro-Gries.) [dissert. histor.] 223.
Kinnast Florianus (Admont.) [res arment. Styr. dissert.] 234.
Kinter Maurus (Raigrad.) 236.
Klein Magnus (Gottvic.) 240.

Mayer Lucas (s. Blas.) [diploma erect. fundi pauperum, hist. cultus hum. civilisque silvae nigrae, hist. Salpetrianorum] 291.
Mayer Theodorus (Mellic.) [de expl. antiq. temporum, rel. fratrum Peziorum, de ordine Benedictinorum] 293.
Mery Attilius (de s. M. Pan.) [de locis sepulturae Arrabon] 298.
Muchar de Bied et Rangfeld Albertus (Admont.) [universitas Graecii, historia inventionum, de officinis ferrariis, privilegia Graecensia etc.] 308.
Paradeiser Marianus (Mellic.) [historia s. crucis Mellic.] 331.
Peinlich Richardus (Admont.) [historia gymn. Graecensis, memoratu digna militiae civicae Graecensis, proelium apud Sissecum, de annonae varietate, Kepleri observ., historia pestis in Styria] 335. 336.
Piter Bonaventura (Břevn.) [consign. bonorum 1623, excerpta ex cancellaria Caroli IV., moralizatio Caroli IV.] 348. 349.
Pokorny Fridericus (de s. M. Pan.) [s. Martinum Sabariae natum esse] 353.
Pottenhofer Vitalis (Salisb.) [monachatus s. Ruperti] 354.
Prennsteiner Ambrosius (Salisb.) [hist. delineatio gymn. Salisb.] 356.
Ramoczy Valerianus (de s. M. Pan.) [de peregrinationibus sacris] 361.
Reslhuber Augustinus (Cremif.) [vitae curric. Mariani Koller] 368.
Schlossar Victor (Raigrad.) [curiosa] 412.
Steyrer Anselmus (Mellic.) 465.
Szentimrei Martinus (de s. M. Pan.) 475.
Torre Robertus della (Scotens.) [hist. sacr. expeditionum] 483.
Troger Meinradus (s. Blas.) [hist. refutatio etc.] 485.
Vadász Lambertus (de s. M. Pan.) [de morte s. Ludov.] 488.
Vaszary Claudius (de s. M. Pan.) [quaed. de fund. academiae Hung.; pugna ad Varna] 491.
Venedig Hermannus (s. Paul.) [sanctuarium Tersatense] 493.
Weber Beda (Mariaemont.) 505.
Wichner Iacobus (Admont.) 510.
Wieland Ioannes Bapt. (Murens.) 511.
Wimmer Florianus (Cremif.) 512.
Wolný Gregorius (Raigrad.) 522. 523.

Z. Diplomatica.

Achleuthner Leonardus (Cremif.) 1.
Burger Honorius (Altenb.) 34.
Buss Anselmus (s. Blas.) 35.
Cechner Hieronymus (Emaut.) 41.
Czinár Maurus (de s. M. Pan.) 52.
Dudík Beda (Raigrad.) 71.
Eichhorn Ambrosius (s. Paul.) 79.
Friess Godofredus (Seitenstad.) 104.
Gärtner Corbinianus (Salisb.) 112.
Gerbert Martinus (s. Blas.) 136.
Grüninger Franciscus (s. Paul.) 149.
Gumpp Ignatius (s. Blas.) 152.
Habrich Alexius (Raigrad.) 163. 164.
Hauswirth Ernestus (Scotens.) 175.
Herrgott Marquardus (s. Blas.) 186.
Hoeger Bertholdus (Cremif.) 193.
Karlin Guilielmus (Gottvic.) [Saalbuch] 219.
Keiblinger Ignatius (Mellic.) 221.
Kiem Martinus (Muro-Gries.) 232.
Kinter Maurus (Raigrad.) 236.
Klein Magnus (Gottvic.) 240.
Knopp Procopius (Raigrad.) 243.
Kopp Fridolinus (Murens.) 251.
Langhayder Silvester (Cremif.) 271.
Lebinger Norbertus (s. Paul.) 272.
Mayer Leodegarius (Murens.) 290.
Mayer Theodorus (Mellic.) 293.
Mitter Wolfgangus (Seitenstad.) 301.
Muchar de Bied et Rangfeld Albertus (Admont.) 307.
Neugart Trudpertus (s. Paul.) 317. 318.
Neumayr Adalbertus (Scotens.) 318.
Novák Ioannes Chrys. (de s. M. Pan.) 320.
Piter Bonaventura (Břevn.) 346. 347.
Raab Isidorus (Seitenstad.) 359.
Schaukoegel Iosephus (Seitenstad.) 400.
Schroll Beda (s. Paul.) 422.
Seeauer Beda (Salisb.) 437.
Seitz Michaelis (Admont.) 440.
Ussermann Aemilianus (s. Blas.) 488.
Vogl Ferdinandus (Muro-Gries.) 498.
Wichner Iacobus (Admont.) 510.
Wolný Gregorius (Raigrad.) 523.
Wülberz Stanislaus (s. Blas.) 526.

IV. Mathematica.

Centuriae: A. Mathem. univer. (arithmetica et geometria). — B. Mathem. part. — C. Mathem. applic. — D. Architectura civilis et Hydraulica. — E. Math. scripta miscellanea.

Bierbauer Leopoldus (de s. M. Pan.) *A.* 21.
Brestyenszky Adalbertus (de s. M. Pan.) *A, D.* 32.
Bülbüldschian Petrus (Mechith.) *A.* 33.
Casparian Minas (Mechith.) *A.* 36.
Casse Beniaminus de la (de s. M. Pan.) *B.* 38.
Caterdschian Iosephus (Mechith.) *A.* 39.
Derderian Lucas (Mechith.) *A.* 57.
Ettenauer Romanus (Cremif.) *A, B, C.* 84.
Fehér Hippolytus (de s. M. Pan.) *B.* 86.
Felderer Hieronymus (Murens.) *C.* 88.
Felloeker Sigismundus (Cremif.) *C.* 91.
Habrich Alexius (Raigrad.) *B.* 162.
Haider Victor (de s. M. Pan.) *C.* 167.
Kiem Martinus (Muro-Gries.) *A.* 232.

Koller Marianus (Cremif.) *A, B, C.* 248.
Kosfal Clemens (Břevn.) *C.* 251.
Kurz Isidorus (Cremif.) *C.* 266.
Matoušek Timotheus (Břevn.) *A, B, C.* 287.
Moedlhammer Martinus (Cremif.) [positiones] *C.* 301.
Peinlich Richardus (Admont.) [de duobus Styriae mathematicis ante Keplerum) *E.* 336.
Pürstinger Iosephus (Admont.) *C.* 358.
Rücker Antonius (Raigr.) [ars dimetiendi] *A, C.* 388.
Salathielian Matthaeus (Mechith.) *C.* 392.
Sazavský Gregorius (Raigrad.) *C.* 397.
Schlögelhofer Edmundus (Seitenstad.) *A.* 410.
Schwarzenbrunner Bonifacius (Cremif.) *A, C, D.* 433.
Sedláček Benno (Břevn.) *C.* 436.
Sengschmitt Bertholdus (Scotens.) *B, C.* 444.
Spach Paulus (s. Paul.) *B, C.* 453.
Strasser Gabriel II. (Cremif.) *C.* 467.
Tury Oswaldus (de s. M. Pan.) *B.* 487.
Waller Benno (Cremif.) *C.* 504.
Weiss Ioannes Bapt. (s. Blas.) *C.* 507.
Zwyssig Geroldus (Murens.) *C.* 536.

V. Physica.

Centuriae: A. a) Physica gener. b) spec. c) miscell. — B. a) Chemia. b) Alchym. — C. a) Historia naturalis generatim. b) Commentarii diurni. c) Miscellanea. d) Positiones. — D. Zoologia. — E. Phytologia. — F. Lithologia. — G. Oeconomia. — H. Technologia. — I. Metallurgia. — K. Mercatura. — L. Astronomia. — M. Meteorologia. — N. a) Geologia universalis. b) specialis.

A. a) Physica gener. b) spec. c) miscell.

Avagian Adeodatus (Mechith.) *a, c.* 5.
Ballay Valerius (de s. M. Pan.) *a.* 13.
Benyák Otto (de s. M. Pan.) *a.* 18.
Bertalanffy Theodorus (de s. M. Pan.) *a, b.* 19.
Bierbauer Leopoldus (de s. M. Pan.) *a.* 21.
Czinár Maurus (de s. M. Pan.) *a.* 52.
Derdérian Lucas (de s. M. Pan.) *a.* 57.
Fehér Hippolytus (de s. M. Pan.) *b, c.* 86.
Freh Alphonsus (de s. M. Pan.) [thesaurus rerum nat.] *c.* 102.
Gutrath Rupertus (Salisb.) *c.* 155.
Haberhauer Maurus (Raigrad.) *b.* 159.
Habrich Alexius (Raigrad.) *b.* 162.
Hintler Anselmus (Salisb.) *c.* 188.
Hochfellner Odilo (Mellic.) [de reflexione lucis] *c.* 189.
Hollósy Iustinus (de s. M. Pan.) [de praec. aetatis glacialis causis) *a, c.* 195.
Horváth Valentinus (de s. M. Pan.) [de creatione] *b, c.* 200.
Jedlik Anianus (de s. M. Pan.) *b, c.* 210.
Knoepfer Leander (Scotens.) [de lacu Zirknitzensi] *c.* 242.
Koller Marianus (Cremif.) *b, c.* 249.
Kruesz Ioannes Chr. (de s. M. Pan.) [Diamagnetismus] *a, c.* 261.
Kuehn Raimundus (de s. M. Pan.) *a.* 263.
Manzl Laurentius (Lunaelac.) *a.* 283.
Nitzelberger Alfredus (Scotens.) *b.* 319.
Nuridschian Basilius (Mechith.) *b.* 320.
Nuttil Paulus (Scotens.) [cognitio Dei a rerum naturalium scientia ascendens] *c.* 321.
Pokorny Fridericus (de s. M. Pan.) [de diluvio] *c.* 353.
Puschl Carolus (Seitenstad.) *c.* 359.
Reslhuber Augustinus (Cremif.) *c.* 367. 368.
Robida Carolus (s. Paul.) *a, b.* 379.
Rücker Antonius (Raigrad.) [tractatus opt.] *b.* 388.
Salathielian Matthaeus (Mechith.) *a.* 392.
Saly Augustinus (de s. M. Pan.) [de terrae motibus in Hungaria etc.] *a, c.* 392.
Schenzl Quido (Admont.) [magnetica etc.] *c.* 403.
Schirmann Coelestinus (Cremif.) *a.* 408.
Schwarzenbrunner Bonifacius (Cremif.) [de terrae motu, de fontibus etc.] *a, b, c.* 433.
Seeauer Beda (Salisb.) [Magnetologia] 437.
Seitl Petrus (Raigrad.) *a.* 439.
Strobl Gabriel (Admont.) [itinera resp. ad geognos. et physicam] *c.* 469.
Vincze Victorinus (de s. M. Pan.) [quomodo animalia per orbem terr. diffundantur] *c.* 497.
Weymayr Thassilo (Admont.) [viator Admont., pars topogr. hist.] *c.* 510.

B. a) Chemia. b) Alchym.

Bierbauer Leopoldus (de s. M. Pan.) *a.* 21.
Fehér Hippolytus (de s. M. Pan.) *a.* 86.
Jedlik Anianus (de s. M. Pan.) *a.* 211.
Kruesz Ioannes Chrys. (de s. M. Pan.) *a.* 261.
Nuridschian Basilius (Mechith.) *a.* 320.
Schenzl Quido (Admont.) *a.* 420.
Schwarzenbrunner Bonifacius (Cremif.) *a.* 433.

C. a) Historia naturalis generatim. b) Commentarii diurni. c) Miscellanea. d) Positiones.

Breunig Ferdinandus (Scotens.) *b.* 32.
Fehér Hippolytus (de s. M. Pan.) *b.* 86.
Fellner Stephanus (Scotens.) *a.* 89.
Fenix Wolfgangus (de s. M. Pan.) *a.* 91.
Gschwandner Sigismundus (Scotens.) [mensarum rotatio] *a, c.* 151.
Hartenschneider Udalricus (Cremif.) [dissertatio] *c.* 171.
Haslberger Gregorius (Cremif.) [de microscopio] *c.* 172.
Jedlik Anianus (de s. M. Pan.) *b.* 211.
Moedlhammer Martinus (Cremif.) *a, d.* 301.
Molnár Ferdinandus (de s. M. Pan.) *c.* 302.
Waller Benno (Cremif.) *c.* 504.

D. Zoologia.

Čtvrtečka Pius (Břevn.) 51.
Czinár Maurus (de s. M. Pan.) [catalogi] 53.
Fászl Stephanus (de s. M. Pan.) 85.
Gallenstein Meinradus eques de (s. Paul.) 113.

Hanf Blasius (Admont.) [ornithologia] 169.
Hanenschild Godofredus (Cremif.) 173.
Hofstaedter Gotthardus (Cremif.) 192.
Hübner Beda (Salisb.) 201.
Kodermann Coelestinus (Lambert.) 244.
Lamprecht Ildephonsus (Murens.) [collectio coleopterorum, conchyliorum et fossilium] 267.
Mery Attilius (de s. M. Pan.) 298.
Ocsovszky Casimirus (de s. M. Pan.) 326.
Schnitzer Iosephus (Muro-Gries.) 420.
Simonics Gabriel (de s. M. Pan.) [de lepidopteris circa Sopronium] 447.
Sommerauer Ignatius (Admont.) [comment. phytologicae] 452.
Szentimrei Martinus (de s. M. Pan.) [de Darwinio] 475.
Vadász Lambertus (de s. M. Pan.) [de avibus et artific. ear. nidis] 488.
Vogl Leopoldus (Lambac.) [de nido fringillae spinus] 498.
Weymayr Thassilo (Admont.) [animalia lucentia, tractatus botanicus] 510.

E. Phytologia.

Breunig Ferdinandus (Scotens.) 32.
Czinár Maurus (de s. M. Pan.) [catalogi] 53.
Freh Alphonsus (de s. M. Pan.) 102.
Gassner Theodorus (Admont.) 114.
Graf Rainerus (s. Paul.) 142.
Gries Ioannes (Salisb.) 147.
Guppenberger Lambertus (Cremif.) 153.
Hofstaedter Gotthardus (Cremif.) 192.
Hübner Beda (Salisb.) 201.
Kammerer Sebastian (Scotens.) 220.
Lamprecht Ildephonsus (Murens.) [collectio coleopterorum, conchyliorum et fossilium] 267.
Lucond Bernardus (Murens.) [de pomorum cultura] 281.
Ramóczy Valerianus (de s. M. Pan.) 361.
Sigl Udiscalcus (Seitenstad.) 446.
Strobl Gabriel (Admont.) 469.
Treuinfels Leo (Mariaemont.) [cirsia Tirolensia] 484.
Weymayr Thassilo (Admont.) [animalia lucentia, tractatus botanicus] 510.

F. Lithologia.

Benyák Otto (de s. M. Pan.) 18.
Czinár Maurus (de s. M. Pan.) [catalogi] 53.
Felloeker Sigismundus (Cremif.) 91.
Gallenstein Meinradus eques de (s. Paul.) 113.
Guppenberger Lambertus (Cremif.) 153.
Hofstaedter Gotthardus (Cremif.) 192.

G. Oeconomia.

Baumgarten Amandus (Cremif.) 15.
Berndl Maurus (Michaelbur.) 19.
Bierbauer Leopoldus (de s. M. Pan.) 21.
Conrad Othmarus (Raigrad.) 49.
Kaltenegger Leonides (Admont.) [apistica] 218.
Kodermann Coelestinus (Lambert.) 244.
Kovács Thomas (de s. M. Pan.) 253.
Mösl Vitalis (Salisb.) [de perennitate fontium] 304.
Peinlich Richardus (Admont.) [de rebus oeconomicis saec. XVI. Graecii etc.] 336.
Petrack Udalricus (Mellic.) [instructio pr. de croco sativo, de cultura croci] 339. 340.
Schwarzenbrunner Bonifacius (Cremif.) [not. oecon.] 434.
Schwarzl Vincentius (Admont.) [meth. cult. vitis] 434.
Sigrist Ioannes Ev. (Muro-Gries.) [reip. rom. ratio] 446.
Staufer Vincentius (Mellic.) [collectanea ad hist. cult. vini in Austria] 459.
Vetzmadian Michaelis (Mechith.) [liber de agricultura] 494.

H. Technologia.

Fixlmillner Placidus (Cremif.) 98.
Habrich Alexius (Raigrad.) 163.
Hochrainer Edmundus (Salisb.) [de attritione funis in machinis] 189.
Jedlik Anianus (de s. M. Pan.) [mechanica] 211.
Koller Marianus (Cremif.) [mechanica, optica etc.] 249.
Puschl Carolus (Seitenstad.) [mechanica] 358. 359.
Reinelt Paulus (Břevn.) [mechanica] 365.
Sazavský Gregorius (Raigrad.) 396. 397.
Schenzl Quido (Admont.) 403.
Slouk Adalbertus (Raigrad.) [globus terr. constr.] 450.
Tschiakydschian Ephrem (Mechith.) 485.

I. Metallurgia.

Puschl Carolus (Seitenstad.) [mechanica] 358. 359.
Schenzl Quido (Admont.) 403.

K. Mercatura.

Derderian Lucas (Mechith.) 57.
Hambarian Eugenius (Mechith.) 168.

L. Astronomia.

Balgian Alexander (Mechith.) 12.
Bierbauer Leopoldus (de s. M. Pan.) 21.
Derflinger Thaddaeus (de s. M. Pan.) 57.
Esterl Franciscus (Salisb.) 83.
Felloeker Sigismundus (Cremif.) 90.
Fixlmillner Placidus (Cremif.) 95. 97.
Gschwandner Sigismundus (Scotens.) 150.
Gschwandtner Andreas (Glun.) 151.
Gumpp Ignatius (s. Blas.) 152.
Hollósy Iustinus (de s. M. Pan.) 195.
Jungwirth Caietanus (Cremif.) 213.
Koller Marianus (Cremif.) 247. 249.
Reinelt Paulus (Břevn.) 365.
Reslhuber Augustinus (Cremif.) 367.
Schenzl Quido (Admont.) 403.
Schwarzenbrunner Bonifacius (Cremif.) 433. 434.
Seeauer Beda (Salisb.) 437.

Strasser Gabriel II. (Cremif.) 467.
Vurdics Ignatius (de s. M. Pan.) [histor. astron.] 499.
Waller Benno (Cremif.) 504.

M. Meteorologia.

Burger Honorius (Altenb.) 33.
Derderian Lucas (Mechith.) 57.
Gabely Emericus (de s. M. Pan.) 110.
Guppenberger Lambertus (Cremif.) 153.
Hintler Anselmus (Salisb.) 188.
Itz de Mildenstein Eduardus (Břevn.) [prosagia variationum aëris] 206.
Koenigsberger Fridericus (Michaelbur.) 244.
Koller Marianus (Cremif.) 248.
Kruesz Ioannes Chr. (de s. M. Pan.) 261.
Kuehn Raimundus (de s. M. Pan.) 263.
László Balthasar (de s. M. Pan.) 272.
Resch Colomannus (Mellic.) [de arcu pluviali] 367.
Reslhuber Augustinus (Cremif.) 367.
Schenzl Quido (Admont.) 403. 404.
Schwarzenbrunner Bonifacius (Cremif.) 433. 434.
Staufer Vincentius (Mellic.) 459.
Strasser Gabriel II. (Cremif.) 463.
Suppan Ioachim (Lambert.) [hypsometria] 472.

N. a) Geologia universalis, b) specialis.

Felloeker Sigismundus (Cremif.) *b.* 90.
Hollósy Iustinus (de s. M. Pan.) *b.* 195.
Knoepfer Leander (Scotens.) *b.* 242.
Orsonics Ioannes Bapt. (de s. M. Pan.) [conspectus geogoniae] *a.* 327.
Prangner Engelbertus (Admont.) [disquisitio palaeontol.] *b.* 355.
Schwarzenbrunner Bonifacius (Cremif.) *b.* 433. 434.
Veselka Andreas (Břevn.) *b.* 493.

VI. Anthropologia.

Centuriae: A. a) Universalis et historia generis humani. b) specialis. — B. Paedagogia. a) universalis. b) relationes. c) miscellanea. — C. Scripta ad iuventutem erudiendam.

A. a) Universalis et historia generis humani. b) specialis.

Baumgarten Amandus (Cremif.) *b.* 15.
Herrgott Marquardus (s. Blas.) *b.* 187.
Kaltenbrunner Alexander (Admont.) *b.* 218.

B. Paedagogia.

a) universalis. b) relationes. c) miscellanea.

Azaria Aristaces (Mechith.) *a.* 8.
Beély Fidelis (de s. M. Pan.) *a. c.* 17.
Buswald Dominicus (Admont.) *c.* 35.
Enk von der Burg Michaelis (Mellic.) *c.* 82.
Grueninger Augustinus (Muro-Gries.) [relationes] *b.* 148.
Gschwandner Sigismundus (Scotens.) [de fine gymnasii] *c.* 151.
Hammer Caietanus (Admont.) *c.* 168.
Helferstorfer Othmarus (Scotens.) [historia gymnasii] *c.* 182.
Hönigl Dominicus (Seitenstad.) [hist. gymn. Seitenst.] *c.* 197.
Holler Engelbertus (de s. M. Pan.) [historia gymn. Ginsiens.] *c.* 193.
Hrdlička Emmanuel (Emaut.) [hist. gymn. Budwic.] *c.* 200.
Hunanian Leo (Mechith.) *a.* 203.
Hunanian Paulus (Mechith.) *a.* 204.
Kapossy Lucianus (de s. M. Pan.) *b.* 219.
Kopetzky Hilarius (de s. M. Pan.) *c.* 250.
Langes Benedictus (Mariaemont.) *b.* 270.
Matoušek Timotheus (Břevn.) *b.* 288.
Méry Attilius (de s. M. Pan.) *b.* 298.
Nagy Norbertus (de s. M. Pan.) *a.* 314.
Peinlich Richardus (Admont.) [relationes annuae] *b.* 336.
Petheö Damianus (de s. M. Pan.) [didactica et methodica] *a.* 339.
Rauttenstrauch Stephanus (Břevn.) [institutum fac. theol. Vind. breviarium pro instit. scholis theol.] *c.* 362.
Richter Benedictus (Raigrad.) [acta in causa methodi docendi in gymnasiis, diversa notata ex paedag.] *c.* 374.
Rücker Antonius (Raigrad.) *a.* 388. 389.
Sárkány Nicolaus (de s. M. Pan.) [tractatus] *c.* 393.
Schanda Venceslaus (Emaut.) [acta gymn. Klatoviensis] 399.
Schmidfeld Hugo (s. Blas.) [systema de studio etc.] *c.* 415.
Schwarz Henricus (Michaelbur.) [tractatus varii] *c.* 430. 432.
Szabó Sylvester (de s. M. Pan.) [educatio apud Romanos] *c.* 473.
Takács Bernardinus (de s. M. Pan.) [de utilit. schol. publ.] *b.* 477.
Vagács Caesar (de s. M. Pan.) [dissertatio] *c.* 489.
Vaszary Claudius (de s. M. Pan.) [scholae elem. dissert.] *c.* 491.
Wagl Fridericus (Scotens.) *b.* 499.
Wargha Samuel (de s. M. Pan.) [quid sit cultus atque hum. dissert.] *c.* 504.
Weinreiter Victorinus (Admont.) *c.* 506.
Wolný Gregorius (Raigrad.) [catalogi aud. eius] *c.* 523.

C. Scripta ad iuventutem erudiendam.

Adolph Meinradus (Scotens.) 2.
Hager Edmundus (Salisb.) 166.
Hönigl Dominicus (Seitenstad.) 197.
Itz de Mildenstein Eduardus (Břevn.) 205.
Matkovics Adolphus (de s. M. Pan.) 287.
Robida Carolus (s. Paul.) 379.
Schwarz Henricus (Michaelbur.) 430.

Simon Sigismundus (de s. M. Pan.) [adhort. et serm.] 447.
Tschamanian Hamazasb (Mechith.) 485.
Vogl Ferdinandus (Muro-Gries.) 498.

VII. Philosophia.

Centuriae: A. Philosoph. universalis. — B. Philosoph. specialis. — C. Philosoph. practica. — D. Philosoph. polemica. — E. Philosoph. assertiones, theses.

A. Philosoph. universalis.

Digl Romanus (Seitenstad.) 59.
Doberschitz Laurentius (Cremif.) 60.
Ettenauer Romanus (Cremif.) 84.
Gutrath Oddo (Salisb.) 155.
Harlacher Paulus (Raigrad.) 170.
Hintler Anselmus (Salisb.) 188.
Mayr Carolus (Mariaemont.) 294.
Mösl Vitalis (Salisb.) 304.
Ronay Hyacinthus (de s. M. Pan.) [psychol. emp. etc.] 383.
Ruedorffer Eberhardus (Salisb.) [disputationes] 389.
Samuelian Malach. (Mechith.) 393.
Seeauer Beda (Salisb.) 437.
Seitl Petrus (Raigrad.) 439.
Stanke Leander (de s. M. Pan.) 458.

B. Philosoph. specialis.

Borschke Andreas (Scotens.) 29.
Conrad Othmarus (Raigrad.) 48.
Digl Romanus (Seitenstad.) 59.
Ettenauer Romanus (Cremif.) 84.
Gotschmatsch Willibaldus (Scotens.) 139.
Grutsdorf Amandus (Cremif.) 150.
Gutrath Rupertus (Salisb.) 155.
Gutrath Oddo (Salisb.) 155.
Haberhauer Maurus (Raigrad.) 159.
Habrich Alexius (Raigrad.) 162.
Hintler Anselmus (Salisb.) 188.
Hochrainer Edmundus (Salisb.) 189.
Horner Gregorius (Gluniac.) 198.
Knopp Procopius (Raigrad.) 243.
Langhayder Meinradus (Cremif.) [philos. German.] 271.
Manzl Laurentius (Lunaelac.) 283.
Oberhauser Benedictus (Lambac.) 322.
Richter Benedictus (Raigrad.) [de cultu animi] 374.
Rónay Hyacinthus (de s. M. Pan.) [psychol. emp. etc.] 383.
Rubin Benno (Raigrad.) [instit. dialecticae] 386.
Ruedorffer Eberhardus (Salisb.) [disputationes] 389.
Sashegyi Ioannes Damasc. (de s. M. Pan.) [de animo et psychologia] 394.
Scheitz Benno (s. Paul.) [de dualismo humano, Darwinii theoriae] 401. 402.
Schlossar Victor (Raigrad.) 411.
Stanke Leander (de s. M. Pan.) 458.
Vértesi Leander (de s. M. Pan.) [de materialismo] 493.
Vidmar Constantinus (Scotens.) 494.
Szentimrei Martinus (de s. M. Pan.) [de socialismo] 475.

C. Philosoph. practica.

Conrad Othmarus (Raigrad.) 48.
Fuchs Beatus (Murens.) [miscellanea] 105.
Füssy Thomas (de s. M. Pan.) 108.
Habrich Alexius (Raigrad.) 162.
Hofmann Paulus (Scotens.) 192.
Hübner Beda (Salisb.) 201.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) 209.
Hofer Ioannes (Salisb.) 190.
Kapossy Lucianus (de s. M. Pan.) 218.
Knauer Vincentius (Scotens.) 241.
Körmendy Camillus (de s. M. Pan.) 245.
Kovács Thomas (de s. M. Pan.) [philos. iuris] 253.
Landerl Philibertus (Cremif.) 267.
Lang Romualdus (Cremif.) [psycholog. tractatus] 268.
Maerkinger Ildephonsus (Seitenstad.) [rhetorica Platonis] 282.
Mann Honorius (de s. M. Pan.) 283.
Palfi Franciscus Ser. (de s. M. Pan.) 329.
Schirmann Coelestinus (Cremif.) 408.
Schmidfeld Hugo (s. Blas.) 415.
Seitl Petrus (Raigrad.) 439.
Stanke Leander (de s. M. Pan.) 458.
Tonhauser Leonardus (Mellic.) 482.
Zusner Romanus (Ossiac.) 535.

D. Philosoph. polemica.

Boppert Conradus (s. Paul.) 27.
Dunkl Opportunus (Lunaelac.) 74.
Harlacher Paulus (Raigrad.) 170.
Ilger Vincentius (s. Blas.) 204.
Sorg Ildephonsus (Admont.) 453.

E. Philosoph. assertiones, theses.

Kaserer Anselmus (Cremif.) 220.
Kindlinger Ambrosius (Cremif.) 233.
Klappitz Antonius (Raigrad.) 239.
Lodron Ioannes Nep. comes de (Cremif.) 279.
Pasterwitz Georgius (Cremif.) 331.
Rubin Benno (Raigrad.) 386.
Schirmann Coelestinus (Cremif.) 408.
Seböck Arcadius (de s. M. Pan.) 435.
Seeauer Beda (Salisb.) 436. 437.
Socher Georgius (Lunaelac.) 451.
Stern Paulus (de s. M. Pan.) 464.
Veit Benedictus (Seitenstad.) 492.
Wolter Maurus (Emaut.) 524.

VIII. Aesthetica.

Centuriae: A. Litterae elegantiores generatim. — B. Litterae eleg. misc. — C. Rhetorica. — D. Poëtae Latini. — E. Oratores Latini. — F. Poëtae et oratores Italici. — G. Poëtae et oratores Hispan. et Lusitan. — H. Poëtae et oratores Gallici. — I. Poëtae et oratores Anglici. — K. Poëtae et oratores German. — L. Poëtae et oratores Slav. — M. Poëtae et oratores Hungarici. — N. Poëtae reliqui. — O. Epistolographia. — P. Artes elegantiores. a) Sculptura. b) Pictura. c) Chalcographia. d) Lithographia. e) Architectura. — Q. Musica theoretica. — R. Musica practica. — S. Belletristica. — Chronistica.

A. Litterae elegantiores generatim.

Guzmics Isidorus (de s. M. Pan.) 156.

B. Litterae eleg. misc.

Achleuthner Leonardus (Cremif.) 1.
Berndl Maurus (Michaelbur.) 19.
Borschke Andreas (Scotens.) 29.
Caterdschian Samuel (Mechith.) 39.
Doberschitz Laurentius (Cremif.) 61.
Dudík Beda (Raigrad.) 70.
Enk von der Burg Michaelis (Mellic.) 82.
Erödi Daniel (de s. M. Pan.) 83.
Fektor Casparus (de s. M. Pan.) 88.
Felloeker Sigismundus (Cremif.) 91.
Flor Carolomannus (s. Paul.) 99.
Gerbert Martinus (s. Blas.) 137.
Grueniger Augustinus (Muro-Gries.) 148.
Guppenberger Lambertus (Cremif.) 153.
Hacker Leopoldus (Gottvic.) 166.
Hagn Theodorus (Cremif.) 166.
Harlacher Paulus (Raigrad.) [cantilenae] 170.
Hauswirth Ernestus (Scotens.) [litterarum studia regnante Maxim. I.] 175.
Heer Rustenus (s. Blas.) [dissertatio de studiis] 176.
Hoefer Mathias (Cremif.) 189.
Holter Marcus (Cremif.) 196.
Knauer Vincentius (Scotens.) 242.
Kokal Placidus (Admont.) 246.
Kummerer Rupertus (s. Paul.) [Oedipus sui delicti conscius] 264.
Kuncze Leo (de s. M. Pan.) [historia stenogr. Hungar.] 265.
Mayer Theodorus (Mellic.) [de stylo, de lectione ethnicon] 293.
Mérei Augustus (de s. M. Pan.) [breviarium historiae cultus hum.] 298.
Millwisch Augustinus (Admont.) [sollemnitas brumalis] 300.
Muchar de Bied et Rangfeld Albertus (Admont.) [a. aesthetices praelect.] 308.
Pachmayr Marianus (Cremif.) [statuta academiae des assidues] 329.
Piringer Beda (Cremif.) [tractatus de natura et vi poeseos] 342.
Ramóczy Valerianus (de s. M. Pan.) [tractatus, quaedam de memoria, animus quantam vim habeat ad corpus] 360. 361.
Riedel Robertus (Břevn.) [de Horatio et Tacito dissertationes] 376.
Rieder Edmundus (Admont.) [critica de scriptis Ottocari ab Horneck, theoria artis poeticae, de Philoctete Sophoclis, liber artis rhetoricae] 376.
Rónay Hyacinthus (de s. M. Pan.) 383. 384.
Rücker Antonius (Raigrad.) [spicilegium continens titulos omnium dramatum typis impressorum] 389.
Rummel Arnulfus (de s. M. Pan.) [tractatus varii lingua Hung.] 390.
Ruth Ieremias (de s. M. Pan.) [quanti momenti sit studium script. Rom.) 391.
Saly Augustinus (de s. M. Pan.) [tractatus varii serm. Hung.] 392.
Sárkány Nicolaus (de s. M. Pan.) [tractatus in libro encycl.] 393.
Schanda Venceslaus (Emaut.) [dissertatio de styli exercitiis in gymn.] 399.
Scheichenberger Leopoldus (s. Paul.) [de igne sic dicto Ioannis, atramenti maculae] 400. 401.
Schlossar Victor (Raigrad.) [Rhapsodiae] 412.
Schmid Anselmus (Admont.) 413.
Schmidt Wilfridus (Admont.) 418.
Schmieder Pius (Lambac.) 419.
Schwarz Henricus (Michaelbur.) 430.
Schwedler Raimundus (Scotens.) 435.
Silber Gallus (Gottvic.) [adversaria] 446.
Smolík Rupertus (Břevn.) [recensiones] 451.
Spach Paulus (s. Paul.) [univers. rerum theoria] 453.
Spáth Demetrius (de s. M. Pan.) 454.
Stampfer Coelestinus (Mariaemont.) 458.
Steininger Placidus (Admont.) [recensiones] 460.
Steinringer Ferdinandus (s. Paul.) 462.
Stern Carolus (Scotens.) 463.
Szeder Fabianus (de s. M. Pan.) [idiom. Hung.] 474.
Szentimrei Martinus (de s. M. Pan.) 475.
Szentmiklósi Aloysius (de s. M. Pan.) 475.
Szkalka Candidus (de s. M. Pan.) 476.
Sztachovics Remigius (de s. M. Pan.) [carmina nupt.] 476.
Thanhoffer Cyrillus (de s. M. Pan.) 479.
Thomsin Maurus (Murens.) [principia varia etc.] 479.
Tonhauser Leonardus (Mellic.) [manuale arcanorum] 482.
Vaszary Claudius (de s. M. Pan.) 491.
Viechter Bernardus (Salisb.) 495.
Vogl Bertholdus (Cremif.) 497.
Vurdics Ignatius (de s. M. Pan.) 499.
Wagl Fridericus (Scotens.) 500.
Wagner Laurentius (de s. M. Pan.) [var. recens.] 502.
Weinreiter Victorinus (Admont.) 506.
Wimmer Florianus (Cremif.) 512.
Witzig Eduardus (Mellic.) 516.

Wolter Maurus (Emaut.) 524.
Wurm Ernestus (Cremif.) 527. 528.
Zbonek Martinus (Emaut.) 529.
Ziegler Gregorius (Wibling.) 530.
Zsoldos Franciscus Xav. (de s. M. Pan.) 534.

C. Rhetorica.

Casparides Paulus (Raigrad.) 37.
Conrad Othmarus (Raigrad.) 48.
Ramóczy Valerianus (de s. M. Pan.) [tractatus, quaedam de memoria, animus quantam vim habeat ad corpus] 360. 361.

D. Poëtae Latini.

Balás Theophilus (de s. M. Pan.) 10.
Ballay Valerius (de s. M. Pan.) 13.
Bezdieka Anselmus (Emaut.) 21.
Bossart Othmarus (Murens.) 31.
Caterdschian Iosephus (Mechith.) 39.
Cechner Hieronymus (Emaut.) 41.
Cervus Adam (de s. M. Pan.) 42.
Christen Ambrosius (Murens.) 43.
Čtvrtečka Bruno (Břevn.) 51.
Czinár Maurus (de s. M. Pan.) 52.
Doberschitz Laurentius (Cremif.) 61.
Doslern Edmundus (de s. M. Pan.) 62.
Dueckern Theophilus (Cremif.) 73.
Fenix Wolfgangus (de s. M. Pan.) 91.
Harlacher Paulus (Raigrad.) 170.
Helferstorfer Othmarus (Scotens.) 182.
Hollósi Aegydius (de s. M. Pan.) 195.
Horváth Paulus (de s. M. Pan.) 198.
Horváth Petrus (de s. M. Pan.) 199.
Horváth Timotheus (de s. M. Pan.) 199.
Hron Chilianus (Cladrub.) 200.
Itz de Mildenstein Eduardus (Břevn.) 206.
Keiblinger Ignatius (Mellic.) [edidit carm.] 223.
Keller Iosephus (Murens.) 225.
Kimmerling Robertus (Mellic.) 233.
Kopp Fridolinus (Murens.) 251.
Kraus Honorius (Scotens.) 254.
Krenner Rupertus (Gottvic.) 256.
Máar Bonifacius (de s. M. Pan.) 281.
Mayer Theodorus (Mellic.) [theor.] 293.
Messerer Aloisius (Altenb.) 299.
Molnár Titus (de s. M. Pan.) 303.
Müek Ioannes Bapt. (Raigrad.) 309.
Navrátil Ioannes Sarc. (Raigrad.) 315.
Oettl Udalricus de (Cremif.) 326.
Ottmansky Hugo (Raigrad.) 329.
Paradeiser Marianus (Mellic.) 330.
Pelczmann Hieronymus (de s. M. Pan.) 338.
Polgár Innocentius (de s. M. Pan.) 354.
Pregg Mathias (Cremif.) 355.
Priglhuber Dionysius (Michaelbur.) 357.
Rath Paulus (Seitenstad.) 362.
Reichsigl Florianus (Salisb.) 365.
Rohn Franciscus (Scotens.) [Iacobi Balde carm. selecta edidit] 380.
Roštlápil Othmarus (Břevn.) 385.
Sazavský Gregorius (Raigrad.) 397.
Schanda Venceslaus (Emaut.) 399.
Schuster Beda (Mellic.) 427.
Singer Coelestinus (Gottvic.) 447.
Skutyil Clemens (de s. M. Pan.) 448.
Stern Paulus (de s. M. Pan.) 464.
Summerauer Ildephonsus (Emaut.) 471.
Susterschitz Ernestus (Mellic.) 473.
Szárnyay Zoerardus (de s. M. Pan.) 473.
Szkalka Candidus (de s. M. Pan.) 476.
Takács Bernardus (de s. M. Pan.) 477.
Vagács Caesar (de s. M. Pan.) 489.
Vekerle Godefridus (de s. M. Pan.) 492.

E. Oratores Latini.

Arigler Altmannus (Gottvic.) 4.
Bády Isidorus (de s. M. Pan.) 10.
Bezdieka Anselmus (Emaut.) 21.
Boeckhn Placidus (a s. Petro) 26.
Borbély Cornelius (de s. M. Pan.) 28.
Christen Ambrosius (Murens.) 43.
Doberschitz Laurentius (Cremif.) 61.
Dorfmann Hartnidus (Admont.) 62.
Fixlmillner Placidus (Cremif.) 96. 97.
Harlacher Paulus (Raigrad.) 170.
Kittinger Benedictus (Cremif.) 237.
Koch Gregorius (Murens.) 244.
Kubovics Remigius (de s. M. Pan.) 263.
Márkfi Samuel (de s. M. Pan.) 285.
Schluderpacher Ernestus (Scotens.) 412.
Schuster Beda (Mellic.) 427.
Vonderthon Gregorius (Salisb.) 498.
Ziegler Gregorius (Wibling.) 530. 531.

F. Poëtae et oratores Italici vacant.

G. Poëtae et oratores Hispan. et Lusitan. vacant.

H. Poëtae et oratores Gallici vacant.

I. Poëtae et oratores Anglici.

Gerstmayr Erenbertus (Cremif.) [comment. ad Shakespeare] 138.
Rónay Hyacinthus (de s. M. Pan.) [descriptio artificum scenicorum ex Anglia; vita Shakespeare] 383. 384.

K. Poëtae et oratores German.

Adolph Meinradus (Scotens.) 2.
Baumgarten Amandus (Cremif.) 15.
Berger Luitfridus (Murens.) 18.
Binder Urbanus (Cremif.) 21.
Dechant Norbertus (Scotens.) 55.
Dueckern Theophilus (Cremif.) 73.

Eder Albertus (Salisb.) 75.
Eder David (Cremif.) 75.
Enk von der Burg Michaelis (Mellic.) 82.
Graser Rudolphus (Cremif.) 144.
Guppenberger Erenbertus (Cremif.) 153.
Guppenberger Lambertus (Cremif.) 153.
Haberl Norbertus (Mellic.) 161.
Helferstorfer Othmarus (Scotens.) 181.
Heller Vitalis (Scotens.) 183.
Hoefer Mathias (Cremif.) 189.
Hofmann Paulus (Scotens.) 192.
Holter Marcus (Cremif.) 196.
Itz de Mildenstein Eduardus (Břevn.) 205. 206.
Keller Iosephus (Murens.) 225.
Kimmerling Robertus (Mellic.) 233.
Kittinger Benedictus (Cremif.) 237.
Knauer Vincentius (Scotens.) 242.
Kokal Placidus (Admont.) 246.
Koplhuber Leopoldus (Cremif.) 250.
Kreil Benno (Admont.) 255.
Krenner Rupertus (Gottvic.) 256.
Langenmantel Iosephus de (Scotens.) 269.
Lindemayr Maurus (Lambac.) 277.
Mayr Sebastianus (Cremif.) [poem. M. Holter edidit] 294.
Menzl Fridericus (Břevn.) 297.
Nestlehner Alphonsus (Seitenstad.) 316.
Obwexer Paulus (Muro-Gries.) 325.
Paradeiser Marianus (Mellic.) 330.
Petrack Udalricus (Mellic.) 339. 340.
Piringer Beda (Cremif.) 342. 343.
Plank Beda (Cremif.) 349.
Pregg Mathias (Cremif.) 355.
Reichsigl Florianus (Salisb.) 364. 365.
Reischl Ignatius (Cremif.) 366.
Rieder Edmundus (Admont.) 376. 377.
Rummelsberger Maximilian (Scotens.) 390.
Schmid Leodegarius (Murens.) 414.
Schmieder Pius (Lambac.) [Lindemayer's carm. ed.] 419.
Schoenberger Basilius (Cremif.) 420.
Schubert Hermannus (Scotens.) 423.
Schultes Sigismundus (Scotens.) 427.
Schuster Beda (Mellic.) 428. 429.
Schwarz Henricus (Michaelbur.) 431. 432.
Sengschmitt Bertholdus (Scotens.) 442.
Späth Fulgentius (de s. M. Pan.) 454.
Speckmoser Udalricus (Admont.) 455.
Stadelhofer Benedictus (Admont.) 456.
Stern Paulus (de s. M. Pan.) 463.
Suppan Ioachim (Lambert.) 472.
Susterschitz Ernestus (Mellic.) 473.
Tomanik Franciscus (de s. M. Pan.) 481. 482.
Vonderthon Gregorius (Salisb.) 498.
Wagl Fridericus (Scotens.) 499.
Weber Beda (Mariaemont.) 506.
Weiss Ioannes Bapt. (s. Blas.) 507.
Weissenhofer Robertus (Seitenstad.) 507.
Welleba Columbus (Scotens.) 508.
Wenin Lambertus (Altenb.) 508.
Winnerl Gilbertus (Mellic.) 514.
Wismer Pius (Murens.) 515.
Witzig Eduardus (Mellic.) 516.
Wolfsgruber Coelestinus (Scotens.) 518.
Womatschka Othmarus (Scotens.) 525.
Würf Placidus (Altenb.) 527.
Wurm Ernestus (Cremif.) 528.
Zingerle Pius (Mariaemont.) 532.
Zitterhofer Ambrosius (Scotens.) 533.

L. Poëtae et oratores Slav.

Kosfal Clemens (Břevn.) 251.
Navrátil Ioannes Sarc. (Raigrad.) 314.
Summerauer Ildephonsus (Emaut.) 472.
Toupalík Maurus (Emaut.) 484.
Veselka Andreas (Břevn.) 493.

M. Poëtae et oratores Hungarici.

Balás Theophilus (de s. M. Pan.) 11.
Ballay Valerius (de s. M. Pan.) 13.
Beély Fidelis (de s. M. Pan.) 17.
Bekes Benedictus (de s. M. Pan.) 18.
Cervus Adam (de s. M. Pan.) 42.
Czuczor Gregorius (de s. M. Pan.) 54.
Erödi Daniel (de s. M. Pan.) 82.
Fábián Ambrosius (de s. M. Pan.) 85.
Fenix Wolfgangus (de s. M. Pan.) 92.
Ferenczy Iacobus (de s. M. Pan.) 92.
Fojtényi Cassianus (de s. M. Pan.) 100.
Guzmics Isidorus (de s. M. Pan.) 157.
Hollósi Aegydius (de s. M. Pan.) 195.
Horváth Paulus (de s. M. Pan.) 198.
Jalsovics Alfredus (de s. M. Pan.) 208.
Jedlik Antonius (de s. M. Pan.) 211.
Kovács Marcus (de s. M. Pan.) 252.
Kovács Rupertus (de s. M. Pan.) 253.
Kovátsits Marcellus (de s. M. Pan.) 253.
Kristiány Pius (de s. M. Pan.) 258.
Kruesz Ioannes (de s. M. Pan.) 261.
Maár Bonifacius (de s. M. Pan.) 281.
Márkfi Samuel (de s. M. Pan.) 284.
Németh Guilelmus (de s. M. Pan.) 315.
Nyulassy Antonius (de s. M. Pan.) 321.
Penner Romanus (de s. M. Pan.) 338.
Polgár Innocentius (de s. M. Pan.) 353.
Ruzcicska Ioannes Nep. (de s. M. Pan.) 392.
Seböck Arcadius (de s. M. Pan.) 435.
Szeder Fabianus (de s. M. Pan.) 474.
Szkalka Candidus (de s. M. Pan.) 476.
Tury Oswaldus (de s. M. Pan.) 486.
Vaszary Aegydius (de s. M. Pan.) 490.

N. Poëtae reliqui.

Stern Paulus (de s. M. Pan.) [carmen hebraicum] 464.
Tornian Isaacus (Mechith.) [id. Arm.] 483.
Tschiakydschian Ephrem (Mechith.) [idiom. Arm.] 485.
Zingerle Pius (Mariaemont.) [ex idiom. Syriaco] 532.

O. Epistolographia.

Borsinger Ioannes (Murens.) 29.
Conrad Othmarus (Raigrad.) 49.
Doberschitz Laurentius (Cremif.) 61.
Dudík Beda (Raigrad.) 70.
Esztegar Vartanus (Mechith.) 83.
Friess Godefridus (Seitenstad.) 103.
Gerbert Martinus (s. Blas.) 137.
Gulyás Alexius (de s. M. Pan.) 151.
Guzmics Isidorus (de s. M. Pan.) 157.
Heisler Placidus (Raigrad.) 179.
Koch Gregorius (Murens.) 244.
Kopp Fridolinus (Murens.) 251.
Kaser Gregorius (Salisb.) 219.
Meyer Geroldus II. (Murens.) 299.
Perschl Amandus (Scotens.) 338.
Piter Bonaventura (Raigrad.) 346. 347—349.
Regli Adalbertus (Muro-Gries.) 363.
Schmid Leodegarius (Murens.) 414.
Staufer Vincentius (Mellic.) 459.
Vagács Caesar (de s. M. Pan.) [ratio lit. Rom. tract.] 489.

P. Artes elegantiores.

a) Sculptura. b) Pictura. c) Chalcographia. d) Lithographia. e) Architectura.

Bautraxler Gerardus (Seitenstad.) *a.* 17.
Bosnyák Benedictus (de s. M. Pan.) *b.* 31.
Czinár Maurus (de s. M. Pan.) [catalog] *b.* 52.
Dudík Beda (Raigrad.) *a, b.* 69—72.
Dungl Adalbertus (Gottvic.) gen. 73.
Fellner Colomannus (Lambac.) *c, d.* 89.
Kretz Leodegarius (Murens.) *a, b.* 257.
Mayer Theodorus (Mellic.) [pr. theor.] *a.* 293.
Méry Attilius (de s. M. Pan.) [Hungar.] *e.* 298.
Millwisch Augustinus (Admont.) *a, e.* 300.
Obwexer Paulus (Muro-Gries.) *b.* 325.
Samuelian Malach. (Mechith.) [de imag. Salvat. tractatus] *b.* 393.
Schmieder Pius (Lambac.) *e.* 419.
Slouk Adalbertus (Raigrad.) *b.* 449.
Wassmer Placidus (Muro-Gries.) *a, c.* 505.
Werl Vincentius (Gottvic.) [catalogus imag.] *c, d.* 509.
Wimmer Florianus (Cremif.) *a, e.* 512.

Q. Musica theoretica.

Bautraxler Gerardus (Seitenstad.) 16.
Berndl Maurus (Michaelbur.) 19.
Dagn Gotthardus (ex Fiecht.) 54.
Fischer Beda (Murens.) 94.
Gerbert Martinus (s. Blas.) 136.
Grienfels Edmundus (Mellic.) 146.
Huemer Georgius (Cremif.) 202.
Kovács Marcus (de s. M. Pan.) 252.
Kretz Leodegarius (Murens.) 257.
Őcsényi Anselmus (de s. M. Pan.) 325.
Patzalt Hermannus (Cremif.) 332.
Piessinger Maximilianus (Cremif.) 342.
Pürstinger Iosephus (Admont.) 357.
Schwarzenbrunner Bonifacius (Cremif.) 434.
Strasser Pius (Seitenstad.) 468.
Witlačil Severinus (Lambert.) 515.
Zwyssig Geroldus (Murens.) 536.

R. Musica practica.

Berger Othmarus (Murens.) 19.
Bischofreiter Martinus (a s. Petro) 22.
Boppert Conradus (s. Paul.) 27.
Fischer Beda (Murens.) 94.
Fischer Clemens (Muro-Gries.) 95.
Fleischmann Virgilius (Gottvic.) 98.
Frauenberger Ernestus (Cremif.) 101.
Guppenberger Lambertus (Cremif.) 153.
Haberhauer Maurus (Raigrad.) 159.
Hauer Gregorius (Seitenstad.) 174.
Hoepflinger Sebastianus (Admont.) 197.
Jauch Geroldus (Murens.) 210.
Jud Willibaldus (Lambert.) 213.
Kaltenegger Leonides (Admont.) 218.
Kerschbaum Maximilianus (Cremif.) 227.
Kimmerling Robertus (Mellic.) 233.
Kogler Erhardus (Admont.) 246.
Kronecker Guntherus (Cremif.) 259.
Kříž Venceslaus (Raigrad.) 262.
Landsmann David (Cremif.) 267.
Maeder Conradus (Murens.) 282.
Matzke Basilius (Admont.) 288.
Mayer Leodegarius (Murens.) 290.
Meller Placidus (Scotens.) 296.
Moesch Beda (Murens.) 304.
Nagenzaun Michaelis (Salisb.) 313.
Nyulassy Antonius (de s. M. Pan.) 321.
Ortwein Magnus (de s. M. Pan.) 328.
Paradeiser Marianus (Mellic.) 331.
Pasterwiz Georgius (Cremif.) 332.
Petrack Udalricus (Mellic.) 340.
Pratzner Marianus (Gottvic.) 355.
Pürstinger Iosephus (Admont.) 357.
Pusterhofer Philippus (Admont.) 359.
Schenkírž Augustinus (Emaut.) 402.
Siberer Andreas (Admont.) 445.
Sparry Franciscus (Cremif.) 454.
Stadler Maximilianus (Mellic.) 456. 457.
Stenitzer Antonius de (Admont.) 462.
Tiray Benno (Raigrad.) 481.

Tonhauser Leonardus (Mellic.) 482.
Zwettler Theodorus (Scotens.) 535.
Zwyssig Geroldus (Murens.) 536.

S. Belletristica.

Caftandschian Elisaeus (Mechith.) 36.
Enk von der Burg Michaelis (Mellic.) 82.
Füssy Thomas (de s. M. Pan.) 108. 109.
Hacker Leopoldus (Gottvic.) 166.
Hager Edmundus (Salisb.) 166.
Itz de Mildenstein Eduardus (Břevn.) 206.
Jacutdschian Vertanus (Mechith.) 206.
Kauperz Raimundus (Admont.) 220.
Kern Adolphus (Scotens.) 227.
Kovács Marcus (de s. M. Pan.) 252.
Kovács Rupertus (de s. M. Pan.) 252.
Langenmantel Iosephus de (Scotens.) 269.
Lóskay Placidus (de s. M. Pan.) [Hungar.] 280.
Mathon Placidus (Raigrad.) [Slavice] 286.
Mayer Gregorius (Mellic.) 289.
Méry Attilius (de s. M. Pan.) [Hungar.] 298.
Mösl Vitalis (Salisb.) 305.
Navrátil Ioannes Sarc. (Raigrad.) 314. 315.
Ocsovszky Casimirus (de s. M. Pan.) 326.
Pfeifer Aegydius (Scotens.) 341.
Schmid Anselmus (Admont.) 413.
Schükürian Nerses (Mechith.) 425.
Schwarz Henricus (Michaelbur.) 430. 431.
Seböck Arcadius (de s. M. Pan.) 435.
Slemenik Valentinus (Admont.) 448.
Torre Robert della (Scotens.) 483.
Vonderthon Gregorius (Salisb.) 498.
Weissenhofer Robertus (Seitenstad.) 507.

T. Chronistica.

Eder Albertus (Salisb.) 75.
Fenix Wolfgangus (de s. M. Pan.) 92.

IX. Politica.

Centuriae: A. Politica generalis. — B. Disciplina cameralis. — C. Politica civilis. — D. Res militares. — E. Miscellanea.

A. Politica generalis vacat.

B. Disciplina cameralis.

Conrad Othmarus (Raigrad.) 49.
Németh Guilelmus (de s. M. Pan.) 315.

C. Politica civilis.

Eckstein Severinus (Gottvic.) [quid effecerint mon.] 75.
Habrich Alexius (Raigrad.) [regulae soc. infer.] 165.
Hübner Beda (Salisb.) 201.
Kovács Marcus (de s. M. Pan.) 252.
Kovács Thomas (de s. M. Pan.) 253.
Mathon Placidus (Raigrad.) 286.
Vajda Bonifacius (Raigrad.) 287.
Pasterwiz Georgius (Cremif.) [oratio inauguralis initio lectionum politicarum] 331.
Piringer Beda (Cremif.) [propositiones ad Germ. deputatos] 342.

D. Res militares vacant.

E. Miscellanea.

Holter Marcus (Cremif.) 195.
Kopeczky Hilarius (de s. M. Pan.) 250.
Langhayder Silvester (Cremif.) [de civili felicitate, de summo civit. bono] 271.

X. Medicina.

Centuriae: A. Medic. generalis. — B. Anatomia et Physiologia. — C. Pathologia et Therapia. — D. Chirurgia. — E. Materia medica et pharmaceutica. — F. Med. forensis. — G. Ars veterinaria. — H. Ars obstetricia. — I. Balneologia. — K. Tractatus varii.

Conrad Othmarus (Raigrad.) *E.* 48.
Fehér Hippolytus (de s. M. Pan.) [annales medicor.] *K.* 87.
Horváth Valentinus (de s. M. Pan.) [de acidulis Füredensibus] *I.* 199.
Hunanian Paulus (Mechith.) [macrobiotica] *K.* 203.
Itz de Mildenstein Eduardus (Břevn.) [varia de re medica] *K.* 206.
Jalsovics Alfredus (de s. M. Pan.) *I.* 208.
Jedlík Antonius (de s. M. Pan.) [tractatus varii] *B.* 211.
Mösl Vitalis (Salisb.) [lexicon manuale med.] *A.* 305.
Muchar de Bied et Rangfeld Albertus (Admont.) [aquae callidae Gasteni] *I.* 307.
Robida Carolus (s. Paul.) [tractatus: corpus sanum bonum optimum, medicus familiaris, medicus dom. pro animalibus] *K.* 379.
Stoehr Dominicus (Emaut.) [institutor surdo-mutor.] 467.

XI. Iurisprudentia.

Centuriae: A. Ius Romanum. — B. Ius Austriacum. — C. Ius publicum externum. — D. Ius privatum. — E. Ius canonicum. — F. Ius publicum internum. — G. Ius internationale. — H. Processus civilis. — I. Ius criminale. — K. Ius personale. — L. Ius reale. — M. Ius obligatorium. — N. Ius familiare. — O. Ius hereditarium.

Andexer Iacobus (ex Fiecht.) *E.* 3.
Ballay Valerius (de s. M. Pan.) *E.* 13.
Bloch Meinradus (Murens.) *E.* 23.
Boeckhn Placidus (a s. Petro) *A—E.* 25.
Casparides Paulus (Raigrad.) *E.* 37.
Cechner Hieronymus (Emaut.) *E.* 41.
Dechant Norbertus (Scotens.) *C.* 55.
Dér Engelbertus (de s. M. Pan.) *E.* 56.
Dudík Beda (Raigrad.) [spec.] *E.* 70—72.
Fixlmillner Placidus (Cremif.) *E.* 96. 98.
Füssy Thomas (de s. M. Pan.) *A.* 108.
Fuxhoffer Damianus (de s. M. Pan.) [ius Hungar.] *B.* 107.

Gärtner Corbinianus (Salisb.) *D*, *E*. 111.
Gerbert Martinus (s. Blas.) *E*. 135.
Graefenstein Ottocarus de (Admont.) *E*. 141.
Gumpp Ignatius (s. Blas.) *E*. 152.
Haberhauer Maurus (Raigrad.) *E*. 159.
Habrich Alexius (Raigrad.) *A*, *D*, *K*. 162.
Haudek Augustinus (de s. M. Pan.) *E*. 172.
Heisler Placidus (Raigrad.) *E*. 178.
Hoefer Mathias (Cremif.) *E*. 189.
Hübner Beda (Salisb.) *B*. 201.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) *E*. 208. 209.
Keller Victor (s. Blas.) *K*. 226.
Knopp Procopius (Raigrad.) *E*. 243.
Kovács Thomas (de s. M. Pan.) *C*, *E*. 253.
Kovács Rupertus (de s. M. Pan.) *E*. 253.
Kropff Martinus (Mellic.) *E*. 259.
Langhayder Constantinus (Cremif.) *D*, *E*. 270.
Langhayder Silvester (Cremif.) *A*, *D*, *E*, *I*, *L*. 271.
Larger Mauritius (Murens.) *E*. 272.
Leuthner Wolfgangus (Cremif.) *I*. 273.
Matoušek Timotheus (Břevn.) *M*. 288.
Mayer Lucas (s. Blas.) *E*. 291.
Mueller Sebastianus (Murens.) *E*, *K*. 312.
Oberhauser Benedictus (Lambac.) *E*. 322. 323.
Oettl Udalricus de (Cremif.) *A*, *H*. 326.
Peinlich Richardus (Admont.) *B*. 337.
Piter Bonaventura (Raigrad.) *B*, *E*, *K*, *L*. 347. 348.
Ramóczy Valerianus (de s. M. Pan.) [ius naturale] *C*. 361.
Rauttenstrauch Stephanus (Břevn.) *E*. 362.
Regli Adalbertus (Muro-Gries.) *E*. 363.
Richter Benedictus (Raigrad.) [index par. etc.] *E*. 374.
Rimely Michael (de s. M. Pan.) *E*. 377.
Rücker Antonius (Raigrad.) *B*, *E*. 388. 389.
Ruszicka Ioannes Nep. (de s. M. Pan.) *E*. 392.
Sartore Placidus (Admont.) *E*. 393.
Schlossar Victor (Raigrad.) *E*. 412.
Schmetterer Modestus (Salisb.) *E*. 412.
Schmidt Fridericus (Raigrad.) *C*. 417.
Schmieder Pius (Lambac.) *E*. 419.
Sexstetter Aegydius (Cladrub.) *A*, *E*. 444.
Starch Rupertus (Admont.) *E*. 459.
Wagner Laurentius (de s. M. Pan.) *E*. 502.
Waller Benno (Cremif.) *C*. 504.

XII. Theologia.

Centuriae: A. a) Theologia universalis, b) positiones, theses, c) tractatus varii. — B. a) Biblica historica, versiones, b) archaeologia. — C. Patres Graeci et Latini; Commentarii, Versiones, Tractatus. — D. a) Exegetica. b) Hermeneutica. c) Introductio. — E. Dogmatica. — F. a) Polemica et Apologetica. b) Opiniones sing. c) Scripta acatholicorum. — G. Theologia moralis. — H. Liturgia (Breviaria etc.) — I. a) Theologia pastoralis univ. b) Tractatus varii past. — K. a) Homiletica univ. b) Orationes funebres. c) Oratores sacri. d) Exhortationes. e) Orationes mixtae. f) Litterae encyclicae seu pastorales. — L. a) Catechetica univ. b) Tractatus varii cat. — M. a) Historia ecclesiastica universalis (Patrologia etc.). b) Hist. eccl. specialis. c) Tractatus varii hist. — N. Vitae sanctorum, variae editiones, versiones, commentarii. — O. Concilia, commentarii spec. dissertationes. — P. a) Theologia ascetica, Ethica et Mystica univ. b) Preces. c) Meditationes. d) Exercitia spir. e) Hymni. f) Tractatus miscellanei.

A. a) Theologia universalis, b) positiones, theses, c) tractatus varii.

Andexer Iacobus (ex Fiecht.) *b*. 3.
Azaria Aristaces (Mechith.) *a*. 8.
Babikian Adeodatus (Mechith.) *a*. 10.
Ballay Valerius (de s. M. Pan.) *c*. 13.
Dagn Placidus (ex Fiecht.) *b*. 54.
Dér Engelbertus (de s. M. Pan.) *a*. 56.
Digl Romanus (Seitenstad.) *a*. 59.
Feilmoser Benedictus (ex Fiecht.) *b*. 88.
Fritz Franciscus (s. Paul.) *b*. 105.
Fuchsz Bonifacius (de s. M. Pan.) *b*. 106.
Füssy Thomas (de s. M. Pan.) *b*. 109.
Grustdorf Amandus de (Cremif.) *b*. 150.
Guzmics Isidorus (de s. M. Pan.) *b*. 157.
Haberhauer Maurus (Raigrad.) *b*. 159.
Habrich Alexius (Raigrad.) *b*. 162.
Harlacher Paulus (Raigrad.) [theol. scholast.] *a*. 170.
Hofmann Paulus (Scotens.) *b*. 192.
Holzermayr Leonardus (Cremif.) *b*. 196.
Hutter Gabriel (Salisb.) *b*. 204.
Itz de Mildenstein Eduardus (Břevn.) *c*. 206.
Joly Raimundus (Cremif.) *a*, *b*. 212.
Kaliwoda Guntherus (Raigrad.) *a*. 217.
Keller Victor (s. Blas.) [lexicon philos.-theol.] *c*. 226.
Keppler Coelestinus (Admont.) *c*. 226.
Keusch Rupertus (Muro-Gries.) *c*. 229.
Khinell Thaddaeus (Raigrad.) *b*. 229.
Klappitz Antonius (Raigrad.) *b*, *c*. 239.
Knopp Procopius (Raigrad.) *a*. 243.
Kraus Honorius (Scotens.) *a*. 255.
Landsmann David (Cremif.) *a*. 268.
Lidl Ildephonsus (Salisb.) *b*. 275.
Mayrhauser Amandus (Cremif.) *b*. 295.
Mollik Tobias (de s. M. Pan.) *b*. 302.
Molnár Titus (de s. M. Pan.) *a*. 303.
Moser Antonius (Michaelbur.) *b*. 304.
Muchar de Bied et Rangfeld Albertus (Admont.) [religiosa indoles tragicorum Graecorum] *c*. 308.
Müller Ferdinandus (Raigrad.) *b*. 311.
Pampichler Norbertus (Seitenstad.) *b*. 330.
Purgleitner Anselmus (Admont.) *a*. 358.
Rauch Augustinus (Cremif.) *c*. 362.
Ricker Anselmus (Scotens.) *b*. 375.
Rusko Damianus (Mellic.) *b*. 390.
Sartore Placidus (Admont.) *b*. 394.
Schaefer Fridericus (Admont.) *c*. 398.
Schaller Richardus (Raigrad.) *c*. 398.
Schirmann Coelestinus (Cremif.) *b*. 409.
Schrazenthaler Bonifacius (Admont.) *b*. 421.
Schuech Ignatius (Cremif.) *c*. 424. 425.
Schuster Beda (Mellic.) *b*. 427.

Seitl Petrus (Raigrad.) *a.* 439.
Vajda Samuel (de s. M. Pan.) *c.* 490.
Vurdics Ignatius (de s. M. Pan.) *b.* 499.
Wagner Laurentius (de s. M. Pan.) *c.* 502.
Walser Iacobus (Michaelbur.) *c.* 504.
Wolfsgruber Coelestinus (Scotens.) *b.* 518.
Ziegler Gregorius (Wibling.) *b. c.* 530. 531.

B. a) Biblica historica, versiones, b) archaeologia.

Ballay Valerius (de s. M. Pan.) *a.* 13.
Caftandschian Elisaeus (Mechith.) *a.* 36.
Casparides Paulus (Raigrad.) *b.* 37.
Czuczor Gregorius (de s. M. Pan.) *a.* 54.
Fixlmillner Placidus (Cremif.) *a.* 95.
Füssy Thomas (de s. M. Pan.) [concord. bibliorum] *a.* 108.
Guzmics Isidorus (de s. M. Pan.) *a.* 157.
Haberl Norbertus (Mellic.) *a.* 161.
Hofer Ioannes (Salisb.) *a.* 190.
Hübner Beda (Salisb.) *a.* 201. 202.
Hunanian Leo (Mechith.) *a.* 203.
Jacudschian Paschalis (Mechith.) *a.* 206.
Jarotta Georgius (de s. M. Pan.) *a.* 210.
Keller Bonifacius (Raigrad.) *a.* 224.
Kovács Thomas (de s. M. Pan.) *a.* 253.
Koplhuber Leopoldus (Cremif.) *a.* 250.
Kreil Benno (Admont.) *a.* 255.
Kraus Honorius (Scotens.) *b.* 255.
Kröll Godefridus (Salisb.) *a.* 258.
Márkfi Samuel (de s. M. Pan.) *a.* 284.
Mayer Gregorius (Mellic.) *a.* 289.
Mollik Tobias (de s. M. Pan.) *a.* 302.
Molnár Titus (de s. M. Pan.) *a.* 303.
Reinelt Paulus (Břevn.) *a.* 365.
Rücker Antonius (Raigrad.) *a.* 388.
Schlossar Victor (Raigrad.) *a.* 412.
Seeauer Beda (Salisb.) *a.* 437.
Wagl Fridericus (Scotens.) *a.* 500.

C. Patres Graeci et Latini; Commentarii, Versiones, Tractatus.

Besange Hieronymus (Cremif.) 20.
Caterdschian Samuel (Mechith.) 39.
Copisi Iacobus (Cremif.) 50.
Hübner Beda (Salisb.) 201.
Kickh Clemens (Scotens.) [commentar.] 230.
Mick Lambertus (Scotens.) [tract.] 300.
Mösl Vitalis (Salisb.) 305.
Muradian Thaddaeus (Mechith.) 312.
Zingerle Pius (Mariaemont.) 532.

D. a) Exegetica. b) Hermeneutica. c) Introductio.

Arigler Altmannus (Gottvic.) *b, c.* 4.
Besange Hieronymus (Cremif.) *c.* 20.
Casparides Paulus (Raigrad.) *a, b.* 37.
Cechner Hieronymus (Emaut.) *c.* 40.
Cigoi Aloisius (s. Paul.) *a.* 44.
Drescher Ignatius (Raigrad.) *b.* 63.
Edlinger Altmannus (Gottvic.) *a.* 77.
Frida Hieronymus (Břevn.) *a.* 102.
Gerbert ab Hornau Martinus (s. Blas.) *a.* 135.
Grienfels Edmundus (Mellic.) *a.* 146.
Gutrath Rupertus (Salisb.) *a.* 155.
Habrich Alexius (Raigrad.) *a.* 165.
Haudek Augustinus (de s. M. Pan.) [miscell. doctrina Lessii de insp.] *b.* 172.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) *c.* 210.
Kovács Thomas (de s. M. Pan.) *a, b.* 253.
Kropff Martinus (Mellic.) *a, b.* 260.
Márkfi Samuel (de s. M. Pan.) *c.* 284.
Mayer Gregorius (Mellic.) *a, b, c.* 289.
Oberleitner Andreas (Scotens.) *a, b, c.* 324. 325.
Okánik Cyrillus (Raigrad.) *b.* 327.
Purgleitner Anselmus (Admont.) *a.* 358.
Rücker Antonius (Raigrad.) *b, c.* 388.
Scherer Augustinus (ex Fiecht.) *a.* 405.
Schlossar Victor (Raigrad.) *a.* 411. 412.
Viehbaeck Antonius (Cremif.) *a.* 495.
Vurdics Ignatius (de s. M. Pan.) *c.* 499.
Wickart Ioannes Ev. (Murens.) *a.* 511.
Wolter Maurus (Emaut.) *a.* 524.

E. Dogmatica.

Abday Astricus (de s. M. Pan.) 1.
Balgian Alexander (Mechith.) 12.
Ballay Valerius (de s. M. Pan.) 13.
Besange Hieronymus (Cremif.) 20.
Bita Desiderius (de s. M. Pan.) 22.
Borbély Cornelius (de s. M. Pan.) 28.
Conrad Othmarus (Raigrad.) 47.
Dagn Placidus (ex Fiecht.) 54.
Dezső Bernardus (de s. M. Pan.) 58.
Drescher Ignatius (Raigrad.) 63.
Galle Alexander (Mellic.) 112.
Gerbert Martinus (s. Blas.) 135.
Grienfels Edmundus (Mellic.) 146.
Gutrath Oddo (Salisb.) 155.
Gutrath Rupertus (Salisb.) 155.
Guzmics Isidorus (de s. M. Pan.) 156.
Haberhauer Maurus (Raigrad.) 158. 159.
Jacutdschian Vertanus (Mechith.) 206.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) 210.
Keller Bonifacius (Raigrad.) 224.
Klappitz Antonius (Raigrad.) 239.
Lierheimer Bernardus (Muro-Gries.) [nov. ed. Perrone] 277.
Márkfi Samuel (de s. M. Pan.) 284.
Mayer Gregorius (Mellic.) 289.
Mollik Tobias (de s. M. Pan.) 302.
Müller Ferdinandus (Raigrad.) 311.
Richter Benedictus (Raigrad.) 374.
Ricker Anselmus (Scotens.) 375.
Rubin Benno (Raigrad.) 386.
Rücker Antonius (Raigrad.) 388.

Schaller Richardus (Raigrad.) 399.
Schirmann Coelestinus (Cremif.) 409.
Schmidt Fridericus (Raigrad.) 416.
Schober Aemilianus (Mellic.) 420.
Seitl Petrus (Raigrad.) 438.
Somogyi Daniel (de s. M. Pan.) 452.
Stern Paulus (de s. M. Pan.) 464.
Taucher Augustinus (de s. M. Pan.) 478.
Vogl Bertholdus (Cremif.) 497.
Wickart Ioannes Ev. (Murens.) 511.
Ziegler Gregorius (Wibling.) 530.
Zsoldos Franciscus Xav. (de s. M. Pan.) 534.

F. a) Polemica et Apologetica. b) Opiniones sing. c) Scripta acatholicorum.

Anchely Ildephonsus (de s. M. Pan.) *b.* 3.
Babigian Adeodatis (Mechith.) *a.* 10.
Balgian Alexander (Mechith.) *b.* 12.
Ballay Valerius (de s. M. Pan.) *c.* 13.
Caterdschian Iosephus (Mechith.) *b.* 39.
Chmel Iacobus (Břevn.) *a, b.* 43.
Devrischian Emmanuel (Mechith.) *b.* 58.
Devrischian Seraphinus (Mechith.) *a.* 58.
Doberschitz Laurentius (Cremif.) *b.* 60.
Gärtner Corbinianus (Salisb.) *a.* 111.
Gerbert Martinus (s. Blas.) *a.* 137.
Graser Rudolphus (Cremif.) *a.* 144.
Gutrath Rupertus (Salisb.) *b.* 155.
Guzmics Isidorus (de s. M. Pan.) *b, c.* 156.
Harlacher Paulus (Raigrad.) *a.* 170.
Heisterer Beda (Salisb.) *b.* 179.
Horner Gregorius (Gluniac.) *a.* 198.
Hunanian Leo (Mechith.) *a.* 202.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) *b.* 208.
Keller Victor (s. Blas.) *a.* 226.
Klappitz Antonius (Raigrad.) *b.* 239.
Kovács Marcus (de s. M. Pan.) *b, c.* 252.
Kropff Martinus (Mellic.) *a.* 259.
Lidl Ildephonsus (Salisb.) *a.* 275.
Márkfi Samuel (de s. M. Pan.) *a.* 284.
Mollik Tobias (de s. M. Pan.) *b.* 302.
Müller Bonaventura (Břevn.) *a.* 310.
Mueller Sebastianus (Murens.) *b.* 312.
Nagenzaun Albertus (Salisb.) *a.* 313.
Neumayr Adalbertus (Scotens.) *b.* 319.
Schleichert Bonifacius (Břevn.) *a.* 409.
Schober Aemilianus (Mellic.) *a.* 420.
Schrazenthaler Bonifacius (Admont.) *a.* 421.
Schwarz Henricus (Michaelbur.) *b.* 431.
Sexstetter Aegydius (Cladrub.) *a.* 444.
Stern Paulus (de s. M. Pan.) *b.* 464.
Stupfel Aloisius (Mellic.) *a.* 471.
Szeder Fabianus (de s. M. Pan.) *b.* 474.
Torre Robertus della (Scotens.) *b.* 482.
Wolfsgruber Coelestinus (Scotens.) *a.* 518.
Ziegler Gregorius (Wibling.) *a.* 529.

G. Theologia moralis.

Bajtsi Iacobus (de s. M. Pan.) 10.
Binter Ioachim (Murens.) 22.
Casparides Paulus (Raigrad.) 37.
Chmel Iacobus (Břevn.) 43.
Drescher Ignatius (Raigrad.) 63.
Galle Alexander (Mellic.) 112.
Gärtner Corbinianus (Salisb.) 112.
Gerbert Martinus (s. Blas.) 135.
Haberhauer Maurus (Raigrad.) 159.
Ilger Vincentius (s. Blas.) 204.
Kovács Thomas (de s. M. Pan.) 253.
Keller Victor (s. Blas.) 226.
Langegger Andreas (Cremif.) 269.
Laslof Basilius (Mechith.) 272.
Lidl Ildephonsus (Salisb.) 275.
Nagenzaun Albertus (Salisb.) 313.
Nuttil Paulus (Scotens.) 321.
Reyberger Antonius (Mellic.) 369.
Rücker Antonius (Raigrad.) 388.
Samogyi Daniel (de s. M. Pan.) 452.
Sárkány Nicolaus (de s. M. Pan.) 393.
Schirmann Coelestinus (Cremif.) 409.
Schlossar Victor (Raigrad.) 412.
Seeauer Beda (Salisb.) 437.
Seitl Petrus (Raigrad.) 439.
Stupfel Aloisius (Mellic.) 471.
Vajda Samuel (de s. M. Pan.) 490.
Wickart Ioannes Ev. (Murens.) 511.
Ziegler Gregorius (Wibling.) 530.

H. Liturgia (Breviaria etc.)

Aydinian Arsenius (Mechith.) 6.
Ballay Valerius (de s. M. Pan.) 13.
Bautraxler Gerardus (Seitenstad.) 16.
Berger Luitfridus (Murens.) 18.
Borbély Cornelius (de s. M. Pan.) 28.
Edlinger Ioachim (Seitenstad.) 77.
Esterl Franciscus (Salisb.) 83.
Gerbert Martinus (s. Blas.) 135.
Heisler Placidus (Raigrad.) 178.
Knopp Procopius (Raigrad.) 243.
Kopp Leopoldus (Cremif.) 251.
Mayer Leodegarius (Murens.) 290.
Mayer Lucas (s. Blas.) 291.
Muchar de Bied et Rangfeld Albertus (Admont.) 307.
Regli Adalbertus (Muro-Gries.) 363.
Ricker Anselmus (Scotens.) 375.
Schmid Leodegarius (Murens.) 414.
Schmid Fridericus (Raigrad.) 417.
Schuech Ignatius (Cremif.) 424.
Schuster Beda (Mellic.) 427.
Strahl Rupertus (Břevn.) 467.
Stupfel Aloisius (Mellic.) 471.
Wagner Cyrillus (Raigrad.) 501.

Wolter Maurus (Emaut.) 524.
Ziegler Gregorius (Wibling.) 530.

I. a) Theologia pastoralis univ. b) Tractatus varii pastorales.

Bajtsi Iacobus (de s. M. Pan.) *a.* 10.
Ballay Valerius (de s. M. Pan.) *b.* 13.
Casparides Paulus (Raigrad.) *a.* 37.
Edling ab Anselmus (s. Paul.) *b.* 76.
Fuchs Benno (Cremif.) *b.* 106.
Gerbert Martinus (s. Blas.) *b.* 135.
Habrich Alexius (Raigrad.) *a.* 162.
Jarotta Georgius (de s. M. Pan.) *a.* 210.
Kovács Thomas (de s. M. Pan.) *a.* 253.
Mayer Lucas (s. Blas.) *b.* 291.
Meyer Geroldus (Murens.) *b.* 299.
Mösl Vitalis (Salisb.) *a.* 305.
Müller Bonaventura (Břevn.) *b.* 310.
Neugart Trudpertus (s. Paul.) *b.* 317.
Petheö Damianus (de s. M. Pan.) *a.* 339.
Ricker Anselmus (Scotens.) *b.* 375.
Schuech Ignatius (Cremif.) *a.* 424. 425.
Smolík Rupertus (Břevn.) *b.* 451.
Wagl Fridericus (Scotens.) *b.* 499.
Witzig Eduardus (Mellic.) *b.* 516.

K. a) Homiletica univ. b) Orationes funebres. c) Oratores sacri. d) Exhortationes. e) Orationes mixtae. f) Litterae encyclicae seu pastorales.

Allmayer Udalricus (Seitenstad.) *c.* 3.
Andorfer Caietanus (Mellic.) *c.* 4.
Aschauer Placidus (Gottvic.) *c.* 4.
Auboeck Udalricus (Cremif.) *c.* 5.
Bády Isidorus (de s. M. Pan.) *c.* 10.
Banics Dominicus (de s. M. Pan.) *b.* 13.
Baumann Michaelis (Scotens.) *c.* 15.
Bautraxler Gerardus (Seitenstad.) *c.* 17.
Bierbauer Leopoldus (de s. M. Pan.) *c.* 21.
Binder Urbanus (Cremif.) *c.* 21.
Bita Desiderius (de s. M. Pan.) *c.* 23.
Bloch Ambrosius (Murens.) *c, d.* 23.
Boeckhn Placidus (Salisb.) *c.* 25.
Borbély Cornelius (de s. M. Pan.) *c.* 28.
Breither Rudolphus (Lambert.) *c.* 31.
Breyer Hugo (s. Paul.) *c, d.* 33.
Casparides Paulus (Raigrad.) *a.* 38.
Cechner Hieronymus (Emaut.) *c, d.* 40.
Champs Romanus des (Salisb.) *c.* 43.
Conrad Othmarus (Raigrad.) *c.* 48.
Császar Hermannus (de s. M. Pan.) *c.* 50.
Cunz Hugo (Scotens.) *c.* 51.
Doberschitz Laurentius (Cremif.) *d.* 61.
Dunkl Opportunus (Lunael.) *b.* 74.
Eder Albertus (Salisb.) *f.* 75.
Edling ab Anselmus (s. Paul.) *b, d.* 76.
Egerer Gislarius (Salisb.) *c.* 77.
Eichele Bertholdus (Lambac.) *b, c.* 78.
Endel Romanus (s. Blas.) *c.* 81.
Fábián Ambrosius (de s. M. Pan.) *c.* 85.
Feilmayr Dominicus (Cremif.) *e.* 87.
Felloeker Sigismundus (Cremif.) *c, d.* 90.
Fiall Antonius (Scotens.) *c.* 93.
Fink Iustinus (de s. M. Pan.) *d.* 94.
Forsthuber Edmundus (Cremif.) *c.* 101.
Fuchs Benno (Cremif.) *c.* 106.
Fuchsz Bonifacius (de s. M. Pan.) *c.* 106.
Füssy Thomas (de s. M. Pan.) *b, c.* 109.
Gabely Emericus (de s. M. Pan.) *d.* 110.
Gácser Leo (de s. M. Pan.) *c.* 110.
Galle Alexander (Mellic.) *d.* 113.
Gatscher Norbertus (Seitenstad.) *c.* 115.
Gerbert Martinus (s. Blas.) *d.* 136.
Gordan Emericus (Michaelbur.) *b.* 138.
Götz Edmundus (Scotens.) *c.* 140.
Grabinger Aegydius (Scotens.) *c.* 141.
Graser Rudolphus (Cremif.) *a, c.* 143.
Gretsch Adrianus (Scotens.) *a,* c. 145. 146.
Gusenbauer Rudolphus (Gottvic.) *c.* 154.
Gutrath Ioannes (Salisb.) *c.* 154.
Gutrath Rupertus (Salisb.) *b, c, d.* 155.
Habrich Alexius (Raigrad.) *c, d.* 162.
Hartlauer Wisintho (Cremif.) *c.* 172.
Hauer Coelestinus (Scotens.) *c.* 173.
Hauer Constantinus (Lambert.) *b.* 174.
Hausherr Basilius (Murens.) *e.* 174.
Heisterer Beda (Salisb.) *c.* 179.
Helferstorfer Othmarus (Scotens.) *b, c, e.* 180. 181.
Heller Vitalis (Scotens.) *c.* 183.
Herz Lambertus (Scotens.) *c.* 187.
Hieber Carolomannus (Admont.) *c.* 188.
Hofbauer Hieronymus (Scotens.) *c.* 190.
Hofmann Paulus (Scotens.) *c.* 192.
Hollósi Aegydius (de s. M. Pan.) *b.* 194.
Holzmayer Wolfgangus (Gluniac.) *a, c, e.* 197.
Jahn Leonardus (Scotens.) *a, c.* 208.
Jeney Ernestus (de s. M. Pan.) *c.* 212.
Joly Raimundus (Cremif.) *c.* 212.
Kaser Gregorius (Salisb.) *b, c.* 219.
Keller Bonifacius (Raigrad.) *c.* 224.
Kern Adolphus (Scotens.) *c.* 227.
Kickh Clemens (Scotens.) *b, c, d.* 230.
Kienreich Franciscus (s. Paul.) *e.* 233.
Klaftinger Beda (Mellic.) *c.* 238.
Klama Odilo (Gottvic.) *c, d.* 238.
Kraus Honorius (Scotens.) *c, d.* 254. 255.
Knauer Vincentius (Scotens.) *c.* 242.
Knoepfer Leander (Scotens.) *d.* 242.
Knopp Procopius (Raigrad.) *c.* 243.
Koffler Othmarus (Scotens.) *c.* 245.
Kerschischnigg Aloisius (Cremif.) *c.* 228.
Kretz Leodegarius (Murens.) *c.* 257.
Kropff Martinus (Mellic.) *c.* 260.

Kruesz Ioannes Chrysostomus (de s. M. Pan.) *f.* 261.
Kyrle Bruno (Cremif.) *d.* 266.
Langenmantel Iosephus de (Scotens.) *c, e.* 269.
Lehnert Geraldus (Admont.) *d.* 273.
Lichtensteiner Benedictus (Scotens.) *c.* 273.
Lichtensteiner Meinradus (Scotens.) *d.* 275.
Lidl Ildephonsus (Salisb.) *b, d.* 275.
Lierheimer Bernardus (Muro-Gries.) *c, e.* 276.
Lindemayr Mauritius (Lambac.) *c.* 277.
Loritz Urbanus (Scotens.) *d.* 280.
Meller Placidus (Scotens.) *d.* 296.
Meyer Geroldus (Murens.) *c, d.* 299.
Mick Lambertus (Scotens.) *c.* 300.
Mödlhammer Gregorius (Michaelbur.) *e.* 301.
Mösl Vitalis (Salisb.) *c.* 305.
Muradian Thaddaeus (Mechith.) *b.* 312.
Nagenzaun Michaelis (Salisb.) *c.* 313.
Neundorfer Ioannes (Scotens.) *c.* 319.
Novák Ioannes Chrys. (de s. M. Pan.) *f.* 320.
Nyulassy Antonius (de s. M. Pan.) *c.* 321.
Ottmanský Hugo (Raigrad.) *c.* 328. 329.
Peinlich Richardus (Admont.) *c, d, e.* 334. 335.
Petheö Damianus (de s. M. Pan.) *a.* 339.
Pfeifer Aegydius (Scotens.) *c.* 341.
Piringer Beda (Cremif.) *c.* 343.
Plank Beda (Cremif.) *b.* 349.
Pockstaller Pirminus (ex Fiecht.) *c.* 350.
Polgár Innocentius (de s. M. Pan.) *c.* 353.
Prenner Robertus (Scotens.) *d.* 355. 356.
Priestersperger Ioachim (Mellic.) *b.* 356.
Pritz Urbanus (Gottvic.) *d.* 357.
Puehringer Oddo (Cremif.) *e.* 357.
Radler Iulianus (Lambac.) *c.* 360.
Ramóczy Valerianus (de s. M. Pan.) *d.* 361.
Regli Adalbertus (Muro-Gries.) *d.* 363.
Reichsigl Florianus (Salisb.) *c, d.* 363.
Reissner Bertholdus (Scotens.) *c.* 366.
Reyberger Antonius (Mellic.) *d.* 369.
Richter Benedictus (Raigrad.) *c, d.* 373.
Ricker Anselmus (Scotens.) *c, d.* 375. 376.
Rizel Bertholdus (Mellic.) *b.* 378.
Rizinger Florianus (Cremif.) *c, d.* 378.
Romoser de Romosek Erhardus (Admont.) *b, c.* 382.
Rost Leopoldus (Scotens.) *c, d.* 384.
Rotter Ioannes Nep. (Břevn.) [sermo synodalis] *f.* 385.
Rummelsberger Maximilianus (Scotens.) *c, d.* 390.
Ruprecht Beda (Scotens.) *d.* 390.
Sartori Sigfridus (Admont.) *b.* 394.
Schanda Venceslaus (Emaut.) *c.* 399.
Scheichenberger Leopoldus (s. Paul.) *b, c, d.* 401.
Schelzinger Innocentius (Lambert.) *c.* 402.
Scherer Aegydius (Admont.) *c.* 404.
Scherer Augustinus (ex Fiecht.) [*a—e*: bibl. conc. et lexicon] 404. 405.
Scherlich Leopoldus (Scotens.) *c, e.* 405.
Schlossar Victor (Raigrad.) *e.* 412.
Schmid Paulus (Scotens.) *c.* 414.
Schrazenthaler Bonifacius (Admont.) *c.* 421.
Schrotter Godefridus (Admont.) *e.* 422.
Schubert Hermannus (Scotens.) *c, d, e.* 423. 424.
Schütz Ludovicus (Scotens.) *e.* 425.
Schultes Sigismundus (Scotens.) *c, e.* 427.
Seeauer Beda (Salisb.) *c, d.* 437.
Seitl Petrus (Raigrad.) *c, d, e.* 439.
Springenfels Iacobus de (Admont.) *b.* 455.
Steinringer Ferdinandus (s. Paul.) *c.* 462.
Stenitzer Henricus de (Admont.) *d.* 462.
Stern Carolus (Scotens.) *c, d, e.* 463.
Stern Paulus (de s. M. Pan.) *c.* 464.
Stroissnigg Ludovicus (Cremif.) *c, d, e.* 470.
Stubhahn Aloisius (Salisb.) *c.* 470.
Stupfel Aloisius (Mellic.) *e.* 470. 471.
Summerauer Ildephonsus (Emaut.) *c, d.* 471.
Suppan Ioachim (Lambert.) *b.* 472.
Szkalka Candidus (de s. M. Pan.) *c.* 476.
Fallián Iosephus (de s. M. Pan.) *a.* 477.
Uzunian Raphael (Mechith.) *a.* 488.
Vidmar Constantinus (Scotens.) *c, d.* 494.
Wagner Bernardus (Scotens.) *d.* 500.
Wagner Pius (Scotens.) *c.* 503.
Wagner Theodorus (Scotens.) *c.* 503.
Waizenbeck Henricus (Salisb.) *c.* 503.
Weber Beda (Mariaemont.) *e.* 506.
Weiss Ioannes Bapt. (s. Blas.) *c.* 507.
Wenzel Andreas (Scotens.) *d.* 509.
Wickart Ioannes Ev. (Murens.) *e.* 511.
Widerhofer Honorius (Lambert.) *e.* 511.
Winkler Venceslaus (Raigrad.) *c.* 514.
Witzig Eduardus (Mellic.) *c.* 516.
Wolfsgruber Coelestinus (Scotens.) *c.* 518.
Zatočil Ioannes (Emaut.) *c.* 528.
Zauchenberg Maurus (Lambert.) *b.* 528.
Ziegler Gregorius (Wibling.) *b, c.* 530. 531.
Zitterhofer Ambrosius (Scotens.) *c.* 533.

L. a) Catechetica univ. b) Tractatus varii cat.

Ballay Valerius (de s. M. Pan.) *b.* 13.
Casparides Paulus (Raigrad.) *b.* 38.
Eder Odilo (Scotens.) *b.* 76.
Egerer Petrus (Salisb.) *a.* 78.
Fabiani Severinus (Cremif.) *b.* 85.
Felloeker Sigismundus (Cremif.) *b.* 90.
Gärtner Corbinianus (Salisb.) *b.* 111.
Galle Alexander (Mellic.) *a.* 113.
Gotschmatsch Willibaldus (Scotens.) *b.* 139.
Grindberger Leonardus (Gottvic.) *a.* 147.
Hammer Caietanus de (Admont.) *b.* 168.
Jagicza Ludovicus (de s. M. Pan.) *b.* 207.
Keller Constantinus (Admont.) *b.* 225.
Keller Iosephus (Murens.) *a.* 225.
Kraus Honorius (Scotens.) *b.* 255.
Mayer Lucas (s. Blas.) *b.* 291.

Meng Gregorius (Murens.) *a.* 297.
Mösl Vitalis (Salisb.) *a.* 305.
Radler Iulianus (Lambac.) *b.* 360.
Scherer Augustinus (ex Fiecht.) *a.* 404. 405.
Schiessl Thaddaeus (Michaelbur.) *a.* 407.
Schwarz Henricus (Michaelbur.) [repertorium cat.-homil. et enchiridion cat.] *a.* 430—432.
Vurdics Ignatius (de s. M. Pan.) *b.* 499.
Wagner Basilius (Mellic.) [sermones catech.] *b.* 500.
Winkler Venceslaus (Raigrad.) *a.* 514.
Witzig Eduardus (Mellic.) *b.* 517.
Ziegler Gregorius (Wibling.) *a.* 531.

M. a) Historia ecclesiastica universalis (Patrologia etc.). b) Hist. eccl. specialis. c) Tractatus varii hist.

Balgian Alexander (Mechith.) *b.* 12.
Ballay Valerius (de s. M. Pan.) *b.* 13.
Barbarics Valentinus (de s. M. Pan.) *a.* 14.
Baumgartner Romanus (Michaelbur.) *b.* 16.
Bloch Meinradus (Murens.) *c.* 23.
Bosagi Iacobus (Mechith.) *b.* 30.
Casparides Paulus (Raigrad.) *a.* 38.
Caterdschian Iosephus (Mechith.) *b.* 39.
Cechner Hieronymus (Emaut.) *c.* 40.
Conrad Othmarus (Raigrad.) *b.* 48.
Dagn Placidus (ex Fiecht.) *b.* 54.
Dér Engelbertus (de s. M. Pan.) *a.* 56.
Drescher Ignatius (Raigrad.) *a.* 63.
Dudík Beda (Raigrad.) *b.* 68.
Dungel Adalbertus (Gottvic.) *b.* 73.
Ecker Urbanus (Admont.) *b.* 74.
Esztegar Vartanus (Mechith.) *b.* 83.
Fábián Ambrosius (de s. M. Pan.) *a.* 84.
Friess Godefridus (Seitenstad.) *c.* 103.
Fuchsz Bonifacius (de s. M. Pan.) *b.* 106.
Fuchs Gregorius (Admont.) *b.* 107.
Fuxhoffer Damianus (de s. M. Pan.) [monasteriologia etc.] *b.* 107.
Füssy Thomas (de s. M. Pan.) *a.* 108.
Gulyas Alexander (de s. M. Pan.) *c.* 151.
Gumpp Ignatius (s. Blas.) *c.* 152.
Habrich Alexius (Raigrad.) *c.* 163. 164.
Hagn Theodorus (Cremif.) *c.* 166.
Hunanian Leo (Mechith.) *b.* 203.
Itz de Mildenstein Eduardus (Břevn.) [summi pontif. ex ord. Ben.] *b.* 206.
Keiblinger Ignatius (Mellic.) *b.* 223.
Kaněra Cyrillus (Břevn.) *a.* 218.
Kinter Maurus (Raigrad.) *c.* 236.
Klein Magnus (Gottvic.) *b.* 240.
Kropff Martinus (Mellic.) *b.* 260.
Lebinger Norbertus (s. Paul.) *b.* 272.
Lichtensteiner Meinradus (Scotens.) *a.* 275.
Mayer Lucas (s. Blas.) *c.* 291.
Neugart Trudpertus (s. Paul.) *b.* 317.
Paradeiser Marianus (Mellic.) *b.* 330.
Perschl Amandus (Scotens.) *b.* 338.
Piter Bonaventura (Břevn.) [cf. haeresis Boëmorum] *b.* 346—348.
Rieder Edmundus (Admont.) [de equitum Templor. congr.] *b.* 377.
Rittmann Benno (Scotens.) *b.* 377.
Rücker Antonius (Raigrad.) *a.* 388.
Ruzciszka Ioannes Nep. (de s. M. Pan.) *b.* 392.
Samuelian Malachias (Mechith.) *b.* 393.
Sartore Placidus (Admont.) *c.* 394.
Schleichert Bonifacius (Břevn.) [Patrol.] *a.* 409.
Schlossar Victor (Raigrad.) *a.* 411.
Sexstetter Aegydius (Cladrub.) [secta s. d. fratrum Bohemo-Moravicorum] *c.* 444.
Stern Paulus (de s. M. Pan.) *c.* 464.
Szeder Fabianus (de s. M. Pan.) 475.
Viehhauser Adalbertus (s. Paul.) *b.* 496.
Weber Beda (Mariaemont.) *b.* 505.
Wickart Ioannes Ev. (Murens.) *b.* 511.
Wolfsgruber Coelestinus (Scotens.) *b.* 518.
Wolný Gregorius (Raigrad.) [tituli obsoleti patronatus eccl.] *c.* 523.
Wolter Maurus (Emaut.) [de catacumbis Romanis] *c.* 524.
Ziegler Gregorius (Wibling.) [hierarchiae Germ. regen.] *c.* 530.
Zingerle Pius (Mariaemont.) *b, c.* 532.

N. Vitae sanctorum, variae editiones, versiones, commentarii.

Blumberger Fridericus (Gottvic.) 24.
Champs Romanus des (Salisb.) 43.
Deppisch Godefridus (Mellic.) 56.
Dezső Bernardus (de s. M. Pan.) 58.
Eckstein Severinus eques de (Gottvic.) 75.
Faller Luitfridus (Murens.) 85.
Gassner Theodorus (Admont.) 114.
Gotschmatsch Willibaldus (Scotens.) 139.
Graff Aemilianus (Lambert.) 143.
Habrich Alexius (Raigrad.) 164.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) 209.
Joly Raimundus (Cremif.) 212.
Kropff Martinus (Mellic.) 259.
Lierheimer Bernardus (Muro-Gries.) 277.
Lindemayr Maurus (Lambac.) 277.
Mathon Placidus (Raigrad.) 286.
Mayer Leodegarius (Murens.) 290.
Mayer Theodorus (Mellic.) 293.
Miklík Pius (Raigrad.) 287.
Müller Antonius (Mellic.) 310.
Navrátil Ioannes Sarc. (Raigrad.) 314.
Neugart Trudpertus (s. Paul.) 317.
Őcsényi Anselmus (de s. M. Pan.) 325.
Paradeiser Marianus (Mellic.) 331.
Pez Hieronymus (Mellic.) 340.
Piter Bonaventura (Břevn.) 346.
Piter Bonaventura (Břevn.) [martyrol. Bened.] 348.

Rizel Bertholdus (Mellic.) 378.
Schmieder Pius (Lambac.) 419.
Schwedler Raymundus (Scotens.) 434.
Seeauer Beda (Salisb.) 437.
Stabell Theodorus (Salisb.) 455.
Steinhauser Ioannes Bapt. (Salisb.) 460.
Summerauer Ildephonsus (Emaut.) 471.
Szeder Fabianus (de s. M. Pan.) 474.
Sztachovics Remigius (de s. M. Pan.) 476.
Vajda Samuel (de s. M. Pan.) 489.
Zbrožek Marianus (Raigrad.) 286.
Zingerle Pius (Mariaemont.) 532.

O. Concilia, commentarii spec. dissertationes.

Ballay Valerius (de s. M. Pan.) 13.
Chmel Iacobus (Břevn.) 43.
Disch Maurus (Michaelbur.) [lexicon conc.] 59.
Haudek Augustinus (de s. M. Pan.) 172.
Hunanian Paulus (Mechith.) 203.
Oberhauser Benedictus (Lambac.) [manuale concil.] 322.
Piter Bonaventura (Břevn.) [hist. conc. Basileensis] 347.

P. a) Theologia ascetica, Ethica et Mystica univ. b) Preces. c) Meditationes. d) Exercitia spir. e) Hymni. f) Tractatus miscellanei.

Adolph Meinradus (Scotens.) *b.* 2.
Alber Udalricus (Mellic.) *b.* 3.
Azaria Aristaces (Mechith.) *a.* 8.
Baader Marcus (s. Paul.) *b, c.* 8.
Balás Theophilus (de s. M. Pan.) *e.* 11.
Balgian Alexander (de s. M. Pan.) *b.* 12.
Ballay Valerius (de s. M. Pan.) *a.* 13.
Berger Othmarus (Admont.) *b, e.* 19.
Besange Hieronymus (Cremif.) *c, d.* 20.
Bloch Ambrosius (Murens.) *c, d.* 23.
Boppert Conradus (s. Paul.) *c.* 31.
Borbély Cornelius (de s. M. Pan.) *b, e.* 28.
Borovszky Leonardus (de s. M. Pan.) *b, e.* 28.
Bosnyák Benedictus (de s. M. Pan.) *b.* 31.
Caterdschian Samuel (Mechith.) *c.* 39.
Cechner Hieronymus (Emaut.) *a, c.* 41.
Conrad Othmarus (Raigrad.) *a, d.* 48.
Copisi Iacobus (Cremif.) *c.* 50.
Czinár Maurus (de s. M. Pan.) *c.* 53.
Devrischian Emmanuel (Mechith.) *c.* 58.
Doberschitz Laurentius (Cremif.) *b, c, d.* 60.
Drescher Ignatius (Raigrad.) *a.* 63.
Egerer Petrus (Salisb.) *b.* 78.
Eichhorn Ambrosius (s. Paul.) *b.* 79.
Eminian Serapion (Mechith.) *c.* 80.
Faller Luitfridus (Murens.) *b.* 85.
Feger Placidus (Lambac.) *b, c.* 86.
Felloeker Sigismundus (Cremif.) *c.* 90.
Foffa Bonaventura (Muro-Gries.) *c, d.* 100.
Fröhlich Colomannus (Mellic.) *c.* 105.
Füssy Thomas (de s. M. Pan.) *b.* 109.
Gácser Leo (de s. M. Pan.) *a, c.* 110.
Gärtner Corbinianus (Salisb.) *b.* 111.
Gangginer Bonifacius (Murens.) *d.* 113.
Gerbert Martinus (s. Blas.) *a, c, d.* 135. 136.
Govrik Gregorius (Mechith.) *b.* 140.
Gries Ioannes (Salisb.) *c.* 147.
Grüber Bonaventura (Raigrad.) *c.* 148.
Gutrath Ioannes (Salisb.) *c.* 154.
Haberhauer Maurus (Raigrad.) *d.* 159.
Habrich Alexius (Raigrad.) *a.* 162.
Hagn Theodorus (Cremif.) *d.* 167.
Harlacher Paulus (Raigrad.) *d.* 170.
Haudek Augustinus (de s. M. Pan.) [virg. stigm. Latean] *a.* 172.
Heer Rustenus (s. Blas.) [comment. in reg. s. Ben.] *a.* 176.
Heilmann Fridericus (Mellic.) [memorabilia] *f.* 177.
Heisler Placidus (Raigrad.) *c.* 178.
Helferstorfer Othmarus (Scotens.) *b, c.* 182.
Herrgott Marquardus (s. Blas.) [vetus discipl. mon.] *a.* 186.
Hiltscher Gregorius (Scotens.) *c.* 188.
Hlobil Petrus (Raigrad.) *c.* 286.
Höllerer Lambertus (ex Fiecht.) [statuta regul.] *a, d.* 194.
Höppel Mauritius (Gottvic.) *a, d.* 197.
Hohenegger Anselmus (Lambac.) *a, c.* 193.
Hollósy Iustinus (de s. M. Pan.) *a.* 195.
Horváth Valentinus Steph. (de s. M. Pan.) *d.* 199.
Hron Chilianus (Cladrub.) *c.* 200.
Hunanian Paulus (Mechith.) *b.* 204.
Intay Basilius (de s. M. Pan.) *b, c.* 205.
Itz de Mildenstein Eduardus (Břevn.) *d, e.* 205.
Janitsch Aemilianus (Gottvic.) *c.* 209.
Joly Raimundus (Cremif.) *a.* 212.
Joób Tobias (de s. M. Pan.) *b, c.* 213.
Kaeferböck Virgilius (Admont.) [de tribus s. reg. Ben. translat.] *f.* 214.
Kaněra Cyrillus (Břevn.) *b.* 218.
Keller Bonifacius (Raigrad.) *a.* 224.
Keller Victor (s. Blas.) *b.* 225.
Kern Adolphus (Scotens.) *b.* 226.
Kerschbaumer Florianus (Lambac.) *b, c.* 228.
Kerschischnigg Aloisius (Cremif.) *c.* 228.
Kettenacker Paulus (s. Blas.) [tractatus de discipl. mon. s. Blasiana] *a.* 229.
Kickh Clemens (Scotens.) *c.* 230.
Kiem Martinus (Muro-Gries.) [ascetica varia] *a.* 231.
Kietreiber Felix (de s. M. Pan.) *b.* 231.
Kirchlechner Alphonsus (Muro-Gries.) *b.* 237.
Klappitz Antonius (Raigrad.) *c.* 239.
Koch Gregorius (Murens.) *c.* 244.
Körmendy Camillus (de s. M. Pan.) *c.* 2[illegible].
Kovács Marcus (de s. M. Pan.) *b, c.* 252.
Kráčmer Cyrillus (Raigrad.) *b.* 287.
Kumbli Hieronymus (Murens.) *c.* 264.
Kuncze Leo (de s. M. Pan.) *b, c.* 265.
Lichtensteiner Meinradus (Scotens.) *c.* 275.
Lierheimer Bernardus (Muro-Gries.) *a, c.* 277.

Lindemayr Maurus (Lambac.) *a, c, d.* 277.
Loritz Urbanus (Scotens.) *b, c.* 280.
Lucond Bernardus (Murens.) *b.* 281.
Mann Aemilianus (de s. M. Pan.) *a, c.* 283.
Maratz Stephanus (Mechith.) *c.* 283.
Mathon Placidus (Raigrad.) *b. c.* 286.
Medics Mathias (de s. M. Pan.) *a.* 295.
Meng Gregorius (Murens.) *b.* 297.
Mick Lambertus (Scotens.) *c.* 300.
Mollik Tobias (de s. M. Pan.) *a.* 302.
Moser Ambrosius (Lambert.) *d.* 304.
Mösl Vitalis (Salisb.) *c.* 305.
Mrakovitsch Thaddaeus (Lambert.) *b.* 306.
Mück Ioannes Bapt. (Raigrad.) *c.* 309.
Navrátil Ioannes Sarc. (Raigrad.) *c.* 315.
Nestlehner Alphonsus (Seitenstad.) *b, c.* 316.
Neugart Trudpertus (s. Paul.) *b.* 317.
Öllmag Godehardus (Lambac.) [concordantia in s. regulam] *f.* 326.
Okánik Cyrillus (Raigrad.) *c.* 327.
Ottmanský Hugo (Raigrad.) *a, d.* 329.
Pauer Iacobus (Lambert.) *b.* 333.
Pausz Amandus (de s. M. Pan.) *b.* 333.
Peinlich Richardus (Admont.) *f.* 334.
Piter Bonaventura (Břevn.) [regula idiom. Boh.; tractat. de pass. D. Vencesl. a Chval.] *b, f.* 345. 346.
Piter Bonaventura (Břevn.) [vetus discipl. monast.] 349.
Plodek Christinus (Břevn.) *b.* 350.
Pockstaller Pirminus (ex Fiecht.) *c.* 350.
Pointner Benno (Scotens.) *d.* 353.
Renner Adalbertus (Murens.) *b, c.* 366.
Ricker Anselmus (Scotens.) *c.* 375.
Robida Carolus (s. Paul.) *b.* 379.
Sbenian Cherubinus (Mech.) [s. Benedicti regulae] *c.* 398.
Schanda Venceslaus (Emaut.) *d.* 399.
Scherlich Leopoldus (Scotens.) *b.* 405.
Schiebinger Aemilianus (de s. M. Pan.) *b.* 406.
Schirmann Coelestinus (Cremif.) *c.* 409.
Schlossar Victor (Raigrad.) *a.* 412.
Schmidfeld Hugo (s. Blas.) [explicatio s. regulae] *f.* 415.
Schmidt Severinus (de s. M. Pan.) *b, e.* 418.
Schreiber Chilianus (Lambert.) *d.* 421.
Schultes Sigismundus (Scotens.) [statuta mon. ad Scotos] *f.* 427.
Schuster Beda (Mellic.) [regula emblem. s. Ben.] *f.* 429.
Schwarz Henricus (Michaelbur.) *b, c.* 431. 432.
Seeauer Beda (Salisb.) *c, d* [et *f*: ascesis Benedictina] 436. 437.
Sengschmitt Bertholdus (Scotens.) *c.* 444.
Soellner Wisintho (Cremif.) [pia consilia pro iuvent. cath.] *c.* 452.
Späth Fulgentius (de s. M. Pan.) *b*, c. 454.
Stabell Theodorus (Salisb.) *b, c.* 455.
Steinhauser Ioannes Bapt. (Salisb.) [de regula s. Ben.] *d, f.* 459.
Sternegger Bertholdus (Lambert.) [thesaur. Maria-Cellens.] *f.* 464.
Suppiger Benedictus (Murens.) *c.* 472.
Szárnyay Zoerardus (de s. M. Pan.) *e.* 473.
Sztachovics Remigius (de s. M. Pan.) *b.* 476.
Tejrovský Paulus (Břevn.) *b.* 478.
Teller Wolfgangus (Cladrub.) *c.* 478.
Thomsin Maurus (Murens.) *d.* 479.
Tomanik Franciscus (de s. M. Pan.) *c.* 481.
Tschofen Basilius (Murens.) *d.* 487.
Uisghiudarlian Petrus (Mechith.) *c, d.* 487.
Uzunian David (Mechith.) *b, c.* 488.
Vajda Samuel (de s. M. Pan.) *b, c.* 489.
Vekerle Godefridus (de s. M. Pan.) *b.* 492.
Venedig Hermannus (s. Paul.) *b.* 493.
Vetzmadian Michaelis (Mechith.) *a.* 494.
Vogl Bertholdus (Cremif.) [statuta privata pro religiosis] *c, f.* 497.
Wagner Cyrillus (Raigrad.) *d.* 501.
Waldmayer Martinus (de s. M. Pan.) *e.* 503.
Wassmer Placidus (Muro-Gries.) *f.* 505.
Weiss Ioannes Bapt.) (s. Blas.) [congreg. s. Blasiana etc.] *f.* 507.
Wismer Pius (Murens.) *b.* 515.
Witzig Eduardus (Mellic.) [regulae s. Ben. translatio] *b, c, f.* 516.
Wolfsgruber Coelestinus (Scotens.) [de imit. Christi etc.] *c, f.* 518.
Wolter Maurus (Emaut.) [praec. ord. mon. elementa] *c, f.* 524.
Ziegler Gregorius (Wibling.) *c.* 530.
Zingerle Pius (Mariaemont.) *b, c.* 532.
Zsoldos Franciscus Xav. (de s. M. Pan.) *b, c.* 534.

Typis descripsit Adolphus Holzhausen,
typographus C. R. Aulae et Universitatis Viennensis.

013.282
B434

49728

AUTHOR BENEDICTINES

TITLE Scriptores S. Benedicti Qui 1750-1880 Fuerunt In Imperio Austriaco-Hungarico.

DATE LOANED	BORROWER'S NAME	DATE RETURNED
	STORAGE - COSA	

49728